
PYMANDRI
A
M K
S D
C C
LIBRI. 4. 5. 6

LIBRARIAE UNIVERS
IAGELL CRACOVI



ASCLEPIVS MERCVRII TRISMEGISTI,

Cum Commento

FRATRIS HANNIBALIS ROSSELI CALABRI, ORDINIS MINORVM REGVLARIS *obseruantiæ, Theologiæ & Philosophiæ, ad S. Bernardinum Cracouiæ Professoris.*

Liber VI. de immortalitate Animæ, qui est primus Asclepij.



Cum licentia & authoritate Illustriß. & Reuerendiß. Domini Hannibalis de Capua, Archiepiscopi Neapolitani, & in Regno Poloniæ Nuntij Apostolici.

Cumq; Gratia & Priuilegio Sacræ Cæsareæ M. & Serenis. Regis Poloniæ.

CRACOVIÆ,
In Officina Typographica Lazari: Año
M. D. XC.

ILLVSTRI AC REVERENDISSIMO
In Christo patri, ac Domino,

D. IOANNI DEMETRIO SOLIKOWSKI,

DEI ET APOSTOLICAE SEDIS GRATIA, ARCHIEPISCOPO LEOPOLIENSI DIGNISSIMO, &c.

F. Hannibal Rosseli, ordinis S. Francisci de obseruantia Theologus, omnis felicitatis genus à Dño Iesu Christo.

Agnus ille Salomon, Illustris, ac Reuerendiss. Domine, regum omnium sapientissimus, atq; potentissimus, cùm mirificam coleret sapientiam, vtpote supernæ sapientiæ munere cumulatissimè illustratus, sic de ea egregiè disseruit, atq; ad illius studium amplectendum, sectandumq́; ardenter inuitauit: Posside, inquit, sapientiam, posside intelligentiam: ne derelinquas illam, & apprehendet te: ama illam, & seruabit te, principium sapientiæ: posside sapientiam, circumda illam, & exaltabit te: honora illam, & amplexabitur te; vt det capiti tuo coronam gratiarum. Si quis autem huius coronæ splendore appetit ornari: si quis tam eximij, & planè cælestis doni vult compos fieri; strenuè illi pugnandum est contra seipsum: non enim coronabitur, nisi qui legittimè certauerit: Nã qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium; & illi quidem vt corruptam coronam accipiant, nos autem incorruptam: nunquam enim marcescit sapientia. Vigiliæ verò, ieiunia, & eleæmosynæ, peregrinorum susceptio, orationum instantia, visitatio languentium, labor manuum, & quæ sunt generis eiusdem, fracto corpore, minora fiunt; sola sapientia, ætate fit vegetior, vsu tritior, & processu temporis se ipsa fortior. Quam ob causam, magnus ille sapiens vir Græciæ, cùm expletis centum & septem annis, se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quòd nunc egrederetur de vita, quando sapere cœpisset: Plato octogesimo primo anno scribens, mortuus est: Isocrates quoque nonaginta & nouem annos, in dicendi scribendiq́; labore compleuit. Sic Pythagoras, Democrytus, Xenocrates, Zenon, alijq́; quã

lijq; quàm plurimi sapientiæ studiosi, ætate iam longæua, in huiu-
modi studijs, & amore sapientiæ floruisse legũtur. Socrates autẽ apud
Platonem in sua apologia, se præfecturas & magistratus neglexisse
fatetur, vt liberius sapientiæ studijs incumberet: Ego, inquit, ô viri
Athenienses, neglexi, quæcunq; multi facit vulgus, quæstum, rem
familiarem, præfecturas, conciones, cæterosq; magistratus; ad hæc
inquam me non contuli, quibus occupatus, neq; vobis, neq; mihi ipsi
profuturus eram. Ego quandoq; in Delphos profectus: ne grauiter
quæso feratis, ô viri, quod in præsentia sum dicturus: interrogaui
vtiq;, an esset vllus me sapientior: respondit Pythia, sapientiorem
esse neminem. quod cùm audíssem, ita mecum esse reputaui, quid nam
Deus ait! aut quid hoc sibi vult! ego enim mihi conscius sum, ne-
que in magnis, neq; in paruis, esse me sapientem. porrò, Deum men-
tiri, non est credendum, neq; id fas Deo. sed hoc voluit oraculum di-
cere: is, ô viri, mihi videtur sapiens, qui, quemadmodum Socrates
nouit, reuera sapientiam suam nihili pendendam esse. Comprehen-
dam, inquit propheta Iob, sapientes in astutia sua, quippè, quia no-
uit Dominus cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt. Ad po-
etas veniam, Homerum, Hesiodum, Simonidem, qui grandes natu,
cygneum, nescio quid, & solitò dulciùs, vicina morte cecinerunt.
Sophocles, cùm propter nimiam senectutem, & rei familiaris negli-
gentiam, à filijs accusaretur amentiæ; Oedipi fabulam, quam nu-
per scripserat, recitauit iudicibus, & tantum sapientiæ in ætate im-
fracta specimen dedit; vt seueritatem tribunalium, in theatri fauorẽ
conuerteret. Certè Homerus refert, quod de lingua Nestoris, iam
vetuli & penè decrepiti, dulcior melle oratio fluxerit. Cato Censorius
Romani generis disertissimus, iã senex, græcas literas discere nõ eru-
buit: tantã vim habet sapientia in suis studiosis & cultoribus. Sapien-
tia, inquit Plato in Phædro, non cernitur: ardentes enim excitaret
amores; si quod tale ipsius simulachrum manifestum oculis proueni-
ret. Oculorum, inquit Cicero, est nobilis sensus acerrimus, quibus
sapientiam non cernimus; ardentes siquidẽ amores sui excitaret, si vi-
deretur: neq; id quidem temerè, cùm sapientia sit diuinarum, atq;
humanarum rerum scientia; cuius studium, si quis vituperat, haud
sanè intelligo, quidnam sit, quod laudandum putet. hæc nihil admi-
ratur cùm acciderit: nihil antequam uenerit, non euenire posse arbi-
tratur. ipsa quippè res omnes moderatur & tẽperat: rempub: optimè u
rat & disponit: à libidinum impetu & formidinis terrore liberat, &
ipsius fortunæ modestè docet iniuriam ferre: omnesq; ostendit vias,
quæ ad quietem, & tranquillitatem ferunt. hæc est optima ars vi-

uendi

uendi, quæ mœstitiam ex animis pellit, quæq; exhorrescere metu non sinit: hac præceptrice, in tranquillitate viuimus: cupiditatum ardore restincto, & cum dijs communem societatem habemus, à cuius amore græco verbo, philosophia, nomen inuenit, qua nihil à dijs immortalibus vberiùs, nihil florentiùs, nihil præstabiliùs hominum generi datum est. ipsa quippè docet, quod difficillimum est, nempè, vt homo se ipsum cognosceret: cuius præcepti tanta est vis, vt ea non homini cuipiam, sed Dei oraculo tribueretur. Quam ob causam optimi quiq; sapientiæ cultores, frequentias vrbium reliquêre; ne luxu & abundantia rerum animi fortitudo mollesceret: ideoq; & Pythagorei solitudines, & loca deserta coluisse leguntur: Platonici verò, atq; Stoici, in templorum locis atque porticibus sunt diuersati; vt admoniti angustioris habitaculi sanctitate, nihil aliud quàm de sapientiæ laudibus cogitarent. Plato elegit academicam villam, ab vrbe procul, non solùm desertam, sed & pestilentem; vt & cura, & assiduitate morborum, libidinis impetus frangeretur, discipuliq; sui nullam aliã sentirent voluptatem, nisi sapientiam quam discerent; in delitiis enim versari, & vacare sapientiæ, potest nemo: in his siquidem Charybdes luxuriæ salutem vorat, & ore virgineo ad perpetranda naufragia Scylleum renidens libido blanditur: hîc barbarum littus, hîc diabolus, pyrata cum sociis portat vincula capiendis. Quamobrem magno, & excellenti ingenio viri, cùm se sapientiæ penitùs dedissent, contemptis omnibus publicis & priuatis actionibus, quidquid laboris poterat impendi, ad inquirendæ sapientiæ studium contulerunt. Sic Pythagoras Memphiticos vates: Plato Ægyptum, & Archytam Tarentinum adijt; vt quos ex libris nouerat, corâm videret. Apollonius philosophus, vt Pythagorici tradunt, sapientiam, quasi toto orbe fugientem, persequitur: nam & Persas intrauit, & Caucasum pertransiuit: Albanos, Scythas, Maßagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum latissimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanos, vt Iarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos discipulos, de natura, de motibus syderum, ac dierum cursu audiret docentem. inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syrios, Phœnices, Arabes, Palæstinos reuersus, Alexandriam, perrexit Æthiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam mensam solis videret in sabulo. Inuenit ille vir vbiq; de sapientia quod disceret; vt semper proficiens, semper sapientior euaderet. Peregrinetur igitur sapientiæ studiosus, multos adeat sapientes; vt corâm videat, quæ se aliquando in libris legisse meminit. Audiat Dei vocem,

discat iustitiam, humana contemnat, diuina suscipiat: quia omnis sapientia hominis, in hoc sita est; vt Deum cognoscat, & colat. Sapientis, inquit Arist: ordinare & non ordinari est, quippè, qui certiorem habet scientiam, quæ sui ipsius sit tantùm, & non alterius ausa, quæq; ordinat alios sibi subseruientes. Vnde præclarè dictum est à Cicerone in sua amicitia: Solum illum sapientem censeri posse qui omnia sua in se posita esse ducit, humanosq; casus sapientia inferiores putat, nihilq; melius, quàm fortunam exiguam competere sapienti. Bòetius lib. 4. Prosa 2. verum putat illam Platonis sententiã, solos, quod desiderant, facere posse sapiẽtes; improbos verò exercere quidẽ quod libeat, quod verò desiderant, explere non posse: insuper beatas fore respub. si eas vel studiosi sapientiæ regerent, vel eorum rectores, studere sapientiæ contigisset: sapiens enim, authore Diuo Augustino ad Simplicianum, metu non frangitur, nec potestate mutatur, prosperis non attollitur, nec tristibus mergitur: quia stultus vt luna mutatur, sapiens verò permanet vt sol: sapientia namq; inermem & nudum hominem nunquam reliquit, nec in secundis rebus efferri, nec in aduersis contrahi permittit. Solus igitur sapiens est liber, qui sibi imperiosus est, quem neq; pauperies, neq; mors, neq; vincula terrent, denique vno minor Ioue. Beatus ergo meritò censeri potest, vt dicit sapiens in prouerbijs cap. 4. qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia: quia melior est acquisitio eius, negotiatione auri & argenti, & omnia quæ desiderantur, huic comparari nõ possunt. Hæc cùm mente complecterer, Præsul amplissime, ac nostri temporis Archiepiscorum decus singulare: & intelligerem eos qui sese student præstare cæteris animantibus, summa ope niti debent, ne vitam silentio transigant; post multos commentarios in Pymandri Mercurij, animum adieci ad Asclepium eiusdem authoris libellum, in quo de hominis dignitate, nobilitate, atq; celebri natura, sapientissimè loquitur. Cùm autem in hoc grauissimo, pariterq; vtilissimo, vt sentio labore, ex animo optarem, aliquem mihi egregium patronum concedi, qui & consilio esset, & præsidio; sub cuius tutela, elucubrationes nostræ, in Sextum Mercurij librum securè feliciterq; in lucem prodirent; in mentem venit, Reuerendiß. & Humaniß. Dignitas Tua, quam aptissimam ad opem mihi ferendam, sum arbitratus. Noui enim ex catholica & nobili familia maioris Poloniæ, Reuerendiss. D. Tuam oriundam esse: noui optimam, & admodum egregiam educationem Tuam, sub varijs academijs & disciplinis, cum probatissimorum atq; doctissimorum virorum frequẽtia semper fuisse coniunctam. Vnde cùm in Reuerendiss. D. Tua succrescerent, non vl-

*non vulgaris doctrinarum peritia, morum elegantia, ac insignis pro-
bitas dignitatis tuæ, cùm Sigismundo Augusto, Annæ Reginæ, Re-
gi Henrico, & Magno illi Stephano Principi fortissimo, in Rei-
pub. ac ipsorum varijs, ac difficillimis temporibus, rebus ac negotijs,
fidem, industriam, & constantiam tuam, multis annis probâsses;
Regis Stephani voluntate, ac studio, & præclaro Gregorij XIII.
Pont. Max. de te iudicio, cùm id non solùm non ambiuisses, sed e-
tiã, vt multi perhibent, perinuitus suscepisses, nobilissimæ Leopoliensi
Ecclesiæ, pastor datus es; vt esses lucerna ardens & lucens, quam
suspicerent, quam amarent, quam deniq; imitarentur omnes, qui
pietatem & religionem christianam profitentur: in quo planè diui-
ni numinis elucet dispensatio. Leopolis enim, ciuitas est antiquissi-
ma, Russiæ Metropolis nobilissima, fidei catholicæ obseruantissima,
mœnijs ornata, vallo munita, arce duplici instructa: ciuitas leonis
de tribu Iuda, quæ nullum patitur hæreticum: digna profectò ciui-
tas, quæ tali ac tanto ditaretur antistite, præsule muniretur, pasto-
re donaretur. Habet siquidem te pastorem suæ fidei, moribus ac le-
gibus non deformem, quem timeat: non distortum, quem erubescat:
non turpis lucri cupidum, quem caueat. Illa est ciuitas leonis; tu
verò pastor leoninus: illa non fert hæreticum; tu omnes hæreticos
execraris: illa est validum contra hostes crucis Christi, Turcas, &
Tartaros regni propugnaculum; tu contra eosdem, vt Pontifex Dei
verbo, vt senator consilio, propugnator sedulus: illa ornatur ciuium
suauitate, prudentia, & eruditione; tu splendes vitæ suauitate, lu-
ces prudentiæ eminentia, nites verò eruditione charitatis. te De-
us proposuit in vallum immeabile, in murum æneum, in columnam
ferream, & in arcem munitissimam. Congratulamur vtrisq;: & qua-
scunq; exiles imparesq; gratias agimus Deo Opt. Max. quia di-
gnas referre nõ possumus, quòd nobilissimæ vrbi talis obtigerit pas-
tor; & vicissim pastori, quòd in sortẽ suæ curæ pastoralis talis obue-
nerit ciuitas. Taceo alias insignes animi tui dotes, ingenuã sincerita-
tem, in dictis & factis constantiam, egregiũ & circumspectum ingeni-
um, eximiam in arduis rebus gerendis dexteritatem, quam post alias
innumeras legationes tuas, vel hac nouissima ad Sixtum Quintum
Pont. Max. mirificè omnibus ostendisti. Taceo vigilantissimam fi-
dei christianæ propagationem, quam in tuo regimine palàm omnibus
declarâsti. Taceo modestiam singularem, insignem grauitatem, ve-
ritatis & iustitiæ zelum, honestatis & sobrietatis ornamenta; quibus
omnes, qui piè de religione christiana sentiunt, ad tui amorem & ob-
seruantiam, bellissimè attraxisti. Ipse verò currens post odorem vn-
guentorum*

quentorum tuorum, nec habens aliquid tanto Antistite dignum, in quo animi mei propensionem, erga te declararem; Sextum librum Mercurij offerre curaui, in quo de hominis dignitate, animæq; immortalitate sapientissimè disserit. Suscipe ergo Antistes Reuerendiss. læta fronte, grato animo Sextum Mercurij, sub felicissimis tuis auspicijs prodeuntem, tui quidem magni erga me amoris, meæ autem erga te obseruantiæ perpetuum munimentum. Vale, & vera sapientia Dei Patris, Christo Domino fretus, spartam quam ornandam suscepisti, ornare perge: vineam dominicam, quam colis, colere haud desine: ouile, quod regendū, oues, quas pascendas commissas habes, rege & pasce alacriter; vt & catholici tui populi in fide, & religione sancta, sanctè perseuerent; ac dignitatem perfecti hominis obtineant; & schismatici, Græci, Armeni, Russi, Moldaui, Valachi tuis paternis monitis obtemperantes, tuis salutaribus præceptis eruditi, tua pietate, & mansuetudine victi, in vnitate fidei, vnum pastorem in terris agnoscant; & sic viam salutis inueniant, per quam ad summum pastorem animarum nostrarum, in æterna felicitate contemplandum, & fruendum perueniant. Amen.

Datum Cracouiæ ex Monasterio S. Bernardini, Calendis Ianuarij. 1590.

Capita

Capita præcipua eorum, quæ continentur in hoc sexto libro Mercurij, qui est primus Asclepij.

Ad Lectorem.

VONIAM QVIDEM QVINQ. PYMAN dri libris, candide Lector, de Deo, de Angelis, de co poribus cælestibus, deniq; de elementis iam disse rui, provt potui, non autem provt debui; par est, v de homine deinceps loquar, cuius gratia facta sun omnia. Cùm autem hoc mihi persuasisem esse facie dum; & in reliquis Pymãdri dialogis, non inuenisser Magnum Mercurium votis meis respondentem; verti me ad eiusdem a thoris Asclepium, in quo inueni Magnum Mercurium de hominis dign tate, immortalitate, natura tùm corporea, tùm incorporea, egregiè subt literq́ disputantem. Asclepium igitur Mercurij, in tres libros digesi, quorum primo de virtute intellectus humani sum locutus: quæq; illi de esse videntur, in tertio Asclepij supplere studui. In secundo autem, d hominis voluntate, potissimùm verò de hominis libero arbitrio, pr mea curta suppellectile, disserui. At in tertio, de corpore & de sensibt hominis, deq; multis rebus, quæ ad hoc negotium pertinent, disputau Lubens igitur, prudens Lector, suscipe Asclepium Magni Mercurij: nar difficile est humanam mentem aliquid non amare: & necesse est, vt in liquot mens nostra trahatur affectus. Verùm carnis amor spiritus amor est vincendus, & desiderium desiderio restringendum. Quicquid ind minuitur, hinc crescit. Crebrius legendum est: addiscenda sunt plurima ea præsertim, quæ ad pietatem & bonitatem vitæ christianæ spectant, sic fractus, imò recreatus animus huiusmodi studijs, ac pijs laboribus, suis sese auocet libidinibus. Fidelis mecum Lector intellige, quid tacer do loqui vellem. Habeto prudentiam, habeto castitatem, iustitiam, tem perantiam, fortitudinem, patientiam. His cæli plagis includere, si de font sapientissimi Mercurij bibere cupis: hæc te quadriga ad metam antiqui simi Mercurij concitè feret: Pinguis enim venter, non gignit mentem te nuem: & curis animus distractus, non suscipit verba sapientum. Mercuri um sæpiùs legito, imò de manibus tuis Catholici & probati authores nunquam deponãtur. Delicatus profectò Lector eris, si pleno ventre, & fœdæ conscientiæ stimulis agitatus, de Magni Mercurij sapientia disputare tentaueris.

VALE.

ASCLE-

ASCLEPIVS MERCVRII TRISMEGISTI,

Cum Commento

F. HANNIBALIS ROSSELI CALABRI, Ordinis Minorum Regularis obseruantiæ.

DE IMMORTALITATE ANIMAE.

TEXTVS MERCVRII.

O Asclepi, omnis anima humana immortalis est.

Commentum primum.

VAMVIS DE MVLTIS ET VARIIS rebus scitu dignis, de Deo, de cælicolis, de Ægypti exterminio, de mundi exitio, instar prophetæ in hoc libro sapientissimus Mercurius sit locutus; potissimùm tamen de hominis natura, de humanæ animæ immortalitate sapientissimè disputauit, adhibito dialogo cum suo Asclepio, qui hoc modo sermonem est auspicatus: Iste inquit Asclepius, pro sole mihi est Deus. *Sensus est, istum solem visibilem, pro Deo veneror, & colo. Ad quem Mercurius:* Deus te nobis ô Asclepi, vt diuino sermoni interesses, adduxit. *Sensus est: Non tuo, sed diuino consilio ad nostrum colloquiũ accessisti, vt interesses sermoni cæteris meritò præferendo.* Eiq;, *inquit,* tali, qui meritò omnium antea à nobis factorum, vel nobis diuino munere inspiratorum, videatur esse religiosa pietate diuinior: quem si intelligens videris, eris omnium bonorum tota mente plenissimus. *Magnificè exorsus est loqui, reddiditq; Asclepium docilem, attentum, & beneuolum. Quem putas ô Asclepi te sermonem auditurum? eum planè, quem si mente perceperis, & oculis cordis perspexeris; mox mutaberis in virum alterum, omnium bonorum, quæ mente hauriuntur, plenissimum. Tex:* Sed cùm multa sint bona, & non vnum; alterum enim alterius, consentaneum esse dignoscitur, omnia vnius esse, aut vnum esse omnia. *Sensus est, dixi te omnium bonorum fore plenissimum. Quid ergo? suntné multa bona, & non vnum? sunt planè, & multa, & vnum: multa per participationem, vnũ verò per essentiam. Vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona: vnus tamen bonus Deus, in quo omnia sunt vnius, & vnum sunt omnia. Tex:* Ita enim vnum alteri connexum, vt separari alterum ab vtroq; non possit. *Sensus est: Bona illa multa, ordine quodam connectuntur, vt separari nequeant: sicut*

Intentio Mercurij.

Textus.

De immortalitate animæ.

ant: sicut videre est in elementorum connexione, in cæterarum rerum ordinatissima administratione. sed vltra istud bonum ordinis, quod habent ad inuicem, connectuntur in primo bono, in quo omnia bona sunt vnum bonum. Deinde relicta disputatione de bono, conuertit se ad propositum sermonem. Tex: Sed de futuro sermone hoc diligenti intentione cognosces: Tu verò ô Asclepi procede paululum, atq; nobis, qui intersit, euoca. Quo ingresso, Asclepius etiam Ammonem interesse suggesit. Trismegistus ait: nulla inuidia Ammonem prohibet à nobis; etenim ad eius nomen multa meminimus à nobis esse scripta: sicut & ad amantissimum, & bonum filium multa de physica, exoticaq; quàm plurima: Tractatum hunc autẽ, tuo asscribam nomini. Præter Ammonem verò, nullum voca alterum, ne tantæ rei religiosissimus sermo, multorum interuentu venientium, præsentiaq; violetur. *Magna planè proposuerat se dicturum, quæ non licet omnibus loqui, præsertim cùm omnes non sint vnius eiusdemq; sententiæ. Sapientiam, inquit diuinus Paulus, scribens ad Corinthios priori epist: loquimur inter perfectos &c. vocat religiosissimum sermonem, quia de hominis natura erat verba facturus, qui inter omnia animantia vltrò religionem colit* Ne violetur, *inquit, ne cõtingat scilicet labefactari multorum accessu, cùm inter filios Dei soleat interdum & Sathan interesse. Tex:* Tractatum autem tota numinis maiestate plenissimum, irreligiosæ mentis est, multorum conscientiæ publicare. *Cùm homo sit imago totius trinitatis, rectè tractatus de hominis natura, totius trinitatis est plenissimus:* sed irreligiosæ mentis est, *margaritas proijcere ante porcos, & arcanũ sermonem indoctæ multitudini publicare, quæ ea quæ non capit, facilè contemnit. Tex:* Ammone etiã adytum ingresso, sanctoq; illo quatuor virorum religione, & diuina Dei completo præsentia, competenti venerabiliter silentio, ex ore Hermû animis singulorum mentibusq; pendentibus, diuinus Cupido sic exorsus est dicere *Magnum sanè & religiosum colloquium, quatuor virorum, Mercurij scilicet, Tatij, Asclepij, & Ammonis, religione, ac diuina Dei completum præsentia: tribus autem illis ex ore Mercurij pendentibus, sapientissimus Hermes exorsus est loqui. Tex:* O Asclepi, omnis humana immortalis est anima, sed non vniformiter cunctæ; sed aliæ alio more vel tempore. *Sensus est, Noueris ô Asclepi, omnem animam humanam mori non posse, alioqui non esset anima, sed animatum: verùmtamen nonnihil discriminis, accidentis quidem, non autem substantiæ apparere in eis, ob moris temporisq; diuersitatem. Quæ enim moribus honestis, ac probis fuerint ornatæ, non sola immortalitate, sed etiam vitæ felicitate fruuntur æterna. contrà, quæ improbæ, & obscœnæ vitæ maculis infectæ, immortales quidem perseuerant, sed in cœno & sordibus, ac grauissimis tormentis, & pœnis perpetuò degunt.* Vel tempore. *quia non omnes vno eodemq; tempore ex præsenti vita migrare iubentur. Hoc cùm non rectè percepisset Asclepius, vnam ab altera animam substantialiter separari est arbitratus. Tex:* Asclepius: Non enim ô Trismegiste omnis vnius qualitatis est anima? *Sensus est, nónne omnes animæ hominum sunt vnius qualitatis specificæ? Estné homo homine specificè perfectior? Tex:* Trismegistus, ô Asclepi, vt celeriter de vera rationis continentia decidisti! Non enim hoc dixi, omnia vnum esse, & vnum omnia, vtpotè quia in creatore fuerint omnia, antequàm creâsset omnia. Nec immeritò dictus est omnia, cuius membra sunt omnia Huius itaq; qui est vnus omnia, vel ipse est creator omnium in hac tota disputatione curato meminisse. *Sensus est, licet omnia sint vnum in Deo, & Deus sit vnum in omnibus, & omnia sint eius membra, quia à Deo recipiunt motum & vitam; non enim dicuntur membra corporis Dei, quia Deus est incorporeus,*

De immortalitate animæ.

poreus; sed dicuntur membra Dei, quia Deus influit in illa vitam & motum, sicut ca
put animalis in cætera corporis membra; & Deus per illa operatur: non tamen omnia
ista membra sunt vnum membrum, nec omnes animæ vna anima. Distinguuntur, in-
quit, non in quantùm sunt vnius membra, sed in quantùm vnum distinguitur ab alio
membro, officio, figura, situ, ac peculiari proprietate: de quibus postea latiùs disse-
ram. nunc verò ad propositam Mercurij intentionem, nempè ad animæ humanæ im-
mortalitatem declarandã, elucidandamq́; redeat oratio. Quoniã verò omnis christia
norum, imò omnium hominũ spes in immortalitate animæ sita est; idcircò ex profes-
so de tantæ rei grauitate, dignitateq́; loqui constitui, idq́; authoritate, ratione, & ex-
emplo: vt rei veritate perspecta, quilibet studeat mores suos ad immortalitatem a-
nimæ accommodare: vitamq́; agat, vt immortalis futurus: non autem vt brutum ani-
mal simul cum corpore interiturum. Quid verò Mercurius de hoc negotio senserit,
breui conscripsi, & in medium afferre placuit. Eius autem primum fundamentum
huiusmodi est: nempè hominem ex duplici natura constare, mortali scilicet, & im-
mortali, corpore videlicet, & anima, siue anima & mente: proinde & mortalem, &
immortalem appellat. Hinc est, quòd Deus hominem diligat, vt diuinitatis suæ par-
tem. Nam, vt homo, inquit in Æsclepio, ex vtraq; parte posset esse plenissi-
mus, ex duplici natura formauit. Mens igitur hominis est immortalis, pars Dei,
non quidem eiusdem substantiæ; sed imaginis, vtpotè spiritualis substantia, semper
viuens post suæ conditionis exordium. In octauo Pymandri idem sentire videtur:
ubi tres mundos immortales proponit, Deum, mundum, & hominem. Homo, inquit
ad imaginem mundi genitus secundùm patris voluntatem, non modò
cum secundo mundo cognationem habet; verùm etiam intelligentiam
primi. Est autem homo ad imaginem mundi conditus, quia eius corpus ex quatuor
constat elementis: complexio verò, & affectus ex superioris mundi impressione, ini-
tium habent. Iterum 9. Pymandri ait, hominem diuidi in animam & corpus: quæ
quidem particulæ quando sibi consentiunt; tunc intellectio concepta mente depro-
mitur. Mens verò omnes notiones bonas concipit, quoties à Deo semen
infunditur. Ex quo patet, hominis mentem diuini seminis capacem esse: quod vtiq́;
fieri non posset, ni esset immortalis, & diuinæ imaginis typum gereret. Ex modo er-
go intelligendi diuina, eius ostenditur immortalitas: propterea quòd intellectio per
similia fiat. Dialogo decimo asserit, hominum immortales animas in dæmones, id est
angelos transire: demum in Deorum chorum feliciter reuolare: quod profectò ne-
quaquam accideret, si anima cum corpore simul interiret. vnde pijs præmia, & im-
pijs animabus pœnas distribuit, quam quidem theologiam Plato Græcus, & Virgilius
Latinus studiosè imitantur. Describit postea totius hominis ordinem ità, vt facile sit
videre, qua ex parte homo immortalis, quaue mortalis dicatur. Anima hominis, inquit, in hunc modum vehitur: Mens in ratione, ratio in anima, anima in Ordo homĩs.
spiritu, spiritus in corpore, spiritus per venas, arterias, sanguinemq́; diffu-
sus, animal vndiq; ciet, molemq́; corporis suspensam sustinet, atq; cir-
cumfert. Itaq́; homo, quoad mentem, partem nimirum diuiniorem, qua cum ange-
lis & Deo conuenit, ac cognationem habet, immortalis: quoad verò animat corpus, &
vitam animalem diffundit per arterias, per venas, per spiritus vitales, mortalis no-
minatur. Mens, inquit, ab anima, anima verò à spiritu separatur. Assumpsit mens
animam velut amictum, quia nuda secundùm se mens in terrea sistere mole penitus
non potest. Anima verò vehiculo spiritus vtitur: spiritus animal totum percurrit.
Neq́; quispiam putet, tres animas à Mercurio diuisas fuisse, cum vna sit secundùm
essentiam: multiplex verò secundùm virtutem. vnde & animam intellectiuam sua
virtute, & sensitiuam, & vegetatiuam continere, apud philosophum patet satis. Di-

immortalitate.

us Paulus quoque separat animam à mente, & à spiritu. Pars ergo animæ, quæ mens appellatur, est immortalis: denique tota anima, nisi quoad officia, quæ in corpore exercet: quorum respectu mortalis appellatur. Hæc est lucida, atque vera Magni Mercurij de animæ immortalitate theologia. Et reuera, vt ipsemet dicit in eodem Dialogo: Homo est animal diuinum, non cum terrenis brutis, sed cum dijs cælestibus comparandus. Quinimò, si audendum est verum fateri, homo verus, vel cælicolis est præstantior, vel saltem pari sorte potitur. *Quæ omnia minimè vera essent, si anima humana mortalis esset omninò. Item Dialogo. dicit:* Magnum immortalitatis indicium esse, quòd soli ex omnibus animalibus homini Deus ipse largitus sit sermonem ac mentem, *hoc est, donum intelligendi & loquendi:* quæ quidem eiusdem, ac immortalitas, pretij esse censentur. Nam quisquis his, ad id quod decet, vtitur; nihil ab immortalibus discrepat. Quinetiam corporis solutus compedibus, ab vtrisque ducetur in chorum beatorum simul atque deorum. *Quare, si remanet anima humana postquam soluta est à corpore, & in beatorum concilium migrat, si mente ac sermone bene vsa fuerit; proculdubio erit immortalis, ac pari sorte immortalitatis cum dijs fruetur. Hoc idem circa finem eiusdem dialogi clarissimè edocet.* Maxime, *inquit,* omnium immortalis est homo, qui Deum capit, qui diuinæ conformatur essentiæ. *Et est sensus, quòd homo sit immortalis, vel ex eo constat satis, quòd eius mens capax est Dei: omne autem, quod alicuius rei capax est, illius simile est; oculus enim capax est lucis, non manus, aut pes, quia lucis habet qualitatem. Si ergo mens hominis capax est Dei; profectò illius naturæ similis erit. at Deus est immortalis; & mens hominis quoque est immortalis. Altera verò ratio, quòd conformatur diuinæ essentiæ, hoc est, quòd sit substantia incorporea, intellectiua rationis capax, lucida, immortalis: quæ enim sunt sibi conformia, cognationem, & affinitatem habent ad inuicem. Homo igitur, si diuinæ conformatur essentiæ; immortalis vtique erit:* Cui soli ex omnium viuentium genere Deus ipse congreditur: nocte quidem per somnia, die verò crebriùs per portenta, per quæ omnia sibi futura prænuntiat, per Sibyllam. *Hæc dicta sunt à Mercurio pro humanæ animæ immortalitate astruenda atque confirmanda, quæ adeò sunt clara, lucida, vt elucidatione non egeant: quam profectò sapientiam, Plato, cæterique Platonici passim sequuntur, quorum opiniones, rationesque huic inserere studui.*

Aniāl diuinū.

Capax Dei est homo.

CAP. II.

Plato ac Platonici quid senserint de animæ immortalitate.

Rationes.

1. *Lcinous Platonicus rationes adducit, quibus Plato vsus est, dum animæ immortalitatem ostenderet: Anima cuicunque adest, vitam affert: quod verò vitam præstat; mortem minimè suscipit: quod autem huiusmodi est, immortale existit. Quare si anima est immortalis; incorruptibilis quoque erit.*
2. *Anima præterea, cùm per corporis sensus ad illa quæ sensibilia sunt, descendit, angitur, atque turbatur: non est ergo similis illius, cuius præsentia turbatur. Quare, intelligibilibus potiùs quàm sensibilibus similis erit: intelligibile verò, ipsa sui natura semper incorruptibile: anima ergo est incorruptibilis.*
3. *Item, quod natura sua regit, & imperat, diuinitati cognatum est. sed anima sua natura corpori dominatur:*
4. *quapropter anima Deo proxima, immortalis erit. Præterea qui*

5 De immortalitate animæ.

terea quòd seipso mouetur, vtpote motus principium, semper mouetur, atq; immor-
tale est. sed anima seipsa mouetur, puta quia innatã habet vitam secundùm seipsam
operandi: igitur anima humana est immortalis. In lib. de virtute meminit antiquissi-
morũ Poëtarum: Tradit Pindarus, inquit, & cæteri, quicunq; Poëtarum diuini sunt,
animum immortalem esse, eumq; tùm decedere, quod quidem mori vocant; tùm ite-
rum redire, interire verò nunquam. Et in Philebo, siue de summo bono ait, mentẽ
progeniem esse quandam causæ omnium, & proinde immortalem: Prisci, inquit, nobis
præstantiores, dijsq; propinquiores, hæc nobis oracula tradiderunt. Sapientia atq;
mens absq; anima nunquam sunt, & in Iouis ipsius natura regiam animam, regiamq;
mentem inesse: mentem verò progeniem, id est, à Deo immediatè creatam, quandam
esse eius causæ, quæ causa dicitur omnium. Quare sic potest argui: Quod est progeni-
es, & cognatum Deo, est immortale. sed huiusmodi est mens: igitur mens hominis
est immortalis. In Phedone ex professo astruit animæ immortalitatem, licèt dicat
animas esse æternas, sæpiusq; in corpora reuerti: in quo quidem à nostra Theologia
dissentit, quæ animas indies creari à Deo asserit, atq; corporibus organicis infundi:
Anima, inquit, inuisibili speciei similior est quàm corpus; corpus verò visibili. Ete-
nim cùm anima per sensus aliquid considerat, tunc quidem à corpore trahitur ad ea,
quæ nunquam eodem modo sunt, atq; ipsa aberrat, perturbaturq;, quasi ebria vacil-
lans, vtpote quæ talia quædam attigerit: at verò quoties ipse animus per seipsum ex-
cogitat, illuc se cónfert ad purum, sempiternum, immortale, semper eodem modo se
habens, & tanquam ipsius cognatus semper inhæret illi, quoties ipse redierit in se-
ipsum, eiq; liceat, cessetq; ab errore. Hæc Plato. Et est sensus: si animus simul interi-
ret cum corpore, simul cum corpore senesceret, & ad illius habitationem proficeret.
Sed senescente corpore animus viuacior redditur, & prudentior, & ad illius præsen-
tiam, velut ebrius aberrat: igitur animus hominis est immortalis. Sanè, vnumquodq;
conseruatur cum eo, quod est sibi cognatum, & affine. at mens humana, cum se con-
fert ad purum, & sempiternum, virescit, sapit, & intelligit: inde igitur est illi origo,
& domicilium. Quamobrem doctissimè sapientissimèq; dicit Plato, animam in corpo- Corp' carcer animi.
re ligatam esse, atq; implicitam, & per ipsum, quasi per carcerem quendam res con-
siderare: cumq; per seipsam id non faciat, omni prorsus inscitia inuolutam esse. Am-
plius, quod non potest suscipere mortem, est immortale; mors enim vitæ opponitur.
Sed anima non potest suscipere mortem, puta quia habet propriam vitam, & manet
seipsa, adeò, vt neq; per se, neq; per subiectum aliud, mortis possit subire dispendi-
um: igitur anima humana est immortalis. Virtus præterea non obest bono, neq; viti-
um prodest malo: quòd si anima immortalis non esset; minimè verum esset: nam im-
pij lucrarentur, cum & à corpore, & ab eorum prauitate cum anima liberarentur.
Nunc autem cùm anima immortalis apparet, nulla superest malorum declinatio: nulla
salus, nisi vt optima & prudentissima fiat. nihil enim aliud cum migrat ad manes a-
nima, secum transfert, præter eruditionem atq; educationem, quæ quidem statim in
principio transmigrationis illius, plurimùm vel prodesse, vel obesse possunt. Socrates
morti vicinus dixit, se cygnorum esse conseruum: siquidem cygni, cùm breui præsen-
tiunt se morituros; tùnc admodum dulcius canunt, quàm antea consueuerant: homi-
nes verò cùm ipsi mortem expauescunt, cygnos quoq; falsò criminantur, quòd lugen- Cygni cantus
tes mortem, ob dolorem cantum emittant. Cygni Phœbo sacri sunt, vt arbitror, di-
uinatione præditi: ostendunt alterius vitæ bona, ideoq; cantant alacrius, gestiuntq;
eo die, quàm superiori tempore. Equidem, & ego arbitror, inquit Socrates, me cy-
gnorum esse conseruum, eidemq; Deo sacrum: neq; deterius vaticinium ab eodem do-
mino habere, quàm illos: neq; ignauiùs è vita ista decedere. Itaq;, iuxta hanc Socratis
doctrinam, anima nostra tali natura prædita est, quòd non dissipatur, postquã à cor-
pore

pore exierit: ſiquidem pura diſcedens, corporeum nihil ſecum trahit. Quare, anima
ſic affecta, ad aliquid ſibi ſimile diuinumq; proficiſcitur: quo quum peruenerit, ua-
dit felix ab errore, à dementia, timoribus, duriſq; amoribus liberata. Hinc eſt, quod
in ſua Apologia confidenter dicit Socrates, mortem, permutationem, & tranſmigra-
tionem animæ eſſe in alium locum, in admirabile lucrum; ideoq; libentius mori. Et
reuera, compoſitum ſuapte natura diſſolui, neceſſe eſt. ſed anima non eſt compoſi-
ta: nulla ergo ei accidit diſſolutio. In 10. de legibus dicit, animam eſſe numerum qui
Numerus mouens. poteſt ſeipſum mouere; vult enim animam eſſe immobilem ſecundùm ſubſtantiam,
nempè motu terminabili ad ſubſtantiam: accidentaliter tamen mobilitati obnoxiam
eſſe. Etenim animæ per ſe primò ineſt mobilitas; ideoq; primò eſt mobilis, motuumq;
fons omnium. ſiquidem, quemadmodum in mouentibus datur primum mouens, ita
planè & in mobilibus: hoc autem non eſt Angelus, quoniam ſecundùm Philoſophos,
eſt immobilis, quoniam ſemper eſt idem, & ſine diſcurſu intelligit, & vult: neq; cor-
pus, quoniam per qualitatem mouetur: neque qualitas, quippe quæ per ſphærarum a-
nimas mouetur: anima eſt ergo. Itaq; anima humana, teſte Xenocrate, eſt numerus
ſeipſum mouens, hoc eſt natura multiplex, ſua ſponte mutabilis: ex quo apparet re-
liquorum animalium formas apud Platonicos, animas nequaquã appellari: tum quia
cùm à corporibus dependeant, propriæ eſſentiæ dici non poſſunt: tùm quia viuifica-
Mot⁹ animæ. tiones quædam potius, quàm veræ vitæ appellantur. Cæterùm, quemadmodum i-
gne ſunt, calor, lux, leuiſq; ſubtilitas; ita planè & in anima, eſt vis illa vitalis, virtus
cognoſcendi, & vis appetendi. Quare, ſicut in igne prius eſt intus lucere, calere, a-
ſcendere, quàm exteriùs prodeat eius calor & lumen; ita in anima huiuſmodi vires
priùs vigent, quàm foris appareant. Intrinſecus ergo habet vitam, quæ corpori vitã
tribuit, vnde fit, vt à ſeipſa diſcedere nequeat, ac proinde perpetua ſit & immortalis:
Viuere motus animæ. igitur anima ſeipſam mouet, quia nimirum vitalem à potentia in actũ progreſſionem
explicat in ſeipſa. Quamobrem, hic motus ſpiritualis eſt, quo anima priùs in ſeipſa vi-
uere intelligitur, quàm corpori vitam exhibeat.. Et reuera, ſicut intelligere eſt actus
intellectus; ita & viuere eſt actus vitæ, qua anima viuit, ſeu ſe viuificare dicitur. Qua-
re, ſic poteſt formari ratio Platonis: Omne viuens intus ſeſe ipſum mouet & viuificat,
quippe quia omnis vita motus quidam eſt. ſed anima humana eſt huiuſmodi, quia
ſcilicet eſt vita: ſeipſam ergo mouet, id eſt, vitalem progreſſionem explicat po-
tentia ad actum. Cùm ergo anima ſibi viuere ſemper præſtet, & nunquam ſeſe de-
rat; haud dubiũ quin ſemper viuat, & immortalis atq; incorruptibilis perſeueret. Ite-
rũ in Phædro Plato dicit, animã eſſe fontem, & principiũ motiuum. Fontem quidem,
Anima fons motus. propterea, quòd motionem illam ſecũ habeat: principiũ verò, quòd illam effundit in
corpus. In cauſa autẽ eſt, quia omninò per ſe, & non ab alio exteriùs, vel interiùs mo-
uetur. Quã ob cauſam ait Phædrus: Anima omnis eſt immortalis: omnis, inquã, quæ to-
ta & integra omnes animationes virtualiter cõtinet. Itaq; talis poteſt eſſe ratio Phæ-
dri: Quod mouetur ex ſe liberè, à materia non dependet. ſed anima humana eſt huiuſ-
modi, vt viſum eſt: igitur à materia non dependet. quod verò ita ſe habet, immortale
Aĩa principiũ motus. eſt & perpetuum. Iterùm quod eſt principium omnium motionum, non incipit per
motum, & agens naturale, neq; corrumpetur per motum. ſed anima rationalis eſt hu-
iuſmodi: non ergo per motum corrumpi poteſt; nihil enim extrinſecum violare po-
teſt id, ex quo motus vitalis exoritur, niſi conditor eiuſdem. Equidem, ſi anima rati-
onalis eſt principale principium, quod ſibi vitam ſuppeditat, & motum internum, &
nunquam ſe deſerit: nunquam igitur deſinet viuere. Sanè, ſi quod mouetur, quamdiu
motori adhæret, tamdiu moueatur neceſſe eſt: igitur vbi idem eſt motor, & motum,
ſimul ergo ſemper erunt, nec vnquam deſinet motum moueri. Quare anima humana
Lib. 83. queſt 8 ſemper erit immortalis, & perpetua. Diuus Auguſtinus explicat Platonis ſententi-
am hoc

De animę immortalitate.

m,hoc modo: Moueri per se animam sentit, qui sentit in se esse voluntatem: nam si olumus,non alius de nobis vult: & iste motus animæ spontaneus est: hoc enim tribuum est ei à Deo. qui tamen motus,non de loco ad locum est tanquam corporis; localiter enim moueri, corporis proprium est. Et cùm anima voluntate, id est,illo motu, ui localis non est, corpus suum tamen localiter mouet; non eodem modo monstraur,& ipsa localiter moueri: impartibile enim non mouetur loco. Nomine itaq; mous,non propriè vsus est Plato, sed communiùs, nempè pro quauis operatione, sicut ristotel: 3. de anima, sentire & intelligere motus esse dixit. Quo quidem modo,mo us non est actus entis in potentia,sed actus perfecti. Animam ergo seipsam mouere, erinde est apud Platonem, ac animam operari absq; corporis instrumento. Etenim, cut animæ substantia prior est substantia corporis; ita certè affectus & motus, ac otes ipsius priores sunt paßionibus corporis. Motus siquidem in corpore paßio est: anima verò actio, vt 10. de legibus docet Plato. Ampliùs, in Crito & in Apoloa dicit,prope mortem quosdam constitutos,vaticinatos fuisse; quasi illa videant in pernis numinibus, quibus animus iungitur, corpore non impeditus. In Symposio ræterea dicit, quòd si anima cum corpore nasceretur, cum corpore etiã augeretur, floreret eius sapientia. atqui in senibus oculo corporis deflorescente, floret ocus mentis: anima ergo non interit cum corpore. Hæc, & similia dicta sunt à Plato- ,quæ animi humani immortalitatem ostendunt.

CAP: III.

Argumenta contraria.

POsset aliquis contra Platonis sententias sic arguere: Omne quod per se 1.
mouetur,diuiditur in motum in actu,& motorem in actu,vt dicit phi-
losophus. sed anima nequaquam ita diuiditur, puta,quia est vnica,& in
diuisibilis: anima ergo per se non mouetur. Item,omne mobile per se,est 2.
diuisibile per se, teste Auerroe cap: 1. de substantia orbis: & omne mo-
le per accidens, est diuisibile per accidens. sed anima humana non est diuisibilis
r se,neq. per accidens, cùm sit non quanta: non ergo mouetur per se,vt dicit Plato.
nè,rei spirituali non accidit transmutatio. sed anima rationalis,est substantia spi-
ualis: non cadit ergo in eam transmutatio: & consequenter non mouetur. Ampli- 3.
,anima mouetur à Deo:non ergo tantùm à seipsa. Antecedens patet, quia sicut, si
lum desineret moueri, reliqua omnia corpora similiter quiescerent; ita planè, si De
non moueret spiritualia, ne vnus quidem spiritus moueretur: vnde Mercurius in
mandro ait: Si Deus vacaret à motu,omnia planè essent otiosa. Consequentia nota
. Iterùm, omne quod per se mouetur, ab alio mouetur. Constat id satis de moto se- 4.
ndùm partem,& per accidens. Et per inductionem elici potest ab elementis,plan-
,& animalibus,quæ à forma intus latente mouentur. Reuera,si anima per se moue-
, aut motu generationis,aut corruptionis,aut localis alterationis. sed nullo istorũ
tuum anima mouetur, vt patet, alioqui corporis subiret vicem: ergo quod pri-
. Præterea,ei,quod per se mouetur, tria inesse videntur: quod mouet,quod moue- 5.
,& quò mouetur,& mouet. Cæterùm,quod mouet,non mouetur: propterea, quòd
ut est quod mouetur, & non mouet; ita est quod mouet,& non mouetur. sed ani-
rationalis non tantùm mouet, neq. tantùm mouetur: est ergo tantùm quò mouet,
mouetur homo. Item,contraria eidem secundùm idem minimè competunt. sed mo 6.
re,& moueri sunt contraria: non ergo eidem animæ rationali conueniunt. Iterùm, 7.
òd anima humana non solùm non sit numerus seipsum mouens, sed nec etiam im-

De immortalitate animæ.

mortalis, arguo sic: Nulla forma rei generabilis, & corruptibilis, potest & ipsa ess perpetua, quippe cùm corruptio tendat ad non esse; quod quidem sine formæ abiec one, priuationeq; non contingit. sed anima humana, est forma hominis, qui est corr ptibilis: non ergo est perpetua, & immortalis. Amplius, si intellectus hominis ess perpetuus, vt dicit Plato; præcederet vtiq. suam materiam: omne enim perpetuu præcedit tempore id, quod generatur & corrumpitur. sed id aduersatur philosoph 12. meth: tex: com: 15. non ergo anima rationalis est perpetua.

CAP: IIII.

Soluuntur Argumenta.

1. D primum argumentum sic dici potest, nempè maiorem falsam esse v uersaliter sumptam; vera tamen de eo, quòd secundùm apparentiã se mouetur. Cæterùm, anima rationalis per se mouetur omninò, hoc e
2. non ex aliquo alio interiùs, vel exteriùs mouente. Ad 2. dico, Auer thoritatem intelligi debere de his formis, quæ à materia dependent, producuntur, cuiusmodi non est anima rationalis. Ad confirmationem dico, Aue loqui de prima causa, & intelligentiis, in quas non cadit huiusmodi transmutatio.
3. 3. dico, animam subitaria incitatione, infusioneq; stabili à Deo moueri, de qua pro ctò motione non intellexit Plato cùm diceret, animam esse numerum seipsum mo tem; sed de illa potiùs, quæ est actus successiuus, per temporis momenta discurre siquidem paulatim formando se, à se mouetur, & mouet se anima. Quòd operatio eius paulatim fiant, & in tempore; in causa est, ipsius imbecillitas, qua angelis est
4. ferior. Ad 4. patet ex supradictis responsio: quippe quia non ab aliqua alia for quàm à seipsa moueatur anima rationalis, ideoq; insufficiens est inductio. Ad co mationem dico, de nulla illorum motuum specie in diffinitione animæ astruenda cutum fuisse Platonem; quoniam quidem passiones sunt: huiusmodi verò, qui ani à Platone attribuuntur humanæ, actiones, veluti sunt velle, considerare, curare, c sultare, rectè, & non rectè opinari, lætari, dolere, audere, metuere, odisse, diligere
5. quæ sunt generis eiusdem: vt decimo de legibus docet Plato. Ad 5. Minor est fa de motu, qui est actio. Nam quemadmodum dicimus ignem esse calidum per se, duo quidem dicimus diuersa, quorum vnum caleat, & alterum calefaciat; ita p nè nec in anima duo diuersa sunt, motum scilicet, & mouens. Etenim moueri in non est perinde, ac secari in ligno; sed potiùs sicut calere in igne; calet enim ig nullo calefaciente: sic anima seipsam mouet, sine aliquo alio motore eam mouen
6. Ad 6. Minor est falsa de eo, quod à se est mutabile, & ab alio non mouetur: cu
7. modi est anima, quæ actu formali, ac potestate actuali motum continet. Ad 7. M est vera de forma inhærente, quæ producitur de potentia materiæ, non autem de f
8. ma, quæ venit ab extrinseco. Ad 8. dico, nullam inhærentem formam suam mate am præcedere: formã verò subsistentẽ materiam particularem præcedere posse: totam tamẽ, totã, quantùm ad omnes ipsius partes: vnde anima rationalis benè p cedit tempore hunc hominem, non tamen totam naturam humanam. Aut rectius

Anima præcedit materiam.

potest intelligi philosophi sententia, quòd nulla forma totam suam materiam temp re præcedat; quemadmodum omnis causa mouens, & generans, rem genitam præ dit: ratio verò siue forma simul est cum re genita. Vnde ait 12. met: com: 17. Inq rendum est, inquit, vtrum aliqua forma pòst maneat; quia in quibusdam nihil pro bet, eorum formam posteriùs remanere, nempè animam intellectiuam. Non ergo cit philosophus, nullam formam præcedere suam materiam: sed vult formam p

esse simul cum re, cuius est forma: atque in hoc differre à forma, siue à causa mouente. cùm hoc tamen stat, aliquam formam, aliquo modo suam materiam tempore praecedere posse. Sed de his satis.

CAP: V.

Animae immortalitas secundùm Plotinum, & alios philosophos.

Plotinus fidelis Platonis interpres, animae rationalis immortalitatem plurimis in locis sapientissimè doctissimeque ostendit. Enn: 4. lib: 7. cap. 10. Si, inquit, homines essent bene affecti, & bonis animis praediti; nullus adeò foret incredulus, vt aliquando diffideret, animae nostrae naturam esse penitus immortalem. Etenim animam nostram cognatam esse diuiniori sempiternaeque naturae ex eo patet; quia non est corpus, neque figuram habeat, neque colorem, neque molem, vel qualitatem vllo pacto tractabilem. Quare, cùm omne diuinum, verèque ens, vita fruatur bona, atque sapiente: anima verò nostra huiusmodi naturae sit cognata: vita igitur fruitur bona, atque sapiente. Et reuera, nemo sanae mentis dubitabit, quin anima rationalis sit immortalis. Nam cui ex se inest vita, interire non potest: sed animae rationali ex se inest vita, quia est forma per se viuens: quomodo ergo interibit? Calor non igni, sed materiae inest ignis, ideoque ignis dissoluitur: Anima verò non sic habet vitam, vt ibi quidem materia sit subiecta, vita verò illi accedens declaret animam. Praeterea, sapientia, veraque virtus, diuinae res cùm sint, non possunt alicui vnquam vili mortalique inesse naturae; sed necesse est tale quiddam esse diuinum, quippe cùm compos sit diuinorum ob cognationem quandam communionemque substantiae. sed animae humanae inest sapientia, & vera virtus: est ergo quid diuinum, & immortale. Ampliùs, quod est suae motionis principium, quodque ex seipso viuit, intelligens quae in caelo sunt, & quae supra caelum, vsque ad summum omnium principium est immortale omninò. sed huiusmodi naturae est anima rationalis: ergo quod prius. Accedit ad haec, quòd omne solubile, cùm ex cõpositione susceperit esse, hac conditione dissolui potest, qua est compositum. sed anima rationalis est vnus, & simplex actus, & natura in viuendo consistens: non igitur hac ratione poterit interire. Neque diuidi potest in partes, quia non est moles, neque quantum quicquam. Anaxagoras quoque de homine loquens, ait: Mortalis aeternitas Dei partem habet. Mortalem vocat hominem propter corporis conditionem: aeternitatem verò propter animam: vnde Pythagoras, corpore deposito, si liberum ascenderis aetherem, eris immortalis Deus, non vltrà mortalis. Hinc quoque Heraclitus ait: Lux est anima sapientissima; à corporeis enim humoribus separata, clariùs intelligit: Cuius contrarium contingeret, si anima à corpore originem haberet: qualibet enim res à propria origine seruatur, & perficitur. Apollo Milesius, authore Lactantio lib: 7. interrogatus, vtrum anima maneret post mortem, respondit: Anima quidem, inquit, quoàd vinculis corporeis tenetur, corruptibiles passiones sentiens, mortalibus cedit doloribus. Cùm verò humanam conditionem post corruptam in aethera fertur, nunquam senescet, & manet in aeternum sine poena. Cyrus maior apud Ciceronem q. 1. Tuscul: & apud Xenophontem, ait: Nolite arbitrari filij charissimi, me cùm à vobis discessero, nusquam aut nullum fore; nec enim dum eram vobiscum, animum meum videbatis; sed cùm essem in corpore ex his rebus (quas gerebam) intelligebatis: eundem igitur me fore dicitote, etiam si nullum videbitis. Haec ille. Quare, rectè dictum est à

Enn: 4.
Anima cognata Deo.
Anima vas sapientiae.
Anima non est composita
Anaxagoras.
Pyth:
Heracl.
Lactan:
Apollo.
Cicero.
Xenophon.

immort:

Galenus. Galeno lib: de spermate, quòd sicut lux solis, quæ est incorruptibilis, officium suu complens, nullam patitur diuisionem; sic anima, quæ est incorruptibilis. Etenim sicu lumen solis separatur ab aëre, & ab omni oculorum intuitu, sine sui corruptione; Auicenna. & anima separatur à corpore. Vtitur & Auicenna huius rei astruendæ gratia co- gruo satis exemplo 6. natu: par: 5. Creetur, inquit, à Deo homo aliquis subitò in ætat perfecta constitutus; sed ita dispositus, vt nihil per quinq; sensuum apprehenda Mens, hominis sic affecti, à nullo perturbata, præsentem sibi animæ substantiam c gitabit. Quapropter affirmabit esse seipsam: neq; tamen corporale aliquid in seip perspiciet. Quid ergo es ô Anima, si parua te non implent? pulcherrima, si horr turpia: sempiterna, si nullum habes defectum. Quære ergo te extra mundum, ex a te vola. Falsa est igitur Democriti & Epicuri sententia, & Dicearchi de animi dis- Plato. lutione: vnde Plato ait, ex hoc posse cognosci animas esse immortales, atq; diuin quòd in pueris mobilia sunt ingenia, & ad percipiendum facilia; quòd ea quæ disca ita celeriter capiant, vti non tunc illa discere videantur; sed recognoscere potiùs, a Laertius. reminisci. Thales Milesius apud Laertium, primus inter philosophos dicitur de a- Diogenes. strologia tractâsse, & primus animas immortales posuisse, & de natura disputâs Thales. Macrobius lib: primo super somnio Scipionis ait, animarum originem manare e Macrobius. cælo, idq; inter philosophantes indubitatæ esse sententiæ. Et hanc perfectam esse sa- pientiam; vt vnde orta sit anima, & de quo fonte venerit, recognoscat. Quamobre Cicero. rectè disputauit Cicero in lib. de Legibus. Quòd, inquit, ex hominum genere conse tos, sicut Herculem, & cæteros coli lex iubet, indicat omnium quidem animos imm tales esse; mentem namq; ex quinta natura fieri, Arist: dicit. Nonne maximum argumentum naturam ipsam de immortalitate animorum tacitam iudicare, qu omnibus curæ sunt, & maximæ quidem quæ post mortem futura sunt? hoc ipsum i dicat procreatio liberorum, propagatio nominis, adoptiones filiorum, testamentu diligentia, sepulchrorum monumenta; quòd nulla animorum in terris origo inueni possit: nihil enim est animis admixtum, nihil concretum, nihil duplex, coagmen- tum nihil. Quod cùm ita sit, certè nec secerni, nec diuidi, nec distrahi potest, nec i terire animus humanus; est enim interitus quasi discessus, & secretio earum par- um, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Quare, cùm partes animi à ipsis secerni nequeant; haud dubium, quin animus interire non possit. O igitur pr- Socrates. clarum illum diem dicebat Socrates, cùm ad illud diuinorum animorum concili proficiscar; vbi ea vita viuitur, quæ est vera vita nominanda: nam dum sumus inc- si in his propaginibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfr- gimur. Non ergo lugenda est mors, quam sequitur immortalitas. Quam ob rem e- mus è vita læti, eripiq; nos è custodia, & eleuari vinculis arbitramur; vt in æterna Seneca. & planè in nostram domum remigremus. Sanè, mors, vt dicit Seneca ad Lucillu Porphyrius. iter mutat: vitam verò non eripit. Et, quid mirum, ait Porphyrius, si anima, quæ substantia incorporea, separetur à corpore, absq; sui corruptione; quando & sol si Alpharabius. corruptione ab aëre recedat? Alpharabius in lib. de intellectu, & intellectu ait: A mam à corpore separatam, res intelligere per suam essentiam: sicut & aliæ intellige Algazel. tiæ abstractæ mouentes orbem. Eiusdem est sententiæ Algazel in suis commen- rijs physicis: Cùm, inquit, anima separata fuerit à corpore, durabit eius cohæren cum intelligentia agente, & delectabitur delectatione, cuius esse explicari non p test. Mira planè doctrina, quæ à tot præclarissimis in nos ita clarè emanauit; vt nu Isaac. lus sit relictus ambigendi locus. Hoc idem asserit Isaac in lib. suarum diffinitionu vbi dicit tres esse animarum ordines, nempè vegetatiuam, sensitiuam, atq; intellecti uam, & harum excellentiorem esse intellectiuam; quoniam à summa intelligentia Moyses. creata, & naturæ ipsius gerit imaginem. Idem sentit Moyses Hebræus: Anima, i quit

quit, à corpore separata, non moritur: sed si passiones corporis secuta non fuerit, spe- De animę immorta:
culabitur primum ens, & voluptates capiet ineffabiles, quas mortalium linguæ enar
rare non possunt. Iosephus quoque Hebræus lib. 6. de Iudaico bello, Corpora quidem, Ioseph.
inquit, cunctis mortalia sunt, & caduca: anima verò semper immortalis. Et quot le-
gimus morti sese dedisse desiderio immortalitatis habendæ? Nam & Theobrotus, Theobrotus.
teste August: 22. de ciuit: lecto Platonis libro de immortalitate animæ, præcipitem
se dedit. Sic Marcus Cato, teste Lactantio 3 lib. seipsum interemit, cupiditate im-
mortalitatis obtinendæ. Idem in se pertulit Diogenes philosophus, vt refert Cicero Diogenes.
2. Thus: & Zeno, teste Seneca ad Lucillū: Cleantes quoque & Chrysippus eodē desiderio Cato.
correpti sunt, vt dicit Lactantius vbi suprà. Lucretius Poeta, teste Lactantio 3. libr: Zeno.
de animæ immortalitate præclaré cecinit. Cedit idem retro de terra, quod fuit ante Lucretius.
in terram: sed quod missum est ex ætheris ore; Id rursum cæli fulgentia tecta re-
ceptant. Lucanus, Regit spiritus artus orbe alio.. Propertius lib. 4. Sunt aliqui Ma- Lucanus.
nes: lethum non omnia finit. Ouid: 15. met: Morte carent animæ. Iuuenalis Sat: 15. Sen- Propertius.
sum à cælesti demissum traximus arce. Virgilius in 6. Æned: ponit æternas pœnas, Ouid.
quas animæ damnatorum patiuntur. Hinc est, quod Salustius in Catilinario dicit: Iuuenal:
Alterum nobis cum dijs commune esse, animum scilicet: alterum cum belluis, corpus Virg:
videlicet. Quam ob rem non insipienter locutus est Cicero ad Lelium: Neque, inquit, Salu:
assentior his, qui nuper disserere cœperunt, cum corporibus simul animos interire, Cicero.
atque omnia morte deleri; plus enim apud me antiquorum valet authoritas dicenti-
um animos hominum esse diuinos: hisque cùm è corpore exierint, reditum ad cælum
patere. Hæc cùm ita se habeant, opinionem illam de animi immortalitate, commu-
nem propemodum fuisse apud antiquos, cùm Poetas & Oratores, tùm etiam philoso-
phos, satis constare arbitror.

CAP: VI.

Aristotelis opinio de immortalitate animæ.

ARistotelis rationes, quæ animæ immortalitatem astruere videntur, in
medium adducendas putaui; vt ex illarum aspectu quisque videat, quid 1.
de animi immortalitate ipse senserit. Inprimis autem id quod ab ipso
dictum est 12. met: com: 10. Inserendum putaui, nempè voluntatem hu-
manam per essentiam liberam esse; quia potest oppositum omninò velle, & oppositū
actum imperare: eò quòd est virtus per essentiam libera. Hoc idem docetur ab eo-
dem philosopho in lib. de interpretatione, & in suis moralibus. Quare, si voluntas sit Voluntas libera.
per essentiam libera; proculdubio eius esse non dependet à corpore: alioqui non pos-
set niti contra inclinationem sui subiecti; virtus enim agendi fluit ab essentia subie-
cti. Item, omnis forma existens in aliquo subiecto, à quo dependet in esse, & conser-
uari, non agit, aut patitur, nisi actione, vel passione compositi, aut alicuius particulæ 2.
sui compositi. sed anima intellectiua non agit, aut patitur actione, aut passione sui
compositi; non enim intelligit, & vult corpore vt dicit philosophus 3. de anima tex:
com: 9. non ergo dependet à corpore in esse & conseruari, atque ita non corrumpitur
cum corpore. Item, vniuersale est immortale, & perpetuum, ratione vtique obiecti;
quia nimirum est intellectu obiectiuè, & subiectiuè, qui ipsum separat à materia 3.
loco, & tempore. sed omne illud, cuius participatione aliquid perpetuum efficitur,
ipsum est per essentiam perpetuum, vt communis est Peripatheticorum sententia:
intellectus ergo hominis est per essentiam perpetuus. Fuit huius sententiæ author So-
crates philosophus, qui ait vniuersale, non autem singulare, esse definiendum propter

sui immobilitatem, quam habet ex animæ æternitate. Huius quoq; veritatis ipse qu-
Arist: que philosophus perpetuus extitit æmulator, præsertim in confutanda illorum se-
tentia dicentium, intellectum sensum esse. Si, inquit, intellectus sensus esset; tunc o-
nia entia essent sensibilia: atq; ita tolleretur scientia methaphysica, quæ est de intel-
4. gibilibus. Sunt ergo entia vniuersalia in intellectu consistentia. Item 1. de anima te:
12. loquens de difficultate scientiæ de anima, hanc conditionalem posuit: Si intellig-
re est phantasia, aut non sine phantasia; non est propria animæ operatio, eò quòd n
est sine corpore. Porrò tex: 13. aliam ponit conditionalem, nempè: Si est aliq
propria animæ operatio, contingit eam separari: sin autem non contingit &c.
153. In secundo autem libr: à tex: 152. vsque ad tex: 155. primam partem primæ con-
tionalis destruit, scilicet intelligere esse phantasiam. vbi sensum ab intelle
Tex. differre, & intelligere à sentire, apertissimè ostendit. Phantasia, inquit, alterum
à sensu scilicet exteriori, & ab intellectu. In tertio autem lib: tex: 4. vsq; ad 8. int-
lectum non esse organicum, clarissimè docet: & intelligere in organo non recipi; p-
pterea quòd intelligere non sit phantasia: atq; ita intelligere, & intellectum non
organica. Tunc ex his aliquæ rationes formari possunt: Omne passibile est organi
5. sed intellectus non est organicus: igitur non est passibilis passione corruptiua, d
perfectiua: & consequenter non est corruptibilis. Item, omne materiale est pa-
Non est organicus. bile. sed intellectus non est materialis, quia non est organicus, vnde 1. de gener:
Quæcunq; non in materia habent formam, hæc quidem impassibilia sunt actiuorum:
igitur intellectus non est passibilis. Quam ob causam 1. de anima tex: 65. & 66. t,
intellectum remanere: eiusq; accessum ad materiam non arguere illius corruptionem.
Item, omne separabile à principio corruptionis, nempè à materia, est incorruptibile:
Separabilis. sed intellectus est separabilis à materia 2. de anima tex: 21. Separatur hoc ab c
tanquam perpetuum à corruptibili. Et 3. de anima, tex: 6. dicit, intellectum animæ
non misceri: igitur non corrumpitur cum corpore. Item, intellectus est immixtus: -
Immixtus. go est incorruptibilis. Quod sic patet: Immixtum est sine temperatura elementorum,
quia mixtio est miscibilium vnio: & hæc est ex elementis, quæ cõmiscentur adin-
cem. sed quod caret mixtione, caret contrario, & consequenter est incorruptib:
igitur intellectus est incorruptibilis: sic enim docet 1. cæli 20. Cælum non posse c-
Deforis venit rumpi, quia caret contrario. Item, quod deforis venit, non corrumpitur ad corrup-
nes corporis. sed intellectus venit deforis: igitur remanet post interitum corpo.
Item, 3. de anima, 4. Oportet intelligentem esse immixtum, quia si est mixtus corp;
2. de gener: animaliũ cõ: 3. esset vtiq;, aut calidus, aut frigidus, aut aliquid huiusmodi. sed non est qualis: igi
non est mixtus. prim: de anima 9. multis rationibus nititur euertere illam opin-
nem dicentium animam ex contrarijs componi. Anima est principium mouen:
temperamentum non est principium mouendi: anima ergo non temperamentum:
quia omne quod mouet, est ab elemento prædominante. Item, primo cæli 56. Harm-
nia, & temperamentum, sanitati potiùs congruit, ac corporis virtutibus, quàm animæ
vt iam patet: non ergo quod congruit animæ, corpori est tribuendum. Primi de a-
ma 32. adductis multorum sententiis, commendat Almeonis sententiam, dicentis a-
Anima est forma. nimam esse immortalem, quòd similis sit dijs immortalibus: Et tex: 65. dicit, inte-
ctum inferiorem quandam substantiam esse, & non corrumpi. Sanè, ipsa anima n
est materia, neq; compositum: igitur est forma & actus; homo enim est homo p
intellectum 7. met: 38. Et primi de anima 66. dicit, considerare & intelligere m-
cescere quidem; ipsum verò intellectum esse impassibilem: propterea, quòd intel-
ctus sit quid diuinum, & immortale; sensus namq; senescit, & ad præsentiam atq;
intuitum maximi sensibilis corrumpitur: Intellectus verò nunquam senescit, & d
aspectum magni intelligibilis perficitur: quod quidem non paruum est suæ imm-
talitatis

De animę immortalitate.

talitatis argumentum. Item, quod non communicat cum actione corporali, non est obnoxium corruptioni. sed huiusmodi est intellectus humanus, qui extrinsecus accedit, 2. de gener: animalium cap.3. & in primo de partibus animalium cap. 1. dicit, non esse philosophi naturalis, omnes partes animæ exquirere; nam intellectus, cùm sit res abstracta, ad eius considerationem non spectat. Idem sentit 6. meth:6. non de omni anima, sed de ea, quæ sine materia esse non potest, philosopho naturali esse loquendum. Et primi eth:5. dicit, Amicorum felicitatem parum pertingere ad defunctos. Et cap: 10. posteriorum amicorum nihil ad nos pertinere: nimis profectò durum esse. Et circa finem capitis, dicit esse quærendum, vtrum hi, qui decesserunt boni alicuius, aut mali participes sint. Ex quo patet animum remanere post interitum corporis; alioqui frustra hæc diceret de defunctis. Item, id quod multis probatur, est eligendum. sed omnes propemodum appetunt & profitentur, huiusmodi animi immortalitatem, quemadmodum sentit ipse philosophus, prim: de anima tex: 49. Laboriosum, inquit, est, commisceri animam corpori, nec posse absolui ab eodem: & adhuc fugiendum est; siquidem melius est intellectui non cum corpore esse, sicut consuetum est dici, & multis placet: anima ergo est immortalis. Vnde 2. de anima tex: 34. ait: Omnia appetere æternitatem, quatenus ipso semper, & diuino esse participant secundùm quod possunt. Et prim: phys: tex: 81. Quòd si nō possint in indiuiduo; in specie tamen erit eorum æterna mansio. Item, prim: de gener: animalium cap: 1. & 2. lib: cap: 19. dicit omnes homines magno cum desiderio, animæ immortalitatem appetere. Tum sic: Nullus ad bonum appetitus debet esse frustratorius; alioqui natura in inserendo huiusmodi appetitu, esset otiosa. sed appetitus immortalitatis animi, est appetitus ad bonum: nō ergo potest esse inanis, & frustratorius. Et reuera, animi immortalitas magnum est principium ad morales philosophos: spes namq; alit voluntatem, teste philosopho in œconomica: spes ipsa magnam dat voluptatem, qua existēte, animalia magis mouentur ad consequendum ipsum finem: Homines spe immortalitatis freti, viuere spernunt, ait Cicero. Vnde Themistius in proœmio primi phys: dicit, mortem appeti, vt immortalitatem habeamus; nam per mortalitatem spes præmij virtutis subtrahitur. Plato quoq; putat hominem infelicissimum animal fore, si simul cum corpore, animus euanescit. Si tantùm in hoc mundo in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus, ait Paulus ad Corinthios.

Abstractus. Defuncti. Consuetudo. Spes. Cicero pro Archita. Themistius. Plato. Paulus.

CAP: VII.

Si sit problema topicum, an demonstratiuum.

Disserere constitui, an sit huiusmodi problema topicum, vel demonstratiuum. Galenus in commento super regimine authorum, vult esse problema neutrum, quòd neutra pars demonstrabiles rationes habeat. Scotus quoq; fuit eiusdem sententiæ: cuius ratio est, animam esse immortalem, probari non posse ex ipsius animæ essentia. Quis enim eam vidit: aut quis ius speciem intuitus est? Cùm ergo illius essentia nobis sit incognita; ex ipsius operaionibus à nobis cognoscitur. Themistius primo phys: & 1. posteriorū cap: 28. dicit esse roblema demonstratiuum. Sic etiam Plato 10. de legibus; ideoq; aliter dicere, censet sse ridiculosum. Verùm, huiusmodi demonstratio intellectui patet purgato, siquidem edendo, & quiescendo à passionibus, fit animus prudens 7. phys: 20. Et primi Ethic: 8. Continentis, & temperati hominis motus omnia rationi consonant. Vnde Boëtius pinatur, huiusmodi philosophum talia principia potiùs intelligere posse, quàm probare.

Galenus. Scotus 4 dist: 42. & 43 quæsti: 2. & 3. Boetius.

immorta: *bare. Cui consentit Plotinus Enne: 4. cap: 8. aſſerens, ſapientum animis principia pat*
Plotinus. *fieri poſſe. Ariſtoteles quoq; in myſtica philoſophia de mente Ægyptiorum, dicit:*
Ariſtot: *nimam purgatam ab omni vitio, principia noſſe. Quamobrem 6. eth: cap: 14. Non m-*
nùs credendum eſſe expertis dicit, & ſenioribus, ac prudentium opinionibus, etiam
abſq. demonſtratione loquantur, quàm ipſis demonſtrationibus. Et primo cæli, te
22. Fides veritati eſt propinqua, & ſapientibus etiam: ideoq; ipſis credendum e
Plato. *etiamſi ſine demonſtratione loquantur. Hoc idem dicit Plato in ſuo Timæo. Qua*
cùm huiuſmodi negotium de animæ immortalitate multorum ingenia, & quidem c
ſertiſſimorum virorum probauerint; illud velut omninò exploratum, & demonſtr-
tionibus approbatum, ſuſcipiendum, tenendumq; eſſe, nemini dubium eſſe debet. S
Argumenta. *aliquis poſſet obijcere, Ariſt: primi de anima tex: 13. demonſtrat animam eſſe co-*
1. *ruptibilem per effectus corruptibiles; quia effectus corruptibiles ſunt à cauſa co-*
ruptibili, cuiuſmodi ſunt intelligere, odiſſe, iraſci, & quæ ſunt generis eiuſdem. N
ergo eſt problema demonſtratiuum, ſed topicum potiùs. Ampliùs, vnaquæque
cognoſci debet ſecundùm propriam ipſius naturam, 2. met: 16. Res quidem debent c-
2. *gnoſci ſecundùm propriam eſſentiam ſeu naturam. ſed animam eſſe immortalem,*
articulus fidei: articulus verò reuelatione ſcitur, & non demonſtratione: ergo q
prius. Patet idem per Platonem 1. de legibus, vbi ait, quòd veritatis inquiſitio, & -
gnitio ſoli Deo competit. Sanè, hæc media, quibus animi immortalitas probatur,
3. *qua deprehendantur luce, neceſſe eſt. ſed vera lux eſt ipſe Deus: ipſius ergo lu-*
ne quidam illuſtrati ad animi immortalitatem peruenerunt. Quare, cùm huiuſm
immortalitas acquiratur lumine fidei: non ergo habetur per demonſtrationem.
Reſponſio. *hæc dici poteſt, & ad primum quidem argumentum, quòd intelligere non ſit ip*
animæ, ſicut modò intelligit; ſed totius compoſiti. Dicere animam, ait philoſop
primi de anima tex: 64. iraſci, ſimile eſt, ac ſi quis dicat animam texere, vel æd-
care. licet enim effectus ſint corruptibiles, quia ſunt organici; ipſe nihilominùs a
mus non corrumpitur, quia non eſt organicus, vt dixi. Item, primo poſteriorum A-
Medium demon: *ſtot: dicit 95. Medium eorum eſſe cognitionis effectum, ex quo ad cauſæ cognition*
venitur: & huiuſmodi proceſſum eſſe demonſtratiuum. Cùm verò 3. de anima 67.
cat: Intellectus eſt in potentia ad omnia: nihil ergo eorum eſt, quæ intelligit. ſed q
intelligit ſunt mortalia, quia ſunt in materia, quæ eſt corruptionis cauſa: ipſe er
intellectus eſt immixtus: aliter eſſet calidus, & frigidus, & ſic organicus, & cor-
ptioni obnoxius. Præterea, ſi ex operatione cognouit ſenſum corrumpi ex forti ſ-
ſibili, & intellectum perfici excellenti intelligibili, puta ex dei, ac intelligentiar
cognitione; igitur ſicut demonſtrauit ſenſuum corruptionem; ſic etiam animi imm
Argum: *talitatem. Item, ſi iſtud problema eſſet topicum: omnes ergo libri de anima eſſe*
1. *topici. Nam, ſi iſtud quæſitum de intellectu eſt dubium: de ipſo ergo intellectu n*
haberemus aliquid certi. ſed genus ipſius intellectus, eſt genus omnium animaru
omne ergo genus animarum eſſet dubium: & ſic tota ſcientia de anima eſſet prob-
matica. ſiquidem genere exiſtente problematico, & ſpecies ipſius ſimiliter ſe h-
bebunt, quod eſt falſum. Item, Ariſtoteles per motum æternum, ad primi moto
2. *cognitionem peruenit, & ad primæ materiæ notitiam per generationem corrupt-*
nemq; æternam. Quare per effectuum cognitionem, ad cauſæ notitiam pertinge
modus eſt demonſtratiuus. Qui ergo per effectus, & operationes animi, quæ no
notæ ſunt, illius ad immortalitatem attingere valet; haud dubium, quin demonſtr-
tiuè, & non topicè procedat: alioqui tota philoſophia naturalis eſſet topica,
nequaquam demonſtratiua, quippe quæ per effectum, cauſam indagare, atq; inue-
re ſtudeat. Eſt ergo demonſtratiuum problema.

CAP: VIII.

Argumenta contraria.

*Olent nonnulli contra iam dicta sic arguere: A quocunq; remouetur 1. Alexander.
definitio; definitum quoq; ab eodem remoueatur, necesse est, propterea
quòd conuertantur ad inuicem. sed ab intellectu remouetur definitio,
quia corrupto corpore, non est ampliùs actus corporis physici, organici;
hæc enim est definitio animæ, 2. de anima 6. Destructa ergo hac defi-
nitione; destruitur & ipsum definitum, nempe ipse intellectus, eò quòd non ampliùs
perficiat corpus physicum organicum. Ampliùs, omnis forma naturalis corrũpitur, 2.
quia materia nouam semper appetit formam. sed intellectus est forma naturalis; sic Forma naturalis.
enim docet philosophus prim: phys: vltimo: Corruptibilium specierum speculationem
ad philosophum quidem naturalem, incorruptibilium verò ad primum spectare phi-
losophum. at speculatio de anima spectat ad philosophum naturalem: est ergo for-
ma corruptibilis. Sanè, omnis forma quæ est in materia prima, est corruptioni obno
xia, eò quòd omnium formarum naturalium subiectum sit materia prima. sed intel-
lectus est in materia prima; sic namq; docet 8. phys: Deum esse æternum, quia non
est in materia prima. Per oppositum ergo, forma existens in materia prima, est cor-
ruptibilis. Iterum, Intellectus incipit informare Socratem, aut per generationem, aut 3.
per creationem: non per creationem, quia ex nihilo nihil fit: per generationem ergo.
Intellectus ergo generatur. sed omne quod generatur, corrumpitur: intellectus ergo
est corruptibilis. Et reuera, cui non repugnat habere principium; nec ei repugnabit
habere finem. sed intellectus est huiusmodi, quia incipit informare, idq; per genera-
tionem: ergo ei non repugnat habere finem. Ampliùs, nulla perfectio separatur à per- 4.
fectibili, nisi per vtriusq; interitum. sed intellectus est perfectio corporis, vtpote a-
ctus illius: non ergo separatur à corpore. atq; ita est corporalis, & vnà cum corpore
patietur interitum. Etenim, cùm in corpore intellectus intelligit, aut eiusdem est spe-
ciei cum corpore, aut diuersæ cùm à corpore separatur. Si eiusdẽ; erit vtiq; quantus,
contra decreta philosophi: si diuersæ; diuersam planè operati nem habebit. at di-
uersa operatio, diuersam substantiam denotat: erit ergo diuersæ substantiæ propter
status diuersitatem: quod fieri non potest, cùm sit indiuisibilis, & substantia spiritua
lis. Præterea, omne quod fit in tempore; in tempore marcescit 4. phys: sed intellectus
fit in tempore, quia simul producitur cum corpore: igitur cum corpore simul mar- 5.
cescet. Sanè, si composito corrupto, intellectus remaneat; id maximè pugnabit contra
philosophum dicentem, cum composito formam simul interire. Fauet huic opinioni
Aristotelis sentẽtia dicentis. Quòd si formæ Platonis essent in materia; proculdubio
essent corruptibiles. sed intellectus est forma in materia: igitur est corruptibilis.
Item, intelligere est corruptibile 1. de anima 66. ergo intellectus est corruptibilis. Va-
let ab operibus ad causam. Sanè, si anima non potest esse sine corpore: simul ergo cor 6.
rumpitur cum corpore. sed id docetur à philosopho 2. de anima 26. Et hoc bene opi-
nantur, inquit, quòd neq; corpus, neq; sine corpore potest esse anima. Item, corrupta
intrinseca operatione alicuius agentis; corrumpitur quoq; & ipsum agens: vt si lux 7.
solis corrumperetur; & ipsum solem corruptũ iri, esset omninò necesse. Sed post mor-
tem, corrumpitur intelligere, 3. de anima, tex: 20. Non reminiscimur autem post mor-
tem, aliquo interiùs corrupto. Et iterum: Oportet intelligentem phantasmata specula
ri. sed intellectus extra corpus, non habet huiusmodi phantasmata: non ergo poterit
intelligere: ergo &c. Si enim remanserit; erit profectò absq; actu intelligendi. sed nõ
datur otiosum in natura. Adde, quòd si remanet post interitum, & mouetur; aut sur-

sum, aut deorsum mouetur: & tunc eßet corpus, nempè aliquod ex elementis, & in eandem deuolueretur difficultatẽ, scilicet eße corruptibilem, ob rationem, & natu-ram corporis. Præterea, si post mortem non remanet bonum, aut malum, cui animus
8. subditus sit: corrumpitur ergo animus simul cum corpore: aliter, vt dixi, esset otiosus: sed post mortem nihil horum remanet, authore philosopho 3. eth: 9. vbi ait, illum ha-beri fortem, qui à periculis terribilibus non timet: terribilißimum verò omnium eße mortem. hîc est finis: nec quicquam postea bonum, vel malum remanebit. vnde ibi-dem dicit felicitatem eße optimam virtutem in vita perfecta, illamq; hac in vita seruari: ergo &c. Item, si intellectus est incorruptibilis, & mundus ad mentem philo
9. sophi sit æternus: erunt ergo infiniti intellectus: & ita infinitum in actu, quod est contra fundamenta philosophi. Ampliùs, vni naturæ vnus competit modus causandi.
10. sed modus causandi, qui competit intellectui, est intelligere cum phantasmate. Cùm ergo non intelligat post mortem per phantasmata, quia non reminiscitur: non erit er-go, nec remanebit post corporis mortem.

Omnium terribilium.

CAP: IX.

Soluuntur Argumenta.

1. D primum argumentum dici potest, quòd respectu cuius corrumpitu definitio, respectu eiusdem corrumpitur & definitum. sed respect corporis corrumpitur definitio, quia non est ampliùs actus corpor physici organici: eodem quoq; modo corrumpitur definitum, eò quò non sit actus, forma, & perfectio corporis: non tamen corrumpitur, est intellectus; alioqui omnis intellectus corrumperetur, propterea quòd dictio il
2. reduplicatiua (in quantum) vniuersalitatem denotet, quod est falsum. Ad 2. dico, licui aliquid competere generationis, non autem speciei ratione, veluti cælũ, in quan tum tale corpus dicitur eße corruptibile: sic & talpam, in quantum animal, habe oculos: eodem quoque modo, & motum omnem poße velociùs moueri, vt est motu non autem, vt est motus cæli. Dico igitur formas naturales esse corruptibiles, vt f mæ sunt; incorruptibiles, vt tales formæ. Itaq; intellectus, vt est forma naturalis c poris corrumpitur, non autem, quatenus est intellectus, quia deforis venit, & non materiæ potentia: sicut & cætera, quæ corruptioni sunt obnoxia. Ad confirmatio dico, intellectum esse in prima materia, quatenus in ea operatur, & dat illi esse, n autem vt est productus ab eius potentia. Hinc est, quòd corruptioni subijci non d bet: est ergo intellectus in materia, vt lumen in coloribus, largiens esse, & oper
3. ipsi composito. Ad 3. notandum aliquid videri impoßibile in vna scientia, quod t men est necessarium in altera. substantias siquidem abstractas probari posse via n turali, non autem metha: 1. physi: cap: vlt: Auer: constanter affirmat. Non valet go illa consequentia: Hoc Phisolophia naturali probari non potest: ergo nullo mo est probabile; quia alia scientia probari potest. Mundi creationem in Philosop naturali ostendi non posse, clarißimè patet apud philosophum, qui vult motorem agere sine motu, & subiecto. Quare si mundus factus fuisset de nouo, ante mot fuisset motus. sed id est notum in Meth: quia creari est opus Dei, Deus verò à me consideratur, vt primum ens, & prima causa, à qua cælum dependet, & natura, meth: 42. Deus est causa veritatis eße, & orbis. Et primo cæli. 100. A primo qu ente dependet omnium eße, & viuere. Cùm ergo sit prima causa, primumq; agens indiget motu & subiecto in causando; alioqui non differret ab agentibus secũdis. ço ergo intellectum per creationem à Deo produci, nec hanc creationem sic inte

Intellectus in materia.

An creatio detur.

Deus causa omnium.

Et

De imor-talitate animæ.

ctam philosophum aliquando negâsse. Ad confirmationem respondeo: Quod incipit
esse, desinit esse: quod habet principium, habet finem. Verùm est de his rebus, quæ esse
habent per generationē; quia causa corruptionis est materia cum suis contrarijs. Cùm
verò anima producatur à Deo per creationem ad eius similitudinem; non est neces- Replica.
se, vt sicut habet principium sui esse, ita & finem. Sed dicis: Quæcunq; cōtinentur sub
orbe lunari, mensurantur tempore, & sunt generabilia & corruptibilia. sed animæ
humanæ sunt huiusmodi: ergo sunt corruptibiles. Respondeo: aliquid mensurari tē- Mensurari tē-
pore, posse bifariam intelligi: vno quidem modo, quando & à parte ante, & à parte pore.
post, tempore terminatur; & sic est corruptioni obnoxium: alio autem modo, quan-
do à parte ante, & non à parte post, tempore mensuratur; & ita est à corruptione li-
berum, cuiusmodi est intellectus hominis. Cùm verò instas, Aristotelem pugnare con
tra Platonem 1. cæli. 120. quòd omne habens principium, finem quoq. habeat; id cer-
tè contra nos minimè militat: siquidem mundum factum esse, & ab intelligentia per
petuari posse, dicebat Plato. At nos dicimus, hominis intellectū de nihilo creari. Ad
4. Intellectus separatur à corpore, quatenus est illius perfectio: non ideò tamen inter 4.
it cum corpore, quia non producitur de potentia corporis, sed ab extrinseco accedit.
Ad confirmationē, nō valet illa sequela: Diuersæ operationes, diuersa indicant prin-
cipia; nam sol indurat lutum, & liquefacit ceram, illuminat, & calefacit. Operatio-
nes quoque animæ vegetatiuæ, sunt tres diuersæ, nempè generare, nutrire, & augere:
generare namque, est producere de non esse, ad esse: nutrire verò restaurare deper-
ditum: augere verò, est maiora addere incrementa: & hæc tamen ab vno prodeunt
principio. Quare ab vno eodemq; intellectu diuersæ possunt operationes manare, ma-
nente eadem ipsius specie, & natura; mutata tantummodò status qualitate. Ad 5. di- 5.
ctum est, intellectum fieri in tempore ex parte ante, & non ex parte post; quia cre-
atur, & non producitur ex præexistenti materia; ideoq; non marcescit cum tempore.
Ad confirmationem responsum est, intellectum scilicet esse in materia, quatenus dat
composito esse, & operari: non quia de materiæ producitur potentia: intellectus si-
quidem non est ex materia ex qua, quæ est corruptionis & generationis causa; sed ex
materia in qua, propterea quòd in ea operetur, & det esse. Ad 6. intelligere est cor 6.
ruptibile: ergo intellectus est corruptibilis. Verum quidem est intelligere corrumpi,
subiecti, non autem intellectus ratione, & respectu. Et cùm dicis, animam sine corpo
re consistere non posse, assentior, quatenus est actus corporis, non autem quatenus est
intellectus. Ad 7. 3. de anima 30. anima sine phantasmate non intelligit. Quare, aut cor 7.
rumpitur, aut remanet otiosa. Dico de intelligere absolutè Philosophum nequaquam
oqui; sed quatenus est actus corporis physici; hoc enim modo non intelligit sine phan Intelligere si-
asmate. Vnde 9. meth: 22: ait, quòd causa, quare simplicium substantiarum quiddi- ne phantas-
ates non lateant, non est sicut cæcitas, quæ remoueri non potest; cæcitas enim est, vt mate.
i quis principium intellectiuum non habeat. Quare, hominis intellectum quidditates
ertè separatas post huius vitæ cursum, intelligere posse, inibi clarißimè ostendit:
Quoniam, inquit, sine compositione hîc non intelligit: cùm ergo istinc secesserit, sine
compositione intelliget. Attribuit ergo intellectui humano à corpore separato intel-
igere: modum autem intelligendi, aut inuestigare noluit, aut non potuit: proinde hāc
egatiuam inseruit, nimirum nō intelligere cum phantasmate: hinc est, quòd 12. meth:
6. tex: quamuis posuerit entia abstracta esse intelligentia; quomodo autem intelli-
ant, an per species, an per essentiam rei intellectæ ab eis, an per substantiam suam,
xprimere noluit, aut nesciuit, excepto duntaxat primo: cuius cognitionem, non esse
ccidens, sed suam substantiam cognouit. Dicunt nonnulli, animum hominis post Quomodo in
uius vitæ statum, intelligere seipsum: atque ita intelligere Deum, & alias substanti- telligit post
s separatas: vnde instar leonis, fractis catenis, ruptisq; vinculis, ex cauea exeuntis, mortem.

liberiùs agit, & faciliùs, ac copiosiùs intelligit. Et cùm dicis: Quòd non recordamur, corrupta cogitatiua: dico, hanc philosophi sententiam nostro fauere proposito. siquidem si non recordamur post mortem; animus certè noster post obitum remanet, atque ita non corrumpitur. Et cùm percontaris, quo motu moueatur animus corpore exutus, dico illum ad supremum orbem accedere. Et cùm infers: Omne quod mouetur esse corpus: Respondeo, aliquid moueri, dupliciter intelligi posse: aut circumscriptiuè, ad superficiem vtique determinatam: aut ad præmij, & punitionis locum. Tunc dico, quod mouetur motu circumscriptiuo, esse corpus; non autem quod mouetur ad suæ damnationis, aut gaudij domicilium.

2. de anima, tex: 31.

Motus animi.

8. Ad 8. primi eth: 10. & 10. eth: 10. Felicitas est operatio secundùm virtutem: & post mortem non remanet neque bonum neque malum. Concedo de bono, & malo huius vitæ, cuiusmodi sunt honores, fastus, diuitiæ, erumnæ, calamitates; sed remanent bona & mala, quæ intellectus nō capit, & lingua nescit exprimere.

9. Ad 9. Simplicius dicit, illud verè appellari infinitum, quod caret principio & fine: modò etsi animæ sint infinitæ ex parte ante, non autem infinitæ ex parte post, propterea, quòd illarum numerus semper potest augeri; ideò nihil contra nos.

10. Ad 10. intellectui competit cum phantasmate intelligere, quatenus est corporis perfectio, & forma, non autem quatenus est intellectus, vt dictum est supra.

CAP: X.

Alia Argumenta.

1. Dhuc non desunt, qui contra prædicta arguere studeant, idque authoritate philosophi: Voluntas est impoßibilium, inquit 3. eth: veluti immortalitas. Quare, si immortalitas sit impoßibilis: intellectus ergo est corruptibilis. Fauet huic proposito authoritas Arist: 10. eth: vbi ait, quòd licet nos simus mortales, & mortalia curare debeamus; tamen ad immortalitatem accedere conabimur: non ergo intellectus erit immortalis.

2. Item, si intellectus eßet immortalis ad mentem philosophi; absolutè & non dubiè de eo locutus fuisset, quod quidē non fecit 2. de anima, tex: 21. Videtur, inquit, intellectiuum genus alterum animæ esse, & hoc solùm contingere, separari sicut perpetuum à corruptibili. Tunc sic potest argui: aut ille intellectus solus est intellectus agens; & sic intellectus poßibilis est corruptibis: aut è conuerso. Ad hæc accedit eiusdem sententia 3. de anima tex: 20. vbi, inquit: Separatus autem est, solùm in hoc quod verè est, & hoc solum immortale & perpetuum. Intellectus autem ille est potentia animæ, & quoâd se incorruptibilis, quia non habet contrarium; corrumpitur tamen, quia fundatur in anima, quæ quidam innititur materiæ priuationi obnoxiæ; idcirco & ipse quoque intellectus corruptioni subijcitur.

3. Ampliùs, forma quæ non potest remanere, toto materiali non manente, simul corrumpitur cum toto. Sic enim docet philosophus 7. meth: tex: vltimo, vbi vult omnes partes, quæ poßunt remanere separatæ à toto, elementa, seu materiales esse: & præter tales, ponendam esse in toto aliquam formam, quæ est totum illud quod est, quæ manere non potest, toto non manente. sed anima intellectiua, est forma totius: non potest ergo separata consistere, toto non remanente.

4. Item, omne genitum, vt dicit philosophus 1. cæli 126. contra Platonem, est corruptibile, & ingenitum incorruptibile. sed anima dans formam homini, est genita, quia incipit esse, eò quòd non fuerit ante illum, cuius est forma 12. meth: tex: 16. est ergo corruptibilis.

5. Præterea si anima propriam habeat operationem, est separabilis; sin verò non habeat, minimè separari potest: 1. de anima tex: 12. sed anima non habet propriam operationē, quia suum intelligere nō est sine corpore: igitur ad mentem philosophi anima à corpore

De animæ immortalitate.

pore separari non potest. Suffragantur his aliæ eiusdem philosophi sententiæ; nam
3. de anima 7. dicit absolutè intellectum poßibilem esse separatum, ad differentiam
sensus; separatione quidem formali, non autem existentiali. Tex: autem 20. loquens
de intellectu agente, dicit eundem, & formaliter, & existentialiter separari. Est au- Formalis separatio.
tē formalis separatio, quidditatiua separatio; quia scilicet intellectus in sua essentia
nō est corporeus, eò quòd non sit mixtus, & organicus: nec ideò tamen separatus exi- Agens.
stit à corpore, sicut & sphæra ænea, quæ quidem quatenus est sphæra, non est au-
rea, neque argentea. neque ob id tamen potest existere, nisi in aliqua materia. Cùm
ergo philosophus propriam intellectus poßibilis operationem inuenire non posset; id Poßibilis.
circo ait, formaliter tantùm separari: Intellectus verò agentis, quoniam proprium o-
pus inuenit, nempè substantiæ semper intelligentis; ideò ait, vtroque modo illum sepa
rari. Cùm ergo intellectus possibilis à corpore secundùm existentiam separari nō pos-
sit; haud dubium, quin sit corruptibilis. Item, quod non potest perpetuam obtinere fe- 6.
licitatem ob suæ substantiæ defectum; illud vtiq. non est simpliciter æternum, & im
mortale. sed huiusmodi est animus humanus, authore philosopho 1. eth: vbi ait, ani-
mum secundùm quid, & non simpliciter, felicitatem consequi posse: ergo animus non
est immortalis. 12. quoque meth: tex: 16. dicit, quòd non omnis anima sit immortalis,
sed solus intellectus. Et lib. 1. de gener: animalium cap: 3. Mens autem deforis veni-
ens, id est, intellectus agens. Quare intellectus poßibilis erit corruptibilis. Item, si a- 7.
nimus remanet post corporis interitū; aut erit perpetuò imperfectus, & infelix: aut
violentiam sui patietur; quorum vtrunque philosopho non probatur: ipse enim suffi-
cienter posuit in vniuerso causas, quæ omnem prorsus imperfectionem auferunt. Et
2. cæli tex: 18. dixit, nullum violentum esse perpetuum: violentum est autem animæ
separari à corpore: aut denique dabitur resurrectio naturaliter, quod philosopho nō
placet: ergo quod priùs. Ampliùs, si anima est forma corporis, & est immortalis: 8.
creatur ergo de nouo, quod quidē philosopho non placet 8. phys: tex: à 6. vsq; ad 13,
quia nimirum id fieri non potest sine agentis æterni mutatione. Consequentia patet,
quia si non creatur: producitur ergo de potentia materiæ, atque ita corrumpetur: &
si non creatur de nouo; non erit forma corporis, propterea quòd, vt dicit philosophus
12. meth: 16. causa formalis, non præcedit tempore id, cuius est forma. Hæc & simi-
lia, elici possunt ex philosophi sententijs, quæ animi mortalitatem innuere videntur.

CAP: XI.

Soluuntur Argumenta.

AD primum dicitur, quòd immortalitas sit impoßibilium respectu com- 1.
positi ex materia, & forma, non autem ipsius intellectus, qui est immor-
talis, & suapte natura ipsam immortalitatē appetit: hinc est, quòd nos
debemus, quoâd fieri potest, ad immortalitatem accedere: hoc est, se-
cundùm partem immortalem viuere: & sic soluitur confirmatio. Quòd
si dixeris cum philosopho in sua œconomica, propagatione homines fieri æternos. Re-
spondeo id ad indiuidua, non autem ad intellectum spectare humanæ speciei, quem
admodum & ipsemet philosophus docet 2. de anima tex: 24. Insita est enim homini,
omniq; viuenti, solicitudo à natura prolis propagandæ, ac suæ speciei immortalitatis
tuendæ. Ad 2. dico, solum intellectum, nempè poßibilem, siue recipientem vocari à 2.
philosopho ad differentiam cogitatiuæ, qua quidem corrupta, non reminiscimur. vn-
de alibi dicit, quòd sine hac nihil intelligit anima, scilicet reminiscendo. Per solum
ergo intellectum, intellexit virtutem poßibilem siue intellectum poßibilem; qui in-

De immortalitate animæ.

ter potentias cognoscitiuas solus est immortalis. Ad 3. maior vera est de forma totius, cuiusmodi est humanitas: non autē de anima, quæ non est forma totius, nec pars materialis; ideoq; remanet toto non remanente. Præterea, inibi Philosophus non facit illam vniuersalem, omnes partes remanentes, destructo toto, elementa, id est, partes materiales esse. Sed id solum enodare intendit, quòd in compositis, quæ sunt vnum per se, ipsum totum aliud sit à partibus; quoniam quidem contingit partes remanere destructo toto: non enim sequitur, ignis, & terra carnem componunt, & remanent. Omnes ergo partes remanentes post totum, sunt elementares. Ad 4. patet responsio ex iam dictis, siquidem Philosophus genitum interdum accipit pro producto, generatione physica: & è contra ingenitum. Cùm verò anima non sit hoc modo genita, quia non producitur de potentia materiæ; ideò est incorruptibilis. Vel Philosophi authoritas valet pro ente contrarias habente qualitates; hoc enim quocunq; modo inceperit, corruptioni subijcitur, propter contrarij admixtionem. Cùm ergo animus producatur de nouo, & contrarium non habeat intrinsecum, nec contrarias sibi determinet qualitates, instar luminis, quoâd se pertinet, modò à suo non relinquatur conseruante; manet perpetuus & incorruptibilis. Ad 5. dico, lib: 3. de anima, à 4. vsq; ad 8. tex: determinâsse Philosophum intelligere non esse phantasiam: ac proinde intelligere, & intellectum non esse organica: atque ita, intelligere esse in sola anima, & in ea sola recipi. Vnde & tex: 20. suam exprimens mentem, ait: intellectum esse immortalē, & apertissimè docet. Neq. huiusmodi interpretatio ad intellectum agentem detorqueri potest, vt postea dicetur. Ad confirmationem dico, Philosophum intellexisse separationem illam in essendo, tex: 7. sicut & tex: 20. nam & tex: 6. intellectum possibilem immixtum esse, & separatum esse dixit: & easdemmet conditiones suis eisdem terminis, intellectui tribuit agenti: Si patiens, inquit, intellectus est immixtus, & separabilis; multò magis intellectus agens: quoniam honorabilius est agens patiente. Cùm ergo comparatio non debeat esse æquiuoca, 7. phys: & separatio formalis, & in essendo sint æquiuocæ: huiusmodi ergo comparatio nihil haberet momenti si eodem sensu pro vtroque intellectu non intelligeret. Et cùm arguis, quòd Philosophus loquens de intellectu agente, non dixerit ipsum esse simpliciter separatum; sed addiderit, quod verè est, scilicet in essendo: quandoquidem 19. tex: apertè dixerit, intellectum agentem esse separabilem, & impassibilem, & immixtum. Illa autem sententia, scilicet, in eo quod verè est, posita in tex: 20. toti animæ intellectiuæ est tribuenda, quatenus est intellectiua. Sensus ergo est, anima intellectiua ex eo, quòd verè est substantia, nulli accidit: apud Philosophum siquidem, verè esse, pro substantia accipitur. Patet ergo, quomodo ex falso sensu procedat argumentum, falsoq; verborum Aristotelis intellectu. Ad 6. Philosophus loquitur pro præsentis vitæ statu, & de felicitate, quæ haberi potest inter mortales: felicitatem verò post hanc vitam 12. meth: tex: 22. in separatorum cognitione posuit: illius verò cognitionis modum, cùm ex reuelatione pendeat, inuenire non potuit. 10. eth: cap: 10. Dijs quidem omnis vita beata: hominibus autem, in quantum quædam similitudo talis speculationis existit. Vnde hæc nostra præsentis temporis felicitas paruo tempore durat, sicut ipse dicit 12. meth: 39. Ad illam verò authoritatem 12. meth: 16. dico, non concludere intentum, cùm sit conditionalis. Ad hoc accedit, quòd illic non erat proprius disputandi locus; sed in 3. de anima. Ad 7. animam perpetuò posse separatam consistere, Aristoteles, vt ethnicus, dicere posset. Et cùm infers, tunc violentum perpetuum dari consequentia nō probatur; violentum enim propriè est illud, quod in suæ naturæ opposita constitutum est dispositione, habetq; principium sibi intrinsecum, quo suum ad statum reduci, reuocariq; potest naturalem. Quemadmodum, si terra in aëris regione posita esset; ob principij naturalis, nempè grauitatis suæ pondus, infima peteret loca;

Margin notes (in order down the page): 3. — 4. — 5. — Intellectus possibilis. — Agens intellectus. — 6. — 7. — Violentum quid.

locum vtiq; sibi connaturalem. At si locus sibi deesset naturalis, & principio careret intrinseco; tunc profectò illa sua requies in aêre violenta dici non posset: vnde & huiusmodi violentum admitteretur à philosopho. Cūm ergo 2. cæli dicit philosophus violentum non esse perpetuum; corporibus attribuit naturalibus, principium habentibus intrinsecū, quo naturalem locum petere valent. Anima verò separata, quoniam qualitates non habet, quibus corpori denuò coniungi valeat: nec est inuenire agens naturale, quod idem numero corpus reparare ac reintegrare queat; hac de causa, quies animæ separata non est violenta, nec de huiusmodi violento locutus est philosophus. Ad 8. aliqui dicunt ab agente æterno, absq; suiipsius, vel passi, seu receptiui mutatione, nouos effectus produci non posse: vnde si effectus produceretur cōplexus, puta lapis; id sine mutatione agentis produci non posse, Aristoteles diceret: animam verò quoniam est effectus incompletus, & ad sui productionem requirit nouum susceptiuum, à causis secundis productum, non sine ipsarum mutatione, sine primi agentis mutatione produci. Pro cuius rei dilucidatione habenda, non ignorare debemus, ex vniuersitate entium quædam esse composita, quædam verò simplicia: & cōposita quidem omnia, ad mentem philosophi, ex præexistente materia fieri; idq; generatione physica, vtpote quorum forma extrahitur à potentia materiæ ad actum à mixto cum materia: simplicia verò, cuiusmodi sunt animæ humanæ, & motrices orbium non ex præexistenti materia produci, sed de nihilo creari; recipi tamen in materia: vnde fit, vt horum productiōes, physica generatione non fiant; sed deforis accedant; ideoq; horum creatio, accessus à philosopho vocatur, & iussus, atq; imperiū Dei. Sic enim docet in libro de elementorum proprietatibus: iussu imperatorio vitæ spiritum deforis accedere. Interdum dependentiam appellauit 12. meth: A quo, inquit, dependet cælum, & natura. In libro de bona fortuna asserit omnem effectum diuinū à Deo venire. Quare, cūm anima intellectiua sit effectus diuinus; haud dubium, quin à solo Deo producatur: nulla enim creatura propria sua authoritate eam producere possit, propterea, quòd omnis virtus creata, agit virtute primi agentis. Neque vt instrumentum primæ causæ; quia supponit actionem agentis, cuius est instrumentum. Auerroes huiusmodi simplicium productionem, æquiuocè generationem passim appellat: Theologi verò, creationem: similiter & Plato in suo Timæo.

Creatio. | 7. meth. | Origo animæ | Auerroes. | Plato.

CAP: XII.

Alia Argumenta.

1. PRo clariori huius profundissimæ, obscurissimæq; quæstionis veritate habenda, alia quoq; addidimus argumenta, quorum primum est istud: Si anima remanet post corporis interitum, quia de nouo creatur; tunc sequeretur istud absurdum, & falsum omninò, nempè non posse hominem vera generatione generari: tunc enim verè compositū generatur, quando eius forma, est terminus generationis. sed anima intellectiua per te, venit deforis: non ergo potest esse terminus generationis naturalis. 2. Ampliùs, actus & potentiæ circa eadem sibi mutuò succedunt, potissimùm si potentiæ sint ad esse, & non esse. Stante igitur huius rei veritate, tunc sic arguo: Quod fuit sub non esse, & in potentia ad esse: cum iam fit ens in actu, desinit eius potentia ad esse, & surgit eiusdem potentia ad non esse: omne autem possibile non esse apud philosophum, est corruptibile. sed rationalis anima, ante eius creationem fuit huiusmodi: est ergo corruptibilis. sed omne corruptibile, quandoq; corrumpitur: igitur rationalis anima tandem corrumpetur. 3. Præterea, aut humanus animus suapte natura est necessarius, aut contingens. Si necessarius,

cessarius: ex vtraq; ergo parte, erit æternus. omne siquidem necessarium, vna ex pa-
te, teste philosopho, habens tempus æternum, ex alia quoq; idem habebit. Si vero sit
4. contingens: quandoq; ergo non erit; ea enim est natura contingentis. Iterum, ratio na-
lis animus, aut semper est ens, aut semper non ens: aut quandoq; ens, quandoq; non
ens. Non semper ens; alioqui omni differentia temporis esset ens: nec semper non ens;
aliter nunquam esset ens. Igitur quandoq; ens, quandoq; non ens: & ita non erit per-
petuus & incorruptibilis. Sanè, quod in idem recidit, omnis natura, aut est contin-
gens, aut necessaria, aut impossibilis. Animus verò rationalis, est quædam natura:
non quidem necessaria neq; impossibilis: contingens ergo erit, qui potest non esse. Item,
5. omne possibile ab intrinseco, & extrinseco, est corruptibile, vt philosopho placet: sed
huiusmodi est animus hominis, quia in materia recipi potest; tum etiam ab extrinse-
co ratione agentis. Cùm igitur humanus animus sit huiusmodi, videtur omninò se
6. corruptioni subiectus. Præterea, si alicuius compositi omnes partes essentiales re-
manent; proculdubio, idem numero homo redire posset. sed remanet materia prima,
quæ est æterna, & incorruptibilis ad mentem philosophi; & remanet etiam per se a-
nima humana: igitur idem numero homo redire posset, quod philosopho non præsta-
tur. Reuera, nihil essentiale corrumpitur, cuius omnes essentiales partes remanent.
sed materia & anima remanent post mortem: igitur homo in morte non corrumpi-
7. tur simpliciter, quod expressè Aristoteli aduersatur. Item, si animus creatur ex ni-
hilo, est corruptibilis; quia omne quod ex nihilo creatur, est vertibile, & corruptibi-
le, vt finis correspondeat principio. sed omne corruptibile, aliquando corrumpetur:
animus igitur humanus tandem corruptionis dispendium, atq; iacturam incurret.
8. Amplius, animus hominis non producitur ante corporis humani productionem ..
meth: 16. tex: non ergo remanet post corporis interitum. Antecedens patet; p-
prius siquidem actus in propria certè materia, eaq; rectè disposita producitur. a-
mus autem est proprius actus corporis: producitur ergo cum corpore; quia sine c-
pore non potest per se existere.

CAP: XIII.

Soluuntur Argumenta.

1. Homo generat hominem

D primum istorum dicitur, in eodem temporis instanti, & creationis,
generationis terminum, hominis animum esse: generationis quidem, qu
subsistit subsistentia totius: creationis verò, quia per se subsistit. Verum
tamen, vt creatus priùs intelligitur, quàm vt generationis terminus, p
quam producitur, vt pars per se subsistentis. Et cùm instas, hominem
vera generatione non generari: dico, hominem vera, ac reali generatione generari, e
quòd terminetur ad compositum per se subsistens: cuius forma, etsi non acceperit e
se per generationem; satis est, vt incipiat esse forma illius compositi, ac subsistat sub
Error Comment: sistentia totius, cuius est pars. Errauit circa hanc materiam comment: asserens ho
minem ab homine generari, propterea, quòd de materiæ potentia animam extrah
sensitiuam, cuius nobilior potentia, sit cogitatiua: & hanc quidem animam dicit for
mam esse specificam, à qua esse homini largitur: corrumpi verò, cùm sit organica, a
corruptionem compositi. Alij verò dixerunt, hominem generare hominem, quia ni
Alia opinio. mirum animam sensitiuam producit, quæ adueniente anima intellectiua, corrumpi
tur. Cùm ergo homo causet sufficientes dispositiones pro anima intellectiua intro
ducenda, hinc dicitur homo generare hominem. Verùmenimuerò, dispositiones huiu
modi cùm sint accidentia, generatio verò hominis sit naturalis, & substantialis; ide
horum

De animę immortalitate.

orum sententia reijcitur. Itaq; homo generat hominem: quia etsi intellectiuam aniiam productiuè non attingat, quoàd substantiam scilicet; sua tamen actione homiem genitum deducit, vt generantis hominis formæ similem quoq; formam consequi ueat. Quare, licet secundùm substantiam animam intellectiuam nequeat attingere; am tamen secundùm vnionem assequitur: quia, vt dictum est, subsistit, subsistentia otius. Ad 2. ratio illa congruit mundo, siue rebus compositis, quæ habuerunt poteniam ad esse, ex qua extraherentur materia: Animus verò hominis ante sui produ- 2.
tionem, habuit potentiam, in qua, vt fieret à suo agente diuino, & vt reciperetur in ua materia. cùm verò acquisiuerit esse per se subsistens; non habet potentiam ad non se, quia à se ipso diuidi non potest, ni respectu suæ materiæ, in qua recipitur. vnde lib: de generatione animalium, dicit: Restat igitur, vt mens sola extrinsecus acceat, & quæ sola diuina sit: nihil cum eius actione communicat actio corporalis. Ex uo patet, animum generatione physica non produci 12. met: tex: 17. si autem aliquid aneat posterius, perscrutandum est; in quibusdam enim nihil prohibet, puta intelctus. Et 2. de anima 21. hoc solùm contingit separari, vt perpetuum à corruptibili.

Potentia ex qua.

d 3. Diuisio illa compositis congruit rebus; omnis siquidem natura composita, aut 3.
t necessaria, aut contingens, aut impossibilis. In simplicibus verò rebus secus res se bet: Rationalis enim anima non est simpliciter necessaria, nec simpliciter continns, nec impossibilis; sed est necessaria secundùm quid, vtpote tempore sui esse: Congens verò tempore sui non esse. Illa ergo authoritas philosophi, omne necessarium vna parte, est necessarium simpliciter, veritatem habet in rebus compositis, non tem in simplicibus. Ad 4. In compositis, inter semper ens, & semper non ens, con- 4.
gens siue possibile esse, & non esse mediare solet. In simplicibus verò possunt tria ueniri media: vnum est ens quandoq;, & quandoq; non ens: ens æternum à parte te, & corruptibile à parte post: ens genitum à parte ante, & æternũ à parte post. c ergo dicendum est, quòd animus hominis non fuerit semper ens; quia quandoque it non ens: nec semper non ens; quia postea semper erit. Nec inde sequitur, vt sit ntingens; non enim omne non semper ens, & non semper non ens, est contingens: ia potest esse necessarium secundùm quid, scilicet à parte post. Et ex hoc soluitur gumenti confirmatio: fuit quidem contingens ante eius productionem, contingen- t constituta in agente. Et si dixeris, quomodo natura contingens vertitur in neces- s iam? Dico id fieri voluntate primi agentis, abiecta contingentia, & sibi æternita- t concessa formaliter à parte post: tametsi à summo agente effectiuè dependeat.

Natura necessaria.

l 5. Anima humana est possibilis ab intrinseco potentia in qua, & possibilis ab ex- 5.
ti nseco potentia agentis: Mundus verò est possibilis potentia ex qua: ideoq; non eo- d n modo ratio militat contra vtrumq;, animam scilicet, & mundum. Ad 6. dico 6.
in orruptione hominis destrui totũ, etsi nulla pars substantialis destruatur, eò quòd s ersint materia prima, & animus hominis; destruitur tamen aliquid ad substantia- l vnionem ordinatum; in homine enim est aliud principium essentiale, quod est f ma totius, nempe humanitas, ex animæ, & materiæ vnione resultans; quæ quidem d truitur in morte quo ad actualem existentiam. Illa ergo compositione, ex anima & materia destructa, totum quoq; simpliciter destrui dicitur; tametsi partes essen- ti es, anima scilicet remaneat, & corpus.

Quomodo simpliciter destruitur.

Ad 7. Animus humanus est annihilabi- 7.
li espectu potentiæ creantis, qui potentiam habet non influendi in esse animi ratio- n s, atq; ita in nihilum redigeretur. Plato in Timæo de huiusmodi æternitate lo- q ns, ait: Vos quidem vestra natura annihilabiles, atq; solubiles estis: mea autem v untate insolubiles; mea enim voluntas maior est nexu vestro. Hoc etiam argu- m nto est vsus in asserenda mundi æternitate, quòd illa scilicet ex opificis voluntate d endeat. Itaq; potentiæ sibi mutuò succedunt secundùm propriam subiecti natu-

Plato.

E ram; sed

ram; sed aliter se habent per voluntatem opificis: qua fit vt post ipsum esse, non su-
8. cedat potentia ad non esse. Ad 8. Quàmuis anima rationalis sit forma, perfecti,
& actus corporis humani; quia tamen non producitur de potentia materiæ; idcirco
remanet post corporis interitum. Quòd verò sit forma largiens esse corpori, patet
ex 12. met: tex 16. vbi philosophus discreuit inter causam formalem & agentem, di-
Forma non præcedit. citq; causam agentem præcedere id, cuius est causa: causam verò formalem simul
cum eo, cuius est forma, produci; siue ab agente extrinseco, siue de potentia materiæ.
Quando sanatur homo, ait, tunc est eius sanitas, & non ante: & figura æreæ sphæræ
est simul, & non ante cum ærea sphæra. Similia quoq; sensit ibidem Commentator:
Causa agens, inquit, differt à causa formali; quia agens, & mouens præcedit illud
quod agitur, & mouetur ab eo: formalis verò est simul cum generatione. Anima
igitur intellectiua ad mentem philosophi, est forma substantialis corporis humani,
& remanet corrupto corpore. Sed de mente philosophi in hoc negotio, satis sit dictu.

CAP: XIIII.

Animæ immortalitas secundùm Theologos probatur.

Rationes Theologorum. Ost philosophorum atque aliorum sapientum sententias, qui de anima immortalitate affatim locuti sunt, ad sacros accedimus Theologos, qui abundantiori, clarioriq; lumine, & naturæ, & gratiæ, atq; reuelationis illustrati, animi humani immortalitatem, dignitatem, incorruptibilitatemq; abunde, disertèq; dilucidârunt. Et inprimis hæc sit vna siue pri-
Prima ratio. ma theologorum ratio: Id quod secundùm se alicui conuenit, ab ipso separari non potest; alioqui non per se, sed per accidens ei conueniret. sed esse per se conuenit formæ
Forma per se. quæ est actus: esse ergo siue actus per se, à forma separari non potest, nisi potentia primi agentis ipsa forma prorsus destruatur. Cùm verò anima rationalis sit forma per se subsistens; profectò à seipsa separari non potest; nisi virtute eius, à quo condita est. Etenim, quemadmodum alicui & generari, & corrumpi competit, sic etiam & esse, quod generatione quidem acquiritur, corruptione verò amittitur. At quod per se subsistit, post sui productionem de nihilo, non potest generari vel corrumpi, nisi per se. hinc est, quòd animæ brutorum, & accidentia, & formæ materiales, quæ per se non subsistunt, ad compositorum generationẽ, & fiunt, & corrumpuntur.
2. Ratio. Ampliùs, vbi inuenitur corruptio, inibi & contrarietas sit necesse est; generationes enim, & corruptiones ex contrarijs, & in contraria sunt. vnde fit, vt corpora cælestia, eò quòd materiam contrarietati nõ habeant subiectam, incorruptibilia sint.
Contrarietas. sed in anima intellectiua non potest esse aliqua contrarietas; recipit enim secundùm modum sui esse. Porrò, quæ in ipsa recipiuntur, absq; contrarietate sunt. vnde & rationes contrariorum in intellectu nequaquam sunt contrariæ. sed est vna contrariorum scientia: anima ergo intellectiua non est corruptibilis.
3. Ratio. Item, vnumquodq; desiderat esse, vt communis est omnium sententia. Anima verò cùm sit ens naturæ,
Desiderium. desiderat esse: cùm verò desiderium in rebus cognoscentibus cognitionem sequatur, & anima intellectiua apprehendat esse absolutum secundùm omne tempus, non sicut sensus, qui pro temporum differentia, suas actiones moderatur; inde fit, vt desideret semper esse. sed naturale desiderium non potest esse inane & otiosum: anima ergo
4. Ratio. intellectiua est incorruptibilis. Item, cuius obiectum est incorruptibile; & ipsum
2. de anima. que est incorruptibile, & è contra: inter potentiam enim & obiectum, est necessaria

propor-

De immortalitate animæ.

proportio; alioqui excellens obiectum destruit potentiam. sed veritas, quæ est per-
petua, & incorruptibilis, est obiectum intellectus: ipse ergo intellectus est incorru-
ptibilis. Item, si anima simul cum corpore dissoluitur; ad quid iubemur pro iustitia,
religioneq; tuenda pugnare vsq; ad mortem? quid mihi proderunt infinitæ huiusmo- 5.Ratio.
di calamitates, quas perpessus sum, vt virtutem colerem, & vitia execrarer? vbi tunc
lex inuiolabilis, & perpetua atq; immortalis Dei iustitia, si nihil remanet post mor- Iustitia.
tem? Quam ob rem dictum est à Christo: Nolite timere eos qui occidunt corpus; quia Matth: 10.
animam non possunt occidere. Post huius ergo fluxæ vitæ cursum bonorum operum
expectanda est retributio; quando solutis carceribus, liberi Deo fruemur. Vt autem
tot absurda non sequantur, & impossibilia; necessaria est omninò animi immortali-
tas. Item, cuiuslibet corruptibilis substantiæ operatio tempore senescit, & ad inte-
ritum properat; quia tempore ex vtraq; parte mensuratur: proinde omne sic ortum, 6. Ratio.
interit, & corrumpitur. huius rei exemplo potest nobis esse corpus humanum cum
suis sensibus, atq; potentijs, quæ sensim crescunt, & decrescunt, ita, vt demum in inte-
ritum abeant. At animus rationalis nunquam senescit, nec eius potentiæ, & vires se- Senectus.
nescunt, aut tempore marcescunt: imò, emortuis, edomitisq; corporis paßionibus, vi-
uaciores fiunt, & pulchriores: vnde Virg: Nec tarda senectus debilitat vires animi,
mutatq; vigorem. Et Cicero de Senectute: Temeritas florescentis est ætatis: Pruden- Virgilius.
tia verò senectutis. Iob:12. quoq; ait: In antiquis est sapientia: & in multo tempore pru Cicero.
dentia. Cùm ergo animus hominis nunquam marcescat; haud dubium, quin sit & ipse Iob.
immortalis. Ampliùs, Medium participat naturam extremorum, authore philoso-
pho 4. libro topicorum. sed homo est medius inter angelos & animantia: participat 7. Ratio.
ergo naturam extremorum; animum cum dijs, corpus verò cum belluis commune ha- Salustius.
bens. Quare, sicut in medio homo creatus est, vt eßet inferior angelo, & superior iu-
mento; ita aliquid habet cum summo, & aliquid cum infimo commune: immortalita-
tem scilicet spiritus cum angelo, & mortalitatem corporis cum iumento. Tres igitur
vitales spiritus creauit omnipotens: vnum, qui carne non tegitur, ait Grego: scilicet Greg: 4. dial.
angelorum: secundum, qui carne tegitur, & cum carne moritur, nempè brutorum:
tertium, qui carne tegitur, & cum carne non moritur, hominis scilicet. Porrò, inter
extrema, teste philosopho 5. Meth: & 4. phys: necessariò datur medium. Item, Ani- 4. Moral.
mus humanus est imago Dei, vt dicit scriptura: Faciamus hominem ad imaginem no- 8. Ratio.
stram: igitur est immortalis. Animus similis factus est Deo, ait August: de quanti- Similitudo.
tate animæ; quia immortalem, & indissolubilem fecit eum Deus. Et de spiritu & lit: Augustinus.
immortalis est animus hominis, ne à creatoris sui similitudine discedere videatur.
Item, Melior est finis omnibus, quæ sunt ad finem 2. phys: & tertio topicorum. sed 9. Ratio.
homo est finis omnium, summo opifice duntaxat excepto 2. phys: finis quodammo- Finis.
do omnium est homo: igitur præstat cæteris creaturis. Sed elementa & corpora cæ-
lestia nunquam interibunt, vt communis est omnium sapientum consensus: homo er-
go, siue animus hominis est immortalis. Præterea, si fecit Deus rationalem creatu-
ram, vt summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poßideret, poßi- 10. Ratio.
dendo frueretur: igitur animus hominis est immortalis; aliter vanè constituißet
Deus omnes filios hominum: Beatitudo enim est status perpetuus & æternus, qui in
hac vita haberi non potest. Palam est autem totam speciem suo fine carere non pos- Beatitudo.
se, quia in aliquo suo indiuiduo illum consequi non poßit. sed finis humanæ speciei, est Augustin9 in Enchiridion.
beatitudo: non frustrabitur ergo omninò, atq; priuabitur huiusmodi fine; alioqui in
vanum condita fuißet hominis species, quod nefas est de Deo optimo parente sentire.
Vt autem hunc finem perfectißimum, atq; nobilißimum homo consequi queat; opus
illi est animo immortali, atq; incorruptibili. Quare sapientißimè dictum est à Diuo
Anselmo: Non decet summam firmitatem, & firmißimam stabilitatem suum firmũ Cur Deus homo Anselmus

propositum infirmari: nec decet summam bonitatem permittere nobilissimas cre-
turas fraudari suo fine. Hæc ratio plurimùm valet apud eos, qui rectè philosophi
August: enchirid: studẽt. Et reuera, beatus esse nõ potest, qui bonum quod habet potest amittere; qu
hoc ipso iam habet, vnde timeat, & vnde etiam doleat, & ita vnde miser existat. i
ergo anima nostra esset corruptibilis, & mortalis; neq; capax, neq; particeps bea-
tudinis esse potest, quæ est sempiterna perfectio, summumq; ac indeficiens bonu,
quod ille non potest habere, cui mors, aut corruptio aliqua potest accidere.

CAP: XV.

Aliæ eorundem rationes.

Voniam quidẽ ex animi immortalitate tota nostra pendet religio; n
si animus cum corpore simul dissoluitur; inanis est fides nostra, ina
& labor noster; hac de causa de huiusmodi inquisitione copiosiùs
riùsq; disputandum mihi esse putaui, atq; alias, & quidem egregias
efficaces addere rationes, quarum vna sit hæc: Illud moritur, à quo
Prima ratio. Vita immaterialis. *ta separatur; mors enim aliud est nihil, quàm priuatio vitæ. sed vita ab anima se-*
rari non potest, cùm sit ipsa formaliter vita, aliter Dei similitudinem nequaquam
reret: est ergo formaliter immortalis. Sanè, anima rationalis est forma immateri-
2. Ratio ex parte efficientium. *lis sine potentijs organicis. sed omnis forma immaterialis est incorruptibilis: ani*
ergo est incorruptibilis. Causa efficiens, & præsertim suprema quantò plus in-
dit ad esse alicuius; eò magis eiusdem conseruationem curat. sed esse animæ ra-
nalis, plus ab eadẽ intenditur, quàm forma solis, eò quòd nobilius habeat esse: ig
si forma solis perpetuò incorruptibilis perseuerat; multò magis esse animæ man
3. Ratio ex parte materiæ. *perpetuum. Ampliùs, vbi non est appetitus materiæ; ibi nulla potest esse corrup,*
propterea quòd in entibus corruptio non fiat, nisi ob appetitum materiæ. sed app-
tus materiæ per animum rationalem quietatur; quia nobiliorem formam sortiri
Causa formalis. *potest: non ergo est quod quærat aliam formam. Adde, quòd nobiliora entia in-*
uerso, in proprio indiuiduo conseruantur: ignobiliora autem in propria specie. sed
qui est ignobilior animo humano, in vno conseruatur indiuiduo: quantò ergo magi-
nimus hominis conseruabitur in propria natura indiuiduali ope, & virtute prim-
4. Ratio. Reflecti. *gentis? Ampliùs, nulla virtus materialis, & corruptibilis super sese reflectitur, q*
non se cognoscit & amat. sed anima rationalis proprio suo actu super se reflecti,
& cognoscendo, & amando: non ergo est virtus materialis, & corruptibilis. Præ-
5. Ratio ex dependentia. *rea, omnis corruptio oritur ex defectu dependentiæ alicuius effectus, ab aliqua c*
sa, puta, compositum de genere substantiæ dependet ex quatuor causis: forma v
materialis ex tribus, efficiente, fine atque materia: intelligentiæ verò cælestes à p
mo efficiente, & fine vltimo. Cùm verò hominis animus non dependeat à materia,
que à corpore; proculdubio est forma subsistens, & immortalis, quod quidem sic
cidari potest: animus enim non senescit, nec debilitatur, nisi fortaßis ex indeb
obiecti receptione; non autem ex defectu potentiæ, vt in mente captis videre est:
ergo est organicus, & materialis. Sensus præterea ab excellenti sensibili destruit:
3. de anima 7. *intellectus verò magno intelligibili perficitur: vnde debilitatis corporis paßioni*
virescit, & fortiùs negotiatur. Deniq;, meliùs complexionati, meliùs operantur m
riali potentia. at sanguinei, qui melioris sunt complexionis, non meliùs intelligunt
Anima est aliquid subsistẽs *nimus ergo non dependet à corpore. Sed reliquum est penitiùs, exactiùsq; perscr-*
tari, quonammodo animus humanus sit aliquid per se subsistens; ex hoc enim pen
tota eius immortalitatis ratio. Augustinus 10. de Trinitate, dicit mentis humanæ
tur

turam esse substantiam, & non esse corpoream: est ergo aliquid subsistens. Sanè, principium intellectualis operationis, nempè hominis animus, est quoddam principiũ incorporeum, & per se subsistens, & in essendo, & in operando. In essendo quidem, quia cognoscitiuum omnium corporum, nullam habet naturam corporis. Sed animus humanus est huiusmodi, quia omnium corporum naturas homo per intellectum cognoscere valet. Quod autem potest aliqua cognoscere, vt sua in natura nihil eorum habeat, necesse est; alioqui vnum impediret cognitionem alterius. Et huius rei indubius testis potest esse sensus, puta lingua infirmi, quæ colerico, & amaro affecta humore, dulcia percipere non valet. Quare, si animus alicuius in se naturam corporis haberet; omnia corpora cognoscere non posset: omne siquidem corpus aliquam determinatam habet naturam: ideoq; fieri non potest, vt corpus sit intellectuale principium. In operando autem, quia si corporeum organum operaretur, illius vtique organi natura impediret omnium cognitionem, ob determinatæ naturæ virtutem: veluti, si aliquis color determinatus, rubeus, seu viridis non solùm in pupilla, sed etiam in vase vitreo sit; liquor infusus eiusdem profectò videtur coloris. Ex quo latissimè patet, intellectum hominis propriam habere operationem, cui corpus non communicat. Omne verò quod est huiusmodi, per se subsistit: propterea quòd nisi per se subsistat, per se operari non valet; nihil enim operatur, nisi ens in actu: modusque operandi sequitur modum essendi. vnde fit, vt dicatur à nobis, quòd calidum, & non calor calefaciat. Ex hoc quoq; apparet, quòd animæ pecorum, & quorumcunq; irrationabilium non sint formæ per se subsistentes, quia per se non operantur: siquidem anima sensitiua per seipsam propriam operationem non habet; sed omnis eius operatio, ad coniunctum spectat: sentire enim, & consequentes sensitiuæ animæ operationes cum aliqua profectò accidunt immutatione corporis: sic per coloris speciem immutatur pupilla videndo: & alia similiter se habent. Aliud quoque potest esse argumentum huius rei confirmandæ, nempè: Quod ab aliqua (excepta duntaxat diuina) destrui, annihilariq; nõ potest potentia; illud profectò est inexterminabile. sed huiusmodi est homo; proinde dicit scriptura, quòd Deus fecerit hominem inexterminabilem: animus ergo hominis est inexterminabilis ab aliqua operatione positiua. Etenim omnis actio positiua, terminum habet positiuum. sed exterminatio animæ humanæ non est actio positiua, quia quando positiuè aliquid corrumpitur; aliud producitur adueniente incompossibili forma, quod quidẽ animo humano nõ congruit. Patet ergo quòd sit immortalis.

Principium cognoscitiuũ

Animæ brutorũ non subsistunt per se.

Alia ratio.

CAP. XVI.

Argumenta contraria.

1. QVamuis Theologorum rationes efficacissimæ sint; tamen posset aliquis cõtra illas sic arguere: & primo quidem, quòd intellectus non habeat esse per se: aut enim dicitur anima habere esse per se; quia illi inest per se, & non per accidens, & hoc modo forma ignis habet esse per se: aut dicitur habere esse per se; quia suum compositum seu suppositum habet esse. neq. hoc potest esse verum, eò quòd illud esse sit incommunicabile: aut quia habet naturalem independentiam à corpore. sed hæc est propositio credita, & non sufficienter probata: animus ergo non habet esse per se, ideoq; corruptibilis.

2. Item, si omnis corruptio fiat per separationem alterius ab altero; tunc esse Ængeli, si ponatur aliquid aliud ab essentia eius, esset destructibile per successionem oppositi, & tamen non est separabile: non ergo omnis corruptio fit per separationem alterius ab altero. Amplius, vbi inuenitur immutatio de ignorantia prauæ dispositionis in scientiam; est mutatio de

De animę immorta: contrario in contrarium. vbi quoq; recipiuntur opiniones contrariæ. 2. Periher
sed in animo hominis inueniuntur huiusmodi: igitur inibi inuenitur contrarietas.
uera, aut anima intellectiua secundùm suam substantiam caret contrario. sed hoc c-
mune est omni substantiæ; aut secundùm accidentia sibi propria, quod planè fals
est, eò quòd dispositiones, à quibus anima intellectiua in esse coniuncti conseruat
4. contrariæ sint; alioqui homo minimè moreretur: in anima ergo, si est contrarietas,
rit & corruptio. Ampliùs, quòd ex desiderio naturali, animi immortalitas osten
non possit, arguo sic: Aut desiderium naturale ad semper esse, supponit animam p
se semper esse, aut apprehensionem mouentem, rectam esse: quorum vtrumq; est n
bis incognitum; desiderium namq; naturale potest dici inclinatio, seu potentia na
ralis, aut actus elicitus naturæ conformis: & tunc necesse est ostendere, quonam m
do huiusmodi actus sit naturæ conformis. Si id fiat per potentiam naturæ; tunc re
in primum. si verò per cognitionis rectitudinem huiusmodi appetibile repræsen
di, redit in secundum. Cùm ergo ex vtraq; parte sit incognitum; non legitimè arg
5. tur ex huiusmodi desiderio naturæ. Ampliùs, aut dicitur anima operari per se, q
sine corporeo organo intelligit, & agit, quod est falsum, quia intelligere est actio c
iuncti: aut per se omninò; quia corpori nō communicat, vt organo, nec vt ei quod i
operatur: & tunc quidem consequentia est bona. sed antecedens falsum, eò quòd o-
mnis animæ operatio sit hominis, qui operatur: non ergo anima intellectiua per se
6. sistit, & operatur. Item, omne subsistens dicitur hoc aliquid; subsistere enim qu
dam incommunicabilitatem denotat: ideoq; necesse est, vt sit aliquod indiuiduū p
se subsistens. sed animus hominis non est hoc aliquid, sed compositum potiùs ex a
7. ma & corpore: igitur anima intellectiua, non est aliquid subsistens. Ampliùs, om
per se subsistens, per se operatur, vt manifestè patet. sed anima per se non operat
1. de anima, dicere animam sentire, aut intelligere, simile est, ac dicere animam te
re, vel ædificare: igitur anima intellectiua non est aliquid subsistens; quia non ha
aliquam operationem sine corpore: nec etiam ipsum intelligere, cùm non intelligat
ne phantasmate: phantasma autem non est sine corpore: ergo quod priùs.

CAP: XVII.

Soluuntur Argumenta.

1. D primum istorum dicitur, animam habere esse per se, quia eius esse n
dependet à corpore, quod quidem satis patet ex his, quæ dicta sunt, ne
pè habere per se propriam virtutem operandi: & id sufficit ad soluti
2. nem argumenti. Ad 2. argumentum nostro fauet proposito; quandoq
dem clarè ostendat formam subsistentem, aut annihilari, aut corrum
ab aliquo non posse. Cùm verò annihilatio solius Dei opus sit; haud dubium, quin an
nihilatio animæ intellectiuæ à solo Deo fieri possit: nō ergo potest ab aliquo alio cor
3. rumpi. Ad 3. mutatur anima de errore in scientiam, & de contrario in contrariu
obiectiuè quidem, non autem subiectiuè: cuius rei signum euidens esse potest, quò
eadem propositio subiectiuè absq; sui immutatione possit successiuè vera esse & fa
Commen: sa, vt in prædicamentis scribitur. Quamobrem rectè dictum à Commentatore 3.
anima, com: 5. quòd opiniones, & vniuersaliter entia in anima dupliciter sumi po
sint: vno quidem modo, vt entia quædam ex parte subiecti, & in ea non cadere con
Veritas in anima. trarietatem; sed potiùs secundo modo, quatenus scilicet sunt vera, vel falsa entia ob
ctiuè: in causa autem est, quia contrarietas & error non accidunt, nisi aut falsi a
veri ratione. Veritas autem & falsitas non inuenitur in anima ex parte subiecti, se
obiect

 De animæ immortalitate.

biecti: Ex eo, inquit philosophus in prædicamentis, quòd res est, vel non est, oratio licitur vera vel falsa. In his igitur, quæ in anima recipiuntur, est contrarietas in or line ad obiecta, sine contrarietate in ordine ad obiectum: vnde fit, vt ex hoc non sequatur aliqua animi corruptio. Et cùm instas de dispositionibus animæ, dico in dispo itionibus animæ, quibus corpori vnitur atque connectitur, contrarietatem inueniri: nō utem in his dispositionibus, quæ animo absolutè competunt. Ad 4. Voluntas homi- 4.
is fertur in bonum absolutè, ab omnibus temporis, locique indiuidualibus abstrahen-lo conditionibus. Vnde voluntas est vniuersalium sicut & intellectus, 2. Rethor: O-lio habemus, ait, genus latronum. Cùm ergo appetitus intellectualis appetat esse, non ecundùm aliquam temporis differentiam discretum; constantissimè patet, sempiter um esse appetere. Quod verò id appetat actu elicito; vel ex eo cōstare potest, quòd numquodque pro vnoquoque gradu, esse naturaliter appetit: voluntas verò hominis ctu elicito; aliter non intellectualiter, & liberè tenderet ad finem habendum. Huius utem rei fundamentum est illa præclara philosophi sententia, primo cæli tex: 116. cilicet, Omnis potentia naturalis est determinata ad maximum & minimum. Quare eri non potest, vt vaga sit & incerta naturalis inclinatio ad agendum. sed absque dif-erentia temporis appetit æternum esse, aliter non esset determinata ad maximum, et d minimum tempus. Et reuera, omnis natura aut est corruptibilis, aut incorruptibi-s. si incorruptibilis; habet vtique virtutem determinatā, vt semper sit, primo cæli tex: si verò corruptibilis, tuetur se in tempore, propterea quòd periodum habeat sui es-, & virtutis. Ex eo igitur, quòd animus hominis appetit semper esse absolutè, & fru rari non debet huiusmodi desiderium, monstratur apertè eius incorruptio. Ad 5. 5.

Appetere esse sempiternum.

Philosophus.

Potentia ad esse.

in nobis est operatio quædam transcendens omnem operationem sensibilem, & ali-a operatio immaterialis, quæ recipitur in sola anima, vt in proximo receptiuo, non tem in composito ex anima, & corpore; sine dubio anima est separabilis à corpore. t hoc est, quod ipsi dicunt: ex quo patet, quòd intelligere in anima, vt in proximo re ptiuo primò recipitur; alioqui esset quantū, & qualitate sensibili affectū, infra ge-s sensibilis cognitionis, quod est falsum. Quapropter, si arguens in obiectiōe inten-t, animam rationē esse intelligendi toti cōposito, sic vt corpus sit proximum recepti m, & propter hoc non subsistens; tunc intelligere esset operatio sensibilis, siue dicat imam esse rationem operandi toti composito. sic vt totum sit suppositum quod ope-tur, & propter hoc non est subsistens. Assumptum quidem est verum; sed illatio ntradicit illi sententiæ, quæ dicit animam habere virtutem transcendentem. Itaque, ipsius huius argumenti sit talis, nempè anima humana per se operationem habet, id t, sine corpore, vt toto, & parte ipsius operatiōis correceptiuo: vnde sequitur, vt sit dependens in esse à corpore; cum quo tamen stat, quòd sit ratio, qua suppositum cor reum intelligat. Ad 6. dicitur, hoc aliquid bifariam accipi: vno quidem modo pro 6.
ocunque subsistente: alio autem modo pro subsistente cōpleto in natura alicuius spe-ei. Porrò, iuxta primum modum accidentis, & materialis formæ excluditur inhæ-ntia: per secundum verò imperfectio partis. Primo itaque modo anima dicitur hoc iquid: secundo verò totum compositum. Ad 7. minor est falsa, & cùm infers au- 7.
oritatem philosophi, dico, vel illum propriam non protulisse sententiam, sed eorum tiùs, qui aiebant, intelligere esse quoddam moueri, vel quòd per se agere conueniat r se existenti Per se verò existens quandoque dicitur non inhærens; veluti est acci-ns, & materialis forma, etiam si pars alicuius extiterit. Quo profectò modo manus r se subsistens dici non potest, nec similiter oculus, aut quodlibet huiusmodi gene-membrum: nec consequenter per se operari dicuntur: vnde fit, vt partium opera-ones toti per partes attribuantur; sic enim dicere consueuimus, hominem videre r oculum, audire per aurem, tangere per manus. Potest ergo dici, quòd anima in-telligit,

Quolib: quæstio: 9. 4. sent: dist: 43. quæstio: 2.

Per se existēs.

telligit, sicut oculus videt. Sed verius & proprius est dicere, hominem per animam intelligere. Ad confirmationem dico, quòd anima indiget corpore, non quidem vt organo, quo sua actio exerceatur; sed potiùs ratione obiecti, eò quòd phantasma se habeat ad intellectũ, vt color ad visum: hoc autem nõ impedit, quò minùs intellectus sit subsistens; aliter animal nõ esset aliquod subsistens, quia extrinsecis sensibus indiget.

CAP: XVIII.

Animæ immortalitas secundùm doctores Catholicos.

De animæ immortalitate à sacris doctoribus præclarissimè doctissimèque disputatum ita; vt par esse putauerim, illorum rationes huic tractatui inserendas esse, quò & tantæ rei fides vndique astruatur, & diuinorum virorum laus commendetur. Diuus Augustinus de immortalitate animæ, sic arguit: Vbi est disciplina, illud semper viuit; quia id quod semper est, non est nisi in eo, quod semper viuit. sed disciplina est æterna, & non est extra animum: animus ergo semper viuit. Item, ratio, aut est animus, aut in animo: corpus verò non est animus: ratio ergo non est corpus. sed corpus nostrum est aliqua substantia, & melius est esse substantiam, quàm nihil: non est igitur ratio nihil. Sed mutabile est corpus humanum, quia eodem modo non est semper: ratio verò est immutabilis, quia semper eodem modo se habet; semper enim eodem modo se habet quòd quatuor habeant duo, & duo, & quòd duo non sint quatuor. Cùm ergo ratio sit immutabilis, & mors accidere immutabilibus non possit: semper ergo animus viuit. siue ipse ratio sit, siue in eo ratio inseparabiliter. Item, vita seipsa non caret, quia nulla res seipsa caret. sed animus est vita quædam, vnde omne quod animatum est, viuit: non potest ergo animus mori: nam si carere potest vita; non animus, sed animatum aliquid esset. Item, de quantitate animæ: Omne illud, quod iudicat de aliquo, præsidet illi. sed anima iudicat de veritatibus incommutabilibus: præsidet ergo: omne autem tale, est incorruptibile. Sanè, incommutabile non collocatur in commutabili. sed regulæ incommutabiles sunt in anima: igitur anima est incommutabilis. Item, anima naturaliter appetit vitam æternam sicut & scientiam. sed scientiam assequitur: non ergo frustrabitur vita æterna; quia huiusmodi desiderium sibi à natura insitum, non potest esse vacuum; eò quòd natura suis in operibus non sit otiosa. Item, Deus est immortalis, Deus sibi similem creauit intellectiuam animam: igitur anima intellectiua est immortalis: aliter à similitudine sui creatoris discederet lib. 14. de trinit: cap: 4. Immortalis, inquit, vocatur anima, quoniam qualicunque vita, etiamsi miserrima est, nunquam desinit viuere. Cùm ergo anima vita priuari non possit, nisi per eum, qui dedit sibi esse: anima ergo mori non potest; quia cùm sit vita, mori non potest. Non habet tamen omnimodam immortalitatem, id est, incommutabilitatem, quæ soli Deo competit: vnde Apost: Qui solus habet immortalitatem. Est igitur anima immortalis secundùm suum modum: non autem incommutabilis. Itaque cùm animus hominis sit imago Dei viuentis, domicilium disciplinæ, receptaculum immortalium regularum, vita per se subsistens, per se mouens; proculdubio est ipse immortalis. Diuus Hieronymus in epistola ad Marcellinum de animarum origine multa scribit, asseritque animas hominis esse immortales. Et aduersus Ioannem Ierosolymitanum, & ad Ramerium, & Alexandrum monachos, ait: Anima, quæ Christi præcepta seruauerit, etiam mortuo corpore, viuet: Et lib. 2. contra Iouinianum cap: 35. Pythagorici aiunt: Omne quod mouetur, & viuit, edendum non esse: & eiusdem criminis arbitrantur, qui abietem, quercumque succiderint. Insuper Pythagoras se dici

Marginal notes: August: de immortalitate animæ cap: 1. — Vna ratio. — 2. — 3. — 4. — 5. — 6. — 7. — De anima & spiritu. — 1. Tim: 6. — Epilogus. — Hieronymus. — Pythagoras.

*in bello Troiano fuiße militem Euphorbum, & ibi occisum à Menelao. Plato altißi-
marum speculationum cupidißimus, Pythagoræ dogmata audiens; non modò non re-
spuit; sed ipse quoq; animas hominum post mortem reuolui vsq; ad corpora bestiarũ
scripsit. Hunc sequuti sunt Apuleius, Plotinus, Porphyrius, Varro, Virgilius, Tertul-
lianus: hi puras animas ab initio conditas arbitrantur, & eas, quæ ab omni contagione
corporis liberæ sunt, cælum possidere: appetitiuas verò corporum, latenti desiderio de
cælo prospicere, & pondere terrenæ contagionis, paulatim in inferiora dilabi, corpo-
ribus diuersis coniungi: et ab his tandem resolutas, & purgatas, non ea qua descen-* Reuolutio a-
derunt porta, ad superos reuerti. Duas siquidẽ in cælo portas pro ascensu, & descen- nimarum.
su animarum Macrobius super Somnio Scipionis ad mentem Platonicorũ explanat:
prima est porta hominum, & descensus cancer: altera capricornus, descensus Deo- Duæ portæ.
*rum: qua rursus ascendentes animæ immortalitatem deorum consequuntur. Galaxia
autem per signiferum portensus circulus, locus est beatorum. Cætera autem signa
transeuntes, quasi ebriæ ex visis diuersis obliuiscuntur eorum, quæ habebant in cælo.
In sphæra Saturni acquirunt intelligentiam: in Iouis vim agendi: in Martis animosi-
tatis ardorem: in Solis sentiendi, opinandiq; naturam: in Veneris motus amoris: in Mer-
curij interpretandi vigorem: in Lunæ vim augurandi. Purgatas quoq; vocari ad le-
thæum fluuium; vt inde bibentes, obliuiscantur præteritorum malorum, quæ in cor-
poribus paßæ sunt. Vnde Virg: Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno.* Virgil:
*Sed his contradicunt diuina Ioan: 5. Pater meus vsq; modò operatur, & ego operor.
Et Isaias: Qui format spiritum hominis in illo. Et in Psalmis: 32. Qui fingit per singulos
corda eorum, quotidie Deus fabricatur animas: cuius velle fecisse est, & conditor es-
se non cessat. Hæc Hieronymus. Diuus Ambrosius de bono mortis cap: 10. Non mo-* Diuus Ambr:
*ritur cum corpore animus; sed reponitur, & in manus Dei commendatur. Repetitur,
non interimitur: Lucæ 12. Hac nocte repetent animam à te. Quod repetitur, manet:
quod interimitur, non manet. Dauid dicit: Anima mea in manibus meis semper. Sem-* Psal. 118.
*per, inquit, non in tempore. Cor regis in manu Dei: multò ergo magis anima regis in
manu Dei. Si anima nostra in manu Dei; non vtiq; sepulchro clauditur cum corpore:* Prouer: 21.
*nec busto tenetur; sed quiete pia fungitur. Dum expectatur plenitudo temporis; ex-
pectant animæ remunerationem pro impensis laboribus debitam. Item in epistola ad
Horontianum 21. Anima nostra, inquit, est cælestis substantiæ; sed vanitati subiecta* Rom: 8.
*est, non sponte; sed propter eum, qui subiecit in spe; quoniam ipsa liberabitur à ser-
uitute corruptionis in libertatem filiorum Dei. Ostendit non mediocrem animarum
esse gratiam, quarum virtute in adoptionem filiorum Dei aßurgit humanum genus.
Animæ enim neq; tactu aliquo comprehenduntur, neq; visu corporeo: ideo supergre
diuntur substantia sua corpoream, & sensibilem qualitatem. Quæ enim videntur, tem
poralia sunt: quæ non videntur; æterno illi, & summo adhærent bono, atq; in ipso vi-
uunt & sunt, & mouentur. Potest ergo ex dictis sic formari argumenti ratio. Ea,
quæ sensu aliquo corporeo percipiuntur, sunt temporalia, & corruptibilia. sed anima
non percipitur, seu comprehenditur sensu corporeo: igitur est incorporea & incor-
ruptibilis. Diuus Gregorius homelia 17 in 40. cap. Ezechielis. Anima intellectiua,* Gregorius.
*inquit, super corpus creata est, vt à superiore viuificata, viuificet inferius, quod ad-
ministrat. Quæ & sic infusa est corpori; vt non per membrorum partes, partibus sit
diuisa; nam in quolibet loco pars corporis percutiatur, tota dolet. Ipsa cùm per na-
turam non sit diuersa; per corpus tamen agit diuersa. Anima in corpore, vita est car-
nis: Deus viuificans omnia, vita est animarum. Si igitur tantæ est magnitudinis, vt
comprehendi non poßit vita viuificata; quis intellectu comprehendere potest, quan-
tæ maiestatis sit vita viuificans? Cùm ergo anima sit vnius naturæ, & non diuersæ,
et vita præterea viuificans, & viuificata; haud dubium quin sit immortalis, & incor-*

De animę immort:
ruptibilis. Basilius Magnus homilia 3. elegantißimè, doctißiméq; de anima disputa
Basilius hom: 3. Ex contemplatione, inquit, animæ tuæ incorporeæ, cogita Deum eſſe incorporeun
Deum, inquam, intellige nullum circumſcriptum loco, quando nec tua mens præciſa
habet in loco conuerſationem; etiamſi in loco eſt, per colligationem ad corpus. Et ca
3. de moderandis animi cogitationibus, dicit, inſitam fuiſſe animo à Deo rationen
quæ quidem ratio cùm ſit immortalis, & ipſe quoq; eſt immortalis. Quemadmodun
Animus. inquit, per oculum corpus videt; ſic animus cernit per mentem ipſi agnatam: at ne
Mens. vt vnum in altero, ſed vnum, et idem prorſus animus eſt & mens: hæc naturalis eſt v
quædam, neq; aduentitia eius animi partis, in qua poſita eſt ratio. hæc eſt immorta
lis, & incorruptibilis, deificæ trinitatis ſimilitudinem gerens, à qua & inſita, atq
Imago. condita eſt. Qui ergo imaginem Dei gerit; quomodo poteſt mori aut corrumpi, n
per eum qui ſibi imaginem indidit? Itaque cùm anima intellectiua ſit anim
mens & imago creatricis trinitatis; proculdubio eſt immortalis, incorruptibilis, i
uiſibilis, templum ſummi Dei, aula ſapientiæ, tabernaculum ſcientiarum atq; dom
Areopagita. cilium, ſponſa filij dei, mundi moderatrix & gubernatrix. Diuus Dionyſius Areo
gita cap. 10. de diuinis nominibus, loquens de Dei æternitate, dicit nos æternitatis f
re participes, quando incorruptibile, & eodem modo ſemper ſe habens attigerim
ſeculum. Vnde & Paulus ad Titum 1. In ſpem vitæ æternæ, quam promiſit, qui n
mentitur Deus. Et cap: 6. dicit ex Deo vitam habere angelos donum immortalitat
Non, inquit, ex ſe habent, vt immortales ſint, & ſempiternè viuant; ſed ex viuific
& vitæ omnis efficiente, atq; continente cauſa. Inde animæ noſtræ immortalitate
habent, & animantes omnes, & plantæ iuxta extremam vitæ harmoniã. vnde & n
totos, animas dico, & ſocia corpora, ad perfectam vitam, & immortalitatem tran
ferre pollicetur. Quod veteribus quidem præter naturam viſum eſt, mihi verò m
nimè; ipſi enim Deo nihil eſt impoßibile. Totam animæ immortalitatis rationem
angelicos, & humanos ſpiritus diffuſam, diuinæ tribuit voluntati, & vitæ, ſicut
Origenes. ſuo Timæo docet Plato. Origenes homilia tertia in Matthæum clarè animarum in
mortalitatem docet abſq; tranſcorporationis vicißitudine. Elias venit, inquit: no
anima Eliæ eſt intelligenda, vt ne incidamus in dogmata tranſcorporationis, qu
Non amittit reuolutionẽ animarum. alienum eſt ab eccleſiaſtica veritate. Si enim ſecundùm opinionem eorum eadem a
nima bis poteſt fieri in corpore ſecundùm ſtatum eundem, ab initio ſeculi vſq. in f
nem; interrogo quare poteſt fieri bis? ſi propter peccatum; quare non & ter, & fr
quentiùs ſit in corpore anima; vt propter vitam hanc, & peccata quæ committunt
in ea patiatur pœnam transcorporationis, quæ animabus peccatricibus infertur? qu
ſi conſequenter inferatur; locum non habebit conſummatio mundi, quod ſcriptur
Cyrillus. rum non placet veritati. Hæc Origen. Diuus Cyrillus in caput 11. Ioann: Nunquam a
ſupremæ naturæ imaginem, humilitas noſtra conſcenderet, niſi à ſpiritu ſancto pu
chrè conformaretur. Sed quæ eſſet iſta diuinæ naturæ conformitas; ſi anima ipſa pe
Chryſoſtom9 nitus extingueretur? Diuus Chryſoſtomus in Pſal. 48. Et pretium redemptionis an
mæ ſuæ. Vis ſcire quantum ſit pretium animarum? Redempturus eam vnigenitus de
non mundum dedit, non hominem, non terram, non mare; ſed ſuum pretioſum ſang
nem. Quocirca dicebat Paulus 1. Corin: 7. Pretio magno empti eſtis. Et laborauit i
æternum, & viuet adhuc in finem. Ælius interpres dixit: Et quieuit in ſeculum: A
lius: Sed cùm deſierit ſeculo, viuet in æternum. Conſidera fructum, quòd homo ſit in
mortalis. Mors ijs qui rectè vixerunt, eſt migratio, & tranſitus ad meliora, & cur
ſus ad accipiendas coronas. Interitus ergo hominis non interimit ſubſtantiam; ſe
tantùm mortalitatem, & id ſolùm quod poteſt corrumpi. In caput primum Ioann
Anima eſt ſui iuris. homilia 11. apertè docet animæ immortalitatem: Anima, inquit, eſt ſui iuris, & vir
habet operandi in ſe, neq. vlla in re Deo, niſi velit, obtemperat. Qui ergo eſt ſui iuri

& virtu

De immortalitate animæ.

& virtutẽ habet operandi in se, per se vtiq. consistere potest. sed anima intellectiua est huiusmodi naturæ: per se ergo consistit, etiam exuta corpore. Et hæc quidem testimonia sufficiant ad astruendam animæ intellectiuæ immortalitatem.

CAP: XIX.

Animæ immortalitas secundùm diuinas scripturas.

Vamuis per sacros, & ethnicos sapientes animi humani immortalitas plus quàm satis, vt mihi videre videor, ostensa, & approbata sit; per diuinarum nihilominùs oracula scripturarum, illud idem firmari approbariq́ operæpretium esse putaui; vt inde depromeretur huius rei veritas, vnde in totum vniuersum vita effluit animarum. Ioannes in Apoc: Apoc: 5. *vidit animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, & clamabant voce magna, dicentes: Vsquequò Domine sanctus & verus, non iudicas, & vindicas sanguinem nostrum, de his qui habitant in terra? Quibus datæ sunt singulæ stolæ. Si animæ non remanent post interitum; quomodo clamant ad Deum?* Greg: moral: 2. cap. 5. *petunt secundam stolam, corporum immortalitatem scilicet. magnus earum clamor, magnum desiderium. A Deo accipiunt, vt ab ipso petant, quod eum facere velle nouerunt. Requiescite, inquit, & expectate collectionem fratrum vestrorum. Vt requiescerent tempus adhuc modicum; quia nimirum post tempus modicum, cùm impleti fuerint conserui eorũ; tunc fiet aliud quid magnum, vt copiosum suæ requietionis capiant augmentum: resurgent enim: & quibus nunc datæ sunt singulæ stolæ albæ; tunc dabuntur geminæ: vt sint beati tàm immortali beatitudine animæ, quàm beata corporis immortalitate. Adam peccante, duplici stola, scilicet corporis & animæ felicitate, omnes spoliati sumus.* Duplex stola. *De prima autem quæ est animæ, Genes: 3. scribitur, quòd videntes se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Altera nuditas est corporis mortalis, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Duplex nuditas. *Nunc interim animæ felices singulas habent stolas. Sub altare, id est, sub testamento Dei tanquàm sub ara conditæ clamant.* Altare. *Abel propter sacrificium Deo placitum ab inuidente Cain occisus est: & omnes qui à sanguine illius iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ, qui occisus est inter templum & altare, propter eandem fidei, & testimonij confessionem passi sunt. Ex hac ergo scriptura latissimè patet animæ immortalitas. Salomon in Eccesiast: clarissimè ostendit animarum immortalitatem:* Ecclesiast: 2. *Reuertetur, inquit, puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redibit ad Deum, qui dedit illum. Ex quo satis ridendi sunt, ait Diuus Hieronymus in commentario illius loci,* Hieron: *qui putant animas cum corporibus seri: & non à Deo, sed à corporum parentibus generari: cùm hinc manifestum sit, Deum patrem animarum esse non homines. Christus Dominus blandè, suauiterq́ nos consolatur, corporis interitum non esse timendum: Nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.* Matth: 10. *Tanquàm diceret: nolite timere maledictum corporalis mortis, quod temporaliter soluitur; sed timete maledictum spiritualis mortis, per quod anima in æternum cum suo corpore cruciatur. Non potest homo occidere animam tuam: vsq. ad corpus sæuit, noli sæuire in animam tuam.* Augu: contra Faust: lib. 14. cap. 12. *Præsentia animæ tuæ, caro viuit: persequutor potest occidere, non autem interficere animam tuam. Hæc sola authoritas sufficit piè & verè credenti. Iterum, 22. cap: comparat animas angelis beatis. Et erunt iusti similes angelis* Matt: 22. *fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Qualis tunc erit splendor animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum? Et rursus: Ego sum Deus Abraham, Deus* August: de vanitate seculi. *Isaac, & Deus Iacob: Non est Deus mortuorum, sed viuorum; omnes enim illi viuunt. Crede ergo: etsi mortuus fueris, viues. Mors in corpore, absentia animæ: mors in animo, absentia fidei. Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum: & licet* Tract: 49. in Ioan:

De imortalitate animæ.

moriatur, viuet: moritur caro, viuit anima. Et omnis qui viuit in carne, & credit i
me; etſi moriatur ad tempus propter mortem carnis, non morietur in æternum pro-
pter vitam ſpiritus, & immortalitatem reſurrectionis. Sadducæi, inquit Diuus Hie-
Hieronymus. ronymus, negabant angelum, & ſpiritum, & animarum quoq. interitum prædicabant
hi quinque tantùm libros Moyſis recipiebant, Prophetarum vaticinia reſpuētes. Stul
tum ergo erat inde proferre teſtimonia, cuius authoritatem non ſequebantur. Porrò
Exod:3. ad æternitatem animarum probandam de Moyſe ponit exemplum: Ego ſum Deu
Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: ſtatimque intulit: Nō eſt Deus mortuorum, ſed vi
uentium: vt cùm probauerit animas permanere poſt mortem; neque fieri poterat, vt e
orum eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterent: conſequenter introduceretur & corp
rum reſurrectio. Hæc Hieronymus. Rectè ergo dictum eſt à Salomone, quòd iuſto
Sapient: 3. rum animæ in manu Dei ſint, & merces eorum apud altiſsimum, & non tangat illo
tormentum mortis: Viſi ſunt, inquit, oculis inſipientium mori; illi autem ſunt in pac
etſi coram hominibus tormenta paſsi ſunt; ſpes illorum immortalitate plena eſt. Inſ
pientes vocat, qui putant animas cum corporibus ſimul emori, atque diſſolui. Fauet h
ic propoſito, quod dicitur ab Apoſtolo ad Corinthios: Scimus, inquit, quia ſi terr
Cor:5. epiſt:2 ſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ædificationem ex Deo habere, d
mum non manu factam, æternam in cælis. Hac fiducia dicit non timendum diſſol
Ambro: violentia infidelium, aut ſorte vitæ; quia præparata eſt huiuſmodi hominibus habi
tio in cælis æterna; vt de temporali & terrena expulſi, in perpetuam domum recip
antur. Terreſtris domus, mortale corpus; cæleſtis verò, immortale. Vt abſorbeatur h
2. Cor:15. mortale à vita: vt extrudatur mortalitas corporis. vt ſic tandem ex omni parte ef
cti immortales, pace perfruamur æterna. Iterùm, irrefragabili vtitur argument
Vt quid nos periclitamur omni hora, ſi non remanent animæ, ſed ſimul cum corpor
bus moriuntur: ita, vt nulla ſit ſpes renouandæ, reſtaurandæque vitæ. Vult mortem n
timeri, quam ſequitur vita: Si ſecundùm hominem ad beſtias pugnaui Epheſi; qu
mihi prodeſt ſi mortui non reſurgunt? Beſtijs offerri, moríque non timuit: deníque R
mæ amputato capite, obijt. Quid profuiſſet Paulo, ſi anima ſimul cum corpore mor
tur? Ad quid Chriſtus venit in hunc mundum, & pollicitus eſt nobis vitam æterna
ſi animæ humanæ exutæ corporibus euaneſcunt? Cùm ergo nefas eſt hæc de Chriſt
ſentire, ac de ſanctorum ſapientia; indubiè tenendum eſt, animas eſſe immortales. Be
nè igitur dixit Mercurius, animam humanam eſſe immortalem.

MERCVRIVS.

Magnum miraculum eſt homo, animal adorandum, & honorandum: hoc in naturam DEI tranſit, quaſi ipſe ſit DEVS: hoc dæmonum genus nouit, vtpote qui cum eiſdem ortum ſe eſſe cognoſcat.

Commentum II.

Omnia ab vno.

N exordio huius libri longiſsimam de bono, & vno diſputationen
texit, aſſerens vnum eſſe bonorum omnium fontem, & principiu
de quo in quinto & tertio multa dicta ſunt; ideoque breuiter trāſ
ire diſpoſui, ne faſtidio eſſet lectori plus debito repetita lectio
De cælo, *inquit*, cuncta deſcendunt in terram, & in aquā
& in aërem: ignis ſolùm, quod ſurſum verſus fertur, viui
ficum, quod deorſum, ei deſeruiens. *In quinto libro de ele*
mentorum

mentorum natura disputaui, idcircò mihi videtur rationi consentaneum eadem repe
tenda non esse. Omnia dicit esse vnum, quia ab vna natura prima producuntur: mun-
dum verò præparatum fuisse à Deo receptaculum omniformium specierum. Omnia
autem desuper pendentia, in species diuiduntur: genus deorum, dæmonumq́, homi-
num, volucrum, & cæterorum animantium, radicum, stirpiumq́, & quæ sunt generis
eiusdem. Sed dices, quomodo à prima natura, cùm sit maximè vna, & maximè sim-
plex, tot rerum genera diuersa, ac animantiũ species variæ innumeræq́ produci pos- Auicenna.
sunt? Præclarè dictum est à philosopho 2. de gener: & corrup: tex: 56. similiter ab
Auerroe contra Auicennam 12. meth: com: 44. quòd ab vno agente, in quantum v-
num, non prouenit nisi vnum: omnis ergo distinctio, quæ in productarum rerum di- Ab vno non nisi vnum.
stinctione inuenitur, in primam omnium causarum productricem eritné reuocan-
da? Sed tùm incidet dubium, quomodo prima causa erit simplicissima? hac imagina-
tione delusus Auicenna, dixit, à prima intelligentia productam fuisse secundam,
& à secunda tertiam, & sic deinceps. Quamobrem Auerroes in lib: destruct: dispu:
solutione dubij 25 & loco iam annotato disputat contra Auicennam, asserens sibi- Auerroes.
psi aduersari, puta qui ponit pluralitatem sine causa; posuit enim in secunda intelli-
gentia, quæ primò producitur, multitudinem. Quare, si ab vno non prouenit nisi vnũ,
& intelligentia producta sit vna; quomodo erit in ea pluralitas ponenda? Erit ergo
illa pluralitas sine causa, quod est falsum. Aliqui sic explanare nitũtur: Ab vno pos-
sunt plura produci, in quo est distinctio cognitorum, & distincta plurium cognitio. Opinio aliquorum.
Auerroes 12. meth: com: 44. Non est, inquit, impossibile, vt illud quod est per se in-
telligentia, & intellectus, sit causa plurium entium, secundùm quod ex eo intelligũ-
tur multi modi. Sed hoc non placet peripatheticis, à quibus constantissimè docetur,
primam intelligentiã & re & cognitione simplicissimã esse, eò quòd seipsam tantùm
intelligat: non ergo extra se aliquid intelligit, quippe quia omnis intelligentia intel-
ligens aliud, est causata & producta, vt ipsi aiunt lib: destruct: disput: 4. dubij 18.
item 12. meth: com: 81. alijs videtur, Deum, in quantum est finis, diuersimodè attin-
gi posse ab intelligentijs ab ipso dependentibus: vnde fit, vt ratiõe finis. non autẽ effi- Alia opinio.
cientiæ illa multitudo profluat, & deriuetur pluralitas. Sed hæc quoq; sententia pe-
ripatheticis displicet, propterea, quòd Dei cognitio sit absoluta, et nõ respectiua. ide-
q; à Commentatore 12 meth: Themistius arguitur, qui dicere ausus est, à Deo en-
ti cognosci, quia se omnium causam entium esse cognoscit: finis præterea significat
agens, & quidem significatione necessaria, textu comment: cap: 2. de substantia or-
bis. Quare, si vt agens plurium dependentiam terminare nequit; nec illud idem pote-
rit, vt finis; finis namque est, propter quem agens agit. Itaq; ab agente vno naturali,
non prouenit nisi vnum per se, per accidens verò plura: calidum siquidem per se ca- Agens naturale.
lefacit, per accidens autem infrigidat. Ab agente autem diuino, quoniam diuiniori
quodammodo agit, quippe quia est vnum essentia, & multiplex potentia, plura pro-
ducta sunt. Multitudinis verò causa, ab Auerroe intrinsecis creaturarum attribui- 3. de anima 5.
tur rationibus, atq; ita magna cum facilitate Auicennæ soluuntur argumenta. Quia
enim intelligentia Saturni aliqua prædita, atq; affecta est intrinseca differentia, quæ
intelligentiæ Iouis non competit; hac de causa hæc discreta est ab illa; tametsi vna sit
omnium causa prima, & immediata. Etenim quàmuis solis splendore omnia corpora,
et cælestia, & elementaria illuminentur; non eodem tamen modo; sed quædam citiùs,
quædam verò tardiùs, quædam plus, quædam minus luminis recipiunt: sic etiam sese
habent mentes omnes rationis participes ad Deum fontem aquæ viuæ, et lumen lumi
num. Quare, etsi Deus sit simplicissimus; virtute tamen est multiplex, quia potest mul
ta producere; idcirco quodãmodo est plures, & non vnus, vt dicit Auerroes destru:
disp: 3. dubij 17. Albertus Magnus in Coæuis coæuo quæst: 4. vocat eum plures ob Albert⁹ Mag:

 multitudinem

Augustinus. multitudinem ideatorū. Nam iuxta August: lib: 83. quæst: quæst: 46. alia ratio
conditus est homo, & alia equus. Quare ad mentem istorum, potest illa propositio i
intelligi: Ab vno agente, & essentia, & virtute, non prouenit nisi vnum: ab vno au
agente essentia quidem vno, sed virtute multiplici, quia potest multa producere, m
ta producuntur. Rectè ergo dictum est à Mercurio, quòd à prima intelligentia o
nia sint producta, & Angeli, & dæmones, & corpora cælestia, & inferiora, deniq
homo, quem miraculum appellat, puta quem omnes mirantur; suspiciunt & venera
Homo miraculum. tur. Magnum quidem miraculum, vt paruum animal præsit piscibus maris, v
latilibus cæli, & bestijs terræ. Magnum planè miraculum, vt ipse sit omnium fin
Homo finis omnium. 2. phys: 24. Quoniam quidem hominis natura multifariam serua est, vt in proœm
meth: dicit Aristoteles; ideò artes quædam propter necessitatem, quædam verò p
pter delectationem, omnes autem propter hominem inuentæ sunt: finis ergo artiu
seu artificialium homo est institutus, 2. de anima tex: 35. & 37. quia ad eius comm
dum inuentæ sunt. Magnum certè miraculum, cùm homo sit animalium compleme
tum, quo producto, natura stetit, 2. de anima com: 32. hominis præterea forma
phys: com: 26. est vltima propter quam fuit materia. Anima quoq; est finis corp
ris in genere causæ finalis, 2. de anima 37. ob eam profectò causam, quòd omnia ph
sica corpora, animæ sint instrumenta: cùm enim anima intellectiua perfectissi
sit animarum, & ignobilius, nobilioris gratia conditum sit, 7. polit: proculdubio, o
nium corruptibilium homo scitur esse finis. Sed nunquid eodem modo se habet
æterna? 11. meth: 36. & 2. cæli 21. & 17. dicitur æterna primaria intentione age
propter se: secundaria verò propter hæc inferiora, præsertim propter hominem. Q
ob rem Commentator dicit 2. phys: com: 75. naturam agere propter finem, magn
Solicitudo Dei de homine. esse indicium solicitudinis, quam Deus circa hominis tutelam gerit, fortiterq; tuet
vnde philosophus 10. eth: cap: 10. Si dij curam habent humanarum rerum, vt cre
tur, & rationabile est; maximè gaudent optimo, & cognatissimo, hominis mente sci
cet. Cùm igitur homo finis sit omnium artium, corporum, atq; formarum, & cælico
illius vitam, dignitatem, honorem, virtutemq; maximè curent; non videtur tibi m
Plato. gnum miraculum? Plato 1. de legibus: Si de his cogitemus, inquit, homo vt mirac
lum quoddam diuinum in animantium genere habetur; quia creaturarum omniu
est internuntius, superis, & inferis familiaris, naturæ interpres, mundi interstitiu
siue copula: magnum profectò, & naturæ monstrum: quoniam vnum quid cùm si
multa tamen in se habet diuersa, dolorem, & voluptatem, insuper spem, & timore
Magnum planè miraculum est homo, quippe qui in terra sit mortalis deus, vt dic
Mercurius in Pymandro: Deus verò in cælo, immortalis homo. Itaq; homo inter d
uina & humana medius, potest effici quod vult. Non sic bruta, quæ simul atque na
scuntur, ad vnum se deflectunt, quod eis natura perscripsit: Angeli verò mox pos
eorum creationem, quod semel amârunt, perpetuò retinent; homines autem soli om
nigenæ vitæ semina à Deo patre acceperunt: quò fit, vt quæ quisque excoluerit, illi
August: 6. de Gene: 12. naturam induat, & similitudinem gerat. Videas quàm magnum miraculum sit, q
patris sui gestat imaginem, qua cunctis præstat pecoribus: quæ quidem imago est s
cundùm intellectum mentis; tametsi in ipso corpore quandam habeat proprietate
quæ hoc ipsum indicet, quòd erecta statura factus sit: vnde admoneretur, non sibi te
rena esse sectanda, velut pecora, quorum voluptas omnis ex terra est; vnde in aluu
Chrysost. cuncta pecora prona, atq; prostrata sunt. Homo (inquit Chrysostomus homelia 8. i
Genesim) inter visibilia omnia dignitate præcellit, propter quem condita sunt hæc o
mnia: cælum, terra, mare, Sol, Luna, stellæ, reptilia, iumenta bruta, animalia omni
Priùs omnem ornatum fecit, & tandem præficiendum hominem formauit. Miraba
Dauid. tur huius miraculi nouitatem Propheta, cùm diceret: Quid est homo, quòd memor e
eius

rius? Profectò non vile mancipium, quem sibi in peculium asscripsit Deus: stupet, & admiratur, cur eum tanta sit prouidentia dignatus. Nónne videtur tibi magnum miraculum, propter quem factus est paradysus, & præcepta, & pœnæ, & miracula, & supplicia, & beneficia ante legem, & post legem? Homo cum Angelis choros ducit, in filium adoptatur, vnigenito Dei non parcitur, vt homo saluetur: fit hæres Dei, cohæres Christi, paradysi incola, mundi possessor, Spiritus sancti templum, delitiæ Trinitatis. Qua non purpura, quo non diademate sunt hæc longè splendidiora? Rectè ergo dictum est à magno Mercurio, quòd homo sit animal adorandum, & venerandum: adorandum quidem propter Deum hominem factum, quem siue intellexerit, siue ignorans prædixerit; satis est nobis, veritatem rei sequi: nam veritas fidei à quocunque dicatur, à Deo est. Venerandum verò, vt mundi dominus: Tremor, & metus vester erit super omnes bestias terræ: vnde fit, vt suapte natura quodlibet animal hominem veneretur: Angeli quoque veluti conciuem, & cohæredem, ac eiusdem spiritus participem, miro honore & amore prosequuntur. Hic transit in naturam Dei, quasi ipse sit Deus. Vt efficiamur (inquit princeps Apostolorum) diuinæ naturæ consortes, per quandam secretam, & Deificam sancti spiritus infusionem, quasi ipse sit Deus. Non migrat natura hominis in Dei naturam; sed participatione illius fit quodammodo vnum cum ipso. Transformamur in eandem imaginem à claritate in claritatẽ. Transformatur ferrum in ignem, aër in lucem, & speculum in solem, amans in amatum, intelligens in intelligibile, scintilla ignis in fornacem, denique anima in Deum. Vnde Plotinus Enn: 1. lib: 2. cap: 6. ait, quòd qui sic vitam duxerit, Deus quidem erit tale. Ipse quippe intellectu cohæret, & anima ita, vt vnum fiat cum Deo; nam qui adhæret Deo, vnus spiritus fit cum eo. Porrò, vbi est vnitas spiritus, ibi planè est vnitas vitæ, quæ à spiritu diffunditur: vita verò est esse in viuentibus, esse autem est natura viuentium: igitur à primo ad vltimum. Qui sic adhæret Deo, quodammodo transit in naturam Dei, & fit quasi Deus. Intellectus enim diuinus vbique est totus, in quo non solùm per ideas, verùmetiam per proprias (vt ita dixerim) existentias, intellectuales animæ existunt: nam quemadmodum lineæ à centro ad circumferentiam vsque productæ, à centro non recedentes, circumferentiam attingunt: sic animæ beatorum sunt vnum cum Deo: & proprijs tamen naturis distinctæ manent. Vt sint vnum, sicut & nos: quæ profectò vnitas non solùm est voluntatis; sed etiam naturæ. Tales quomodo transit homo in Dei naturam?

Textus. — 2. Epist: 1. — 2. Cor: 4. — Plotinus. — Vnitas animę cum Deo.

CAP: II.

Hoc animal dæmonum genus nouit, vtpote qui cum eis ortum se esse cognoscat. — Textus.

Iamblichus de mysterijs Ægyptiorũ, ordinẽ superiorum describens, sic ait: Heroës sunt maiores hominibus, inferiores verò dæmonibus. Quare primum diuinorũ est ipsum bonum, dijque sequentes, vltimum particulares animæ rationales. horum media duo sunt, scilicet heroës prope animas, & dæmones prope deos: sicut inter ignem, est aër, & aqua. Heroës et potentia, virtute, pulchritudine, magnitudine nobis præstant; tamen cum anima nostra, & vita eius multùm congruunt. Heroës viri extitère illustres, atque insignes, qui rerum à se gestarum magnitudine atque splendore, ad deos immortales proximè accesserunt. hi & semidei ab antiquis fabulosè vocantur: hinc heroica ætas, in qua heroes floruerunt. Dæmones sunt superiores heroibus, & ministri deorum, tanquam

Iamblichus. — Ordo diuinorum. — Heroes. — Dæmones.

quam

Animæ creatio.

quam architectorum in opificio mundano. Quæ sunt in dijs ineffabilia, & occulta, dæmones exprimunt, atq. patefaciunt. Dæmones traducunt diuina ad nos: & nos ra æqualiter ad diuina perducunt: quod theologi dicunt angelorum ministerio fri. Quare, qui dæmones ab Iamblicho, à nostris angeli vocantur. In secundo Pymandri de dæmonibus multa dicta sunt. Ab homine dæmones cognosci affirmat, vtpote qui cum

Angeli sunt creati.

eis ortum se esse cognoscat. Ex quo vult intelligi tum angelos, tum etiam animas intellectuales à Deo esse creatas. In secundo Pymandri disputaui de angelorum creatione. Quoad verò ad textum Mercurij spectat, sapienter locutum fuisse, satis constare videtur. siquidem cùm solus deus sit suum esse, in cæteris verò rebus essentia rei ab eius esse discreta sit; dubium non est quin solus Deus sit ens per essentiam: per participationem verò reliqua entia. Porrò, quod est tale per participationem, producitur, atq; causatur ab eo, quod est tale per essentiam, veluti omne ignitum causatur ab igne. Itaq; cùm angeli sint huiusmodi; haud dubium, quin sint creati à Deo,

August:

vt dicit Mercurius. Vnde August: lib: 11. de ciuit: dicit angelos in illa prima rerum creatione, prætermissos non fuisse; sed significatos nomine cæli, aut etiam lucis. Non solùm ergo angeli, verùmetiam omnia entia, excepto duntaxat ipso opifice ab eodem mundi parente creata sunt. Nec fas est cuiquam secus scribere, dicere aut

Rationes.

sentire: Nullum enim dependens, est coæuum ei à quo dependet, nisi sint æquali natura. sed Deus & mundus non sunt eadem natura; quia non potest alteri dare sim æternitatis suæ, magna ac suprema maiestas, sicut non potest creare Deum sine sui; essent enim maxima duo. Duobus autem summis constitutis, neuter esset summus. vbi enim est æternitas; semper item est existendi vigor, ac potestas, quæ soli in Deo est. Quare, sicut non potest Deus dare mundo suam diuinitatem; sic etiam nec ipse mundus potest eam recipere. Tanta enim est diuinitas eius, & potestas; vt æri ab ipso Deo conferri non possit: non propter impotentiam agentis; sed quia capi non

Emanatio rerum.

potest à patiente. Dicis, fortassis rerum emanationem à Deo pendere, atq. fluxi radiorum à sole. sed plurimùm incongrua est similitudo; radij enim solares ex solis substantia prodeunt: mundus verò ex Dei substantia non est productus: Sol propterea absq. radiorum fulgore esse non potest, Deus verò potest esse sine mundo; quemadmodum ante mundi creationem perstitit in sua æternitate. In hoc ergo æuique æternitate existens, accessit ad mundi creationem, actione inuisibili & omnipotenti,

Tempus.

simulq; omnia creauit. Tempus tunc cœpit, æternitas autem est sempiterna, ac sempiternum nunc. supra cælum nullum censet esse tempus Aristoteles; vbi tamen viuitur beatissimè. Itaq; Deus aliam vitam, alios annos, aliam ætatem degit: aliud tempus diuinius, quod est supra cælum, habet. Vnde Propheta: Et anni tui non deficient. Non ergo omne tempus ex duabus partibus constat; sed illud tantùm, quod fit ex motu cæli. Æternitate igitur, in qua Deus existens creauit mundum, nihil est prius & posterius. creauit hoc tempore non prius; quia quocunque tempore creâsset, diceretur

Mutatio DEI.

quòd æternus Deus accesserit ad muudi creationem absq. sui mutatione. sic enim in mundi creatione Deus dicitur fuisse mutatus, sicut scriptura commemorat, eum pœnituisse quòd hominem fecisset. Nam quemadmodum tempore Noê iustitiæ seueritate vti voluit, qui priùs vsus fuerat clementiæ benignitate; ita planè in mundi creatione, vsus est sua bonitate, à qua permotus, & quodammodo impulsus, vniuersa visibilia, & inuisibilia in lucem protulit. Quomodo enim potest in Deum cadere mutatio cuius actus est vnus & æternus? Mutari siquidem, est ire de actu in actum, de dispositione in dispositionem, & de esse in esse. Quæ omnia sicut in Deo locum habere

Viæ Dei.

non possunt; ita etiam nec ipsa mutatio. Quare, cùm omnes viæ Dei sint bonitas & veritas; per has namq; perpetuò incedit: quocirca tunc mutari dicitur in scripturis, quando interdum vtitur bonitate, & misericordia: nonnunquam vero iudicio & iustitia.

Animæ creatio.

stitia. Nec tamen cùm per alteram illarum incedit, recedit ab altera. Immutari ve-
rò, quippe qui has vias nunquam deserit, nusquam præterit, prætergreditur
nunquam. Porrò, animæ humanæ creatio, angelorum quoq. ac vniuersi orbis vetustis-
simis sapientißimisq́ probatur philosophis. vnus Aristoteles suspectus habetur; nam
Democritum & Epicurum nulli vnquam in numero bonorum philosophorum habue-
runt. Nonne magis rationi consentaneum est dicere, Mundi principium æternitatem Mundi principium.
fuisse, quàm informem materiam, & chaos æternum? hoc animaduertens Anaxago-
ras, Timæus quoq. & Plato, cæteriq́ verè philosophantes, pulchritudini mundanæ,
venustati, ac ordini, æternitatem tradiderunt. Quare, rectè dictum est à Philone, Philo.
quòd qui mundum prædicant increatum, non perspiciunt, neq. sentiunt, se, quæ potis-
simùm pietatem constituunt, & ad eam adducunt, clam abscindere, dico prouiden-
tiam; docet enim ratio vnumquemq factorem, & creatorem rei à se factæ esse cu-
stodem. Qui ergo tollit creationem, tollit prouidentiam; sublata verò prouidentia, pie- Prouidentia.
tas omnium regina virtutum, aufertur: sublata pietate, genus humanum à brutis non
differt, atq. ita totus creaturarum confunditur ordo. Quæ enim est ciuitas, quæ na-
uis, omnisq́ alia res; in qua aliquis ordo cernitur, quæ principem, rectoremq́ non ha-
beat suum? Propterea Moyses tradidit nobis creationē, vt doceremur, in rerum na-
tura aliquod lumen, aliquamuè diuinitatem esse, & subsistere: à qua condita sunt o-
mnia, & cuius prouidentia vniuersa gubernantur. Sed dices, quare tamdiu distulit Quare non cōdidit à principio.
mundi creationem? Stulta & temeraria est inquisitio. cùm enim Deus sit æternus, &
infinitus, semper idipsum efficere poterit, quod vult. Quoniam autem Deus est æter-
nus, & mundus non potest esse eodem modo æternus; quocunq. ergo nunc condatur,
semper permanet eadem inquisitio. Quapropter his audacia nostra debet supersede-
re, & acquiescere debemus his, quæ à spiritu sancto nobis per ora prophetarum tra-
dita sunt. In principio creauit Deus cælum & terram. Terra autem erat inanis &
vacua, Thou, & Bou. Non fuit ab æterno illa moles indigesta, vel aliquo temporis Chaos.
interuallo creationem antecessit; sed fuit prima hæc basis, primum fundamentum,
quod ad cæterarum rerum creationem præparabatur ab opifice mundi Deo: omni-
bus siquidem in rebus, sunt quædam exordia informia, connexa tamen, atq. apta ad
opus nouæ machinæ surgentis. sic & mundi formandi prægressa sunt initia: non qui-
dem ab æterno tempore, neq. à reliquo tempore seiuncta; sed qui viuit in æternum,
creauit omnia simul. vnde Hesiodus: Extitit ante chaos, post hæc latißima tellus, Hesiodus.
Quam super innixum pondus rerum incubat omne. Terra est sedes firma, ac robusta, Terra.
qua cuncta sustentantur: ideoq́ prior nominata, veluti cor mundi terrestris: hinc &
deorum antiquißimam, & altricem ac matrem poëtæ, ac theologi dixerunt, Deos
elementa, cælum & sydera vocantes: quorum antiquißimam, alumnamq́ terrā nomi-
nârunt. Homerus in hymno, terram omniparentem vocauit. Plato in Timæo, anti- Homerus.
quißimam omnium corporum. Itaq́ illud primum chaos, Græci ὑλη, id est, limum, seu Plato.
cœnum vocârunt: alij materiam primam, omnibus naturis corporeis adiunctam, à
qua formæ recedunt, & accedunt. Hyle ergo & chaos, sunt antiquißima terræ nomi- Hyle.
na: cùm esset Thou, & bou, & aquis demersa. cuius vim vocabuli & antiquitatis
ipsum quidam non intelligentes, siue intelligere recusantes, materiæ æternitatem sta-
tuerunt. Stoici eadem cum Moyse referentes, duo rerum principia posuerunt, Deum Stoici.
scilicet & hylen informem: Deumq́ egisse: hylen verò opifici deo paruisse. In prin-
cipio ergo creauit Deus cælum & terram: cælum, inquam, id est, quicquid supra ter-
ram imminet, aërem, æthera: terram autem, quicquid infra est; nam cum terra aqua
etiam est creata. Qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eo. Itaq́ cùm an- Psal. 145.
geli, & animæ sint creati, non sunt ante mundum conditi, vt quidem dicere videntur.
Et reuera, si angeli, & animæ sunt quædam pars vniuersi; quod quidem apparet ex

Animæ creatio.

vnius creaturæ ordine ad alteram: ordo autem rerum ad inuicem, bonum sit vniue[rsi]: igitur creatura spiritualis simul creata est cum corporali; nulla enim pars pe[r]fecta est, si à suo toto fuerit separata. Quare, probabilius esse videtur, vt cum Me[r]curio dicamus angelos simul cum mundo fuisse conditos: tametsi Nazianzenus, [&] Athanasius aliud senserint. Cæterùm catholici à Mercurio dissentiunt in hoc, qu[od] animas humanas in dies formari, crearíq; dicunt, non autem à principio simul con[di]tas; vt illorum fuit sententia, qui animarum reuolutionem posuerunt, quorum ia[m] pridem explosa est sententia. Quòd ergo anima creata sit à Deo, Mercurius dic[it].

Animas non esse æternas.

Quam ob rem iure arguitur illorum sententia, qui posuerunt animas intellectiu[as] eiusdem cum angelis conditionis esse, & à principio simul conditas fuisse. sic eni[m]

1. anima accidentaliter corpori vniretur: atq. ita, aut homo esset ens per accidens, [a]ut anima esset homo, quorum vtrumq. est falsum: homo siquidem est ens naturale, [&] anima non est homo; sed constat ex anima, & corpore. Homo præterea degens in h[ac] vita, non intelligit sine phantasmate: ideoq; opus habet corporis vnione: angelus v[e]rò nequaquam.

2. Ampliùs, si animæ naturaliter competit corpori vniri: igitur si[ne] corpore degere, suæ aduersatur naturæ: atq. ita sua careret perfectione. atqui n[on] decebat patrem mundi, & perfectissimum opificem, vt ab his, quæ sunt præter na[tu]ram, suum opus exordiretur: non ergo creat animam ante corporis formatione[m].

3. Nonné licet conspicere in corporis pulchritudine, hanc animæ cum corpore vnion[em]? Deus enim non condidit manum sine pede, nec oculum sine aure; sed omnia sim[ul] membra composuit: vt inde perfecta consurgi posset corporis venustas: quanto er[go] magis in totius hominis formatione, præcipuarum partium, animæ scilicet, & corp[o]ris connaturalis ordo erat obseruandus?

4. Iterùm, si quis velit dicere, animæ natu[ra] nequaquàm competere, vt corpori vniatur; quare ergo corpori est coniuncta? a[ut] voluntate quidem, aut aliqua alia de causa. non autem voluntate; irrationabilis eni[m] esset, corpori velle coniungi, si absq. corpore consistere posset. Quòd si corpore ind[i]guit, ob aliquas administrationum operationes conficiendas; naturalis ei fuit corp[o]ris coniunctio: natura enim in necessariis non deficit.

5. Deinde, quî fieri potuit, vt an[i]mabus post tot seculorum curricula voluntas accesserit, qua sese corporibus connec[t]ellent? si autem inuitæ ad tarda corpora accedunt: pœna ergo eas, & non natura im[]pulit, vt molem corpoream induerent. Sed tunc hæresis illa locum haberet, quæ i[n]fundi corporibus dixit, vt præteritorum penderent pœnas criminum. Patet ergo qu[o]modo anima humana creatur in tempore, & non ab æterno, vt quidam dixêre.

CAP: III.

Animam intellectiuam non produci ex semine.

QVoniam quidem animæ immortalitatem, atq. creationem, quoâd fier[i] potuit à nobis, enodauimus, & in medium protulimus; par est, vt de[]inceps dicamus, an ex semine producatur, sicut & perfectorum ani[]malium formæ: magna siquidem apud antiquos de huius rei inquisi[]tione extitit controuersia.

Euripides.

Euripides namq. tragicus, Anaxagoræ ph[y]sici auditor, ait: in illa mundi confusione, cùm terra mollis primùm, mox solis ardo[]ribus densior euasisset; ex illa tamen colluuie, varias animantiũ formas erupisse, quo[]rum ea quæ maiorem calorem sortita sunt, in supremam regionem euolârunt: quæ ve[]rò minorem, ad infimam descenderunt.

Arist:

Aristot: quoq. 2. politicorum, dixit: Putan[]dum est, inquit, priscos illos homines, siue ex terra geniti fuerint, siue ex aliqua cor[]ruptione seruati, simul fuisse ignaros, & imprudentes, quod de terra natis dicitur.

Plato

Anima nõ est ex semine.

Plato in lib: de regno: Multa audiuimus, ait, de Saturni regno: priscos illos ex terra procreatos, non autem ex se inuicem. Illis sanè temporibus nihil genus hoc ex sese propagabat; sed ex terra oriebatur. Traderũt hæc nobis primi illi progenitores nostri, qui statim post primam reuolutionem orti sunt. Eo tempore, nihil erat agreste: omnisq; rapacitas, & vorago procul aberat: aberat bellum penitus, atq; seditio. fructus verò illis hominibus, & poma, & fruges, abundè arbores, & fertile solum sponte sua absq. agriculturæ opera suggerebant. Ouidius Platonis philosophiam mirificè imitatus, sic loquutus est: Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit, Ille opifex rerum mundi melioris origo: Siue recens tellus finxit, vt paulò antè dictum est. Sed hæc omnia plurimis retro temporibus clarißimè dicta sunt à Moyse: Formauit, inquit, Dominus hominem de limo terræ: Hebraicè, Finxit Deus primum hominem terreum; hac de causa homines vocantur terrigenæ: quiq; terrigenæ, et filij hominum. Neq. aliud est Adam hebraicè, quàm terrigena, Græce & Latinè. Hominem, inquit Gregorius Nyßenus, qui è terra fictus est, terrestrem vocat, quasi nomen Adæ in Græcam linguam vertens: verbum fingendi apud Moysen & prophetas, hebraicè Iazar. vnde veritas hebraica sic habet: Formauit humum terræ: humum videlicet, aut tellurem madidam, ac limosam: Finxit hominem, finxit terram illam in effigiem humanam. Septuaginta sic reddiderunt: Formauit Dominus hominem, accepto è terra, siue limo. Et reuera, omnium magnarum rerum maxima existimatur animi cum corpore coniunctio: ideoq; dictũ est ab antiquis, à Promethæo corpus humanum formatum fuiße, id est, à Deo. Græci enim Promethæum, sapientem, prouidentem, ac sagacem appellant. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Est quædam spiratio, quæ pulmones tantùm refrigerat, qui veluti folles vicißim sese pandentes, & contrahentes, refrigerationem exteriùs receptam, transmittunt ad calorem cordis: eumque temperantes, in venas quoq. distribuunt, vt pulsæ sanguinem non sinant concrescere. Sed hoc est minimum munus vitæ sensibilis. Alia est spiratio vitæ nobilißimæ, nempè eius partis, quæ sapit, sentit, cogitat, cognoscit; omnes enim linguæ ipsum animum & intellectum, spiritum appellant, etiam in Deo: in quo cùm nulla sit spiratio, sapientiam tamen eius appellant spiritum. Et inspirauit in faciem eius: hebraicè, Apaim, quæ vox significat faciem, atq. nares. In nares autem fortaße magis eßet consentaneum, quòd in his respiratio sit posita, & inde halitus hauriatur, & eò diuina penetrârit afflatio. Aquila, & Symmachus verterunt, Mictirus, hoc est, nares. In Noe est similis locutio: Vniuersi homines, & cuncta in quibus est spiraculum vitæ. Hebra: spiritus vitæ in naribus eorum. Salomon sub persona impiorum: Quoniam fumus est vel flatus, vel spiratio in naribus nostris. Itaq; volens sapientißimus Moyses ostendere animi humani genituram, non aliunde, quàm à deo parente proficisci, admonuit, per narem spiritũ humanum insufflatũ fuiße: vnde & huiusmodi spiritum, atq. animum, spirationem vocamus. Sic igitur per spirationem, & nares apud Moysen, totus interior spiritus, quodã hebraico tropo significatur. Erat autem illa insufflatio, quasi infusio. Et quod dicitur insufflâße Deum, vel inspirâße; perinde erit, ac si dixißet, infudiße. Quam ob rem nomine spirationis, & infusionis, animi creatio accommodatißimè in omnium oculis posita est. Ipsa quoq. spiritus conditio rectißimè dicitur infusio, & spiratio. Etenim, quemadmodum creatio ex ipso nomine, ad carnem spectat, creare enim à Græco κρέας, id est, carne, quasi carnem facere, creare, vel procreare significat; sic ad animi conditionem vocata spiratio, atq; infusio. Sapientißimè ergo dictum est à Moyse: & inspirauit, hoc est, spiritum creauit, vel creatum indidit, & infudit. Et factus est homo in animam viuentem, alio modo in spiritum loquentem, vel rationalem, vel tota repente animatio extitit, animæ rationalis, & corporis; est enim præsentia mentis, etiam corporis viuificatio. Ex quo patet, animum

Plato. Ouidius. Moyses. Terrigenæ. Adam. Nyßenus. Finxit. Promethæus. Pulmones. Spiritus. Inspirauit in faciem. Insufflatio. Creare. In animam viuentem.

Anima nõ est ex semine.

non antecessisse corpus quodam spatio temporis, vt quidam fabulantur: nec etiam ex semine produci; sed à solo Deo mundi principe, creari & infundi. Et reuera fieri

Non ex semine est animus 1. non potest, vt virtus actiua in materia posita, immaterialem producat effectum. Quod enim transcendit materiæ virtutẽ, & potentiam; non subditur virtuti materiæ. sed principium intellectiuum in homine, est huiusmodi; non enim habet propriam operationẽ cum corpore communem: ideoq́ pro impossibili habetur, vt virtus quæ est in semine, sit principij intellectiui productiua. Virtus præterea in semine sita,

2. agit virtute animæ generantis: quatenus huiusmodi anima est actus corporis, tens sua in operatione ipso corpore. sed propria intellectus operatio non est communis corpori: igitur principij intellectiui virtus, quatenus est intellectiuum, non potest ad semen pertingere. Qua ratione vsus est Arist: in lib: de gener: animalium, idcirco di-

3. xit, intellectum de foris aduenire. Ampliùs, animus hominis habet propriam operationem sine corpore, quia per se potest subsistere. Quáre, cùm sit immaterialis, per generationem produci non potest; sed à solo Deo creari. Velle ergo asserere intellectiuam animam virtute seminis procreari; perinde est, ac dicere ipsam cum corpore corrumpi. Cæterùm, propter rei obscuritatem multi à vero aberrârunt, nec coepti

Prima opinio ab ipsa demũ illucescente veritate, resipuerunt. Quidam enim ausi sunt dicere, in semine animam intellectiuã virtute quadam contineri, sicut & corpus: atq; hunc ordinem seruari; vt primùm animæ vegetabilis actiones appareant, deinde sensibilis, po-

Confutat: stremò rationalis. Sed hæc opinio tum fidei, tum etiam veræ philosophiæ apertissimè aduersatur; semen namque secundùm philosophum 2. de anima, est in potentia ad animam: non ergo eam essentialiter continet. Et 15. de animalibus, in suæ decisionis principio, semen non esse membris assimilatum vltima quidem assimilatione; aliòqui eius resolutio, quædam esset corruptio: ideoq́ superfluum esse vltimæ digestionis. ex quo fit, vt in principio decisionis in ipso anima consistere nequeat. Anima intellectiua præterea, non est actus alicuius partis corporis, puta seminis; sed totius personæ hominis: non ergo ex semine deciso deciditur: neq; substantialiter continetur in se-

Secunda opinio. mine. Cùm igitur hæc opinio esset explosa, locumq́ aliquem non haberet, alij rursus suam stabilire voluerunt sententiam, hoc modo scilicet: In semine, inquiunt, primò, inest anima vegetatiua: deinde ea manente, sensitiua inducitur ex virtute generantis: postremò per creationem anima intellectiua. Quare, in homine tres sunt animæ es-

Confu: sentialiter distinctæ. Sed quomodo possunt hæc fieri, vt vnius, & eiusdem rei plures sint substantiales formæ; forma enim substantialis largitur esse simpliciter. Quare si in homine plures sint formæ substantiales; plura quoq; erunt supposita distincta quidem essentialiter, quod est falsum. Id præterea, quod est vni substantia de genere substantiæ, nullius potest esse accidens 1. phys: Anima ergo vegetatiua, quæ in planta est forma substantialis; in homine certè non erit forma accidentalis, & dispositio

Tertia opinio ad animæ intellectiuæ substantiam recipiendam: vt quidam dicere videntur. Ex iusta atq. magna cum ratione istorum sententia eiecta, non desunt, qui à vero dissentiunt.

Confu: Dicunt enim animam intellectiuam, partim quidem ab extrinseco accedere, quoad naturam scilicet intellectualem: partim verò ab intrinseco, quoâd vegetatiuam, & sensibilem. siquidem anima vegetatiua, quæ primò est in semine, ad sensitiuam, illud ad suum complementum, naturæ actione perducitur: & hæc quidem ad rationalem, actu quidem creantis, non autem generantis. Sed hæc quoq. opinio de facili solui potest; nam si natura intellectualis sit anima vegetatiua; pari ratione reprobatur qua & præcedens. Si verò volunt ita intelligi, vt ex tribus vna conflatur natura, seu substantia animæ, in qua intellectualis natura, formæ, vegetatiua verò & sensitiua materiæ subeant conditionem atq. virtutem; tunc certè sequeretur hoc absurdum, vt quemadmodum illæ duæ corrumpuntur; sic etiam & tertia, quod omninò paulò antè

à libid

Anima non est ex traduce.

à nobis eiectum est, atque explosum, & quidem constantißimè atque verißimè. Aliud
præterea sequeretur absurdum, nempè formam substantialem succeßiuè deduci in
actum. Adhuc remanent & alij conuincendi atque confutandi, qui de hoc negotio sic Quarta opinio.
philosophati sunt: Semen, inquiunt, nullam habet animam, quousque anima rationali Confut:
perfectum reddatur: atque completum viuit tamen ex anima matris. Sed hoc quoque
multùm dissonat à veritate; inter viuentia enim, & non viuentia plurimùm interest:
viuentia enim seipsa mouent, & quidem per operationes vitæ; non viuentia autem,
minimè. Cùm verò nutriri & augeri, sint operationes vitæ; fieri non potest, vt à prin-
cipio extrinseco proficiscantur, nempè ex anima matris, vt ipsi dicunt. Anima præ-
terea matris informat suum corpus, non autem embrionis: quare embrio esset sine a-
nima sensitiua, quod ad sensum patet esse falsum. Itaque embrio priusquàm animā ha-
beat rationalem, animam habet qua nutritur, augetur, & sentit: quibus abiectis, ani-
ma rationalis inducitur. Ex quo clarißimè constare poterit, animam rationalem non
produci ex semine. Sed dubitabis fortasse, num anima ex traduce, ex corpore, siue Anima nō est
ex anima Adæ producatur. Sed huic quæstioni facile est respondere, cùm enim om- ex traduce.
ne quod per naturam propagatur, cum eadem quoque dissoluatur; satis perspicuum
esse potest, animam intellectiuam ex propagine non deriuari, nisi eam mortalem, atque
corruptibilem esse volueris: etenim, aut ex carne, aut ex anima, aut ex anima & car-
ne esset propaganda. Non quidem ex carne, alioqui esset corporea, eò quòd ex corpo- 1.
re non nisi corpus producitur: non ex anima, aut ex tota, aut ex parte: non autem
ex parte, quia anima est indiuisibilis: nec etiam ex tota, aliter tota in aliam transe- 2.
unte, priorem materiam prorsus desereret; atque ita generans in producenda prole,
cum totam efflaret animam, necessariò morti occumberet: non ex anima &
corpore, quia productum est mixtum, quod planè animæ non conuenit intellectiuæ.
Ampliùs, aut producitur ex materia præiacente, aut simul cum materia: si simul, 3.
ergo ex nihilo, & à solo Deo producitur, sicut rei veritas habet. Si verò ex præiacen-
te materia; aut ex corporali, aut ex spirituali. si ex corporali: anima ergo erit cor-
pus, quod est falsum. si autem ex spirituali: aut est angelus, aut anima. non ex ange-
lo, quia angelus non generat, cùm sit simplex substantia; generare verò est actus cō-
positi: nec etiam ex anima, vtpote quia ex eodem non fiat idem numero. Ex anima
ergo non fit anima. Ampliùs, tunc decideretur cum semine deciso, atq. vi multa se- 4.
mina pereunt: perirent ergo simul & animæ, aut sine corporibus consisterent. Ne er-
go tot absurda sequantur, firmiter tenendum est, animam rationalem, ex propagine
non produci.

CAP: IIII.

Augustinus de origine animæ.

PVlchra admodum mihi visa sunt, & totius eruditionis plena, quæ à diuo Augustini ra-
Augustino dicuntur, & quidem diuersis in locis sparsim deprompta, de tiones.
animæ intellectiuæ origine; hac de causa parcere labori nolui, ne huic
nostro instituto deessent præclara Augustini dogmata. Itaque in libro de
Genesi ad literam, post longam & subtilem inquisitionem, ait: Anima, De Gene: 7.
inquit, non est aliquod corpus terrenum; hinc enim potiùs caro facta est. Nunquid cap: 2.
aliud est limus, quàm terra humida? Nec humore solo anima facta credenda est, qua
si caro de terra, & anima de aqua; nimis enim absurdum est, inde factam putare ani-
mam hominis, vnde facta est caro piscis & volucris. Ergo fortaßis ex aêre. huic eti-
am elemento flatus competit, sed noster, & non Dei; Deus enim est supra omne mun-
di corpus, & supra omnem spiritum, quem creauit incomparabili omninò distantia.

Anima non est ex traduce.

Anima præterea, cùm non sit corporea, quicquid verò ex corporeis mundi elementis
fit, corporeum sit; constat animam intellectiuam ex mundi elementis propagari, pro-
14. ducique non posse. Sanè, cùm anima vult intelligere, vel diuina, vel Deum, vel omninò
etiam seipsam, suasque considerare virtutes, aut aliquid veri certique comprehendere;
ab oculorum luce se auertit, sentiens sibi esse impedimento: vnde ad mentis secre se
condit; vt remotis arbitris elementis, rei veritatem percipere possit. Quare, si cognitio
fit ex simili, & hæc corporea sunt illi impedimento, quò minùs diuina percipere ne-
at; profectò nulli dubium esse debet, quin ex elementis eius substantia non constet. De
19. qua ergo velut materie Deus hunc flatum fecit, quæ anima dicitur? Planè nihil cor-
poreum debet occurrere: sicut enim Deus omnem creaturam, sic anima omnem cor-
21. poream creaturam naturæ dignitate præcellit. Quamobrem nec illud audiendum est,
quod quidam putauerunt, quintum quoddam esse corpus, vnde sit anima. Quicquid
enim tale est, in quacunque sui parte lineis diuidi, vel circumscribi potest: quod qui-
dem animæ non competit, cùm sit tota in toto, & tota in qualibet parte. Cùm ergo a-
nima intellectiua non fiat ex elementis, neque ex substantia Dei; quia illa est immuta-
bilis, hæc verò mutabilis: neque ex angelo, neque ex anima, neque aliquo alio corpore: re-
Quando anima creata fuit. liquum est, vt à Deo solo ex nihilo creata sit. Sed dubium est, quando hæc anima cre-
ata fuerit, propter illud quod dicitur Eccle: 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia
simul. Augustinus 24. eiusdem libri putat, humanæ opinioni tolerabilius esse, Deum
in illis primis operibus, quæ simul omnia creauit, animam etiam humanam creâsse,
quam suo tempore membris ex limo formati corporis inspiraret: cuius corporis in il-
lis simul conditis rebus, rationem creâsset causaliter, secundùm quam fieret, cùm fa-
ciendum esset corpus humanum. Posset autem dici, Deum omnes species rerum si-
mul creâsse, & tunc speciem humanam creâsse: nam quemadmodum dicimus homi-
nem creare hominem, quia disponit ad formam ab extrinseco aduenientem; sic etiam
dicimus creâsse speciem humanam, quia causaliter produxerat corpus, in quo anima
Hieronymus. erat recipienda. Diuus Hieronymus in epistola ad Pammachium solicitè disputat de
tempore, quo condita fuerit anima Adæ: Si insufflatio Dei, inquit, animæ humanæ
conditio est; Cain & Abel, primi ex primis hominibus, vnde habuere animas? vtrum
ex traduce iuxta bruta animalia, vt quomodo corpus ex corpore, sic anima genera-
Ioannes. tur ex anima? An certè (quod Ecclesiasticum est secundùm eloquia Saluatoris) Pa-
Isaias. ter vsque modò operatur, & ego operor. Et Isaias: Qui format spiritum hominis in
Dauid. ipso. Et Dauid: Qui finxit sigillatim corda eorum. Quotidie Deus fabricatur animas:
Zacharias. cuius velle, fecisse est, & conditor esse non cessat. Zacharias dicit: Qui plasmas ani-
mam hominis in eum. Si ergo in vtero fingitur, iam formato corpori tribuitur. Cùm
enim omnia membra implet corporis, figurata dicitur in corpore: vt sicut aqua cùm
sit sine figura, missa tamen in vas, figurata videtur; ita & anima cùm sit natura in-
corporea, & simplex, formari dicitur in corpore, quia singula mẽbra viuificat. Vnde
Moyses. Moyses: Si quis percusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit: si formatum
fuerit; det animam pro anima: si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia. Itaque
si iam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine propa-
gata. Adæ corpori priùs formato, Deus postea insufflauit spiraculum vitæ. Non re-
ctè ergo sentiunt, qui dicunt animas rationales ex traduce procreari, & non in cor-
pora physica, organizata, instar corporis primi hominis à Deo creari, & infundi. Ba-
Basilius. silius magnus in lib: de paradyso proximè accedit ad prædictorũ doctrinam: Quem-
admodum, inquit, & luminaria fecit Deus, & postea in firmamento locauit; ita & ho-
minem quidem puluerem finxit è terra, & posuit in paradysum. Notandũ verò, quod
non dictum est, quem fecerat, sed quem formauerat. Quem enim fecerat, secundùm
imaginem suam fecerat. Is autem corporalis non est: & quod corporale non est, loco

non ci-

non circumscribitur. Comitatur autem quod factum est figmentum, hoc est, anima fictum corpus; animæ enim comes, & consectatrix corporis in loco est, propter habitum, quem habet ad corpus. Hæc Basilius. Ex quo patet, quòd si anima comes, & consectatrix sit corporis facta, & non ficta, simul producatur cum corpore; non tamen à corpore, sed à solo Deo creata, corpori infunditur. Ambrosius lib: de Isaac, & anima, cap: 2. Anima, inquit, est viuens, qua factus est Adam in animam viuentem, eo quòd insensibile, atque exanimum corpus anima viuificet, atque gubernet: nō est ergo sanguis anima, quia carnis est sanguis: neque aër, quia aliud est flatilis spiritus, aliud anima: neque ignis est anima, neque entelechia, sed vita. Cùm ergo sit vita, & corpus sit exanimum; nullo modo potest à corpore produci: ab insensibili enim sensus, & ab exanimi vita nequaquam producitur. Chrysostomus de fide, lege naturæ, & Spiritu sancto, dicit animam ante corpus formatam non fuisse: Deus, inquit, animam noluit esse priorem, vt ne videret formationem. Verùmtamen quoniam omninò nesciuit, ex qua humilitate substiterit, & quod eum opifex de terra finxerit, conuertit eum in terram. Et in caput Geneseos 2. hom: 13. Cogita, obsecro, formationis ordinem, antequàm inspiraretur à Domino spiraculum vitæ, simpliciter in animis quædam erat imago, operatione carens. At totum illud, quod in tantum honorem ipsum prouehit, non est nisi spiraculum illud à Deo inspiratum. Itaque Deus verbi eiusdem imperio, quo de tenebris lucem splendescere iussit, hoc est, naturam angelicam, substantiam sibi subiectam ipse creauit, & oculos rationis assumere, vel aperire fecit, occultisque visceribus plasmati hominis inseruit. Et factus est homo in animam viuentem, quia terrenus de terra: non ergo ex traduce animam Adæ & Euæ produxit, ne (quod ridiculum est) tot consequatur quotidie animas perire, quot pereunt semina. Consensit his Catholicis viris Plotinus Enn: 3. lib: 1. cap: 8. Anima, inquit, intellectiua, non sicut cætera ex seminibus oritur; sed in causarum præcedentium generationem ordine collocatur. Quamobrem quando à corpore semota viuit; maximè suiipsius domina est atque libera, & extra mundanæ causæ potestatem: at infusa corpori, quasi amittit suilibertatem. Aristoteles dicit ab extrinseco venire. Plato vocat semen Dei, & non corporum; in Timæo enim sic loquitur: Ego semen dabo &c. Cùm ergo hæc ita se habeant, animam intellectiuam ex traduce non produci; satis constare puto his omnibus, qui re & non verbo tantùm cupiunt philosophari.

Anima non est ex traduce.

Anima comes.

Ambrosius.

Chrysostom.

Tuciensis.

Plotinus.

Aristoteles.

Plato.

CAP: V.

Argumenta contraria.

Solent nonnulli contra prædicta sic arguere: In homine est vna & eadem anima secundùm substantiam, intellectiua, sensitiua, & nutritiua, vt postea dicetur. sed anima sensitiua in homine, sicut & in cæteris animantibus, generatur ex semine. Non simul (inquit philosophus de gener: animalium) fit animal & homo, sed priùs fit animal habens animam sensitiuam: igitur anima intellectiua, sicut & sensitiua, causatur ex semine; si in homine secundum substantiam vna sit anima sensitiua, & intellectiua. Item, vbi inueniuntur diuersæ species; inibi sint, necesse est, diuersa animalia specie distincta sed in homine sunt diuersæ species, quia in semine est anima sensitiua, & per te, non est anima intellectiua. cùm verò accedit anima rationalis, duæ planè vitæ specie distinctæ apparēt: igitur homo non est vnum, sed duo animalia specie distincta. Item, vbi est accidens, ibi & subiectum eiusdem; accidens enim via naturæ, absque subiecto consistere nequit. Sed in embrione est peccatum mortale: Quis, inquit, potest facere mundum de immundo

1.

2.

3.

Anima non est ex traduce.

mundo conceptum semine? Subiectum verò peccati est anima rationalis, in qua est
carentia iustitiæ originalis: in embrione ergo præexistit anima, atque ita ex eo depo-
4. mitur. Ampliùs sicut virtus seminis disponit materiam; ita planè & formam homi-
nis: vnum siquidem, & idem est accidens, cuius certè actio ad vnam formam, vnaque
terminatur materiam: alioqui ex forma & materia non fieret vnum simpliciter sed
anima rationalis est forma corporis humani virtute seminis propagati: quare, si vir-
tute seminis propagatur; materia propagetur, necesse est, & forma eiusdem materiæ,
vt seruetur vnitas agentis naturalis. Homo præterea generat sibi similem secundùm
5. speciem, vt iam clarum est omnibus: ergo anima rationalis procedit à generante spe-
cies enim humana per animam constituitur rationalem. si ergo à generante proijs-
6. citur: virtute igitur seminis acquiritur. Ampliùs, Genesis 2. scriptura de anima E-
uæ nihil prorsus loquitur, sed dicit ex costa Adæ fuisse propagatam. Quare, sicut ex
costa Adæ corpus; sic ex anima Adæ anima Euæ progenita siue producta esse vide-
tur. Et reuera, actus generandi, est entis cõpleti, atque perfecti: proinde omni enti per-
fecto inest desiderium sibi simile propagandi. 1. de anima. sed anima intellectiua
7. est forma perfecta: habet ergo actum propagandi sibi simile. Iterùm, si caro gene-
ratur ex carne agentis; multò rationabiliùs, ex anima propagari deberet, & anima
propter virtutem generatiuam, quæ præcipuè penes animam residet. Quare, si ab ho-
mine gignitur homo, & generatio in producendo sibi simili consistat; proculdubio a-
nima potiùs quàm caro producitur. Ad hæc accedit, quòd si animal irrationale to-
tum producit sibi simile, & corpore, & anima animal; quare homini deerit hæc po-
tentia producendi, præsertim cùm vis generatiua perfectior habeatur in homine
quàm in bruto? Ex his ergo & similibus argui potest, animam intellectiuam ex semi-
ne, seu ex traduce propagari.

CAP: VI.

Soluuntur Argumenta.

1. AD primum argumentum variè responsum est ab antiquis; nam vitæ ope-
rationes quæ in embrione videntur, ab anima matris, seu à virtute forma-
tiua, quæ est in semine, proficisci, nonnulli arbitrati sunt. Sed hæc paulò
Prima opinio antè explosa sunt, atque conuicta. Alijs visum est, illam eandem animam,
quæ priùs sola extitit vegetatiua, actione virtutis seminalis sensitiuam
fieri, demum intellectiuam, virtute Dei deforis illustrantis. Qua ratione compulsus
est philosophus, vt intellectum ab extrinseco aduenire constantissimè diceret. Quæ
omnia, si ita se haberent; profectò inde plurima subsequerentur absurda. Inprimis,
quòd vna & eadem forma numero, diuersarum esset specierum, quod nullo modo pa-
Secunda. titur natura, vtpote quia maioris perfectionis superadditio, speciem mutet, cùm quòd
nulla forma substantialis recipiat magis, & minus: deinde animalis generatio, motus
esset continuus, sensim de imperfecto tendens ad perfectum, sicut alterationi e-
re consueuit. Hominis præterea generatio, aut animalis, nequaquam simplex genera-
tio diceretur, propterea quòd subiectum eius esset ens in actu. Etenim, si à principio,
in prolis materia, anima existeret vegetabilis, & sic paulatim ad perfectum proce-
dendo pergeret; semper profectò sequentis fieret perfectionis additio, absque corru-
ptione præcedentis, quod omninò euertit generationis simplicis fundamentũ. Quar-
Quartum absurdum. tum absurdum in hoc consisteret: nam id quod ex Dei actione causatur, aut erit ali-
quid subsistens, atque ita per essentiam aliud erit à forma præexistente, quæ non erat
subsistens; & sic plures animæ in corpore essent statuendæ, quod à vera discordat ra-
tione:

tione: aut non est aliquid subsistens; sed quædam potiùs animæ præexistentis perfe- Anima
ctio. Quare, anima intellectiua ad corruptionem corporis, necessariò corrumpere- non est ex
tur, quod hactenus à nobis expulimus, & abiecimus. Dico ergo ad argumentum, tàm semine.
in homine quàm in cæteris animantibus, perfectiore forma accedente, priorem cor- Solutio.
rumpi; ita tamen, vt sequens forma prioris perfectionem comprehendat, & adhuc
ampliorem assequatur, quæ ex sui natura sibi competit: vnde fit, vt per multas gene-
rationes & corruptiones, ad vltimam tandem perueniatur formam substantialem.
Itaq; in fine generationis humanæ, anima intellectiua creatur à Deo, quæ corruptis
præcedentibus formis, sensitiua pariter est, & nutritiua. Ad 2. dico, embrionem 2.
ante accessum rationalis animæ, ens esse imperfectum, ideoq; in genere seu specie nō
esse, nisi ad speciem completi reuocetur. Ex quo patet solutio ad argumentum. Ad 3.
anima intellectiua infectionem incurrit; quia cum carne traducta à parentibus, fit 3.
vna natura: quòd si corpori non vniretur ad constituendam vnam naturam, sicut an-
gelus vnitur corpori assumpto; ab infectione libera esset peccati. Itaq; peccatum ori-
ginale formaliter, & subiectiuè in embrione non est; sed causaliter, & occasionaliter Semen infe-
potiùs. Etenim, quemadmodum in semine natura humana non est actu, sed virtute; ctum.
ita in eo inuenitur originalis culpa, non actu quidem, sed virtute humanæ naturæ ex
semine producendæ. Porrò, à Iob vocatur semen immundum, vtpote quia est instru- 14.
mentum immundiciei, non autem subiectum reale culpæ originalis. Ad 4. dico, in 4.
diuersis agentibus non ordinatis ad inuicem, rationem illam valere: cùm verò multa
extiterint agentia ad inuicem ordinata; nihil prohibet virtutem superioris agentis
ad vltimam pertingere formam: virtutes verò inferiorum agentium, ad aliquam so-
lùm materiæ dispositionem, vnde fit, vt in generatione animalis, virtus seminis mate
riam disponat; virtus verò animæ formam largiatur. Cùm verò constet, naturam cor
poralem instar instrumēti agere spiritualis virtutis, diuinæ præsertim; hinc satis per-
spicuum esse potest, formationem corporis ab aliqua quidem virtute corporali, ani-
mam verò intellectiuam à solo Deo proficisci. Ex hoc patet solutio ad confirmationē: Homo gene-
homo namq; generat sibi simile, quatenus virtute seminis, ad suscipiendam talem for- rat sibi similē
mam, materia disponitur. Ad 5. animam Euæ à Deo fuisse formatam, sacra scriptu- 5.
aclarè ostendit: Tulit, inquit, vnam de costis Adæ, & ædificauit in mulierem. Sub- Anima Euæ
udiendum est, quia inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Masculum & fœmi- vnde.
nam creauit eos. Isti nempè creati, cæteri qui inde prodeunt, procreati dicuntur. Hic
st liber generationis Adam, in die quo creauit Deus hominem: quomodo enim in la Genesis 5.
ina lingua homo, sic in lingua hebraica Adam, de vtroq; sexu dicitur. Porrò, quod
atinè dicitur vir, hoc hebraicè dicitur Iß, in quo discretio est sexus masculini: quod
utem latinè mulier, hoc hebraicè dicitur Issa. Insinuans autem scriptura à DEO
actum esse Adam ad suam imaginem, & ab eodem accepisse spiraculum vitæ; vtrū-
ue complectitur. Et ad confirmationem dico, non cuiuslibet entis completi esse actū 6.
enerandi; sed eius rei potiùs, cui inest natura transmutabilis, ex qua fœtus produci-
ur. Quoniam verò animæ intellectiuæ non inest huiusmodi materia; ideò non com-
etit ei actus generandi, tametsi sit forma completa. Ad vltimum: Quamùis virtus 7.
eneratiua per modum agentis, & mouentis penes animam resideat; corpus tamen
rincipaliter respicit, veluti subiectum, ex quo producit fœtum: decisio verò semi-
is cùm fiat à corpore; rectiùs ac congruentiùs ordinatur ad corporis, quàm animæ
ationalis productionem. Ad confirmationem, negatur similitudo; nam anima bru-
i ex potentia materiæ præiacentis, intellectiua verò ex nihilo producitur: & illa qui
em virtute agentis naturalis, hæc autem diuini. Inde apparet difformitas simili-
udinis.

H CAP.

Seminariæ rationes.

CAP. VII.

Auicennæ & Auerrois controuersia de ratione seminali.

Auicennæ rationes. QVoniam apud doctißimos philosophos non parua extitit de ratione se-
minali controuersia; hac de causa, postquam audiuimus animam intel-
lectiuam ex semine non propagari, libet modò audire philosophos in-
ter se de hoc negotio acutißimè disputantes. Auicenna cùm in medi-
cina, tùm etiam in philosophia vir admodum acutus vult omnia posse
ex semine, & putrefactione fieri, tùm homines, tùm etiam cætera animantia, & eius-
dem esse speciei: cuius rationes habentur in codicillo, quem edidit de diluuio: Dilu-
Prima. uium, inquit, vniuersale, vniuersum hominum, & pecudum genus prorsus deleuit, &
extinxit. Ne autem mundus esset imperfectus, homine nõ apparente; reparatur tan-
2. dem est genus humanum, non quidem semine, sed putrefactione. Item, si stellæ pro
diuersitate aspectuum, diuersa animantia proferunt; satis videtur rationi consenta-
neum, vt pro aspectus nobilißimi qualitate, nobilißimum proferat animalium homi
Auerroes. nem videlicet. Contra has rationes arguit Auerroes 8. phys: com: 49. Homo, inquit,
non generatur, nisi ab homine, hoc est, à semine humano, non absq; semine humano: sic
Ratiões Auer: & animalia perfecta ex proprijs seminibus. Si, inquit, gignatur homo ex putri mate-
1. ria, & non ex semine humano; is sic genitus, non esset eiusdem speciei cum genito ex se
mine humano; constarent enim ex materijs specie differentibus, atq; ita haberent for
mas specie differentes: diuersa namque materia diuersam formam requirit. aliter
quodlibet fieri posset ex quolibet: & inutilis, atq; superflua esset omnis materiæ con-
2. tractio. Homo præterea, si ex putri gigni poßet materia, veluti vermis è terra, tunc
huiusmodi generatio, aut eßet neceßaria, aut pro maiori parte sic cõtingeret, aut pro
minori, aut tandem fieret à casu. Non quidem neceßaria, propterea quòd homo non
poßet gignere hominem, cuius contrarium ad sensum semper videtur: neq; pro maio-
ri parte; alioqui rarò homo gigneretur ab homine: neque pro minori, quia sic fieret à
casu. Atqui nulla species fieri potest à casu, & à natura; contraria enim sunt ad in-
3. uicem. 2. phys: Comparatio insuper, & respectus causarum ad causata, non esset na-
turalis, sed accidentalis potiùs: atque ita destrueretur natura, quæ est determinatus
ordo rerum, & determinata causarum comparatio. 2. phys: Quicquid quoque præ-
Homo non fit ter intentionem fit, à casu procedit. at homo non gignitur præter intentionem natu-
à casu. ræ: igitur à casu non producitur. Insuper, quod fit à casu, potest à causis propè infi-
nitis fieri, cuiusmodi non est homo: ergo quod priùs. Denique, nulla species fit à ca-
su, aliter destrueretur ordo vniuersi; sed monstra tantùm, quæ sunt præter intentio-
nem agentis: humana ergo species non fit à casu. Fauet huic sententiæ Aristoteles in
Aristoteles. lib: de generatione animalium primo, cap: 3. At verò, inquit, quæ non ex coitu, sed ex
putri oriuntur materia, ea generant quidem, sed genus diuersum: quodq; procreatur, nec
Tertia species mas est, nec fœmina. Quia si generarent animalia, quæ vlteriùs alia gignerent, adhuc
eßent generabilia, & sic fieret proceßus infinitus in speciebus. Hoc ipsum & cap: 20.
eiusdem libri: & quarto lib: de historia animalium, cap: vltimo: & quinto lib: cap:
1. ab Aristotele constantißimè docetur. Vult ergo philosophus, nullum idem animal
specie, ex putri materia, & ex semine fieri poße. Itaq; mus natus ex putri materia, &
alter ex semine, differunt specie: quod si inuicem coirent ex tali coitu, tertia prodi-
ret species. at ille mus, aut nihil ampliùs generabit; aut species crescerent in infinitũ
Solutio ratio- quod omninò destruit pulchritudinem vniuersi. Ex his patet solutio rationum Aui-
num Auicẽnæ cennæ:

Rationes ſeminariæ

cennæ: Ad primam, negatur illud diluuium vniuerſale poſſe fieri virtute naturæ, niſi miraculo. Atqui modò loquimur de rebus naturalibus, & non miraculoſis. Ad 2. dicitur, ſtellarum virtutem eò non ſeſe protendere potentiæ, vt animal perfectiſſimū, nempè hominem, ſine ſemine humano, producere poſſit. Poteſt autem ſol aliquam putridam materiam ſic ſua afficere virtute; vt ſimilis fiat ſemini muris, vel alicuius imperfecti animalis. ſed hoc idem præſtare nequit in procreatione animalis perfecti: agunt ergo corpora cæleſtia in hæc inferiora, ſed mediantibus agentibus ſecundis. Quare in ſpecie quidem humana, cælum pro nobiliori & præſtantiori aſpectu, concurrente homine generante, nobiliorem ac præſtantiorem poteſt hominem producere.

Instantia.

Dicis cum Auicenna: Quod poteſt virtus inferior, poteſt virtus ſuperior, & etiam amplius. ſed virtus inferior, ſiue agens particulare, homo ſcilicet, poteſt generare hominem, & leo leonem, & quæ ſunt huiuſmodi: cælum ergo cùm ſit ſuperioris virtutis, poteſt hominem generare.

Solutio.

Dico, maiorem veram eſſe non poſſe, niſi quando virtus inferior & ſuperior ſunt totales virtutes, & diſparatæ, quæ vnum ac eundem effectum producere queunt. Exempli gratia, ſi hoc lignum poteſt comburi ab igne decem gradus habente caloris; multò fortiùs ac citiùs ab igne centum graduum caloris. Verùm cùm agens particulare, vt homo, & vniuerſale, vt cælum, ſint virtutes partiales, & non totales in hominis productione; hac de cauſa argumentum nihil habet virium.

Rationes contra Auer: 1.

Sed non deſunt, qui contra Auerroem ſic arguere conati ſint: Quæ generantur, inquiunt, ex ſemine, & ſine ſemine; eiuſdem ſunt figuræ, eundem habentia motū, ac conſimiles operationes, & proprietates: rana enim ex putri materia genita, eiuſdem eſt figuræ, vocis, & motus cum rana ex ſemine genita: ſunt ergo eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ. Patet conſequentia: in naturalibus ſiquidem, ſpecificam vnitatem, diſtinctionemq́ue, ex proprijs venando perquirimus effectibus, ita, vt qui id negauerit; totam prorſus in via naturali, neget viam ſtudendi.

2.

Ampliùs. 2. cæli com: 42. dicit Auerroes, in accidentibus non ſemper eſſe generationem ab vniuoco; nam calor et motu gignitur, & lumine, ſeu calore: ignis præterea generatur vniuocè, & æquiuocè. 3. cæli 96. ignis non gignitur per lationem, ſed per alterationem: generatur etiam per motum localem. 12. meth: 18. tex: Et primo metheor: de generatione Cometæ. Ariſtoteles quoque 7. meth: 23. Quædam, inquit, illic eadem, & ex ſpermate fiunt, & ſine ſpermate. Cui Auerroes com: 31. conſentire videtur, dum dicit, virtute cæli fieri poſſe. Itaq́ue, cùm vna ſit omnium materia, non igitur eſt alia alterius formæ: deniq́ue, tunc ignis non produceretur niſi ab igne.

Conciliatio.

Pro huius ergo quæſtionis conciliatione, dici poteſt, nonnunquam contingere aliqua duo ab vno agente particulari produci, vel à duobus agentibus diſparatis: vnum quidem propagatione: alterum verò putrefactione. Exempli gratia, Mercurius producit Tatium propagatione, vermem autem putrefactione. Verùm interdum contingit, duo produci ab agente vniuerſali, & particulari ſubordinato: vnum quidem ab agente vniuerſali tantùm per putrefactionem, vtpote rana ex luto: alterum verò ab agente particulari, concurrente agente vniuerſali, hoc eſt, rana ex rana, & motu, & lumine cæli. Iſtæ ergo duæ ranæ ſic productæ, non ſunt eiuſdem ſpeciei, quia idem ſpecie non poteſt produci à natura, & ab arte.

Homo æquiuocus.

Vult ergo Auerroes animalia perfecta non niſi ex proprijs ſeminibus propagari poſſe, cōcurrente agente vniuerſali: homo igitur, quia eſt animal perfectum, non niſi in vna ſola alterationis materia continetur, vtpote à materia ſemotum. Quare, ſi aliquis fieret homo ex putri materia, cùm ex pluribus materijs fieri poſſet; haud dubium, quin eſſet imperfectus ſecundùm ſpeciem, & ita homo æquiuocè. Itaq́ue, homo & cætera animantia, quæ propè accedunt ad ſpeciem humanam, nō niſi ex ſemine fiunt: reliqua verò ex ſemine, & ex putri materia. Et hæc quidem pro Auerroe ſufficiant.

CAP: VIII.

Animam intellectiuam non esse formatam de substantia DEI.

Ostquam visum est, ex aliqua re corporea animam intellectiuam forma-
Augustinus. *tam non esse; operæpretium erit inquirere, an ex aliqua substantia incor-*
porea, puta ex substantia angeli, vel ex substantia Dei, propter id quod
dicitur, & inspirauit in eum spiraculum vitæ. Diuus Augustinus epist:
28. de natura, & origine animæ, abundè copioseque de hac re loquitur: Non est pars
Quòd non sit pars Dei. *Dei anima humana, inquit, si enim hoc esset; omninò incommutabilis, atque incorrupti-*
bilis esset: quòd si esset, neque deficeret in deteriùs, nec proficeret in melius, nec ali-
quid in semetipsa: vel inciperet habere quod non habebat: vel desineret habere quod
habebat. Frustra ergo dicitur ab eis, qui animam Dei partem esse volunt, animæ in-
firmitatem, & ægritudinē ex corpore illi inesse: nam quod verè incommutabile, &
incorruptibile est; nullius rei accessu commutari seu corrumpi potest. Vnde septimo
De Gene: 7. cap: 2. *de Genesi cap: 2. Crediderunt, inquit, aliqui, animam esse de substantia Dei, hoc ideò*
putantes, quia cùm homo sufflat, aliquid de seipso eijcit in flatum. Sed sacrilega est
hæc opinio; animam enim sic à Deo esse dicimus tanquam rem, quam fecerit, non tan-
quam de natura, cuius est ipse. Ex verbo autem illo satis apparet, animam non esse
de substantia Dei: cùm enim homo sufflat; anima vtique ipsam subiacentem sibi natu-
ram corporis mouet, & de illa, non de seipsa flatum facit. Sufflare ergo Dei, est fla-
tum facere, hoc est, animam facere. Cui sententiæ congruit, quod per Isaiam dicit De-
Isaiæ 57. *us: Spiritus enim à me procedet, & flatum omnem ego feci, hoc est, animā, quæ pro-*
pter peccatum percussa est, & contristata est: Propter peccatum, inquit, percussi,
Psal: 145. *& contristaui eum. Itaque, vt dicit in expositione Psal: 145. Anima intellectiua nō*
est substantia Dei; sed vicina substantiæ Dei, inuisibile quiddam, regit corpus, mouet
membra, dirigit sensus, præparat cogitationes, capit rerum infinitarū imagines. Sa-
nè, anima humana quandoque est intelligens in potentia: & scientiam à rebus extrinse-
cis acquirendo possidet: Deus verò est purus actus: & scientiam à seipso habet, imò
Erroris causa. *ipsemet est sibi scientia. Quare, multùm dissonat à vero, vt anima intellectiua de Dei*
substantia ficta esse dicatur; ex crassa namque quorundam ignorantia huiusmodi er-
ror emanauit, quippe qui in toto planè vniuerso nihil præter corpora esse posuerunt.
Quare dicebant, Deum esse corpus magnum, animam verò intellectiuam illius magni
corporis partem. Sed nefas hæc de Deo dicere, ne dicam sentire velle. Hinc exortus
Manichæi. *est nefandus ille Manichæorum error, qui lucem hanc corpoream Deum esse aiebat,*
animamque humanam huiusmodi lucis partem. atqui Deum lucem inuisibilem, & in-
accessibilē habitare, D. Paulus affirmat: nō est ergo Deus lux visibilis, sed inuisibi-
Varro cap: 23. *lis; quia, Nō videbit me homo, & viuet: &, Deum nemo vidit vnquam. Varro (teste*
Augustino 7. de ciuitate Dei) Deum esse animam dixit, intuitu, ac ratione mundum
gubernantem. Quare, sicut homo pars est totius mundi; ita anima hominis pars est il-
lius animæ, qui est Deus. Quæ cùm absurdissima sint, tanquam à ratione omnino ali-
Rationes. *enissima, à nostro instituto remouemus. Et reuera, si anima intellectiua formata est*
1. *de substantia Dei; aut per generationem, & sic est verbum Dei: ergo quot animæ, tot*
Dei verba: non est igitur vnum verbum Dei: aut per spirationem, & sic plures, &
2. *propè infiniti Spiritus sancti: quod impium est dicere. Ampliùs, si anima ficta est*
ex Dei natura, aut habet formam illi naturæ additam, ex qua constituitur in esse; &
sic diuina natura vicem subiret materiæ, quod nefas est dicere: aut omni prorsus ca-
reret

reret forma, atq. ita non eßet facta, nec à deo diuersa: quod est absurdißimum. Ani- Animanõ est pars Dei.
ma ergo nullo modo est formata ex diuina natura, veluti illius pars. Anima præte-
rea intellectiua si eßet pars Dei: igitur Deus haberet partem, & partem, & ita eßet
compositus, & non simplex. si de toto: ergo anima eßet Deus immortalis, omnipotens, 3.
impaßibilis, omnia gubernans, & dirigens ad proprium finem: quæ omnia à veritate
alienißima eße, nemo est qui ambiget. Quamobrem sapientißimè dictum est ab Au
gustino in epistola ad Optatum de origine animarum. Hactenus autem dicimus, in- Augustinus.
quit, sine periculo latêre animæ originem; vt non tamen eam partem Dei eße creda-
mus, sed creaturam: nec de Deo natam, sed ab illo factam, atq. in eius genus adoptan-
dam, mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ. Diuus Hieronymus in
explanatione symboli ad Damasum: Animas à Deo dari credimus, quas ab ipso fa- Hieronymus.
ctas dicimus: anathematizantes eos, qui animas quasi partẽ diuinæ dicunt eße sub-
stantiæ. Eorũ quoq. condemnamus errorem, qui eas antè peccâße, vel in cælis conuer-
satas fuiße dicunt, quàm in corpora mitterentur. Et in Pamphili Apologia: Quidam
inquit, dicunt animam intellectiuam insufflationem eße spiritus Dei: illam scilicet,
quam in initio facturæ mundi Deus insufflâße dicitur in Adam: de ipsa Dei eße Insufflatio.
substantia profitentes. Sed isti præter scripturæ regulam, & rationem pietatis lo-
quuntur: nam si anima peccat; & natura quoque Dei peccato subderetur, quod im-
pium est, & nefandum hæc de Deo sentire. Cùm igitur anima intellectiua non sit
de substantia Dei; in eße nihilominùs producta est per creationem: quod sanè
alijs formis non competit: in causa autem est, quia cùm fieri via sit ad eße; Anima habet esse per creationem.
ta alicui competit fieri, sicut ei competit eße. Cùm verò id propriè dicatur
eße, quod est quasi in suo eße subsistens; cuiusmodi sunt substantiæ, quæ propriè
licuntur entia, accidentia verò potiùs entis, quàm entia 2. met: hinc fit, vt formæ,
uæ non subsistunt, propriè fieri minimè dicantur, nisi subsistentium compositorum
rætextu, quæ propriè fiunt. Anima autem rationalis cùm sit forma subsistens, pro-
riè fieri dicitur; quia illi eße propriè competit. Et quoniam fieri non potest ex præ-
xistenti materia corporali, alioqui corporea eßet: neq. ex substantia spirituali, ne
birituales ad inuicem transmutarentur substantiæ: facta est igitur ex nihilo. Cùm
itur anima deducta sit in eße per creationem, & creatio sit opus primi agentis, Anima creata à Deo solo.
uia agit nullo alio præsupposito; haud dubium, quin immediatè creata sit, & quoti-
e creetur à Deo. Etenim agens secundum cùm præsupponat aliquid à primo agẽte,
mper agit transmutando: solus autem Deus agit creando. Cùm verò anima rationa-
, non producatur per alicuius materiæ transmutationem; nemo inficias ibit, ani- Quare de nihilo.
am intellectiuam immediatè à Deo creari. Voluit itaq; ille parens noster, & opifex
eus, ex nihilo animam rationalem formare; vt hæc omnia visibilia fugeret, & soli
eo amando inhæreret, & inhærendo frueretur. Noluit præterea ad hoc præclarum
c opus conficiendum, causas adhibere secundas; ne in illis fortaßis, tanquàm sibi co-
atis pedem sisteret, & non in Deo, suæ naturæ, & felicitatis authore. Tanta insuper
animæ humanæ præstantia, & nobilitas; vt subeße nequeat causalitati agentis pro
cti: proinde dicit philosophus deforis aduenire. Et reuera, effectus imperfectus à
ima causa immediatè non producitur; sed secundarum requirit ob sui imperfectio
n, causarum acceßum. Anima autem intellectualis, cùm sit formarum nobilißima,
ectus vtiq. perfectus, & opus insigne; iure à Deo solo de nihilo formatur. De tem-
re autem formationis, seu creationis, paulò antè dictum est à nobis: si enim anima Tempus creationis.
tur corpori, vt forma, & est naturaliter pars humanæ naturæ; & omnibus perspi-
um est, primas quidem res perfecto in statu suæ naturæ à Deo conditas fuiße. Cùm
ur anima sit pars humanæ naturæ, ac perfectionem non habeat naturalem, nisi
tenus corpori vnitur; quis ergo est, qui non videat, rationi omninò eße consenta-

neum, animam ante corpus creari non debuiße? Præceßit autem in operibus sex de-
rum, vt vult Augustinus, secundùm quandam similitudinem generis, quatenus sci-
cet conuenit cum angelis in intellectuali natura. Alij verò dicunt, tùm animam, tum
etiam corpus primi hominis in operibus sex dierum fuiße producta. Quomodo ego
Argumenta. *anima non sit pars substantiæ Dei, & eße habeat per creationem, deniq; immediatè*
formata sit à Deo ex nihilo, & simul cum suo corpore, iam dixi. Sed dices, si opus
1. *creationis præceßit opus ornatus, & anima per creationem proceßit: igitur*
præceßit opus ornatus, corpus scilicet. Anima præterea rationalis, maiorem
2. *habet cum angelis, quàm cùm brutis cognationem. sed angeli creati fuerunt si-*
mul cum creatura corporali, corpus verò sexto die cum brutis: ergo quod priùs A-
3. *nima præterea remanet post corpus: quare, vt finis proportionetur principio, in ir-*
co & in principio productarum rerum, est creata: vt sicut antecellit corporeas crea-
turas substantiæ nobilitate: sic etiam antecelleret creationis prioritate. Sed ad hæc
Solutio. *& similia dicitur, & ad primum quidem: Si animæ natura ex integra, & com eta*
constaret specie; tunc sine dubio fuißet condita ab initio rerum. Cum verò naturali-
ter sit forma corporis; æquum non erat, vt seorsim à corpore crearetur. Ex hoc atet
responsio ad 2. Anima enim quatenus est forma, ad animantium genus specta, vt
formale principium. Ad 3. Quòd anima post corporis interitum remaneat, in causa
est sua subsistentia, & natura spiritualis: verùm quia est forma corporis; pa non
erat, vt ante corporis formationem crearetur.

DE ANIMAE VNITATE.

MERCVRIVS.

Hoc humanæ naturæ partem in seipso despicit: alterius partis diuinitate confisus. O hominum quan to est natura, temperata feliciùs, ac dijs cognata, diuinitate coniunctius, partem sui, qua terrenus est, despicit: cætera omnia quibus se necessariũ esse cælesti dispositione cognoscit, nexu secum charitatis astringit, sicq. suspicit cælum.

Commentum III.

Triplex speci es creaturæ.

EVS trinus & vnus, optimus, maximus, foras prodiens p cre-
aturarum conditionem, trinam condidit, ac ad extra edi tre-
rum à se productarum speciem: vnam propè inuisibilium atque
spiritualium rerum, intelligentiarum scilicet, siue angelorum, qui
sunt formæ per se subsistentes, à corporum commertio pro us li-
beræ: alteram omninò corpoream, vt sunt corpora cælestia, &
mundi huius elementa, & quæ inde producta, in rerum atura
consistunt: postremò speciem humanam, quæ & anima constat, & corpore, pa e di-
uina & terrena. Vnde doctißimus Mercurius postquàm animæ rationalis pa fecit
immortalitatem, atq. creationem; modò congruentißimo ordine ostendit eiusdem a-
Tex: expos: *nimæ vnitatem.* Hoc, *inquit*, animal humanæ naturæ in seipso despicit alte-
riu par-

De vnitate animæ.

rius partis diuinitate confisus. Quia dum noster homo exterior corrumpitur; interior magis proficit, & sursum respicit. Et reuera, humanus animus quando corporalibus nulla familiaritate coniungitur; nihil extrinsecus habet concupiscentiæ carnalis admixtum: sed totus secum, vt ab initio conditus est, & in se habitat, & sensibilia & mortalia cuncta transcendens, in auras veræ libertatis euadit: alterius partis diuinitate confisus, qua verbum Dei intuens, in eo etiam ipsius patrem videt. vnde fit huiusmodi contemplatione felix, ac per ineffabilem ad Deum affectum renouatur. Bona confidentia, quæ non fallit fidentem. hac confidentia singulari fretus noster Adam primus, mentem in Deum erigens, in illa intelligibili speculatione cum sanctis spiritibus in paradyso diuersabatur. O igitur hominum quanto est natura, temperata feliciùs, ac dijs cognata, diuinitate coniunctius. Quanta, inquam ot sit cognata Dijs, vt sit rationis particeps, & libera condita. Quàm felicißimè temperata, vt sit substantia viuens, simplex, & incorporea eius pars diuina, corporeis oculis inuisibilis, immortalis, intellectualis, insigurabilis. Sed vide quæso, miram huius temperaturæ pulchritudinem, vt hæc substantia dijs cognata, vtatur corpore organico, vitam illi tribuens, & augmentationem, sensum & generationem. Mens est pars ipsius purißima, velut oculus animæ. O quanta est hæc natura, & temperatura, vt sit voluntate prædita, & voluntate mutabilis. simul anima cum corpore plasmata. O quanta est hæc natura, quam Deus fecit puram, prauitate carentem, rectam, formosam, iucundam, securam, bonis omnibus ornatam, veluti quendam secundũ mundum, eorum quæ in terra sunt reginam. Considera, obsecro, temperaturam huius reginæ, & mundi secundi: fecit eam artifex terrenam simul & cælestem: carnem, & spiritum habentem: spiritum propter gratiam, carnem propter elationem. Optimè omnia temperauit: vt spiritus maneat, & glorificet Deum tantorum bonorum largitorem: caro autem, vt patiatur, accessu ad Deum deificandum, per suam diuinam irradiationem, non per translationem in diuinam naturam. Intuêre optimum naturarum temperamentum: spiritu homo ad cælestia erigitur, diuina contemplatur; carne verò ad terrena deprimitur, & circa hæc caduca negotiatur. Quantùm ex vno gloriatur, tantùm ex altero confunditur. Optimè omnia fecit, & condens spiritum, & carnem, & simul commiscens lutum cum Dei imagine. Pulchra quoq. temperatura in hac diuina imagine cernitur; mens enim gignit scire: scire, inquam, illud, vnde & aliquid, & omne quicquid scitur, vel nescitur, sciri potest. Illud scire mens gignit, & cùm genitum est, scientia potest dici. sunt ergo iam duo, mens, & quod ipsa mens scit: restat tertium vtrisq. commune. Omnis mens quicquid scit, amat scire. Amor non minus quàm inter nos est, amantem, & quod amatur. vnus ergo amborum amor, qui & tertius est. Non potest negari hoc totũ vnam esse animam: et vnam animam hæc tria esse. sed despicit hanc partẽ, qua terrenus est: ne scilicet, per deuia vitiorũ, & diuortia criminũ ab hac nobilißima sui parte degener aberret: ne amissa hac nobilißima sui conditione, ad informẽ, & irrationabilẽ brutorũ iumentorũ delabatur similitudinẽ. Quã ob causam, qui cognoscit se ad cælestia natus, nexu charitatis illis se astringit, & cælũ respicit. Itaq; ficto corpore, spirauit Deus ei animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis; vt ipsius mundi ex contrarijs cõstantis elementis similitudinem gereret: constat enim ex anima & corpore, id est, quasi è cælo & terra: quandoquidem anima qua viuimus veluti è cælo oritur à Deo: corpus è terra, quod è limo diximus esse formatum. Dicamus ergo de parte cælesti primùm: deinde de terrena, illamq; vnam esse, & non plures, abundè, copioseq; ostendamus. Porrò, quid ipse Mercurius de hac animi vnitate senserit, hæc sunt, quæ modò subscribentur. In principio Asclepij ait: Mundus vnus, anima vna, Deus vnus. sed inibi loquitur de anima mundi, non autem de animabus singulorum hominum. Nam loquens de animabus singulorum,

Margin notes: Athanasi: contra gentiles. — Tex: — Damas. 2. lib. cap. 13. — Mens. — Temperatura naturæ. — Imago. — Tex: — Lact: 2. 3. — Quòd anima intellectiua sit vna secundũ Mercurium.

dicit

vnitate. *dicit vnumquemq. hominum constare ex duabus partibus, scilicet diuina & ter*[illegible]*na,*
anima scilicet, & corpore: vnde paulò pòst hoc idem confirmans, ait: Solun[illegible] *in-*
quit, animal homo, & eius vna pars simplex est, *quam vocamus diuinæ* [illegible]*mi-*
1. *litudinis formam. Itaq́, non solùm dicit animam intellectiuam esse vnam in qu*[illegible]*ibet*
homine, & distinctam ab altera; sed eam quoq́ simplicem appellat, & imaginem [illegible]*iui-*
næ similitudinis. Cùm verò Deus sit vnus, & hominem ad suam ipsius imagine[illegible] *fa-*
bricauerit; sine dubio singuli singulas habent animas, diuinam imaginem præse[illegible]*ren-*
2. *tes. Et iterum:* Hominem conformauit ex animi & corporis, id est, ex [illegible]*ter-*
na & mortali natura, vt animal ita conformatum, vtriq. origini suæ [illegible]*atis-*
facere posit; & orare cælestia, & incolere terrena. *Duplex est ergo h*[illegible]*minis*
3. *origo, & cælestis, & terrena. Item, si vna esset omnium hominum anima, & n*[illegible] *sin-*
gulæ singulis inessent; nequaquam & mentes, & animæ à Mercurio in eoden [illegible]*libro*
vocarentur. Sublimis, *inquit,* ratio vltra hominum mentes: *non dixisse* [illegible]*men-*
4. *tes, si vna est omnibus mens. Adhuc, clariùs circa finem libri, dicit, quodlib*[illegible] *ani-*
mal, siue mortale, siue immortale, habere propriam formam, seu animam, & [illegible]*n ea-*
dem singula dissimilia esse. Quare, si singuli homines, singulas habent anima[illegible] *sicut*
rei veritas habet, & sic distinguuntur ab inuicem, non quidem specie, sed prop[illegible]*ietate*
numerali; profectò multùm aberrant à philosophia Mercurij, imò ab ipsa v[illegible]*ritate,*
qui dicunt omnibus hominibus vnam inesse animam, vnamq́ mentem ab ext[illegible]*insecę*
aduenientem: Vnde subdit: Species, *inquit,* quæ diuina est, incorpora[illegible]*s est,*
Id est, anima, quæ est simulacrum diuinæ naturæ, est incorporea. Cùm igi[illegible]*r hæc*
duo ex quibus constat homo, alterum sit corporeum, alterum verò incorpor[illegible]*m; in-*
de fit, vt impossibile sit, vt forma siue anima vnius sit forma alterius. In fine [illegible]*scle-*
Mundanus homo. *pij vocat corpus, mundanum hominem, animam verò cælestem, & totum ho*[illegible]*inem.*
Circa litus, *inquit,* Crocodilorum, iacet mundanus homo, *id est,* [illegible]*orpus,*
reliquus enim vel potiùs totus, remeauit in cælum. *Animam* [illegible]*appel-*
lat & cælestem, & totum hominem, eò quòd det esse & formæ, & compo[illegible]*to, vt*
sint. Si ergo anima est totus homo, & vnus homo non est omnis homo, nisi spe[illegible]*e tan-*
tùm; qui fieri potest, vt vna numero sit omnium hominum anima? Quàm lon[illegible]*è præ-*
terea à vera Mercurij Theologia discrepant Pithagoras & Varro, à quibus [illegible]*ictum*
est, animam intellectiuam in hominibus nihil aliud esse quàm Deum: quando[illegible]*uidem*
Pymander. *Mercurius clarissimè in 12. Pymandri doceat, animam rationalem corpori i*[illegible]*fundi,*
Varro. *atq. à voluptate, & dolore continuò deprauari:* Anima, *inquit,* infusa co[illegible]*ori, à*
voluptate atq. dolore continuò deprauatur. *Sed hæc omnia Deo attr*[illegible]*ui ne-*
quaquam possunt, cùm sit immutabilis, & omnis planè prauitatis expers: D[illegible]*us igi-*
tur in hominibus non fungitur vice intellectus agentis, & hile intellectus p[illegible]*sibilis.*
Auerroes. *Aberrat quoq. à philosophia Mercurij Auerroes 3. de anima, Com: 5. asseren*[illegible] *vnam,*
& quoâd intellectum agentem, & quoâd intellectum possibilem, omnibus in[illegible]*e ani-*
mam rationalem. Nam si hæc ita se habent; nulla prorsus in hominibus inu[illegible]*iretur*
discretio meritorum seu virtutum: quod à veritate catholica quàm longissim[illegible] *abest.*
Et reuera, si homines sint diuersi, non solùm quatenus animalia, sed etiam q[illegible]*atenus*
sunt homines; profectò nō solùm diuersas imaginationes, phantasmata, & an[illegible]*as sen-*
sibiles, verùmetiam diuersos habent intellectus, & animas rationales: non sp[illegible]*cie di-*
stinctas; sed proprietate indiuiduali. Rectè ergo dicit Mercurius, singulas [illegible]*nimas*
rationales singulis humanis infundi corporibus: & pro doloris voluptatisq́ q[illegible]*alitate*
deprauatum iri. Verùm posset aliquis obijcere ex verbis Mercurij eiusdem li[illegible]*ri; di-*
Obiectio. *cit enim, quòd verbum, imago, & mens Dei, sit anima in corpore:* Mens in a[illegible]*ma, &*
verbum in mente: igitur verbum fungens horum officio, vnum est verbum, a[illegible]*ima &*
Solutio. mens in omnibus hominibus. *Sed hæc, vt à theologis dicitur, intelligenda sunt,* [illegible]*biecti-*
uè, &

uè, & causatiuè, non autem formaliter. Nam etsi vnus sit intellectus diuinus, à quo nostra intellectio procedit, esse, & viuere; nihilo tamen minus, diuersi sunt hominum intellectus, esse, & vitæ. vnus quippe sol ab oculis hominum cernitur; sed non ab vno oculo, sed à diuersis potiùs, & diuersimodè quidem pro cuiusq; captu, & conditione. Quam ob rem 11. *dial: dicit, vnam esse vitam cunctorum à Deo manantem; nihil tamen prohibet, quodlibet ens propriam habere vitam. vnde clariùs elucidans hanc vitæ vnitatem, dicit ab vna idea singulis corporibus formas infundi singulas, nempè singulas animas.* Hęc, inquit idea, *hoc est, verbū Dei,* formas per corpora singulas exprimit: *quid his verbis clarius, lucidiusq; inueniri poterit? Cæterū dial:* 10. *dicit, vniuersas animas ab anima mundi profluere: nō quidē vt partes, sicut quidam fabulantur; sed effectiuè, vti scilicet à causa efficiente: animam enim mundi quàm plures præstantissimi viri, spiritum sanctum appellarunt: sicut in* 2. *Pymandri elucidâsse me memini. Deinde describit modū, quo anima vehitur.* Anima hominis, *inquit,* in hunc vehitur modū. Mens, *id est, Deus, siue donum intellectus*, est in ratione, *in apice animæ:* ratio in anima, *quia est oculus animæ:* anima in spiritu, *à quo largitur vita animalis:* spiritus in corpore, spiritus per venas, arterias, sanguinemq; diffusus, animal vndiq. ciet, molemq; corporis suspensam sustinet atq. circumfert. *Quòd ergo non sit vna anima rationalis omnibus hominibus; sed singulis singulæ à Deo infundantur, & quidem origine immortales, cælestes, atq. incorruptibiles, ex doctrina Mercurij patet satis.*

De animę vnitate.

Vna vita, vna idea.

CAP: II.

De animæ vnitate secundùm Platonicos.

D*E animæ vnitate, atq. immortalitate, multis in locis præclarè dilucideq; disputauit Plato: in decimo præsertim de Republica, vbi ait, animam verißima sui natura talem esse; vt varia, dißimilis, atq; differens in seipsa non sit. Arguit autem hoc modo: haud facile est, sempiternū esse, quod ex pluribus constitutum est. sed anima est immortalis: non ergo ex pluribus cōstat eius substantia. Si quis verò qualis ipsa reuera sit, inspicere cupit; haud quaquam intueri eam debet communione corporis, malisq; alijs inquinatam, quod ipsi nunc intuemur; sed qualis cùm pura fuerit, diligenter ratione discernere: vbi certè, & multò pulchrior apparebit. Nunc autem, non aliter eam spectamus, quàm multi marinum inspiciant Glaucū. Illi siquidem, non facilè possunt Glauci antiquam considerare naturam, eò quòd antiquæ corporis partes, partim fractæ, partim contritæ sint, & ab vndis penitus dißipatæ: aliaq; illi rursus inhærent conchylia, alga, lapides, ex quibus multò magis feræ præsefert imaginem, quàm naturæ prioris, & vultum. Ita & animam non semper aspicimus malis innumeris inquinatam; sed illuc oculos conuertere debemus, ad ipsius animi philosophiam: ad illa quæ animus attingit. Hæc Plato. Fuit autem Glaucus, vt antiquitas finxit, piscator: qui cùm pisces captos in ripa explicuißet; subitò contacta quadam herba se colligentes, in fluuium prosilierunt. Admiratus ita Glaucus herbæ illius virtutem, cùm & ipse degustâsset; pisces secutus in aquam insiluit: mariq; Deus factus creditur. Ex hoc autem fabulæ figmento, quod aptè diserteq; suo inseruit proposito Plato, colligere licet, in singulis hominibus singulos inueniri Glaucos, nempè animas rationales, quarum substantia à nobis plenè perfecteq; cognosci non potest, eò quòd ab vndis illisæ tentationum, & lapidibus obrutæ criminum, ac conchylium vitiorum dißipatæ; pristini amiserint coloris venustatem. Glauci præterea in maris præcipitatio, animæ in corpus denotat*

Plato.

Quid sit anima.

Glaucus marinus.

Fabula Glauci.

De animę vnitate. dilapsum: ac demum Glaucus his omnibus exutus, animæ designat libertatem, vt poetæ quæ depositis prioris habitus exuuijs, cognato, & immortali cōiungitur Deo; sic enim mihi docet Plato: Animus, inquit, cognatus est diuino, immortali, & sempiterno: per hunc enim affectum, nexumq; eductus de pelago, quoàd præsens emergit: nudusque emergens, excusso sabulo & ostreis, quæ ei nunc tanquàm ex terra nutrito, terrena, lapidosa, & agrestia plurima inhærescunt; propter eam vtiq; alimoniam, quam leriq. beatam existimant: tunc verè animi naturam contemplabimur. Item, in lib. de

10. De legib: legibus, dicit animam antiquiorem esse corpore, siue quòd voluerit simul cum angelis fuisse creatas, vt dixit Mercurius, siue antiquiorem appellat nobilitate naturæ, & intentione primi agentis. Et iterum 12. vocat corpus, imaginarium quendam hominem, animam verò totum hominem, sicut Mercurius corpus, mundanum hominem, animam autem totum ipsum quod sumus, appellauit: Anima, inquit, est hoc ipsum quod sumus. Quasi diceret, anima rationalis est forma, qua subsistimus, actus quo mouemur, vita, qua viuimus: non ergo vna est anima omnibus hominibus, vt potè qui præter communem vitam, formam, & animam, quilibet hominum propria vtatur vita, agatur forma, actu moueatur. Nec solùm singulis tribuit hominibus singulas animas; sed easdem immortales esse, tenacissimè tuetur, pro operũ qualitate præmium,

Anima immortalis. vel pœnas recepturas. Ac reuera, inquit, vnumquemq; nostrûm, animam ipsam immortalem habere dicimus: eamq; ad deos alios proficisci, rationem suorum operum redditur am, vt lex patria continet. Erat igitur tùm Platonis, cùm etiam Atheniensium lege sancitum; vt pro confesso haberetur, animam rationalem esse formam, & actum corporis, eamq; immortalem: ac secundùm opera, quæ gessit in hoc mortali corpore puniendam, seu bonis cælestibus cumulandam. Quæ profectò dogmata, nostræ fidei plurimùm consentiunt. Itaq; qui animæ naturam ignorârunt, seipsos euerterunt:

Obiectiones. & alios quoq. euertere, atq. perdere studuerũt. Sed quispiam Platonis studiosus, cum

1. Platonis doctrina arguere posset: Si, inquit, ita res se haberet; cur Plato 10. de legibus posuit duas animas, vnam beneficam, contrariam alteram: Vna, inquit, est anima, an plures? Ego pro vobis respondebo. Nec pauciores quàm duas ponere debemus: vnam beneficam, contrariam alteram. Sunt ergo in singulis hominibus non solùm

4. de republi: singulæ; sed etiam in singulis binæ animæ. Confirmat hanc suam sententiam Plato 4. de republica, vbi duas ab inuicem distinctas animas in homine ponere videtur: Meritò, inquit, duo hæc inter se diuersa existimabimus; & illud quidem quo ratiocinatur animus, rationale ipsius denominabimus: illud verò quo amat, esurit, & sitit, & ad alias libidines pronior labitur, irrationale, & auidum repletionum quarundam & voluptatum. Duas igitur animas, vnam rationis participem, alteram rationis expertem in homine collocare videtur: intellectum mortalem, & immortalẽ. Vnde Themist:

Themistius. 3. de anima cap: 37. dicit: Neq. intellectus in corpore collocari aliter, & habitare posset; nisi affectibus medijs necteretur: alioqui, vt Diuus Plato inquit tex: com: 61. imperuium cum puro sociari, & conciliari non posset. Dij, ait, cùm animam immortali origine præditam acceperunt, obduxêre ei corpus mortale: vtq; immortalis forma in corpore mortali clauderetur; texuerunt genus animæ alterum fragile atq. mortale. Duæ itaq; animæ in homine inueniuntur: vna immortalis, mortalis altera. Themistius

Proclus. Simplicius. præterea 1. de anima, & Proclus in Timæum, & Simplicius 1. de anima, dicunt à Platone, præter hoc corpus visibile, aliud latentius animæ coaptari; proinde volunt triplex corpus, seu vehiculum animæ Platonem posuisse: æthereum scilicet, elementare,

Solutio. & hoc visibile. Hæc & similia obijci consueuêre ex Platone. Verùm ad hæc sic re-

1. sponderi posset: & ad primum quidem dico, geminam illam animam, non hominibus quidem, sed cælo à Platone fuisse tributam: neq. secundùm substantiam; sed potius secundùm potentiam; in anima namq; cælesti, seu mundi, potentia est, altera quidem

corpori

De animæ vnitate.

corporum motrix;intellectualis verò altera. Porrò,intellectualis benefica est,ordine
cuncta disponens : motrix verò benefica, hoc est, ordinatrix est, vtpote quæ subest
primæ intellectuali scilicet. A qua si defecerit in alteram partem,quantò efficatior
est ad motum;tanto magis artis ignara præcipitat vniuersum,atq.cõfundit.Hac igi-
tur de causa,duas animas posuit,intellectualem scilicet, & motricem, beneficam,&
aduersariam. Ad 2.dico, vnam in nobis esse animam docere Platonem, in qua qui-
dem tres vires resident:rationale scilicet,concupiscibile, & irascibile : & hæc qui- 2.
dem non loco,sed proprietate distincta. Cùm nequeat,inquit, anima per eandem sui
vim circa idem simul opposita facere;necesse est tres saltem vires habere. quippe
cùm eodem tempore per libidinem rapiatur ad voluptatem: per rationem verò reuo
cetur:per iracundiam autem prouocetur ad pugnam. Ex quo patet, huiusmodi vires
proprietate,non loco esse distinctas. Sunt, inquit,hæ species in anima distinctæ, non
animæ inter sese distinctæ,cùm vna cæteras virtute contineat. Ad 3. id est,ad The- 3.
mistij,& aliorum authoritatem dico,corpus seu vitam sensitiuam interdum animam
mortalem,nonnunquam imaginarium hominem,aliquando sepulchrum animæ ratio-
nalis à Platone vocari;ex hoc tamen non licere alicui,duas animas loco distinctas ap-
pellare. Nam & Diuus Paulus vocat hominem interiorem, & exteriorem, & legem
mentis,& legem contrariam menti. In Cratylo præterea Plato vocat animam ratio- Cratylo.
nalem ψυχὴν, eò quòd quoties adest corpori,causa est illi viuendi, respirandi, & re-
frigerandi: & cùm primùm desierit quod refrigerat,dissoluitur corpus, & interit.
Vnde,Siclin,nominâsse videntur antiqui,quòd respirando refrigeret. Quid aliud e- Siclin.
nim anima videtur quàm corpus continere,vehere:& vt viuat,& gradiatur efficere?
Corpus verò σῶμα, sepulchrũ quidam esse tradunt, quasi ipsa anima præsenti in tem-
pore sit sepulta:atque etiam quia anima per corpus significat, quæcunq; significare
vult. Videntur mihi præterea Orphei sectatores nomen hoc ob id potissimùm posuis-
se,quòd anima in corpore hoc delictorum det pœnas:& hoc circumsepto valloq; clau
datur, velut in carcere quodam seruetur.Esse itaq; volunt hoc ita,vt nominetur ani-
mæ Soma,seruandi gratia claustrum,quoâd debita quæq; expendat. Itaq;,corpus est Soma.
imaginarius homo,anima mortalis,sepulchrum,circumseptum,vallum,claustrum,&
carcer animæ rationalis. Non est ergo anima corpus,vt quidam dicunt,nec mediante Anima.
corpore,corpori vnitur; etenim non vnitur corpori,vt motor extrinsecus;sed quate-
nus est forma substantialis, & actus viuificus. Quam ob causam inter animam & Corpus.
corpus,non cadit media accidentalis dispositio.In causa autem est,quia cùm quodam
ordine ad omnes propemodum actus materia sit in potentia;necesse est,primum sim
pliciter in actibus, primò in materia intelligi : inter omnes verò actus, primum est
esse.Quare fieri non potest,vt materia priùs intelligatur calida,vel quanta,quàm es-
se in actu. esse autem in actu à forma recipit substantiali : non ergo vnitur anima
corpori mediis dispositionibus accidentalibus præcedentibus.Nec mediante corpore,
propterea quòd æquè aliquid dicitur vnum,ac & ens:forma autem per seipsam,rem
in actu constituit,quippe quæ per seipsam,vt actus, materiæ coniungitur. Nec inue-
niri potest aliquod aliud vniens,excepto duntaxat agente,à quo fit materia in actu,
vt dicitur 8.methaphy:Itaq;,anima intellectiua non habet corpus incorruptibile sibi
naturaliter vnitum,à quo nunquam separetur:nec eo mdiante corpori vnitur corru-
ptibili. Neq; mediante spiritu corporeo,aut luce,quam dicunt esse corpus;sed potiùs
vnitur corpori,vt forma substantialis suæ materiæ. Fauet huic Platonicæ doctrinæ
Plotinus Enn:lib.1. cap:8.Vbi præter intellectum diuinum,dicit vnumquemq; nostrũ,
proprium habere intellectum: Habemus,inquit, communem & proprium intellectũ:
communem quidem,quoniam impartibilis,& vnus, & vbiq; idem,nempè diuinus: pro
prium verò, quoniam vnusquisq; ipsum in anima primò totum habet.Vult ergo Ploti-

Anima non vnitur corpori mediante corpore.

Plotinus.

De animæ vnitate.

Deus vita animæ,

nus, animam rationalem, formam esse corporis: intellectum verò diuinum, formam, & vitam animæ communem non propriam: veluti sol iste visibilis, commune est lumen omniū oculis. Hanc Plotini & Platonis etiam sententiam plurimi quiq; sapientissimi imitantur, quòd scilicet præter communem intellectū, singuli singulis insint hominibus proprij intellectus, seu animæ rationales. hanc ob causam ad mentem Mercurij & Platonis, totum hominem animam vocat, corpus verò, brutum viuificatum: Brutum, inquit, viuificatum est corpus nostrum; verus autem homo est anima. Et cap: 12 vocat corpus simulacrum: Dimittit anima, inquit, simulacrum. Separare verò videtur poëta hoc in Hercule, dimittens simulacrum eius ad inferos; ipsum verò inter deos annumerans: vtrumq; ergo verbis obseruat: & quòd inter deos, & quòd apud inferos diuersetur. Itaq; hos duos homines, duas animas, duos intellectus impropriè sic dictos antiqui posuêre. Mercurius, corpus, hominem mortalem, animam verò immortalem appellauit. Aristoteles quoq; decimo eth: βέλτιον μέρις nominat meliorem particulam: dicitq; id optimum, iucundissimumq; esse cuiq;, quod ei propriu natura sit. Etiam homini, inquit, vita secundùm mentem fore eiusmodi; quandoquidem id maximè homo sit. Thales dicebat nos fratres esse, ceu qui ex vno patre, & præceptore geniti sumus. Plato in Timæo, Creatorem animi Deum supremum dici: corporis verò deos minores, id est, angelos. Philolaus Pythagoreus: Testantur, inqui prisci theologi, quòd propter supplicia, anima cum corpore sit alligata, & quasi in e sepulta. At Plato in Timæo, consultò diuinam prouidentiam, ait, animum corpor colligâsse; sicut naturaliter & vtiliter creauit cælum, & terram. Plotinus, anima, inquit, cum Dijs habet commercium, immortalis, facileq; id posset à nobis cognosci, puram limpidamq; eam videremus: nunc autem sæpè labefactam cernentes, neq; diuinam, neq; immortalem arbitramur. Simplicius: Qui verè, inquit, homo esse vult, consideret generosum, insignem supra cæteras animantes. Aphrodiseus dicit, animam corpoream, siue vitam corpoream, ex mixtione, & temperatione primorum consistere elementorum, qua viuit animal hoc corporeum, terrestre, corruptibile, & mortale animam verò, quæ propriè dicitur mens, qua sapimus res inuisibiles, dicit esse diuiniorem, vtpote quæ sit anima deorum æquiuocè: volens asserere animam esse immortalem. Pythagoras quoq. cecinit: Esto alacer; nam nobis est diuina origo. Post tantam igitur nubem testium, quis ambigere debet animam rationalem esse immortalem, & singulas singulis inesse hominibus?

Brutū corpus

Mercurius.

Aristoteles.

Thales.

Plato.

Philolaus.

Simplicius.

Aphrodiseus.

Pythagoras.

CAP: III.

Auerrois & Græcorum positio de vnitate intellectus.

Opinio Auer: falsa.

MVltorum extitit sententia, nempè Themistij, Simplicij, Theophrasti, & Auerrois, intellectum, quo anima intelligit & sapit, esse vnum numero omnium, corporiq; vniri: non quidem, vt est forma substantialis & intrinseca; sed vt substantia quædam potiùs separata, quæ esse intrinsecum homini non largitur: putauit enim Auerroes, quòd sicut vna numero est anima cæli; sic vna numero esset anima intellectiua in vniuersa specie, siue sphæra hominum. hanc autem animam ratus est aliquid habere, ceu intelligibilium materiam, vocauitq; materialem, seu possibilem intellectum, quo intelligit, recipitq; omnium rerum formas: aliquid verò, tanquam formam, à quo formæ illustrantur, sicut visibilia à sole, & à luce colores. Et hanc quidem partem, intellectum appellauit agentem. Dixit præterea huiusmodi intellectum agentem, tùm se, tùm etiam omnes superiores intelligere substantias, & quidem intellectione æterna: possibilem

verò

De animę vnitate.

verò caduca & materialia, quodammodò intellectione noua. Insuper posuit imagina-
rias intentiones in duplici certè ordine, nempè & huius hominis determinati, puta So
cratis vel Platonis: & huiusmodi dixit generari, & corrumpi: ac pro ipsarum diuer-
sitate, diuersas prodire hominum intellectiones. Alia verò hominis indifferenter ima
ginantis, quibus indifferenter imaginatur: & has quidem dixit æternas esse, atque in-
corruptibiles. Ampliùs, falsa imaginatione delusus, dixit intellectum ipsum, quoâd
esse intentionale, esse vnum numero æternum ex vtraque parte: quoâd verò ad esse re
ale, partem esse animæ rationalis, quæ ex ipso, & parte constat sensitiua, cuius medio
homini, siue animæ vnitur, vt forma extrinseca. Pro suæ verò opinionis tutela, falsò
nonnullas Aristot: sententias explicare studuit: In his, inquit, quæ à materia nō de-
pendent, est vnū tantùm numero in specie, teste philosopho 12. met: tex: 49. sed anima
intellectiua, vt vult Aristot: non dependet à materia: igitur est vna numero in om- 1.
ni specie humana. Hanc ob causam in lib: de animalibus Aristoteles dixit, intellectū
deforis accedere, vtpote qui disposita materia, & in illa parte sensitiua introducta ab
agente naturali, mox accedat ad copulam, producens inde animam rationalem, &
corpus humanum. Soluta verò materia, & anima sensitiua, simul soluitur rationalis
anima: intellectu remanente secundùm se perpetuò. Ampliùs, forma vel actus cor-
poris, seu materiæ, est virtus in corpore, aliquam habens magnitudinem. sed anima 2.
rationalis non est huiusmodi, eò quòd sit virtus immaterialis, & immixta, vt dicitur
. de anima. non ergo est forma corporis intrinseca, sed extrinseca. Ampliùs, omnis
forma materialis, alicuius rei receptiua, caret ea, quam recipit, 2. de anima. sed a- 3.
nima rationalis recipit omnes formas, etiam seipsam, & seipsa non caret aut denu-
datur: igitur non est forma materialis, sed immaterialis; & consequenter nō est for
ma substantialis corporis. Putauit enim Commentator, quòd si intellectus forma esset
materialis, et seipsum reciperet, & primò moueret, deniq; seipso denudari posset, quæ
esset maxima cōtradictio. Omnis præterea forma materialis existens actus corporis
organici physici, in sua operatione producenda indiget corpore, & organo: sicut e- 4.
xemplo nobis esse possunt, vegetatiua anima & sensitiua. sed anima rationalis non
est virtus organica, siue principium intellectiuum, vt sæpiùs dixi: ergo quod priùs.
...nè, vera forma, vt censet Commētator, mente sola à materia separari potest, re au
...m minimè: quemadmodum materia ab omni prorsus forma nequaquam separabilis
est realiter. sed principium intellectiuum realiter separatur à materia, quia hoc se-
paratur ab illo, ait Philosophus, sicut perpetuum à corruptibili: igitur intellectus nō
est forma intrinseca hominis. Iterùm, si secundùm primam sui perfectionem, nempè
substantiam, intellectus corpori vniretur humano; haudquaquam quin & secundùm 5.
...um operationem, quæ est perfectio secunda, eidem connecteretur. Quod si ita se ha
beret; proculdubio intellectus possibilis perpetuò intelligeret intellectum agentem:
atq; ita homo intellectum agentem actu semper intelligeret: quod omninò constat es-
se falsum. Item, quæ differunt plusquàm genere, vnum aliquid per se efficere neque
unt. sed intellectus & corpus differunt plusquàm genere, quippe quia intellectus est 6.
incorruptibilis, corpus verò corruptibile: corruptibile autem, & incorruptibile, dif- 10. meth:
ferunt plusquàm genere: ergo quod priùs. Ex hoc quoq; argui potest, quòd si anima
sensitiua in brutis animantibus sit corruptibilis, in homine autem incorruptibilis; ho-
mo & bruta animalia, differrent ab inuicem plusquàm genere, quod est falsum. Am
pliùs, nulla immaterialis substantia, in vna eademq; specie numero crescit, seu multi-
plicatur, quia scilicet non constat ex materia, & forma. sed intellectus est substantia 7.
immaterialis: igitur non sunt plures in specie, sed vnus tantùm in tota specie huma-
na. Et reuera, remota causa, remouetur effectus. Quare, si ad multiplicationem cor-
porum multiplicantur intellectus; consequens esse videtur, vt remotis, sublatisq; cor-

De animę vnitate.

poribus,& intellectuum pariter auferatur multitudo;atq; ita vnus tantummodò re
maneat,quod eſt falſum:ergo quod priùs. Si præterea intellectus Platonis, eſt aliu
8. ab intellectu Socratis; profectò quilibet iſtorum, eſſet indiuiduus,ſiue quoddam in
diuiduum,atq; ita indiuidua intelligeret: omne enim quod in aliquo recipitur,illi in
eſt per modum recipientis:ſpecies ergo rerum in indiuiduo intellectæ,indiuidualite
recipiuntur.Sed id aduerſatur rationi proprietatiq; intellectus,quippe qui cognoſc
vniuerſalia: vnus eſt ergo omnium hominum intellectus. Adde illud Auguſtini
quantitate animæ:Si plures tantū animas humanas dixerim; ipſe me ridebo.ſed m
ximè anima dicitur vna,quoâd intellectum:omnium ergo hominum,eſt vnus intell
9. ctus. Ampliùs,ſi intellectus eſſet forma intrinſeca corporis, exiſtente immortali,
incorruptibili; huiuſmodi vtiq; eſſe corpori tribueret,propterea quòd forma prop
um eſſe materiæ communicet,& impendat. ſed perſpicuum eſt omnibus, eſſe imm
tale & incorruptibile corpori non in eſſe: igitur intellectus non eſt forma intrinſe
corporis. Sanè,ſi eſſet forma intrinſeca,& ſubſtantialis;non ſolùm eidem largiret
corpori eſſe incorruptibile; verùmetiam & intellectiuum, puta,quia nec daret ali
eſſe formaliter quàm ſuum,ſicut albedo non dat aliud eſſe,quàm eſſe album. ſed co
pus non habet eſſe intelligendi: non ergo intellectus ineſt ei, vt forma intrinſeca;
10. vt extrinſeca potiùs. Item, omnis forma extenſi per ſe,eſt extenſa, ſaltim per ac
dens,atque ita eſt partibilis,& diuiſibilis. Quare, ſi intellectus eſſet forma corpo
extenſi intrinſeca; eſſet quoq; & ipſa partibilis atq; diuiſibilis, quod eſt falſum.N
poſſet præterea ſuper ſe reflecti,neq; ſuper actum ſuum , quemadmodū inſpicere
cet in potentijs ſenſitiuis. Potentia inſuper non eſt abſtractior eſſentia , eò quòd a
eſt idem quod eſſentia, aut actus eiuſdem. ſed potentia intellectiua, non eſt alicu
corporis actus,vt dicitur 2. de anima: non eſt ergo eſſentia animæ intellectiuæ:
quibus omnibus colligitur , intellectum non eſſe formam ſubſtantialem , intrinſec
corporis humani: vnus ergo eſt omnium hominum intellectus.

CAP: IIII.

Soluuntur Argumenta.

1. AD primum dicimus,Ariſtotelem 2. de anima tex: com: 21. pro eod
accipere animam rationalem,et intellectum: Anima eſt hæc,inquit,q
Ariſtoteles. viuimus & ſentimus,& mouemur,& intelligimus. Quòd ſi rationalis
nima non eſſet intellectus; proculdubio per ipſius virtutem nequaqu
haberemus virtutem intelligendi. Ibidē præterea alterum genus anim
intellectum appellat,ſeparariq; ſolùm dicit veluti perpetuum à corruptibili: vult
go intellectum eſſe animam,ab animabus quidem corruptibilibus diſtinctam.Poſi
ergo hæc non ſolùm à veritate fidei , verùmetiam à vera diſcordat philoſophia.T
ad argumentum dico,vnitatem numeralem,non ſolùm dependere à materia;verù
etiam à proprietate indiuiduali. Quare, etſi intellectiua anima non dependeat à m
teria,quoâd ſui productionem;dependet nihilominùs quoâd eſſe, & cōſeruari in m
teria: ideoq; numeratur pro numero corporum, puta,quia ex anima,& corpore co
ſtituitur vnum indiuiduum ſubſtantiæ in actu: ſoluto autem corpore, anima intel
ctiua ſua propria indiuiduatur natura. Congruit hæc quæſtio cum illa, Si in vna ſp
2. cie angelorum ſint multi angeli. Ad 2. dico,intellectum reſpectu ſuæ potentiæ, q
non eſt organica,immaterialem atq; immixtum appellari;ſic enim nullius eſt cor
ris actus: nec forma eſt corporis , propterea quòd determinata nequaquam indi
mixtione,ſicut ſenſus:neque complexione in organo ad operandum.at verò,reſpe
ſe

De vnitate animæ.

suæ substantiæ, sic vocatur: & est actus corporis, & quodammodo materialis. Quid ve
rò sit intellectus materialis, dicemus postea. Ad 3. illa philosophi sententia congruit 3.
receptiuo ad vnum tantum genus entis determinato, cuiusmodi sunt sensus animalis:
uris siquidem percipit sonum, & non colorem: & nares odorem sentiunt, & non sa-
porem. Non autem congruit receptiuo illimitato, cuiusmodi est intellectus, qui est o-
mnia fieri, & omnia facere. Cùm enim versetur circa omne ens; non est necesse omni
nte denudari, alioqui seipso denudaretur, quod planè fieri non potest. Et cùm infers:
Si esset forma materialis; moueret seipsum &c. Verum quidem diceres; si esset forma
materialis quanta, sensibilis, proprium habens phantasma: at cùm forma materialis
licatur, quia est actus viuificus, & substantialis materiæ tempore, quo eam viuificat
r informat; hac de causa, quæ dicuntur à Commentatore, in eo locum habere nō pos-
int. Ad 4. maior est vera de forma educta de potentia materiæ; non autem de po
ntia intellectiua, quæ deforis venit: ideò non valet similitudo; forma enim intelle- 4.
tiua non est organica; propterea in sua operatione promenda, non eget corpore, nisi
ro statu istius vitæ. Ad authoritatem Commentatoris dico, intellectum & mente,
re à corpore separari; quippe qui non educitur de potentia materiæ. Ad 5. Intelle-
us possibilis actu non semper intellectum agentem, neq; seipsum intelligit, nisi po- 5.
ntia tantùm, & habitu: ideoq; non sequitur, quòd intellectus actu semper intelligat.
d 6. dico corpus humanū, & intellectus substantiam distingui genere physico, pro-
rea quòd vnum sit corruptibile, incorruptibile verò alterum; ideoq; vnum in al- 6.
ius naturam meare non posse. Id tamen impedimento esse non potest, quò minùs
amborum coniunctione, vnum per se nō resultet, propterea quòd sint partes ad a-
uod idem genus pertinentes, quarum vna est per se in potentia ad alteram, puta,
pus ad animam. Verùm nihilominùs est, quòd si diuersorū essent prædicamenta-
n generum; vnum per se constituere non possent. Ad confirmationem dico, quòd Differre genere.
t sensitiuum incorruptionem non det; ipsi tamen intellectiuo, incorruptionem non
mit. Quare, etsi anima sensitiua in seipsa corruptibilis sit; incorruptibilis tamen
quatenus est intellectiua. Quare, non est necesse, vt brutum & homo distinguan-
genere, propter coniunctionem quam habent in homine. Ad 7. Quamuis anima
lectiua materiam non habeat, ex qua formetur atq; sit, eò quòd ex nihilo creata 7.
icut & angelus; est tamen alicuius materiæ forma substantialis, quod quidem an
tribui non potest. vnde fit, vt pro diuisione materiæ, plurimæ sint vnius speciei
æ. Ad confirmationem dici potest, de esse rei, & eius multiplicatione, idem esse
rium. Cùm ergo, vt forma substantialis corpori vniatur, rationalis anima, & de-
to corpore in suo esse perseueret; perspicuum esse potest, animas multiplicari
ultiplicationem corporum, quibus solutis, in suo esse perseuerant. Ad 8. dicitur, 8.
gentis, seu speciei indiuiduatione, vniuersalium non excludi intelligentiam, ali-
psæ intelligentiæ, cùm sint intellectus separati, & quædam substantiæ per se sub
tes, vniuersalia intelligere nequaquam possunt; sed materialitatem cognoscen-
speciei, per quam cognoscitur, vniuersalis cognitionem impediri. Quare, quem-
dum omnis actio pro modo formæ, qua agens agit, vtpote calefactio pro modo
s; ita planè cognitio fit pro modo speciei, qua cognoscens cognoscit. Naturā au- Quomodo intelligit vniuersalia.
mmunem pro principijs quidem indiuiduantibus, ex materiæ parte dependen
distingui, multiplicariq;, constat satis. Quam ob causam, forma, per quam fit co
si materialis extiterit, à materiæ conditionibus nequaquam semota, & abstra-
ud quaquam dubium, quin naturæ speciei, siue generis similitudo multiplica-
ro distinctione atq; multiplicatione principiorum indiuiduantium: ex quo fit,
atura sua in communitate cognosci non possit. Quòd si ab indiuidualis mate-
ditionibus fuerit species abstracta; erit vtiq; naturæ similitudo ab his discre-
ta condi-

De vnita- te animæ.

ta conditionibus,à quibus & diuiditur,& multiplicatur. & hoc quidem mod vni-
uersale cognoscitur.Parui autem,aut nihil interest,vnusné an plures sint intellectus,
à quibus vniuersale intelligitur: nam si vnus tantummodò esset intellectus; adhuc illi
opus esset species,qua vniuersale intelligeret; atq; ita ab indiuiduo , non indiuidua,
sed vniuersale intelligeretur: non ergo valet consequentia,quæ infertur. Ad Augu-
Augustinus. stini authoritatem dico,sic intelligi debere, animas humanas nõ ita multiplicari,quò
minùs in vna speciei ratione non contineantur atq; vniantur. Ad 9. dico, ab anima,
9. corpori esse animatum tali anima,& esse humanum largiri.Et cùm instas,esse animæ
esse incorruptibile: verùm quidem est,quatenus est anima; ex hoc tamen non sequi-
tur,corpori quoq; huiusmodi esse impendi debere,quia corpori non impẽditur vt sit
spiritus & anima intellectiua. Ex hoc etiam patet solutio ad confirmationem: Po-
test etiam dici, quòd licet intellectus, quatenus est substantia, sit actus atq; forma
corporis; eodem tamen officio non fungitur,quatenus est potentia,ideoq; ab eo esse in-
tellectiuum corpori non largitur: nisi fortaßis esse intellectiuum dixeris esse infor-
matum à substantia intellectus. Ad 10. quamuis substantia intellectus sit extensi
10. corporis forma; per se tamen, neq; per accidens extenditur: quare illa maior huic
formæ non conuenit, quæ ex materiæ potentia non educitur. Ad confirmationem iam
patet responsio:nam etsi sit corporis forma;secundùm suam tamen potentiam quæ n
quaquam est corporis forma,siue actus,cùm versetur circa totum genus entis deter-
minatæ partis termino non clauditur. Postremò, ad vltimam confirmationem dico,
potentiam non esse abstractiorem essentia; idem enim est cum essentia essentialiter,
tametsi aliquo modo dicatur abstractior,quia nimirum corpus non informet sicut et
ipsa substantia. Itaq;,hoc modo formaliter distinguitur ab essentia,atq; pro suæ per-
fectionis ratione, suam profectò materiam superat & excedit. Patet ergo,quomodo
non sit vnus omnium hominum intellectus.

CAP: V.

Alia Argumenta.

1. QVI Aristotelis se dicunt mentem aßequi;illius sententijs Commentatoris
partem munire contendunt: Apud Aristotelem, inquiunt, hæc sunt fir-
ma dogmata,nempè,mundum esse æternum,8. phys: infinitum in actu nõ
dari. 3. phys: & intellectum esse incorruptibilem , 3. de anima. Quòd si
non sit vnus omnium hominum intellectus,sed multiplicatur pro multiplicatione cor-
porum;tunc planè neceßarium esset,aliquod istorum interire,& irritum fieri, nem-
pè,aut mundum non esse æternum,aut dari infinitum in actu, aut intellectũ corrum-
2. pi. Item,quòd intellectus careat propria operatione,scilicet intelligere , id perpe-
tuò, Aristot: ferre non potest: quod quidem euenire necesse est, si singulis homini-
bus singuli intellectus insint: nam destructo corpore , non est ampliùs spe. nouar-
nionis faciendæ: & sine phantasmate non intelligit. citra verò corpus,phantasma non
causatur: manebit ergo intellectus perpetuò otiosus, quod est erroneum. Item, in-
3. tellectus & obiectum,sunt vnum:igitur in seipso est vnus:quantam enim causat vni-
tatem cum suo obiecto;tantam,imò maiorem habet in seipso: sibi enim mutuò corre-
spondent. sed in suo obiecto vniuersalitatem veram propriamq; producit,in quòd si
in actu pro illa vnitate,quam habet ab intellectu,obiectum poneretur; absque dubio
vnum numero & abstractum videretur. Quare, cùm intellectus sit magis vnus; erit
vtiq; vnus in omnibus hominibus. Præterea,species intelligibilis in Socrate et in Pla-
4. tone,aut est eadem numero;& sic habetur propositum,puta,quia vnius speciei intel-
ligibilis,

igibilis, vnus sit intellectus: aut numero distinguitur, atq; ita quælibet est indiuidu-
ta, & particularis, & consequenter nequaquã erit vniuersalis comprehensionis prin
ipium, quod planè speciei intelligibili tribui non potest. Ab illis insuper duabus spe-
ebus, & quidem particularibus, alicuius tertiæ fieret abstractio; & tunc quis am-
igeret, an vna esset in omnibus, & sic nostro faueret studio; aut distinguitur et mul-
plicatur; & ita processus fieret in infinitum. De obiecto quoq; in intellectu, So-
atis & Platonis recepto, idem potest esse iudicium: cùm ergo vna sit species intel-
igibilis; vnus quoq; erit intellectus. Item, vnitas doctrinæ genitæ intellectus denotat 5.
nitatem: virtus enim vel vis docendi, non est potentia aliqua alicuius de nouo natu-
aliter generatiua, alioqui scientia esset forma actiua, sicut calor, quod est falsum.
d eadem numero esse videtur scientia in magistro, & in discipulo, dum à magistro
ocetur: igitur idem intellectus. Iterùm, res intellecta in intellectu vtiq; inuenitur
ntelligentis: igitur est vnus omnium intellectus in sphæra humana: nam si intelle- 6.
us Mercurij alius sit ab intellectu Asclepij; proculdubio alia erit res intellecta in
roq; sicq; indiuidualiter numerata, & in potentia tantùm. Quare, ab vtraq; opus e-
t intentionem abstrahi communem, propterea quòd à quibuslibet diuersis aliquid
mmune abstrahere intelligibile contingit. sed id intellectus rationem virtutemq;
ertit; hoc enim modo à virtute imaginatiua minimè differret: ergo quod priùs.
mpliùs, res non quanta non potest esse forma substantialis quanti, vel extensi; ex 7.
enim quæ sensibus innotescunt, didicimus, omne formaliter receptum in quanto,
e quantum, saltim per accidens. In causa autem est, quia materiæ & formæ est v-
m esse: proinde non videtur verisimile, ac rationi consonum, vt vnum sit extensum,
erum verò nequaquam, etiam per accidens. sed anima intellectiua est simpliciter
xtensa & per se, & per accidens: igitur non est forma intrinseca, sed extrinseca. Anima nõ est forma intrinseca.
nè, pro impossibili habetur in philosophia naturali, vt forma alicuius materiæ sit
quæ non sit in potentia materiæ, quæ ad ipsam transmutatur virtute naturalis a-
itis. Itaq;, cùm materia per transmutationem formam recipiat, & transmutatio
virtutem fiat agentis naturalis; non video quomodo substantia intellectus, huius-
di formæ fungi possit officio, propterea quòd non educitur de potentia materiæ,
à Deo immediatè de nihilo producitur. Item, substantiam, cuius potentia, nec est 8.
us corporis, nec alicuius partis eiusdem, perspicuum est ex apparentibus nobis re
, formam corporis esse non posse; siquidem tùm de potentia, tùm etiam de substan-
idem videtur esse iudicium. sed substantia intellectus est huiusmodi, vt dixi: er-
uod priùs. Et reuera, appetitus animæ intellectiuæ, & corporis sunt contrarij ad
icem. 3. de anima. Intellectus enim appetit semper esse; corpus verò perpetuò ten
ad interitum: igitur intellectus non potest esse forma corporis, eò quòd ad inui-
proportionem non habent. Hæc dici solent.

CAP: VI.

Soluuntur Argumenta.

AD primum iam patet responsio ex solutione argumentorum de animæ im
mortalitate: dictum est enim, quòd si etiam mundus esset æternus; adhuc
tamen animarum rationalium multitudo non esset actu infinita, quia sci
licet semper posset augeri à parte: quod certè infinitum actu nullo modo
itur. Nec valet illa Pythagoræ sententia, qua professus est, corrupto corpore ani- Contra Pythagoræ positionem.
m alterum corpus informare, ita, vt corruptio vnius, sit generatio alterius. Tunc
uidem homo esset, antequam esset: & vnus numero homo esset, qui corrumpitur, &

De vnitate animæ.

qui gignitur; vltima enim forma, per quam res est simpliciter, vna erit numero. Po
rò, quorum forma est vna numero simpliciter; illa absq; dubio sunt vnũ simplicite
nec licet fugere ad cogitatiuam, cùm non det esse specificum, sed genericum. Ari
præterea 2. de anima 24. acriter arguit, qui animam absque aliquo delectu corp
adaptabant, firmiter asserens, vniuscuiusq; actum fieri debere in propria materia,
in quauis indifferenter. In 2. etiam de generatione animalium, & 12. meth: 16. a
2. mam ante corpus non fieri, affirmat, sicut paulò antè dixi. Ad 2. dictum est ad me
tem philosophi, intellectum solutum à corpore, intelligere: modum verò suæ intel
ctionis, aut philosophum latuisse, aut non explicuisse. Quomodo autẽ intelligat p
3. hanc vitam, dicemus postea. Ad 3. dico, ab intellectu vnitatem realem numeralem
obiecto non fieri, sed rationis tantùm. Intellectus præterea non solùm aliqua plu
secundùm rationem vnum facit; verùmetiam vnum aliquid secundùm rem, disti
guit in multa. Ex isto ergo argumento, cognoscimus intellectum non esse vnum,
4. distinctum. Ad 4. species intelligibilis, in Platone & in Socrate formaliter recep
veluti accidens inhærens intellectui, non quidem est vna, sed plures: quemadmod
etiam plures sunt intellectus. Talis verò particularitas, seu indiuiduatio, non est i
pedimento, quò minùs vniuersale non percipiat, sicut nec vnitas numeralis ipsius i
tellectus. Et cùm iterùm instas, ab huiusmodi particularibus, tertiam speciem a
strahi posse, & sic in infinitum: dico, in huiusmodi fieri posse processum in infini
sicut & in actibus: nec inde sequi aliquod absurdum, aut inconueniens. Quod verò
citur de obiecto, nihil valet; simili namq; facilitate dici posset, omnium videnti
aliquod vnum obiectum, vnum visum esse: si verò acceperis intentionem intelle
pro specie, vel obiecto, vt est in specie vel actu intelligendi; tunc idem est: res ve
5. intellecta alia in Platone, alia autem in Socrate. Ad 5. si eadem doctrina esset m
gistri, atq; discipuli; prorsus opus nequaquam esset discipulo à magistro doceri. C
verò sit altera numero, doctrina indiget magistri: à magistro autem aliam nume
discipulus doctrinam docetur, non quidem directè & immediatè, discipuli intell
ctum attingendo, veluti generans naturale materiam, seu subiectum; sed indire
potiùs, & per accidens, signis quibusdam sensibilibus propositis, quibus mouerent
discipuli sensus, deinde phantasmata, postremò intellectus: ex quo patet magistri d
6. ctrinam non esse formam actiuam. Ad 6. dico, id quod intelligitur vnum esse, si
vnus extiterit, aut plures intellectus; id enim quod intelligitur, est quidem in inte
lectu, non secundùm se, sed secundùm suam similitudinem: Lapis, inquit philosoph
3. de anima, non est in anima, sed species lapidis: & tamen lapis est id quod intellig
tur, non autem eius species, nisi per intellectus reflexionem supra seipsum: alioq
scientiæ non haberentur reales de rebus realibus; sed potiùs de speciebus intellig
bus. Cæterùm, vna eademq; res secundùm diuersas quidem formas, diuersimodè as
milari contingit: cognitio autem, quoniam fit secundùm assimilationem cognoscent
ad cognitum; inde sequitur, vt idem à diuersis diuersimodè cognoscatur: nam &
pluribus idem color viridis videtur, sed secundùm diuersas similitudines. Quare, id
potest à diuersis intellectiuis animabus intelligi: neq; ob id necesse est, vnum esse om
nium intellectum. Et cùm infers, tunc intellectum à sensu non distingui. Negatur a
sumptum; quandoquidem hoc intersit inter intellectum & sensum, iuxta philosoph
doctrinam; quia res quidem sentitur secundùm illam, quam in sua particularitat
extra animam habet dispositionem: at quidem natura rei, quæ intelligitur, est cer
tè extra animam: modus verò quo intelligitur, nequaquam; quippe quia, vt natura c
munis, intelligitur seclusis principijs indiuiduantibus: quæ prorsus extra animam e
7. se non potest. Ad 7. maior est falsa: nam aliquid non quantum, nec extensum, cuiu
modi est anima intellectiua, est principium intellectiuum in homine, & eius forma

quo

De vnitate animæ.

quod sic demonstrari potest: Quemadmodum substantialis transmutatio materiam indicat; ita sanè operatio formam. Quare, sicut homo dicitur corruptibilis, ob materiam partem sui; ita planè incorruptibilis ob intellectum formam sui: intelligere siquidem & ratiotionari, est prima hominis operatio. Et cùm instas, ex apparentibus nobis constare, omne receptum in aliquo quanto, esse quantum; verum quidem de formis corporalibus, quæ nobis apparent: nec oppositum apparentia nobis ostendunt de anima intellectiua, quæ est spiritualis & incorporea. Et cùm iterùm instas, materiæ & formæ, esse vnum esse: non approbo, quippe quia duo esse habent; & vnum esse tertium constituunt Etenim, sicut materia & forma, sunt duæ essentiæ; ita proculdubio sunt duo esse, compositi essentiam constituentia. Quare, alterū habet esse extensum, alterum verò minimè, nec per se, nec per accidens. Constat autem totus homo ex esse quanto, & non quanto, ex carne scilicet & spiritu. Ad vltimam confirmationem dico, certa experientia hominem percipere se intelligere, & quidem formaliter: quod planè non contingeret, nisi substantia intellectualis secundùm suum esse intrinsecum sibi inesset: quæ cùm non sit materia; vtiq; erit forma. Etenim, nullus formaliter intelligit nisi seipso, vel aliquo sui, quod est subiectum intellectionis. Subiectum autem intellectionis, est intellectus potentia, qui vel idem quod intellectus substantia, vel eius accidens. Quare, fieri non potest, vt aliquid in aliquo recipiatur formaliter, & illud potentiam sibi intrinsecam non habeat: quemadmodum, vt aliquid conueniat alicui, & potentiam non habeat actiuam intrinsecam, vtpote, vt ignis non sit calidus, cui intrinsecè congruit calor; alioqui esset calidus, & non calidus. Itaq; intellectus siue sit passiuus tantùm, siue intellectiuus, est corporis humani forma intrinseca. Et revera, experiri ipsum intelligere, non est, nisi intelligere: nec est alterius potentiæ actus, quàm intellectus. Sicut ergo experitur intelligere; ita planè formaliter intelligit: agere verò secundùm formam, denotat esse intrinsecum, & essentiale. Si ergo homo formaliter intelligit, idq; certa percipit experientia: intellectus igitur est illius forma intrinseca, & substantialis. Ad 8. maior est falsa: nam etsi potentia intellectiua secundùm seipsam non sit actus corporis, nec alicuius partis eiusdem; est tamen idem essentialiter cum forma intelligentis: alioqui intelligens non posset intelligere. Ad confirmationem dico, corpus & animam intellectiuam, non habere appetitus naturales contrarios, si propriè loquamur; corpus enim naturaliter appetit perfici ab anima: & è diuerso anima corpus perficere. Quòd si sermo extiterit de appetitu voluntario aut animali; tunc perspicua contrarietas cernitur, sed quæ nō derogat nostro proposito. Et hæc quidem dicta sint contra argumenta.

Materia & forma duo esse.

Intellectus forma intrinseca.

8.

CAP: VII.

De animæ vnitate Theologorum sententiæ & rationes.

Qvoniam quidem huiusmodi Auerrois, aliorumq; sententia, fidem funditus euertit Catholicam, bonorum ac malorum pœnis, atq; præmijs sublatis; idcircò à præclarissimis doctissimisq; Theologis, huic semper obuiatum, atq; reclamatum sententiæ, idq; magna cum authoritate et ratione: Si, inquiunt, iuxta Platonis sententiam, quam paulò antè annotaRationes.
vbi Platonis posita est positio, homo sit ipse intellectus, & vnus sit Socratis atque Platonis intellectus: erunt igitur Socrates & Plato vnus homo, non solùm specie; sed etiam numero, quod omninò abhorret à vero. Si præterea ad mentē philosophi, intellectus est pars, seu potentia animæ, quæ est hominis forma; non video quomodo fieri

Rationes. 1. 2.

De vnitate animæ.

potest, vt plurium ac diuersorum numero, sit vna forma numero, sicut nec vnum eo-
rum esse: forma enim est principium essendi. Quocunq; igitur modo, huic vel illi ho-
mini intellectus copuletur; cæterorum quæ ad hominem spectant, principatum sem-
3. per obtinet; sensitiuæ enim vires ei famulantur. Quare, si intellectus extiterit vnus,
etiam si in diuersis inueniatur instrumentis, vtpote Platonis & Socratis; semper pro-
fectò erit vnus intelligens. Ad hoc accedit, quod intelligere, quæ est actio intelle-
ctus, non fiat per organum, nisi per intellectum. Quocirca, si est vnus omnium homi-
num intellectus: ergo homines erunt vnus intelligens, & vnum intelligere, etiam re-
spectu eiusdem intelligibilis, quod maximè dissonat à vera philosophia: nam etsi ab
eadem forma numero respectu eorum, quæ sunt ab extrinseco, multæ prodeant pas-
siones, pro diuersitate patientium, vtpote ab vno calido multorum calefactiones; ista
tamen calefactionum multitudo non destruit vnitatem calidi. Quare, si forma sit v-
na, & impartibilis, cuiusmodi est anima intellectiua; necesse est, vt actio ipsa sit vna.
Neque diuersitas phantasmatum, illius vnitatē labefactare poterit, propterea, quòd
Phantasmata non sunt forma. & ipsa phantasmata nō sint forma intellectus possibilis; sed potiùs species intelligibi-
lis, quæ ab ipsis phantasmatibus abstrahitur: neq; ab vno intellectu à diuersis eius-
dem speciei phantasmatibus plures quàm vna species intelligibilis abstrahitur, per
quam vna quidem operatione rei naturā intelligit. In causa autē est, quia phantasma-
ta non sunt formæ intellectus; ideoq; illorum diuersitas non impedit vnitatem actio-
nis & intellectus. Etenim, cùm huiusmodi actio sit immanens, & non transiens in a-
liquod extra, cùmq; intellectus operans se habeat ad eam intellectionem, vt principi-
um, ex quo oritur intellectio, & non vt materia, ad quam terminetur; profectò om-
nia illa phantasmata impedimento esse non possunt, quò minùs intellectus vnus, vnā
non producat intellectionem, vnamq; abstrahat à diuersis phantasmatibus, speciem
intelligibilem. Quare, si vnus esset omnium hominum intellectus; diuersitates phan-
tasmatum in diuersis hominibus existentes, intellectualis operationis diuersitatem
producere non possent, vt dicit Commentator: non est ergo vnus omnibus hominibus
intellectus. Sed dicis, à Commentatore vnionem intellectus in hominibus positam fu-
Species intelligibilis in duobus subiecti. isse, propter speciem intelligibilem, duo subiecta habentem, intellectiuum scilicet, &
phantasiā hominis. Sed tùm arguo: Aut illa species intelligibilis, est actu abstracta,
1. aut non: sed est species organica, materialis, intelligibilis in potentia. Si secundùm
primum modum res se habet; haud dubium, quin in phantasia non erit, sicut in subie-
cto: phantasia siquidem est virtus organica, & materialis. At verò si secundùm mo-
dum res procedat; profectò in intellectu esse non poterit, eò quòd est virtus immate-
rialis, & non organica: fieri ergo non potest, vt ea species simul sit in duobus subie-
ctis, quorum vnum sit intellectus, alterum verò phantasia. Nec valet præterea, quod
2. dici solet, illum vnum intellectum omnibus adesse hominum phantasmatibus; nam in-
finiti penè cùm sint homines per orbem terrarum; non video quomodo aliquis intelle-
ctus excepto duntaxat diuino, possit omnibus phantasiis hominum præsens esse. Nec
recipienda est illa similitudo de intelligentia, quæ mouet orbem, propterea, quòd non
sit in toto suo orbe simul & semel, sed in determinata potiùs orbis parte, tametsi to-
3. tum moueat orbem. Item, species illa non est vna ex parte intellectus, & multiplex
pro phantasmatum diuersitate, alioqui esset vna, & non vna. Quæro præterea, quo-
nam modo ille intellectus, phantasmati copuletur secundùm operationem? ipsa nam-
que operatio, estné ipsa intellectio, an fortassis mouere, vel moueri à phantasmate?
Non est quidem intellectio, quippe quæ non sit transiens operatio, sed immanens in-
tellectui. Quare, copulatione reali alteri secundùm esse distincto, nequaquam coniū-
Copulatio illius intellectus gitur, nisi vt obiecto cognito: neque est operatio, vtpote mouere phantasiam, vel mo-
ueri à phantasmate; alioqui huiusmodi intellectus ad phantasiam non secus se habe-
ret, quàm

De vnitate animæ.

ret, quàm motor ad mobile: quod est falsum. Illud præterea motum, vel solummodò
esset intellectus, & sic homo non intelligeret; vel phantasia: & ita hoc secundùm phan
tasiam intelligeret, quod est absurdum. Amplius, aut homo est solus intellectus,
aut habet substantiam intellectus, seu principium intellectiuum pro forma intrinse- 4.
ca, & actu formali. Non est autem purus intellectus, vt patet: igitur intellectus est
forma hominis intrinseca: vnumquodq; enim operatur secundùm quod est in actu: &
vnumquodq; agit, & patitur per aliquod separatum ab ipso secundùm esse. sed intel-
lectus est principium, & ratio intelligendi: igitur coniungitur homini secundùm esse
intrinsecum. Iterum, illud cuius ratione differentia sumitur specifica, est illius actus
formalis, & intrinsecus. sed substantia animæ intellectiuæ, siue intellectiui principij, 5.
est huiusmodi in homine; ab eo enim, secundùm commentatorem in principio 2. de a-
nima, rationale, hominis specifica differentia accipitur: dicit namq. hominem differ-
re à brutis animantibus per intellectum: igitur, intellectus est forma hominis intrin
seca. Item, si homo est aliquod ens, per se vnum in genere, & specie specialissima ge-
neris substantiæ: igitur intellectus est illius fòrma intrinseca; includit enim intelle- 6.
ctum, & corpus, etiam secundùm Commentatorem: homo siquidem non esset per se
vnus, nisi intellectiuum principium, sui ipsius corporis, actus esset formalis, & for-
ma sibi intrinseca. Etenim, ex duobus non fit vnum, nisi sicut ex potentia & actu.
Quare, si ad inuicem copularentur, vt dicit Commentator; neutrum sanè esse pos-
set actus alterius, atque ita non facerent vnum per se, sed aggregatione potiùs,
quod est falsum: homo enim est vnum per se, & non sicut aceruus lapidum.
Item, aut anima intellectiua in regendo corpore humano, motoris extrinseci, aut for-
mæ substantialis intrinsecæ fungitur officio. Quòd si motoris subeat vicem; haud du- 7.
bium, quin debeat multiplicari ad multiplicationem hominum. Nam, quemadmodum
diuersis orbibus, vt dicit Commentator, diuersæ applicatæ sunt motrices intelligen-
tiæ; ita planè singulis hominibus singulæ attribuuntur animæ intellectiuæ. Si verò
formæ intrinsecæ gerat officium; adhuc quoq;, in diuersis diuersæ, ac distinctæ nu-
mero animæ ponendæ sunt. Nam fieri non potest, vt, multorum indiuiduorum, vna
numero sit fòrma substantialis. Intellectus siquidem si est virtus animæ; tunc sicut
ad multiplicationem corporum, sequitur multiplicatio animarum; ita planè & intel-
lectuum, sequi debet. Amplius, aut homo habet esse ab anima intellectiua; aut ab
anima sensitiua seu vegetatiua. Si ab anima intellectiua: igitur, quot sunt esse 8.
hominum; tot quoque erunt animæ intellectiuæ. si verò à sensitiua, seu vegeta-
tiua: igitur, non esset maior & præstantior brutis animantibus, & plantis, quod
est absurdum. Sanè, fieri non potest, vt vna existente perfectione, secundariæ perfe-
ctiones sibi ipsi aduersentur in diuersis hominibus: ex quorum numero, quidam sunt Prima & secunda perfectio.
amentes, alij verò sapientes, quidam probi, quidam autem improbi. Quare necesse est,
prima perfectio, nempè anima intellectiua, pro multiplicatione hominum, multi-
plicetur. hoc etiam argumento vtitur commentator contra seipsum. Sed dicis, ab vna 2. de anima.
& eadem perfectione posse prouenire plures perfectiones, & in vno, & in pluribus
hominibus, idq; ex diuersis hominum phantasmatibus. Sed dictum est suprà, phantas
mata huiusmodi non habere eiusmodi virtutem, quia non sunt formæ intellectus pos-
sibilis; sed species intelligibilis ab ipsis abstracta: quæ cùm sit vna, actionū multipli
citatem extrudit. Si præterea omnes homines per vnum intellectum intelligāt; vnius
enim, & eiusdem virtutis, respectu quoq; vnius, & eiusdem obiecti, simul, atq. semel
plures fierent actiones: quod est omninò falsum. Etenim, si omnibus hominibus vnus
numero inesset oculus; profectò, si eodem tempore sol videretur, vna esset visio solis, 9.
licet multi essent videntes. Quare, si vnus est intellectus, respectu eiusdem obiecti,
& eiusdem temporis; vna planè erit intellectio, tametsi multi sint intelligentes: quod

De tripli-ci anima.

funditus certè euertit fundamenta Auerrois. Deniq; si homo beatitudinem aßequi-
tur per intellectum, vt vult etiam philosophus in ethicis, si eius intellectus est extrin
secus; quomodo verè erit beatus? Iterum, homo per animam intellectiuam, intelligit,
10. viuit, & sentit: igitur est illius forma intrinseca, & actus substantialis; sic enim phi-
losophus scripsit 2. de anima: quòd anima sensitiua, sensum præbeat: & vegetatiua,
vegetet: & intellectiua, faciat intelligere. Quòd si dixeris, illam diffinitionem esse
æquiuocam; ideoq; non oportere, vt quælibet anima sit actus corporis formalis: dico,
hanc nõ fuisse philosophi mentem, vtpote, qui cuicunq; animæ diffinitionem exactis-
simè, accuratissimèq; adaptauerit. Sed iterùm dices, homo non intelligit, sed bene per
cipit intellectum intelligere; quia intellectus præsens est, & copulatus modo iam di-
cto. Sed id nihil habet momenti; nam hoc ipsum percipere intellectum intelligere, est
intelligere: non enim aliquo sensu id percipitur; sed solo intellectu. Ampliùs, 2.
11. phys: inter formas naturales ab Arist: anima intellectiua sistitur. Et 3. de anima cõ:
2. à Commentatore copulatio ponitur prior copulatione secundùm operationem,
quæ ab eodem copulatio secundùm naturam vocatur. Quòd si anima intellectiua sit
separata secundùm esse: non ergo ad physici, sed potiùs ad methaphysici indaginem
12. spectat, & contemplationem. Præterea, vndecunq;, & cuiuscunq. phantasmatis re-
spectu producatur intellectio, siue absolutum aliquid extiterit, siue respectiuum, si
vnus fuerit omnium intellectus, huiusmodi intellectionis formaliter receptiuus; inde
sequi necesse est, vt omnes idem intelligant, quod ab vno intelligitur; id enim per se
conuenit habenti in se intellectionem formaliter: quòd verò ab isto, vel ab illo produ
catur phantasmate; contingit per accidens. Et hæc quidem ratio magnifit ab ipso eti-
am aduersario. Sunt & alia argumenta, & rationes pro tuendæ fidei, ac rationis ve-
ritate; sed affatim ista sufficiunt. Quòd ergo non sit vnus omnium hominum intelle-
ctus, dixi.

CAP: VIII.

Anima intellectiua in homine est eadem numero, & sensitiua, & intellectiua.

Ostquàm visum est, non esse vnũ omniũ hominum intellectum; operæpretium erit, eorum extrudere, atq; confutare errores, qui duas aut plures animas in homine essentialiter distinctas ponere tentârunt. De hoc autem negotio Diuus August: in lib: de duabus animabus, & alijs in locis apprimè disputauit: Duo, inquit, animarum genera esse dicunt Manichæi: vnum bonum, quod ita ex Deo sit; vt non ex aliqua materia, vel ex nihilo ab eo factum, sed de ipsa eius omninò substantia, pars quædam processisse dicatur: alterũ autem malum, quod nulla prorsus ex parte ad Deum pertineat: vnde illud summum bonum, hoc verò summum malum prædicant: atq; ista duo genera fuisse aliquando discreta, nunc esse commixta. Verùm doctissimè, acutissimeq; huiusmodi errorem confutat Augustinus: Si, inquit, illud malum genus animarum antequàm bono misceretur, aliquam habuisset voluntatem; alioqui sine voluntate, sine peccato, & innocens erat, & ideo nullo modo malum. Quod ideo malum, quia, licet esset sine voluntate, tanquam ignis, si bonum tamen attigisset, violaret atq. corrumperet. Sed quantum est nefas, vt natura mali valeat commutare Dei partem, & summum bonum violare? Non ergo illud genus malum animarum erat sine voluntate. Quòd si voluntas inerat; profectò inerat cogente nullo motu animi ad aliquid, vel non amittendum, vel adipiscendum: hoc autem aliquid, aut bonum erat, aut bonum putabatur; non enim aliter ap-

Duæ animæ.

August: rationes.

peti pos-

De tripli-
ci anima.

peti posset. sed in summo malo ante commixtionem quam prædicant, nullum vnquam
bonum fuit: vnde igitur ibi vel scientia, vel opinio boni esse potuit? An nihil volebant,
quòd illud bonum appetebant? Sanè præclara voluntas, & omni laude prædicanda,
qua summum & verum bonum appetitur. Hæc August: cuius sensus est, quòd nullo Summū malum non dari
pacto sit in rerum natura genus animarum malum, quod summum malum appelletur:
nam cui inest voluntas appetendi bonum; malum dici non potest. Deinde, bonum il-
lud extra se positum, vnde cognouerant? Si intellexerāt; quid tali mente præclarius?
si oculis corporeis viderant; quanta ipsorum laus & felicitas? Itaq́, quicquid vel in
illis oculis, vel in istis mentibus fecit Deus, vt ab his possit videri diuina substantia; 2
magnum & ineffabili laude dignissimum bonū fecit. si autem non factum, sed ipsum
per se tale, ac sempiternum erat; difficilè hoc malo quicquam melius inuenitur. Non
est igitur malum animarum genus. Amplius, si hæ animæ bonæ sint; qua iustitia seu
bonitate? si verò illæ malæ; naturané an voluntate? non natura, quia omnis natura bo- 3
na est: voluntate ergo. sed mala voluntas magnum est bonæ naturæ indicium: non est
ergo per se summum malum, malarum genus animarum. Hoc idem ponit lib: retract:
Dicunt Manichæi, inquit, duas nos habere animas, quarum vnam partem Dei appel- Retract: lib: 1. cap: 15.
lant: alteram verò dicunt esse de gente tenebrarum, quam non condiderit Deus, &
quæ sit Deo coæua: & has ambas animas, vnam bonam, alteram malam, quam propri-
am carnis esse dicunt, quamq́ volunt esse gentis tenebrarum: illam verò bonam ex
aduentitia Dei parte, quæ cum tenebrarum gente conflixerit, atq. vtrumq. miscue-
rit. Et omnia quidem bona hominis illi bonæ animæ, mala verò malæ tribuunt. Adhi- Orig. lib: 3. cap: 4.
bere quoq. solent ad suam sententiam sustinendam illud Apostoli 5. ad Gal: Manife-
sta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia &c. Et 1. ad Cor: 1.
Non multi sapientes secundùm carnem: & quòd alia sit sapientia carnis, & alia sapi-
entia spiritus: quæ vtiq. non potest dici sapientia, nisi sit anima carnis. caro præterea
pugnat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Sed hæc duo animarum ge
nera in homine sic intelligenda sunt, quòd anima adhærens carnis libidinibus, ad gen-
tem pertineat tenebrarum: adhærens verò sapientiæ spiritui, spiritualis efficitur, &
cœlestis. Magnum profectò vnius animæ signum, quòd libera voluntate huc & illuc
ferri, hinc atq. hinc referri potest. Nam hoc modo libet, hoc verò decet, quorum nos
in medio positi fluctuamus. Nec mirum; ita enim nunc constituti sumus, vt & per
carnem voluptate affici, & per spiritum honestate possimus: & hæ quidem duæ ani- Augustinus.
mæ, hoc est, duæ affectiones eiusdem animæ sunt. Quædam enim voluptatibus adhæ-
rens carnis, caro, dum verò spiritus, mentisq́, atq. rationis sequitur imperium, spiritus
appellatur. In ecclesiasticis præterea dogmatibus idem confirmat: Neq. duas, inquit,
animas esse dicimus in vno homine, sicut Iacobus & alij Syriorum scribunt: vnam a- Eccle: dog: 15. cap.
nimalem, qua animetur corpus, & immixta sit sanguini: & alteram spiritualem, quæ
rationem ministret. sed dicimus vnam esse eandemq́ animam in homine, quæ & cor-
pus sua societate viuificet; & semetipsam sua ratione disponat, habens in sese liberta
tem arbitrij, vt in suæ substantiæ eligat cogitatione quid vult. Quòd ergo non sint in
homine duæ animæ distinctæ, vt dicunt Manichæi, dictum est satis. Iam reliquum
est ostendere, quòd anima intellectiua in homine ipsa sit & vegetatiua & sensitiua,
quippe quæ eminenter has contineat. Cæterùm, operæpretium fuerit scire quandam
esse continentiam, qua superius ad inferius comparatur, atq. de eo in primo modo di- Continentia formalis.
cendi per se prædicatur; sic enim homo continetur in animali, & quælibet certè spe-
cies in suo genere. hoc autem modo vegetatiuum non continetur in sensitiuo, neq. sen-
sitiuum in intellectiuo; non enim sunt subalternatim posita: alioqui vnum sine altero
inueniri non posset. Itaq́ se habent sicut duo genera, quorum vnum perfectius, alte-
rum imperfectius habetur: inter quæ, sicut inter numeros, & figuras, ita naturæ ordo
versatur.

ci anima. versatur. Nam quemadmodum à trigono non eſt tranſitus ad tetragonum, niſi ſecun
Tertij de anima 31. dum contineat primum;ita planè à vegetatiuo non fit tranſitus ad ſenſitiuum,niſi ſe-
cundum contineatur à primo,& imperfectius à perfecto. Eſt autem & continentia
Materialis cõtinentia. materialis,qua vnum fundatur in altero,vtpote ſenſitiuum in vegetatiuo : propterea
quòd in his inferioribus radicem ſiſtat omnis gradus viuendi : eò quòd omne viuens
inferiùs opus habeat nutritione, quæ vegetatiui eſt operatio. Cùm verò dicat philo-
ſophus 2.de anima tex: 31.trigonum in tetragono contineri;ſicut vegetatiuum in ſen-
ſitiuo;de hac quidem continentia non eſt locutus;quandoquidem contrario modo res
ſe habeat: ſiquidem in inferioribus omnis vitæ fundamentum,eſt vegetatiuum. Qua-
re,ſecundùm hunc modum,ſenſitiuum eſt invegetatiuo,& omne ſuperius in ſuo infe-
Continentia virtualis. riori. Alia eſt continentia virtualis,ſeu perfectionalis,quæ à philoſopho potentia,id
eſt,potentialis appellatur; & hæc quidem totam continet virtutem inferioris, & ſu-
am ipſius,quæ eſt maior,& præſtantior. hoc autem modo dixit philoſophus vegeta-
tiuum in ſenſitiuo,& ſenſitiuum & vegetatiuum in intellectiuo contineri, potentia,
hoc eſt,virtute actiua. Ex hoc autem non licet inferre , quòd ſuperius producat in-
ferius;ſed quia potiùs valet omnem producere operationem , quàm poterat inferius.
His igitur ſic annotatis,dico,fieri non poſſe, vt plures animæ per eſſentiam differen-
tes in homine inueniri poſſint;alioqui non eſſet vnum ſimpliciter animal,cuius eſſent
animæ plures. Nihil enim eſt ſimpliciter vnum,niſi per formam vnam, à qua habet
Vna anima in homine. eſſe: ſiquidem ab vno eodemq́ res habet,vt ſit & ens,& vna: proinde quæ à diuerſis
formis,diuerſa nomina mutuârunt;non ſunt ſimpliciter vnum,veluti homo, & albus,
grammaticus & philoſophus. Quare, ſi homo albus ab anima vegetabili haberet , vt
eſſet viuum,à ſenſibili verò,vt ſit animal,à rationali autem homo ; haud dubiũ,quin
vnum ſimpliciter dici non poſſet. Quam ob cauſam 1. de anima diſputat philoſophus
contra eos,qui plures animas in homine poſuêre: modum,inquirens, quo ex pluribus
Rationes. vnum fiant, & quidem non eſt fas dicere,per corporis vnitatem,vnum fieri;cùm cor-
1. pus ab anima , & contineatur & vnum fiat. Quæ præterea à diuerſis prodeunt,ſeu
producuntur formis, ſi formæ inordinatæ ad inuicem extiterint;per accidens de ſe
2. ipſis prædicantur,vtpote album,& dulce in melle: ſeu nigrum , & grammaticum in
homine. ſi verò ordinem habuerint ad inuicem,prædicantur in ſecundo modo dicen-
di per ſe.Quòd ſi alia eſſet forma,à qua Ioannes eſſet animal,& alia,à qua & eſſet,&
3. diceretur homo; alterum iſtorum ſequi neceſſarium eſſet ; vel quòd vnum de altero
prædicaretur per accidens,ſi ordinem non haberent ad inuicem;vel ſaltem in ſecun-
do modo dicendi per ſe, ſi vna animarũ præambula eſſet ad aliam. ſed neutrum iſto-
rum eſt admittendum; animal enim de Ioanne,atq. de homine prædicatur in primo
modo dicendi per ſe:vna igitur,eademq. eſt forma ſubſtantialis,qua Ioannes,tum a-
nimal,tum homo eſt: alioqui animal non verè prædicaretur & de homine , & de Io-
4. anne. Ampliùs,quemadmodum in rerum ordine animata perfectiora,atq. præſtan-
tiora ſunt inanimatis, & animalia plantis, & homines brutis animantibus : deniq. ſin
gulis in rebus diuerſi ſunt perfectionis gradus,atq. naturæ ; ita certè res ſe habet in
intellectiuo,ſenſitiuo atq. vegetatiuo: proinde ſpecies rerum numeris à philoſopho
comparantur;numeri ſiquidem additione,ſubtractioneq́ vnitatis,ſpecie diſtinguun-
8.Met: tur.Et 2.de anima 31.vnam animam ab altera contineri affirmat , ſicut dictum eſt.
Quare, ſi anima intellectiua, ſua virtute contineat, quicquid ſenſitiua habeat bruto-
rum,& plantarum nutritiua,ſicut ſuperficies , cui indita eſt pentagona figura , non
per aliam, quàm per ſeipſam,eſt tetragona ; proculdubio vna eſt anima in homine,
nempè intellectiua,quæ ſua potentia,ſeu virtute cæteras continet. Conſueuêre non-
nulli & alia vti diuiſione,quæ in primam ferè incidit: Sub vna,inquiunt,forma non-
Eminenter. nullæ continentur eminenter,virtualiter,aut formaliter. Et eminenter quidem,velu-
ti au-

i aurum est argentum, plumbum, & omne deniq. metallum, puta, quia & continet argenti perfectionem, & eminet, aut quia illius perfectio argenti perfectioni emineat. Quo planè argumento vsi sunt sapientissimi quiq. à quibus præclarè dictum est, Deum esse omnia, & super omnia eminere: virtualiter verò, veluti sol est omnia, quæ generantur, & corrumpuntur; vtpote causa, & virtus generabilium, atq. corruptibilium: formaliter verò, quando vnum est de essentia alterius. Volunt ergo isti non solùm virtualiter, & eminenter animam intellectiuam esse, & sensitiuam, & vegetatiuam; verùm etiam formaliter: nam formaliter homo est animal, & viuens. Modus verò, quo istarum trium fit vnio, est talis. completa siquidem omni ex parte corporis humani formatione, anima intellectiua accedit, priori corrupta, cum suis omnibus accidentibus vsq. ad primam materiam exclusiuè. Itaq; primò in embrione fit vegetatiua: postea adueniente ipsa sensitiua, prima corrumpitur; remanetq; sensitiua, quæ est simul vegetatiua, & sensitiua: demùm adueniente intellectiua; sensitiua, quæ præfuit, corrumpitur; sicq; relinquitur sola intellectiua, quæ est sua virtute & sensitiua, & vegetatiua. Quomodo ergo sit vna forma, anima scilicet intellectiua in homine, & quilibet hominum habeat propriam formam: dixi.

Virtualiter.

Formaliter.

CAP. IX.

Argumenta contraria.

NOn defuére homines acri, ac subtili ingenio præditi, qui partis contrariæ 1.
tuendæ amore incensi, aduersus primam ac veram doctrinam pugnare non erubuerint: sic arguentes: Si, inquiunt, authore philosopho in libro de animalibus, fœtus in vtero prius viuit vitam vegetatiuam; nutritur enim & crescit: deinde sensitiuam, quando sentit, & mouetur. Cum ergo vtraq. anima sit animatus; vel animæ huiusmodi remanent post aduentum intellectiuæ, vel corrumpũtur. Remanent autem: quia si corrumperentur per plures progressus hominis; generatio, siue progressus generatiuus fieret. Igitur homo non ex sola constat anima intellectiua. Ampliùs, si ab anima intellectiua virtualiter conti-
nentur sensitiua, & vegetatiua; profectò ab eadem produci possunt: virtualiter enim 2.
aliquid continere, arguit virtutem producendi. Sanè, si eadem anima in homine sit intellectiua, sensitiua, & vegetatiua; proculdubio quidquid homini per intellectiuam esset, per sensitiuam quoq;, & vegetatiuam similiter se haberet, & è contra, eò quòd es simpliciter vna: quare, per sensitiuam esset risibilis: atq. ita omne sensitiuum esset
risibile. Ampliùs, si idem est in homine esse rationale, animal & viuens: igitur ab 3.
vna differentia, seu forma specifica omnia ista manarent: nam genus à materia, differentia verò sumitur à forma, authore philosopho 8. met: Sed rationale differentia hominis constitutiua ab anima sumitur intellectiua: animal verò, ex quo constat corpus animatum, ab anima sensitiua: non ergo in homine anima intellectiua est eadem cum sensitiua, quippe quæ sicut materiale suppositum eam præsupponat. Adde, quòd intellectiua ab intrinseco accedit, sensitiua verò, & vegetatiua ex semine proficiscuntur: animæ ergo illæ tres vna substantia in homine esse non possunt.
Ampliùs, quod 4.
est alicuius substantia, non potest alterius accidens esse, vt dicitur in physicis. Sed sensitiuum in animantibus est substantia, similiter vegetatiuum in plantis: in homine ergo accidentia esse nequeunt. Quare, in homine non erunt potentiæ, quæ sunt virtutes & accidentia. Homo profectò est animal equo præstantiùs, idq; animæ sensitiuæ gratia: igitur sensitiua in homine, est substantia, & non virtus.
Iterùm, homo & leo 5.
sunt eiusdem generis, quia in animali per se conueniunt: & non nisi propter animam

De tripli-ci anima.

sensitiuam: igitur sensitiua in homine non est substantia; nam quemadmodum in leone intellectiua non est substantia; ita planè & intellectiua in homine: par siquidem ratio in vtroq. esse videtur. Aristoteles præterea in vno animato vnam constituit a-
6. nimam: cæteras verò dicit esse potentias: ergo quod prius. Per vnam præterea eandemq; formã, duo actus ex omni parte cõtrarij, nequaquam proficiscuntur, & quidẽ respectu eiusdem obiecti. sed appetitus animæ sensitiuæ dissẽtit, imò acerrimè pugnat aduersus appetitũ animæ rationalis; vt nõ quæcunq; volumus, illa facere deceat: igitur ab vna forma nõ prodeũt. Reuera, si nostris in sensorijs mediante anima sensitiua, sensationes fiunt, nõ autẽ mediante intellectiua, alioqui post mortem remanerent: igitur sensitiua & intellectiua nõ sunt eadẽ anima in homine. Præterea, si ita res se habe-
7. ret; tunc multa sequerentur absurda, & à vera philosophia dissona. Inprimis, tunc homo nõ gigneret hominẽ; omne enim animal generat per formã, quam generat in materia. sed anima intellectiua nõ est huiusmodi, vt dictũ est: igitur homo deterior esset cæteris animantibus. Deinde, nulla esset nutritio, imò in brutis perfectior nutritio inueniretur. Quare, præter intellectiuã, necessaria est homini anima, quæ nutritione cõseruetur; nam si nulla forma sit in homine præter intellectiuã; tunc nunquam posset corrumpi: corruptio namq; semper est alicuius formæ. at anima intellectiua est incorruptibilis, & in homine non est alia forma, nisi intellectiua: esset ergo incorruptibi-
8. lis. Amplius, illæ animæ sunt diuersæ substantiæ, quarum vna est forma materialis, corpori inhærens humano, altera autem minimè. sed anima intellectiua non est forma inhærens corpori humano; quia non est in materia indiuidualis, alioqui esset corruptibilis secundùm materiam: in causa autem est, quia omnis forma habens contrarium, per se, siue per accidens, hoc est, secundùm suas dispositiones, est corruptibilis. 1. de gen: com: 50. sed dispositiones præcedentes animæ intellectiuæ accessum, sunt contrariæ: ipsa ergo esset corruptibilis. At anima sensitiua inhæret corpori hominis, aliter homo non haberet formam indiuidualem & propriam: igitur sunt substantiæ
9. diuersæ, & non vna, & eadem anima. Item, omne agens vniuocum producit sibi simile in specie, vt omnibus constat. sed homo est agens vniuocum, quippe qui generat sibi similem in specie ex materia, & sole, 2. phy: 70. Producit ergo formam, qua homo genitus est homo, non quidem intellectiuam, quia venit deforis: ergo sensitiuam: ergo
10. quod prius. Amplius, contra modum, quo istæ tres animæ vniuntur, sic arguo: si præcedentes dispositiones corrumpuntur, accedente anima intellectiua; aut id quidem per se continget, aut per accidens. non certè per accidens; nihil enim corrumpitur, nisi vt suapte natura corruptibile est. Cùm ergo illæ dispositiones habeant corruptiuum; per se igitur, & non per accidens corrumpuntur: sed neq. etiam per se corrumpuntur; quandoquidem quod per se corrumpitur, à contrario corruptiuo corrumpatur. sed forma sequens, & per accidentia, quæ illam sequuntur, non sunt illis contraria, vtpote cùm sint eiusdem generis, imò eiusdem speciei. In aduentu igitur nouæ formæ, nequaquam corrumpuntur. Et reuera, non corrumpuntur in tempore; quia non in tempore nouæ formæ sequente inductione, propterea quòd eo in tempore minimè sint. neq. in tempore præcedente, cùm continuò antea generabantur: ideoq; tunc corrumpi non poterant. neq. in instanti, vtpote, quia eo modo res corrumpitur, quo & generatur: quemadmodum videre est in forma substantiali, quæ citò fit, atq. citò cor-
Auerroes. rumpitur. Cùm verò, teste Auerr: 1. phys: huiusmodi dispositiones successiuè generentur; haud dubium, quin & successiuè corrumpantur: ergo quod prius. Præterea, si
11. corrumpantur in instanti; in eo vtiq. instanti corrumpi, necesse est, in quo vltima forma introducitur. at in illo corrumpi non possunt, propterea quòd omne corruptum esse præcedit alterari; atqui continuò ante hoc perficiebantur, & non alterabantur ad corruptionem: in illo ergo instanti corrumpi non possunt. Ad hæc accedit, quòd

illæ

illæ dispositiones frustra inducerentur; si in aduentu illius rei, cuius gratia sunt positæ, corrumperentur. Amplius, si in aduentu nouæ formæ desinerent; tunc certè in illo priori, in quo materia præcederet formam, ipsa vtiq. nuda remaneret materia, & ita indifferens ad omnes formas: quod fieri non potest: sic enim nullam caperet formam, cùm non magis ad vnam, quàm ad alteram à suo appetitu moueretur. Aristoteles præterea dicit, agentium actum in propria & disposita materia inueniri: In aduentu igitur nouæ formæ præcedentes dispositiones non corrumpuntur. 12.

CAP. X.

Soluuntur Argumenta.

AD primum dicitur, Embrionem prius viuere vitam vegetatiuam: qua abiecta, sensitiuam accedere: postremò intellectiuam, cæteris prioribus exclusis, atq. corruptis. Nam cùm anima intellectiua corpori vniatur humano, vt forma substantialis; fieri non potest, vt præter eam, aliqua alia forma substantialis inueniatur in homine. Etenim, cùm forma substantialis det esse simpliciter; hac de causa eius accessu, aliquid simpliciter generatur & recessu corrumpitur. Quare, si præter animam intellectiuam, in homine alia inueniretur forma substantialis; haud dubium, quin per aduentum intellectiuæ, nihil simpliciter generaretur, neq. per eiusdem defectum, corrumperetur, quæ omnia constat esse falsa. Nulla ergo forma substantialis est in homine; excepta anima intellectiua, quæ sua virtute continet inferiores formas. Itaq; in aduentu intellectiuæ, non solùm corrumpuntur priores formæ: sed earum quoq. accidentia. In causa autem est, quia accidentia materiæ primæ immediatè non insunt; sed ipsi potiùs composito. quare corrupta forma, vtpote vegetatiua, & sensitiua, quam comitabantur, & ipsa quoq. corrumpi necesse est. Ad 2. dico, animam intellectiuam sua virtute omnes illas formas continere, quia eorum operum potest esse principium, quorum & illæ esse censentur & sunt. Ex hoc autem non sequitur, quòd producendarum virtutem illarum habeat animarum. Ad confirmationem respondeo, quòd quamuis per animam intellectiuam homini insit, vt sit homo, & animal, & viuens; non ob id tamen necesse est, vt quidquid inest homini, quatenus homo, insit ei quatenus est animal, & viuens. Licet ergo eadem forma substantialis in homine sit intellectiua, sensitiua, atq. vegetatiua; id nihilominùs quod competit ei per intellectiuam, non competit per sensitiuam, & vegetatiuam. vnde necesse est ad caput redire, nempè animam intellectiuam, omnes illas formas sua virtute continere. Ad 3. dico, non opus esse, pro diuersis intentionibus logicis, quæ modum intelligendi consequuntur, in rebus naturalibus diuersitatem accipiendam esse; cùm à ratione vnum idemq; apprehendi possit. Quare, cùm anima intellectiua, quidquid habeat sensitiua, & vegetatiua, sua virtute contineat, & adhuc amplius, suam scilicet præstantiorem, nobilioremq; naturam: idcirco ratio valet seorsim considerare, quod ad virtutem sensitiuæ, veluti ad quoddam materiale, & imperfectum attinet. Et quia inuenit homini, ac cæteris animantibus quoddam commune; ideo ex eo, generis rationem formauit. Porrò, id, in quo anima intellectiua, cæteris præstat animabus, formale, & completiuum appellauit, indeq; distinxit hominis differentiam. Ex quo patet, quòd non sint duæ animæ substantiales in homine collocandæ. Et cùm infers, quòd intellectiua extrinsecus accedit; dico id verum: non tamen sine dispositione vegetatiuæ, & sensitiuæ, quæ vt dispositiones in fieri intrinsecus accedebant. Ad 4. vegetatiua, & sensitiua in homine est substantia, quæ nimirum est anima intellectiua, à qua eminenter & virtualiter reliquæ continentur. Ad

Marginal notes: 1. — Forma substantialis. — 2. — 3. — 4.

ci anima.

5. *Quamuis homo et animantia rationis expertia, per sensitiuam, quæ est substantia, in*
5. *animali conueniant; ex hoc tamen non sequitur, quòd si sensitiua in bruto non sit in-*
tellectiua, in homine similiter se habeat; homo enim & brutum ratione animalitati
in animali conueniunt: animalitas verò in bruto, non est humanitas sicut est in homi-
6. *ne: non est ergo similis ratio. Ad 6. dico, actuum diuersitatem non arguere seu o-*
stendere animarum distinctionem, cùm ab vna eademq; forma prodeant; diuersa ta-
men ratione, & respectu: nam eadem anima quatenus cælestibus inhæret, cælesti
appetere dicitur: quatenus verò terrenis incumbit, terrena sapit, terrigena effecta
Ad confirmationem respondeo, asserens in anima sensibiles species inueniri, tamets
quoàd dependentiam in esse, & in conseruari, à sensoriis profluant potentiis. vnde si
7. *vt hoc modo corruptibiles sint. Ad 7. dico, hominem gignere, & vegetatiuam &*
sensitiuam; quæ tamen adueniente intellectiua corrumpuntur: generat autem homi-
nem, non quia in materia formam gignat, cùm intellectiua deforis accedat; sed qui
in materia dispositionē aduehit, absq; cuius adminiculo, intellectiua nequaquam ac-
cederet, eò quòd sit actus corporis physici, organici, in potentia vitam habentis. ha
de causa nonnulli moti sunt, vt formam corporeitatis ponerent: quam post elementa
Forma corporeitatis. *rium inductionem formarum, in materiam aduenire affirmant humanam: quamqu*
pro hominis generatione parentes inducunt. vnde & hac forma corrupta, & hom
corrumpi dicitur. hæc autem in eodem simul instanti in materia recipitur, in quo i
tellectiua ad corpus accedit. Rationi namq; consentaneum esse videtur, vt à diuers
diuersæ formæ producantur, à parentibus forma corporeitatis: à Deo autem anim
intellectiua. Sed in 3. Pymandri de hac re locuti sumus. Modò id suffecerit dixiss
ex hoc hominis generationem, quatenus est homo, saluari non posse. Etenim homo, es
homo per animam intellectiuā, quæ à Deo immediatè creatur, & infunditur. Quar
si ita res se haberet; tunc homo non esset generabilis, neq; corruptibilis: quod est ma-
nifestè falsum. Itaq;, quemadmodum isti dicunt, hominem fieri, quia corporeitas pr
ducitur; ita planè nos asserere valemus, hominem fieri, non quia eius forma à paren-
tibus progagetur; sed potiùs, quòd adueniat in materiam dispositam: corrumpi verò
cùm à materia recedit: atq. ita dicimus hominem simpliciter fieri, & corrumpi. A
Nutritio. *illud de nutritione, dico, hominem nutriri, quia eius forma de nouo fit in plur: & nou*
8. *materia. Ad 8. dico, animam intellectiuam esse corporis humani formam substan-*
tialem, à qua habet esse, & viuere: & cùm dicis non formari in corpore, dico eatenu
in corpore formari; quatenus debita dispositio ab agente naturali in corpore produ-
citur, sine qua anima intellectiua non accederet, & id sufficere pro tueenda illius vi-
tute: hoc enim modo non paruum est animæ rationalis insigne, quòd ab agente creat
9. *produci nō possit. Ad 9. Similiter patet responsio; homo enim generat hominem, di-*
spositionem inducendo, per quam anima rationalis corpori vnitur: vnde generat sib
simile in specie. Decet autem hominis dignitatem, vt vna sit illius substantia, & for-
ma; tùm quia vnius rei, vnum sit esse; tùm quia diuersæ animæ diuersa producunt a-
nimata: homo autem, & vna res est, & vnum animatum. Præterea, quo aliquid es
perfectius; eo planè est simplicius: & per vnam hominis substantiam saluari possun
10. *omnia ipsius accidentia: igitur vna est forma hominis substantialis. Ad 10. dic*
potest, dispositiones illas bifariam esse corruptibiles: per accidens quidem corruptio-
ne subiecti, cui inerant: per se verò, aduentu contrarij corruptiui. Et cùm instas, quòd
forma sequens sit eiusdem speciei, negatur assumptum; anima enim intellectiua, &
sensitiua differunt specie, tametsi, vt est in intellectiua sit eadem substantia. Et cùm
iterum instas de tempore corruptionis, in instanti eas omnes corrumpi, affirmo: ita
vt primum instans esse formæ sequentis, sit primum non esse formæ, & dispositionum
præcedentium. Alteratio præterea præcessit, disponens corruptionem formæ priori

& gene-

& generationem formæ sequentis. Quare, vegetatiuæ corruptionem præcessit altera tio: adueniente autem sensitiua, secessit simul cum suis accidentibus; & hæc quidem desinit esse aduentu intellectiuæ. Ad 11. si quis diceret aliquid posse corrumpi, nul- 11.
la præcedente alteratione ad illam disponente; nullum planè absurdum diceret, modò corrumpatur per accidens, alterius scilicet corruptione, sicut est in proposito, vbi dispositiones formæ præcedentis corrumpuntur corruptione eius formæ, cuius erant. Hanc ob causam scire oportet, quòd terminus alterationis præcedentis sit generatio formæ subsequentis: ad cuius profectò introductionem præcedens illa alteratio disponebat. Quare, si alteratio est intenta ab agente propter seipsam, & non per accidens, alterius scilicet gratia; tunc proprio ac intrinseco clauditur termino. Cum verò intenditur alterius gratia; alieno vtique concluditur termino, sicut est in proposito: non ergo illæ dispositiones perficiebantur, quia non gratia sui, sed aduenientis formæ alterabantur. Et cùm infers, illas esse inanes, & inutiles, non approbo; propterea, quòd non disponebant ad factum esse, sed ad fieri, quæ non remanent adueniente fine, cuius gratia sunt positæ. Ad 12. & vltimum, negatur sequela illius illatio- 12.
nis; quandoquidem primum instans esse formæ sequentis, sit primum instans non esse formæ præcedentis. Ad Philosophi autem authoritatem dico, omnem quidem actum a disposita materia fieri, non certè dispositione pro facto, sed quæ inducta fuerit pro ipso fieri. Et hæc dicta sint pro argumentis.

CAP: XI.

Philosophorum sententiæ de triplici anima.

REI magnitudo atque grauitas me vrget, vt sapientum sententias, rationesque exquiram, ad veritatis complementum, dilucidationemque pleniùs habendam; proinde nonnullorum philosophorum, qui de hac re abundè disertèque disputârunt, in medium afferre curaui. Et inprimis nostri magni Mercurij authoritatem, veramque philosophiam; is enim in suo Pymandro triplicem mentem posuit, & quidem distinctè atque dilucidè: nam in primo MErcurius de
dialogo Deum mentem appellat, cuius germen est verbum lucidum: Germen mentis, triplici mente
inquit, verbum lucidum, Dei filius. Et circa finem quinti, nominat mentem intelligentem: Mens quidem, ait, intelligens, pater fabricans, Deus efficiens bonum, bona faciens omnia. Et circa finem octaui, vocat mentem incorpoream, & bonam: Ad primũ, inquit, Deum, vt incorpoream & bonam mentem, homo sua mente consurgit. In fine verò vndecimi, modũ ostendit, quo Deus mens cognosci possit, per intellectũ scilicet; Deus mens.
nam cognitio fit à simili: Mens, inquit, in ipsa intellectione conspicitur, seu intelligitur. Porrò, in principio 12. dicit hanc mentem ab essentia Dei nasci, & ab eius essentia nunquam esse diuisam: siue filium Dei, siue Spiritum sanctum intelligat. Et ab hac dicit hominibus tribui, vt dijs similes reddantur: animantibus verò rationis experti- bus, vt sensu, & natura sensitiua prædita sint. Itaque Deus apud Mercurium, est mens fœcunda, pariens alteram mentem, & mens, & germen, tertiam mentem: vnde tres mentes, & vna mens, tres personæ, & vna essentia. Mens intelligens, mens bona, faciens bona omnia. Est & alia mens, donum scilicet Spiritus sancti, quod à Dauid vocatur donum intellectus: Intellectum tibi dabo. Hanc verò mentem non omnibus qui- Mens donum
dem impendi, affirmat, quippe quia non omnes apti sunt, vt eam recipiant. Vnde in 2. Spiritus S.
dialogo Pymandri ait: Deus profectò mens non est, inquit, at verò vt sit mens, causa est, vt est sensus, Deus nõ est essentialiter suum donum creatum; sed suo quidem dono efficit, vt mens humana & angelica, suo fungantur officio, ac ratione vtantur: eodem

ci anima. modo Deus non est spiritus, sed causa, qua spiritus extat: neque lumen, verùm causa
qua lumen existit, hoc est, est supra omnem mentem, supra omnem spiritum, supra
omne lumen, & omnium istorum causa, principium, & origo. In 4. Pymandri, in cra-
têre patulo à Deo locatam fuisse, affirmat, de quo in quinto libro plurima dicta sunt.
Denique 12. dialogo dicit, hac mente libidines frenari, ac bona animæ procurari: deni-
Homo mens. que passiones prorsus omnes cohiberi. Tertia verò mens, est homo, quem bonas ac ma
Dial: 9. las notiones cõcipere, affirmat: Mens, inquit, id est, hominis anima intellectiua, oẽs
notiones cõcipit, bonas quidẽ quoties à Deo semen infunditur, cõtrarias
aũt cùm à dæmonibus quibusdam spermata iaciunt: vnã ergo animã, vnamque
mentẽ in homine collocauit, nec ab ea sensitiuã discreuit. Quamobrẽ (inquit in eodẽ
dial: 9.) sensus & intelligentia in homine, inuicem sunt cõnexa, & conspi-
rant inuicem. Hæc est vera de animæ humanæ vnitate, magni Mercurij philosophia
Plato in Timæo. Plato in Timæo, triplicem videtur animam ponere, & quidem loco distinctas, nem-
pè vegetatiuam in hepate, pro sui actione perficienda: rationalem in cerebro: & sen-
sitiuam in corde. Alij dicunt, propter ideas huiusmodi animas à Platone fuisse distin
ctas. Cùm enim dicat, Mercurium, siue aliquem alium hominem esse animal, quò e
ius forma animalis idea participat: hominem verò, quò hominis idea: inde fit, vt quem
admodum ideæ, quibus participat, diuersæ sunt; animæ quoque diuersæ sint. Verùme
Defensio Platonis. nimuerò, vt Platonici sentiunt de mente Platonis, vna tantum anima rationalis scili-
cet est in homine, substantialis, indiuisa, in se consistens; quæ neque capiti velut subster
taculo, commendata est, sed potiùs vt instrumento ipsius accommodata. Partem au-
tem corpoream, & sensitiuam, proprijs, aptisque membris accommodauit; quibus suos
affectus, suasque passiones exercere valeret. Quam ob causam audaciam, & iracundi-
am in sede cordis collocauit; in iecoris verò concupiscentiam. Hæ igitur vires sunt v-
nius eiusdemque animæ, pro diuersitate membrorũ, atque officiorum, non autẽ pro sub-
stantiæ ratione distinctæ. Vnam ergo animam in homine ex Platone agnoscimus; non
substantia, sed affectu distinctam, pro incolatu huius habitationis, & huius temporis
Duo sunt, inquit, genera morborum animæ, insania, & demẽtia. Quæcunque igitur pas-
sio alterutrum istorum infert, animi ægritudo est nuncupanda: idcircò voluptates
Voluptas & dolor. doloresque admodum vehementes, morborum animæ omnium grauissimi iudicandi. N
dixit animarum; sed animæ, propter animæ vnitatem in corpore existentis: quapro-
pter diligentia victus corrigendi sunt morbi, prout cuique datur otium. Vocat autem
partem irrationalem, partem corpoream, quæ ab ipsa anima regitur. at de commun
quidem anima agit, & parte illius corporea, qua diligẽtia regenda, & gubernanda sit
satis est dictum. Ipsum verò quòd gubernaturum est, nempè animum, pro viribus
instruendum est. Distinxit autem hominem in partem corpoream, & incorpoream
Tres animæ quæ sint. cum suis affectibus, & passionibus; non autem tres animas posuit essentialiter distin
ctas; tametsi passiones et affectus nomine animarum appellauerit, locoque distinxerit
propterea, quòd illis in membris illarum virtus apparet, & dementia cognoscitur. S
præterea ex anima & corpore fit vna vita, & vnum esse; alioqui non magis homo esset
animal, quàm paries est albus. sed vna vita, & vnum esse, ab vna forma procedit, &
in homine est vna vita: igitur vna forma, anima scilicet intellectiua, quæ corpori lar
Plato. gitur esse, & viuere, 12. de legibus testante Platone: Anima, inquit, facit hoc ipsum
quod sumus: non ergo anima vtitur corpore, sicut nauta naui, eò quòd nauta non lar
gitur vitam, sed modũ regendi. Hæc dicta sunt pro nostro Platone. Plotinus Enn: 4
Plotinus dicit vnam esse animam. lib: 9. cap: 1. dicit vnicuique nostrum vnam inesse animam, & non plures. Vniuscu
iusque nostri animam vnam esse dicimus; quoniam vbique tota est in corpore: ac re
uera hoc pacto est vna. sed num rectè dicatur, omnes animas esse vnam, sicut vna e
sua cuiusque anima? Absurdum profectò erit: nam si vna esset; oporteret vtique m
sentiente

De tripli-ci anima.

sentiente, alium quoq; sentire: ac me benè viuente, alium benè viuere: non ergo omnes animæ sunt vna anima; sed vnusquisq; propriam habet animam. De Pythagora autem à nonnullis dicitur, eum putâsse ac docuisse, omnium animatorum animam vnam esse specie, diuersas verò rationes, ac nomina sortiri propter differentiam corporum quæ ingrediuntur; nam & in humano corpore humanam, & in ferino ferinam, & in stirpibus vegetatiuam vitam ducere, arbitrabatur. Verùm à philosopho 1. de anima, tex: 53. hæc omnia fabulæ Pythagoricæ vocantur: Tanquam, inquit, possibile sit secundùm Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi. Similiter itaque dicunt, atque si quis dicat tectonicam in fistulas ingredi. Etenim ars quidem, instrumentis, anima verò corpore vtatur, oportet. Verùm secundùm quendam altiorem intellectum hæc intelligi decet, animam scilicet nostram ob quandam liberi motus infinitatem, & intra se in brutorum posse omnium affectus, habitusq; proruere, & extra se in brutorum loca diuino quodam transferri iudicio. Omnes prætereà inferorum viuentium dotes in hominis anima, tanquam perfectissima continentur: quapropter potest effici quod vult, vt dicit Mercurius, et Tigridis induere duritiam: & leonis superbiam, & vulpis dolos, & canis sagacitatem, & serpentis prudentiam. Si hunc in modum progreßionem animæ rationalis in alias, atq; vicißim in hanc aliarũ regreßionem acceperis; non longè aberraueris à vera Platonis atq; Pythagoræ philosophia. Simplicius putauit animam rationalem in homine, & vegetatiuam, & sensitiuam, & intellectiuam simul esse; hasq; vnam quidem esse constitutione, plures verò ratione partium: arbitratur enim ex parentum semine, in ipso fœtu primò vegetatiuum deduci, deinde sensitiuum: quo adueniente, vegetatiuum corrumpi, & sensitiuum generari; nempè substantiam sensitiuam, adueniente intellectiua, non corrumpi, sed per intellectum perfici. Imaginatur siquidem ex illo sensitiuo perfectissimo, quod vltimo in fœtu fit, tanquam ex altera seminaria, & ex intellectu extrinsecus accedente, animam rationalem constitui, veluti ex cera, & figura figuratum. Porrò, diuidit hanc animam in noeticam, in intellectiuam, & dinoticam, rationalem, & vegetatiuam. Quare, putauit Simplicius, omnium hominum intellectum vnum esse numero: rationales verò pro hominum numero multiplicari. Sed hæc sententia à peripatetica dissentit disciplina, ne dicam à sacrorum Theologia. Etenim, si proceßus naturæ, quo homo generatur, ex imperfecto ad perfectum, ad sensitiuum scilicet terminatur; tunc planè homo, vt homo, non antecelleret bruto: si autem antecellit; id certè fit gratia intellectus. Quare, si intellectus fuerit vnus numero; vltimum profectò omnium hominum esse, erit vnum numero, quo nihil est absurdius. Ampliùs, si ex intellectiuo & sensitiuo, siue rationali, homo constituitur in specie; aut æquè primò, aut quodam ordine: nõ quidem æquè primo; alioqui vnius terminati erunt duo vltimi termini: atque ita in vna eademq; anima, erunt duæ vltimæ formæ, & leonis, & equi. Quod multùm à veritate aberrat, cùm species distinguantur suis, ac peculiaribus formis: sin autem ordine quodam, cum dianoeticum, secundùm Simplicium præcedat; in illo vtiq; priori hominem constituet in sua vltima specie, atque ita intellectus adueniens, erit accidens; quia aduenit rei vltimam speciem haben[ti]: si autem ita non fiet, vltima forma erit intellectus. at intellectus est vnus numero omnium: omnes ergo homines erunt vnus numero homo, quod est erroneum. Non defuit Auicebron opinari, quodam ordine in hominis generatione has tres animas fieri: primò quidem vegetatiuam, deinde sensitiuam, postremò intellectiuam: & has quidẽ omnes materiam æqualiter informare, ac perficere, nec aliam haberi ad aliam dispositionem, vtpote à vegetatiua materiam embrionicam disponi pro recipienda sensiti[ua]; neq; à sensitiua materiam præparari ad suscipiendam intellectiuam; putabat enim substantiam disponere non posse, vt substantia recipiatur, propterea, quòd ad

Pythagoræ positio.

Defensio Pythagoræ.

Simplicij positio.

Error Simplicij.

2.

Auicebronis positio.

ipsam

De triplici anima.

Auicennæ positio.

ipſam ſpectet, eſſe ſimpliciter exhibere, accidẽtia verò hoc præſtare poſſe. Exiſtimauit ergo iſte præcedentes animas perficere: nõnullis verò videtur, eas ſolummodò diſponere: alijs verò & perficere, & diſponere. ſed vtcunque res ſe habeat; à veritate quàm longiſſimè abſunt. Etenim, etſi vna ſubſtantia ſit altera perfectior; quælibet
1. *tamen eſt ens ſimpliciter, largiens eſſe ſimpliciter: nam æquè forma ignis, dat igni eſſe ſimpliciter: ac forma hominis, ipſi homini; vterq; ſiquidem in ſua ſpecie conſtituitur à forma ſua ſubſtantiali: non ergo poſſunt eſſe in homine plures formæ ſubſtan-*
2. *tiales. Ampliùs, ſi in homine eſſent tres animæ; & vna eſſet ſubſtantia ſimpliciter, altera verò accidens; quia plures formas ſubſtantiales non capit: igitur altera ſubſtantia reſpectu alterius, eſſet accidens, quod eſt erroneum: ſiquidem ſemel ſubſtantia non poteſt eſſe accidens; quia formæ ſubſtantiales ſuis proprijs clauduntur ter-*
3. *minis. Itaq; ſi anima vegetatiua det ſuæ materiæ eſſe ſimpliciter, ſicq; perſeueret; omnis profectò deinceps forma adueniens, erit accidens. Quare, cùm tres animæ ſint tres formæ, & in vno ſuppoſito non poſſit eſſe, niſi vna anima: ſi tres erunt in vno homine; vna erit ſubſtantia, reliquæ accidentia, quod eſt falſum. Vna eſt ergo anima in homine.*

MERCVRIVS.

Sic ergo feliciori loco medietatis eſt poſitus homo: vt quæ infra ſe ſunt, diligat; ipſe à ſuperioribus diligatur: colit terram: elementis velocitate miſcetur: acumine mentis in maris profunda deſcendit: omnia illi licent: non cælum videtur altiſsimum; quaſi enim è proximo ſagacitate animi intuetur. Intentionem animi eius nulla aëris caligo confundit: nõ depreſsitas terræ, operã eius impedit: non aquæ altitudo profunda deſpectũ eius obtũdit: omnia idem eſt, & vbiq; idem eſt.

Commentum IIII.

Oſteaquam viſum eſt, ex Mercurij aliorumq; ſapientum ſententia, vnam & non plures eſſe hominis animas, eamq; intellectiuam & rationalem virtute ſua, & vegetatiuam & ſenſitiuam continentem: deinceps videre licebit hominis acumen, ſagacitatem, atque præſtantiam, qua omnia percipit, vniuerſa intuetur: denique alta cæli, & profunda terræ, marisq; ſecreta, ſuæ penetrat mentis acumine. O præſtantiſſimum animal; cuius ſagacitati omnia ſunt peruia: cuius intelligentiam nihil latet eorum, quæ ab ipſius animi ſagacitate ſubtilitateq; percipi poſſunt! O verè, inquam, ſanctum diuinumq; animal, ludus & poſſeſſio deorum, vt dicit Plato; non quidem vile mancipium, quod ſibi in peculium ſuum propriũ aſſcripſit Deus! Et huiuſmodi tantùm, et tale animal in feliciori loco medietatis eſt poſitũ, inquit Mercurius, vt quæ infra ſe ſunt, diligat, *proſpiciat, regat, & gubernet, atq; ſuæ prouidentiæ amorẽ impendat:* ipſe verò à ſuperiorib' diligatur, *regatur, & gubernetur.* In loco medietatis, *inquam, vt eſſet creaturarum omniũ internuntius: ſuperis & inferis familiaris: vt eſſet naturæ interpres: ſtabilis æui, quoâd animam,*

Hominis præſtantia.

In Phedro 10 de legibus.

De hõinis potentia.

ad animam, & fluxi temporis, quoâd corpus: vt eßet deniq; mundi copula, & hyme-
næus quidam parum ab angelis diminutus. Vnde audendum est dicere cum Mercu- *Homo est copula mundi.*
rio, hominem quidem terrenum, deum quodammodo esse mortalem,
Deum verò cælestem, immortalem hominem. Quare, cùm tàm felicißimis
auspicijs sit genitus; non temerè Prothæi aut Chamelontis fungi potest officio, ac vi-
cem mutationis subire. Potest enim effici quod optat, & esse quod vult: vt- *Chamelonta.*
pote qui inter diuina & bruta sit medius, & in eam, quæ sibi arriserit, naturam facilè
vertitur. Non sic bruta, quæ simul atq; orta sunt, id secum afferunt, quod perpetuò
poßeßura sunt: nec tales sunt angelici spiritus, qui mox vt creati fuerunt, finito cõ-
fletoq; bello inter Michaêlem & draconem, id adepti sunt, quod in perpetuas æterni
tates obtinebunt: homines autem omnigenæ vitæ semina à Deo patre acceperunt. quò
fit, vt quæ quisq; excoluerit, illorum mores & imagines induat: quòd si ad seipsum re
uerit; vnus cum Deo spiritus efficitur. Hanc ob causam Platonicus Prometheus, ra- *Prometheus.*
tionalis gubernator, ex officina Vulcani & Mineruæ, artificiosam sapientiam surri-
piens, homini dedit; vt ex hac diuini muneris largitione, cum dijs cognationem habe-
ret. Vnde Plato in Prothagora: Solus homo, inquit, ex omnibus animantibus diuinæ *Plato.*
artis particeps effectus est: solus ob hanc cognationem deos eße putauit, arasq; illis,
& statuas dicauit. Hæc est illa nobis Dei inserta cognitio: nam quæ gens est, aut quod
genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, in- *Cicero.*
quit Cicero? Quare, ob hanc cognationem Deum agnoscimus, & cupimus tanquam au
torem: inuocamus, & amamus vt patrem: vt regem veneramur: & timemus vt domi
num. Et reuera, vt dicit Plato in libro de regno: Quemadmodum sine homine bestiæ *Plato.*
feliciter gubernari non poßunt; ita planè nec homines sine Deo. Quamobrem præcla
rißimè dictum est à Mercurio in præsenti iam textu: Vt diligat, inquit, inferio-
ra, & ipse à superioribus diligatur, hoc est, vt gubernet, & gubernetur, propte *Textus expo:*
rea in feliciori loco medietatis positus, & terram colit. Alludit ad illud Ge-
nes: Posuit Adam in paradyso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Opera- *Genesis.*
tionem hanc non laboriosam, sed voluptariam, & animi causa, dicit eße Augustinus: *Augustinus.*
custodiam autem; vt quasi vigilaret, ne de sua terra pelleretur. Est item operatio, &
custodia habitatio. Sic nobis Latinis cultus, non solùm operatio, sed habitatio & fre- *Cultus.*
quentatio: vnde, Tyrij coluêre coloni. Hoc ipsum Hebraicè Habad: proinde & serui *Virgilius.*
Dei cultores appellantur, quippe qui in eum semper intenti, sæpè eum adeant, & fre
quentent. Sensus ergo Mercurij est, homo colit terram, id est, habitat & frequen
tat: deniq; custodit à feris, à vepribus, à squalore, ne vastationi pateat, ne à feris dißi-
petur, ne tempore labefactetur. Sequitur tex: velocitate miscetur elementis. *Textus.*
Est autem vna hominis mixtio cum elementis; quia ipsius corpus ex elementis com-
pactum est atq; compositum. Et formauit Dominus hominem de limo terræ: hoc est, *Genesis.*
luteum, vt figulorum moris est: hac de causa homines appellantur terrigenæ: neque
aliud est Adam hebraicè; quàm terrigena è terra fictus. vnde fit, vt corpus huma-
num omnium elementorum præseferat similitudinem: terræ quidem in oßibus, & *Elementorũ similitudo.*
carne: aquæ verò in humoribus, nempè sanguine, phlegmate, cholera, melancolia: a-
ëris autem in pulmone, qui perpetuo motu quatitur; proinde ventilabrum cordis ap-
pellatur, ne nimio angatur, dißoluaturq; calore: deniq; ignis in corde, ideoq; ad in-
star ignis inferius est latum, & superius acutum. Est præterea alia mixtio, qua ele-
mentorum penetrat & exquirit qualitates, conditiones, virtutes, modum, atq; natu-
ram: & id quidem sui ingenij velocitate: vnde & in maris profunda mentis descen-
dit acumine, ad inueniendos reconditos æquoris sinus, latentes pelagi scopulos, ab-
strusa freti itinera, marisq; vias. Inde & portus inuenti sunt tutißimi, & naues in-
stitutæ potentißimæ, quæ fortißimis carinarum nexibus solidate, veliuolum enaui-

potentia. gant equor. Inde & maris tuta nauigatio, & hominum commercia, & inſularum lon-
gè latè diſtantium tranſmigratio: denique totius humanæ vitæ ſubſidium, & prouen-
tus. Omnia illi licẽt. Mira planè hominis maieſtas, qua & cælum altiſsimum intue-
Aſtronomia. tur, & illius motum & affectum enodauit. Inde orta eſt Aſtronomia & Aſtrolo-
gia: inde inuentæ ſunt mutationes, opportunitatesq́ temporum: annorum curricula:
menſium intercapedines: dierum menſuræ: horarum momenta. Exiſtimandum eſt
enim has, quæ in cælo ſunt, varietates, exemplaris officio fungi: quibus veluti quodam
ſpeculo ad ſupernarum rerum contemplationem aſcendimus. veluti ſi quis videat fi-
guras à Dedalo, vel alio artifice, vel pictore egregiè compoſitas, & elaboratas; is ſta-
Plato 7. de Repub. tim in artis peritiam, artificiiq́ prudentiam conſiderandam, atq́ obſeruandam aſ-
ſurget: ita ſanè inſpecto hoc mirifico mundi opificio tam egregiè compoſito, ac miri
ficè elaborato; mox quilibet ſanæ mentis, magni opificis Dei animaduertet peritiam,
ſapientiam, atq́ prudentiam. Itaq́ homo, vt dicit Mercurius, ſua animi ſagacita-
te cælum ſuſpiciens, & contemplans, huiusmodi immortales, vtilesq́ artes, &
Textus. ſcientias ſibi comparauit. Sequitur textus: Intentionem animi eius nulla aëris
caligo confundit. Hactenus agriculturæ meminit, nauigationis, & Aſtronomiæ:
nunc autem Metheorologicæ ſcientiæ ſubſtilitatem proponit, eamq́ ab hominis ſaga-
citate dicit inuentam fuiſſe, atq. excultam: Etſi, inquit, quæ in aëris regione fiunt, vt-
pote venti, pluuiæ, fulmina, grandines, nix, et quæ ſint generis eiusdem, tetra quadam
caligine tegantur; nihil tamen obtundere poteſt hominis intellectum, quò minus ab
eo percipi non poſsit. Quam ob cauſam, cùm tanta ſit homo ſagacitate, animi acumi-
ne, ac intentionis velocitate; haud temerè à ſapientiſsimo Mercurio dictum eſt in fi-
Textus. ne huius textus, quòd homo ſit omnia: Omnia, inquit, idem eſt, & vbique idem
eſt: hoc eſt, homo eſt omnia, quia habet eſſe commune cum omnibus: intelligere cũ
Deo, & angelis; ſentire cum animantibus rationis expertibus: viuere cum plantis: eſ-
Totus mundus in hõine. ſe cum lapidibus. Omnis ergo creatura eſt homo. Caput hominis, arietis, qui inter zo
diaci ſigna primum obtinet locum, imitatur naturam: collum autem tauri, humeri ve
rò geminorum, pectus cancri, latera & ſtomachus leonis, venter virginis, vetebræ &
renes libræ, pudenda ſcorpionis, coxæ ſagitarij, genua capricorni, crura aquarij, pe-
des verò piſcium. In maiori mundo corporeo decem cæli numerantur: octo viden-
tur, reliqui ex motu percipiuntur. Et in homine quoq́, veluti in minori mundo, hu-
iusmodi cæli cõſpiciuntur: Sol, & Luna in capite, Saturnus & Iuppiter in duobus o-
culis, Mars & Mercurius in duabus naribus, Venus in ore, ſtellatum cælum in verti-
ce, cryſtallinum in fronte, empiræum in memoria, ignis in cholera, aër in ſanguine, a-
qua in phlegmate, terra in melancolia; hi enim ſunt quatuor humores, quibus huma-
na vita gubernatur. Animæ in mundo ſui corporis peregrinanti quinque inſunt mo-
Progreſſus. di progrediendi proficiendiq́ ad ſapientiam, ſenſus, imaginatio, ratio, intellectus, &
intelligentia: quatuor verò affectibus, ad charitatem contendit, timore ſcilicet, do-
lore, ſpe, atq́ amore. Et his quidem progreſsibus, atque affectibus, intelligentiarum
imaginibus miſcetur: ſenſu profectò angelis, imaginatione verò archangelis, virtuti-
bus timore, dolore poteſtatibus, principatibus ratione, amore ſiue gaudio dominatio-
Chori Angel: nibus, thronis intellectu, intelligentia Cherubin, ſpe, ſiue deſiderio Seraphin: omnia
ergo eſt homo. Diuinæ inſuper Trinitatis geſtat imaginem, vnitate, ſpecie, & ordine,
memoria, intellectu, & voluntate, de quibus paulò pòſt nobis eſt loquendum: homo
Textus. igitur eſt omnia: & vbique idem ſemper eſt. Verùm non paruam ingerit intel-
lectui caliginem, ita, vt quaſi obtundat aciem intelligentiæ: quomodo fieri poteſt, vt
homo vbique ſit ſemper idem, ſi nunquam in eodem ſtatu permanet, ſi quaſi flos egre
ditur & progreditur, ſi continuis mutationibus agitatur? Sed reuera ſemper, & v-
bique ponatur, eſt idem, eſt eadem profectò animæ intellectiuæ ſubſtantia, vtpote

De anima mundi.

quæ ſit incorruptibilis, immortalis, & inexterminabilis, tametſi quoad affectus mutationibus ſubdita ſit. Itaq; omnia, vt dicit Mercurius, eſt homo, & ipſe ſemper vbique idem.

MERCVRIVS.

Horum omnium generum, quæ ſunt animalia, deſuper, deorſum radices peruenientes habent, animalia de imo in ſuperna viua radice ſilueſcunt. Quædam duplicibus aluntur elementis: quædam autem ſimplicibus. Alimenta ſunt bina animæ & corporis, è quibus animalia conſtant. Anima mundi inquieta ſemper agitatione nutritur: corpora ex aqua & terra inferioris mũdi alimentis augeſcunt. Anima mũdi.

Commentum V.

Voniam quidem dixerat, hominem eſſe omnia, & eundem ſemper & vbique eſſe; deinceps diuerſorum animantium naturam, ac cõplexionem ponit; quæ profectò non ſunt omnia, vt homo, neq; vbique ſemper eadem; ſed ab inuicem, atque à ſeipſis differentia: nam & quædam quinque ſenſibus ornantur: quædam verò minimè, vt talpa: quædam autem nutriuntur à ſuis radicibus, vt plantæ, & ſpongiæ maris. Quæ autem carent ſanguine; carent etiam & voce: quæ verò in aëre aut aqua naſcuntur; caliditatis aut frigiditatis affectum, ſeu qualitatem non ſentiunt; quia locus eſt ſimilis locato: & vnumquodq; proprio in loco, viuit & conſeruatur. Quædam vtuntur vno tantummodò elemento, vt piſces: quædam verò pluribus, vt volatilia, & quadrupedia, & bipedia. Plantæ, radices habent peruenientes, quibus nutriuntur, pullulant, frondeſcunt, & fructus afferunt. Animalia de imo, ex terreſtri materia in ſuperna contendunt, ac capillis, pilis, & membrorum multitudine, inſtar condenſæ quercus ſilueſcunt. Quoniam verò conſtant ex corpore & anima, hinc eſt, quòd & corporis & animæ vtuntur alimonia: corporis quidem alimentis propriæ cuiuſq; animalis naturæ cognatis, animæ verò, imaginationibus, ſcientijs, contemplationibus: de quibus non eſt præſentis ſpeculationis, per ſingula, atq. de ſingulis diſputare. Anima mũdi inquieta ſemper agitatiõe nutritur. *De anima mundi, ad mentem quorundam Platonicorum, locutum me meini, dixiq; Spiritum ſanctum, animam mundi appellari; quod profectò illi negotio, quod tunc agebatur, plurimùm deſeruiuit. Verùm quia modò magnus Mercurius de homine, & animantibus loquens, de anima quoque mundi verba fecit, quæ quidem Spiritui ſancto commodè rectèq; aptari non poſſunt; non enim Spiritus ſanctus inquieta agitatione nutritur, niſi per figuram acceperis, nutritur, quia nutrit, ſic vt dicit Apoſtolus: Poſtulat gemitibus, quia poſtulare nos facit; hanc ob cauſam operæpretium fuerit, animaduertere, quid de hac anima mundi cæteri ſenſerint ſapientes, & philoſophiæ cultores. Auer: 12. meth: com: 18. diſputans, quomodo natura cum Idea, debitum producit effectum, ait: Id fieri ab intelligentia non errante, quæ eſt anima in terra, hoc eſt, in ſphæra actiuorum, & paßiuorum. Hanc autem & vocari animam mundi à Platone dicit, & ex dijs ſecundis fieri: ex Sole autem & Zodiaco,*

Talpa. Plantæ. Animalia. Anima mũdi. 2. Pymandri. Roman: 8. Auerroes. Anima in terra.

De anima mundi.

ad mentem Aristotelis. Quare, inquit, licet natura non intelligat quod facit; ordinatè tamen agit, quippe, quæ regitur ab anima mundi. Sed dicis, quomodo à corpore fieri potest res incorporea, anima mundi à sole, & orbe decliui? Respondeo, duplicem animam inueniri: vnã quidem terrenam, quæ non est anima mundi, sed generabilis: quæq; à Themistio vocatur anima in terra: & à Platone dicitur fieri à dijs secundis, id est, ab ideis: ab Aristotele verò à sole & zodiaco, tanquam à causa vniuersali, & ab agente proximo, tanquam ab instrumento.

Quatuor in mundo.

Cæterùm, in mundi rerumq; ordine, ac multitudine, quatuor inueniri à nonnullis præclarissimis constantissimè docetur: inprimis Deum, omnium bonorum fontem, & authorem: deinde mentem angelicam: tertiò animam mundi, à Deo effluentem, intelligentijs cooperantibus: postremò mũdi corpus, quod ex quatuor constat elementis, & ex quatuor, à quibus ipsa mundi machina regitur, & disponitur, spiritu, seu intellectu, anima, intelligentia, & natura.

Intellectus. Anima.

Intellectus immobiliter omnia tenet, & regit: anima verò corpora mouet cælestia: nam sicut mediantibus diuersis spiritibus, diuersa corporis membra ab vna eadẽq; anima mouentur; ita planè totũ vniuersum per diuersas intelligentias ab vna mundi anima.

Intelligentia.

Intelligentia his prospicit, atq; prouidet, quæ gubernatione indigent, cuiusmodi sunt hæc caduca, & trãsmutationi obnoxia. Natura aũt porrigit vnicuiq; pro suæ speciei qualitate, fœcunditatẽ procreandi sibi simile, supernorũ syderũ virtute affecta. Ex his ergo quatuor ordinibus conflatur mundi spiritus, seu gubernatio. Itaq; mundus iste, cùm sit animal perfectum, ex spiritu, & corpore idoneo formatum; effluxum à primo ente habet, & in idem ens primum reditum: sicut & spiritus hominis.

Duo mundi motus.

Primò quidem egressu, siue effluxu, locans animam in medio mundi, in vniuersas eam effudit partes orbis: secundò autem ad sui contemplationem allexit, atq; attraxit.

Plato.

Sic enim docet Plato in Timæo, animam mundi scilicet in eius medio collocari, eamq; corpore etiam extrinsecus circumtegi. Hæc igitur anima à Deo producta, in Deum redit, à quo illustratur: nam Deus est prima, & vera lux: deinde mens angelica, lumen de illa prima luce multiplicatum; sicut ex lumine solis, multiplicatur lumen medij: postea est anima mundi, velut lumen vmbræ, mundus verò velut colores qui ab alio illustrantur, atq; lumen omninò recipiunt.

Ideæ.

Hæc autem anima Deo inhærens, omnium ferè idearum plenitudinem recipit, quas in eius mente Deus effingit; pinguntur siquidem in eius intellectu entia propemodum omnia, & cælorum ambitus, & elementorum qualitates, & vaporum ac metallorum proprietates, & animalium naturæ, quæ à Platone ideæ dictæ sunt. Quam ob rem ab Aristotele dictum est, animam esse omnia, vtpote intellectum, animam, intelligentiam, & naturam: intellectu quidem intelligibilia, anima verò mobilia, intelligentia autem moralia, natura deniq; naturalia mouentem, ac agitantem.

Plotinus.

Plotinus Enneadis 4. lib: cap. 9. factus itaque mundus, inquit, tanquam ædificium quoddam speciosum longeq; varium non est separatum ab effectore: neq. rursus se illi miscuit; sed totus vbiq. existimatus est cura & diligentia dgnus. Ideoq; mundus est animatus, anima planè non quanta; ideoque ab ea corpus omne complectitur.

Anima mũdi conseruatrix.

Tantum est enim vniuersum, quantum occupat ipsa: & mundo determinatur quantum, in quantũ procedens ipsum, habet ipsam animam conseruatricem. Cæterùm, quemadmodum summus aër subest lumini, lumen verò soli; ita profectò mundi anima intellectui diuino semper, intellectus deniq. bono. Mundus autem semper pullulat, ex suæ seminaria animæ potestate; sicut quodlibet viuens ex suo proprio semine. Quoniam verò ex ea pendet tota mundi moles, eiusq; forma; inde fit, vt, agentia vel leuissimo primùm nutu pulsata, mox omnia moueantur, ad finem, actionemq; primi mouentis perficiendam.

Omnia agit.

Anima igitur mundi agit semper, potissimùm in seipsa: nam & ratio eius naturaliter secum ipsa discurrit turgens seminibus rerum, etiam corporum diuinorum. Ex cuius quidem intimo ra-

tionaliq;

De anima mundi.

tionaliq; motu per rationes seminales rerum, nascitur forma rationalis mundi. Hæc autem anima facit hæc omnia non aduentitia quadam sententia, neq. consilium consi-derationemq; expectans: sic enim non per naturam; sed per artem faceret acquisi-tam. facit autem per suæ essentiæ potestatem, sicut domina corporum, adeò, vt hæc aliter non fiant, atq. disponantur, quàm ipsa perduxerit: quippe cùm ea etiam, quæ ab initio fiant, ipsius voluntati nequeant reluctari. Vnde quod efficitur, absq; labore impedimentoq; prouenit pulchrum: ignis namq. proprium est calida facere, & cuius-dam alterius frigefacere: at huius animæ proprium est, vt in seipsa sit vigilans quiddam, & efficax: & quod tendit in aliud, sit persimile. hæc vitā impartit corpo-ri, simulq; formas impartit corporeas, quarum possidet rationes. habet autem & deorum rationes, & omniū. Hæc Plotinus: quæ quilibet expendat pro sui captu inge-nij, salua semper fidei catholicæ integritate, atq; veritate. Porrò, circa finem capitis eiusdem libri agit arguendo, num animæ nostræ, sint ex ipsa vniuersi anima: Fortè, inquit, obijciet quis, animas nostras partes esse animæ vniuersi, propterea quòd di-citur, eousq; procedere, quousq; anima mundi se fundit. Afferunt præterea Pla-tonem in medium, quasi id opinantem, vbi probans animatum esse mundum, inquit, Quemadmodum corpus nostrum, pars est corporis vniuersi; ita certè anima nostra, pars est animæ mundi. Præterea, sicut vnaquæq; pars nostri à nostra anima suscipit esse; ita & anima nostra ab anima mundi, vt sit illius pars: propterea quòd extra mundi animam, nihil vsquam animæ reliquum sit. Has verò Platonis ambiguas sen-tentias Plotinus dissoluens, ait: Quod Plato in Philebo dixit, potissimùm conducebat animatum scilicet esse mundum, arbitrans absurdum esse, cælum non esse animatum. Verùm sententia Platonis clarissimè patet in Timæo, vbi producta mundi anima, de-inceps aliæ oriuntur in eadem patera: qua & illa commixtæ, eiq; conformes, diffe-rentias verò illarum, per secundos, tertiosq; gradus assignat. Non sunt ergo illius partes, quæ tot gradibus ab ea distinguuntur. Quapropter in Phædro ait: Perfecta existens anima ipsa scilicet vniuersi, elata sublimius, neq; immersa; sed, vt ita di-xerim, supernatans, agit in mundū: & quæcunq; perfecta sint, similiter dispensabit. Præterea, vbi animam fractis pennis, quasi ruentem inducit, euidenter eiusmodi ani-mam asserit, ab anima mundi esse diuersam. Et hæc quidem dicta sint ad aliquorum philosophantium mentem. Quoâd verò ad nostrum Mercurium spectat, deinceps di-cendum nobis est: præsertim cùm de hoc negotio 11. dial: Pymandri copiosè diluci-deq; disputârit, vbi sic instruitur Mercurius. Audi me ô Mercuri, *inquit* Mens, Tempus, Deus, & vniuersum sic se habent: Deus æternitas, Tempus generatio: Dei essentia est bonum, pulchrum, beatitudo, sapientia, æter-nitas, ipsum idem. Mundi ordo, temporis transmutatio, generationis mors & vita. Actus Dei Mens, & anima, æternitas, perseueratio, atque immortalitas. *Et paucis post verbis, Tres animas ponit, Deum, animam mun-di, & cælum.* Æternitatis, *inquit,* anima Deus est: Anima mundi æternitas: terræ anima cælum: Deus in mente, Mens in anima, anima autem in ma-teria. *Itaq; anima mundana à Mercurio vocatur actus Dei, æternitas, & mundi a-nima: quæ sanè omnia, non video, quomodo alicui rei creatæ aptari possint. Actus enim Dei, est ipsius substantia, quæ alicui creato non competit. Idcirco illa dilucida-tio, quæ posita est à nobis in principio 2. Pymandri, his Mercurij verbis maximè ro-boratur, vt Deus sit pater in diuinis, Mens verò filius, anima autem Spiritus sanctus. Declarant idem verba quæ sequuntur: Anima, inquit, Deo, Menteq; plena, intima mundi replet: cōplectitur extima: quia spiritus Domini procedens ex patre & filio, repleuit orbem terrarum. Nam dic quæso, quomodo poterit replere intima mundi, hoc est, angelorum mentes, & extima complecti, id est, corpora cælestia, elementa-*

Per seipsam agit.

Animæ nostræ non sunt partes animæ mundi.

Plato.

1.

2.

Cap. 7.

Animæ conditiones.

Intentio Mercurij de anima mundi.

Tres animæ.

Anima Spiritus sanctus.

De anima mundi.

ria, corpora mixta, deniq; animantia vniuersa, nisi fuerit Deus? Hæc anima, ait, vi-
tam omnibus suggerit: extrinsecus quidem ingenti huic perfectoq; animali mundo:
intrinsecus autem cæteris quæ insunt mundo viuentibus: supraq; in cælo, per id quod
idem est, omnia sistens, infrà verò in terra generationem agitãs. Quid his verbis cla-
Rationes contrariæ. rius esse potest? Etenim si vitam præstat angelis; & cæteris viuentibus, & vna est vi-
ta, vt ipse dicit, à qua singulæ singulorum vitæ, viuere, & esse accipiunt; haud dubi-
1. um inde sequitur, vt huiusmodi anima sit Deus, aut contra seipsum pugnet Mercu-
2. rius. Præterea, si verus est ille ordo rerum, quòd scilicet Deus primum teneat locum,
deinde mens angelica, tertiò anima mundi, vltimò natura rerum; quonammodo
fieri potest, vt anima mundi, intelligentiis vitam tribuat; cùm ordo rerum habeat, v
3. inferiora à superioribus vitam accipiant? Ampliùs, qualibet res, extra primum
ens, continetur intra limites suæ speciei; propterea quòd omnia facta sint in numero
pondere, & mensura, & species distinguantur sicut & numeri. Quare, curare cæle-
stia, atq. elementaria, & vitam omnibus creatis rebus præbere, excedit limites, capa-
4. citatemq; speciei cuiuscunq;. Ampliùs, si iuxta Plotini sententiam, hæc anima est su-
pernatans, non miscens se corpori mundano; quonam pacto, anima mundi dici potest,
5. si non est illius forma substantialis, sicut anima rationalis est forma hominis? Præ-
terea, secundùm Mercurium in Pymandro, sicut dixi in quarto Pymandri, cùm cu
stellis ageret, quilibet angelus habet proprium astrum, quia dinumeratæ sunt stellæ
secundùm numerum, qui inhabitant eas. Igitur non est vna, sed plures animæ cæl
quæ sanè proprio nomine animæ dici non possunt; sed potiùs intelligentiæ motrices
Obiectio. quæ iniunctum sibi opus exequuntur. Sed dicis id aduersari sententiæ tex: præsen-
tis, vbi palam docet, animam mundi inquieta semper agitatione nutriri: sed id facile
Solutio. soluitur. Quomodo enim aliquid inquieta agitatione nutritur; cùm inquieta agitatio
morti potiùs, atq. corruptioni, quàm vitæ, & incorruptioni præbeat nutrimentum?
cibum ergo, seu alimentum pro actione animæ accepit, vt sit sensus, Nutrimentum,
siue actio animæ mundi, est inquieta semper agitatio; hoc est, perpetua sem-
per solicitudo, & prouidentia, qua cuncta disponit, & moderatur. Inquieta verò illa
agitatio, ad effectus potiùs, qui suæ subsunt prouidentiæ, referẽda est, quàm ad ipsam
cuncta gubernantem: eò quòd stabilis immobilisq; manens, det cuncta moueri. Cui
ista non placent, abundet in sensu suo, salua semper fide, & solutis dubiis magni Mer-
curij.

MERCVRIVS.

Spiritus quoq. plena sunt omnia, permixtus cunctis, cuncta viuificat, sensu addito ad hominis intelligentiam, quæ quinta pars homini concessa est ex æthere. Sed de animalibus cunctis, humanos tantùm sensus ad diuinæ rationis intelligentiam exornat, erigit, atq. sustollit.

Commentum VI.

QVO

De spiritu sancto.

VONIAM de anima mundi pauca quidem, sed admodum obscura verba se fecisse animaduertit; illicò alio nomine, spiritum appellat, illiusq́ virtutes, & officia palàm facere studet. Spiritus, *inquit*, plena sunt omnia, & permixtus est cunctis: *hoc est, quam proximè animam mundi, nunc autem spiritum voco, cuius plena sunt omnia. Et rectè quidem; nam ipse est largitio diuina, bonorum omnium affluentia, rerum cunctarum animatio: ideoq́ iure quidem ab alijs Mens, ab alijs verò Deus appellatur. In mente enim & ratione, ordinatio, dispositio. Is spiritus, rerum creatarum est viuificator: sine quo nihil nasci, aut fieri potest, in terra, & aquis, ac luce creata. Idem est re, & verbo, anima, & spiritus.* Spiritu, *inquit Mercurius ad Æsculapium*, agitatur & gubernatur omnis in mundo species: spiritus implet omnia. Mundus nutrit corpora, spiritus animas. Cuncta, *inquit*, viuificat, homines præsertim, quibus addidit intelligentiam, hoc est, donum intellectus, quod quidem donum, est quinta pars ex æthere concessa. *Sanè, cùm omnia, quæ in hoc inferiori mundo habentur, ex quatuor constent elementis; profectò quod fit suapte natura, quasi ex quarta parte fieri dicitur: at quod fit per donum superadditum, cælitus infusum; quasi ex quinta parte, hoc est, ex dono cælestis gratiæ, & non ex solo naturæ munere dignoscitur. Addita, igitur charitas, iustitia, & similia, non sunt soli respectus; sed res creatæ, & mentibus infusæ à sancto spiritu. Ipse quippe erigit humanam mentem ad diuinæ rationis intelligentiam: exornatq́ suis munificentissimis muneribus: ab hoc fonte manat vita omnium fœcundissima. Si enim non esset, inquit Mercurius, prouidentia quædam eius, qui dominatur omnibus, quæ & ipsum Dei verbum reuelaret; neq́ nos nunc talis amor tenuisset, vt de eo loqueremur. Quam ob causam ad creationem, viuificationemq́ rerum Moyses, cæteriq́ omnes eum adhibuerunt. vnde & huic administrationem specierum, & animarum adscripserunt; vt si hæc vis non adesset, exorbitarent species rerum, & animæ amitterent originem emanandi, perderentq́ corpora propagandi modum. Emitte, inquit, spiritum tuum, & creabuntur omnia: auertente autem te faciem tuam, cuncta turbabuntur, & in puluerem suum reuertentur. Vnde Poëta:*

Spiritus quid.

Nomina.

Quinta pars.

Prouidentia.

Dauid.

Virg:

Virgilius.

Principio cælum, ac terras, camposq́ liquentes,
Lucentemq́ globum lunæ, Titaniaq́ astra
Spiritus intus alit, totamq́ infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum, pecudumq́ genus, vitæq́ volantûm,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus.

Magna carminum istorum maiestas: quæ ex admussim Moysi theologiam imitantur. Moyses enim dicit, in principio rerum, spiritum super aquas incubuisse: Mercurius dicit, hunc spiritum cunctis esse permixtum: poëta verò ait à principio, spiritum totam machinam aluisse, inde homines animantesq́ terrestres, ac marinos pullulâsse. Moyses dixit: Spiritus domini, Merachephet, hebraicè, quod propriè sonat fouere, Græcis assentientibus, alere, fœtare, agitare. Poëta ait, spiritum molem aluisse: Mercurius dicit: Omnia spiritu plena esse, cunctaq́ viuificare. Moyses ab hoc principio creationem deducit: Poëta inde omnigena animalia in lucem docet prodiisse, Mercurius dicit II. *Pymandri, ab anima mundi omnia emanare. Quam ob rem Poëta subiungit:*

Expositio carminum.

Deum

Deum namq; ire per omnes
Terras, tractusq; maris, cælumq; profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genusq; omne ferarum:
Quemq; sibi tenues nascentem accersere vitas.

Pythagoras. *Non mirum ergo, si Pythagoras intelligens huius spiritus virtutem, censuit eum*
esse animum, per naturam omnium rerum intentum, & commeantem, ex quo nostri
animi caperentur: sentiebat autem de anima mundi. Marcus ψυχὴν *animum inter-*
pretatus est: Ergo alij spiritum, alij animum, & animam mundi appellârunt. Spi-
Ruach. *ritus hebraicè dicitur, Ruach, Latinè affluxit, exuberauit, vt Ruach designet exu-*
berantiam, largitatem, affluentiam: significat etiam ventum, spiritum, afflatum, in-
Vox spiritus. *petum. Vox quidem rem corpoream repræsentat, ob affinitatem, etiam incorpoream.*
Nam, vt afflatus corporeus à respirante dimittitur tenuis, & inuisibilis, atq; exilis;
sic manat ab animis incorporeus quidam. Significat igitur vim diuinam, ac fauorem
spirantem à Deo, & manantem, ac quasi lucem prodeuntem. Dicitur spiritus, quod
Aristoteles. *occultè perinde atq; ventus spiret & animet. Aristoteles epithimiam amorem, cu-*
piditatem nominat. Is amor est cupiditas sese diffundens, amplectens res amatas,
quæ rerum induxit exordium. Is spiritus est verus sator, omniumq; animator, &
altor, omnium formarum repertor, earundemq; conseruator, vniuersale animalium
spiraculum, spiraculorum scilicet largitor. Magnus alens magnos commistus corpo-
re fœtus. Vnde Moyses: Domine Deus spirituum omnis carnis: magnus planè spiritus,
spirituum minorum procreator: Magnus alit magnos commistus corpore fœtus. Bene
Mercurius. *ergo dixit Mercurius:* Viuificat omnia, & cũctis permixtus est. *Nunquã enim*
ex seminibus rerũ tam exiguis, tantæ formæ, sine isto creatore spiritu prodirent: nun-
quam species, ac formæ rerum, sine tanto moderatore commisceri potuissent. Itaq;
Tituli. *is spiritus, est animatio, halitus, omnium rerum vita, administratio naturarum omni-*
um: animatio, & viuificatio: Spiritus sapientiæ, & scientiæ: Dominus sapientia funda-
Prouerb. 3. *uit terram. Et, vt Salomon, siue Philo dicit in lib: sapientiæ, ipse est spiritus multi-*
plex. sine mole, mobilis, acutus, solutus, beneficus, humanus, stabilis, tutus, securus,
omnibus prospiciens, per omnes spiritus intelligibiles puros, tenuissimosq; penetrans.
In quo illud sanè est mirabile, quomodo cũ Moyse, & Mercurio Philo cõueniat. Moy-
ses enim dixit: Spiritum delatum super aquas, incubantem, omniaq; fouentem: Mer-
Philo. *curius verò omnibus permixtum, atq; vniuersa viuificantem: Philo etiam, omnibus*
prospicientem. siquidem spiritus sanctus diuersis temporum interuallis, sese in hu-
mana pectora insinuauit, eundemq; se omnibus ostendit: In sanctos, inquit, animas
Iob ante Moysen. 26. *transiens, amicos Dei, & prophetas constituit: Iob præsertim, qui ante Moysen mul-*
de isto spiritu, dixit: Spiritus domini ornauit cælos. Et Dauid, Verbo Domini cæli
David. *firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum: Anaxagoras* νοῦν*, intellectum,*
Anaxagoras. Basilius. *mentem, rerum ornamenta depromentem: Basilius Magnus putat hunc spiritum ap-*
Virgil: *pellatum esse, efficaciam, operationemq; diuinam. Virgilius eundem vocat mentem &*
In principio creauit. *spiritum: Spiritus intus alit, & mens agitat molem. Moyses in Genesi: In principio*
creauit, Hebraicè, Bereshith bara, Beth, quæ est secunda litera duo, vel secundum
significat. Reshith autem denotat principium: Igitur Breshith, idem est, atq; secundum
principium. In Genesi ergo dicitur, secundum principium creauit cælum & terram.
hoc autem antiqui dixêre mentem creatricem, Dei filium: huic à patre rerum cre-
tionem datam dixêre Chaldæi. vnde Amelius eum vocat verbum Dei. Et spiritus Do-
mini ferebatur: non tria, sed vnum principium mundi, Pater, Verbum, & Spiritus
sanctus. Sed his nominibus, & distinctio personarum ostenditur, & earundem attri-
buta designantur. Porrò, de spiritu sancto in 2. Pymandri ex professo locutus fuit.

& in principio quarti libri. Patet ergo quàm sapientißimè Mercurius dixerit, atq; vocauerit spiritum, & animam mundi, cunctorum viuificatricem. Anima nō est composita.

MERCVRIVS.

Solum animal homo : & eius vna pars simplex est: quæ, vt Græci aiunt, ουσιώδης. Aut quam vocamus diuinæ similitudinis formam.

Commentum VII.

VONIAM, inquit, de sensu commoneor; paulò post & huius rationem vobis exponam; est enim sanctißima & magna, & non minor, quàm ea, quæ est diuinitatis ipsius: Sed nunc vobis expediam, *inquit Mercurius,* quæ cœperam. Dicebam enim in ipso initio rerum de coniunctione deorum; qua homines soli eorum dignatione perfruuntur. Quicunque enim hominum tantum felicitatis adepti sunt, vt illum intelligentiæ diuinum perciperent sensum, qui sensus est diuinior in solo Deo, & in humana intelligentia. *Loquitur de dono intelligendi: quæ sunt intelligenda, quòd in Deo non est donum additum, sicut in nobis; sed est suamet eßentia. In quinto Pymandri de hac mente, siue sensu disputaui, & latiùs me disputaturum spero (Domino annuente) cùm de donis & virtutibus erit agendum. Sequitur:* Non omnes, *inquit,* o Asclepi intelligentiam veram adepti sunt; sed imaginem temerario impetu, nulla vera ratione inspecta, sequentes decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimum animal in naturam feræ, moresq; bestiarum. De sensu autem, & de omnibus sensualibus, quando & de spiritu, tunc totam vobis præstabo rationem. *Hæc Mercurius, quæ clarissimè patent. Sequitur tex: Commenti 7.* Solum autem animal homo. *Hic incipit nodare, quid sit anima intellectiua: & rectè quidem: nam posteaquam ostendit animam intellectiuam eße immortalem, eandemq; à solo Deo creatam, vnam, & non miam; sed virtute sua cæteras continentem: deniq; posteaquam enodauit, huiusmodi animam, ab anima mundi viuificari, & ad diuinæ rationis intelligentiam erigi, atque attolli; rationi consentaneum erat, vt quid sit anima rationalis, enuclearet.* Eius, *inquit,* vna pars, *hoc est, anima rationalis, est simplex: igitur non est composita. Porrò, simplex absolutum caret materia, & est omninò indiuisibile. Omne autem simplex non componitur ex materia & forma. simplex præterea, non permutatur, neque in aliam substantiam conuertitur: cuiusmodi est anima intellectiua, quæ indiuisibilis est, & impermutabilis secundùm suam substantiam. Cæterùm, simplex vno modo dicitur, quia ex pluribus partibus non componitur; componitur tamen ex materia & forma, atq. ita appellantur corpora simplicia: alio modo simplex dicitur, quod non componitur ex forma, & materia in potentia, vt corpora cælestia: vltimò, simplex appellatur, quod non est factum ex materia corporali, neq; ex materia spirituali; talis est anima intellectiua, authore August: 7. de Genesi. cap. 21. Quamobrem, inquit, nec illud audiendum est, quod quidam putauerunt, quintum quoddam eße corpus, vnde sit anima, alioqui eßet corpus. Quòd si corpus eßet; talem se nôßet, qui magis se nouit, quàm cælum & terram, quæ per sui corporis oculos nouit. Itaque*

Sensus. Text. Com. 7. Simplex. Tribus modis. Augustinus.

Anima nō est comp:

anima non est quicquam horum quatuor notißimorum elementorum; sed neq. quid est Deus. Quid sit autem, non dicitur meliùs, quàm anima, vel spiritus vitæ. Ideo enim additur, vitæ; quia & iste aêr plerumq; dicitur spiritus. Anima ergo nō est corpus, neq; Deus, neq. vita sine sensu, qualis potest esse in arborib: neq. vita sine rationali mente, qualis est in pecoribus; sed vita nunc minor quàm angelorū: & futura qualis angelorū. Hæc Aug: Ex quo clarè percipitur, animā non componi ex materia & forma: nam cùm sit forma corporis humani; aut certè secundùm se totā; aut secundū aliquam partē sui. Si secundùm se totā; fieri non potest, vt sit cōposita, propterea quod forma est actus, materia verò est ens in potentia: id autem quod est tantummodò in potentia, pars actus esse non potest; potentia enim ab actu distinguitur. Quòd si secundùm aliquam partem sui forma extiterit: illa ergo pars erit anima: & illa materia, cuius primò est actus, erit primum animatum. Ampliùs, omne quod recipitur in aliquo; in eo certè recipitur per modum recipientis: sic enim vnumquodq; cognoscitur, sicut forma eius est in cognoscente. Quare, cùm lapis absolutè ab anima intellectiua cognoscatur; in ea ergo erit absolutè: & ita anima intellectiua erit forma absoluta, & non composita ex materia & forma. Ampliùs, si anima intellectiua componeretur ex materia & forma; non reciperet formas, nisi vt indiuiduales: atq; non cognosceret, nisi singularia, sicut accidit in potentiis sensitiuis, à quibus in organo corporali formæ rerum recipiuntur. Materia præterea est principium indiuiduationis: anima ergo non est composita ex materia & forma. Verùm, si pro confesso habetur, vt ex suprà dictis licet colligere, animam rationalem esse hoc aliquid, & natam per se subsistere, agere, & pati, mouere, & moueri; proculdubio, vt habeat intra se suæ fundamentum existentiæ, materiale vtiq; principium, à quo habet existere, formale verò, à quo recipit esse, necesse est. Cùm igitur principiū, à quo figitur creaturæ existentia in seipsa, principium sit materiale; liberè ipsi animæ materiam tribuere valemus. Verùm, quia illa materia est supra conditiones, proprietatesq; materiei communis, hoc est supra esse priuationis, corruptionis, atq; extensionis; idcirco materia spiritualis appellatur. Quam ob rem non sic censenda est anima rationalis materiam habere, sicut habent corpora: cùm illorum materia sit corporalis, istius verò spiritualis. Itaq; anima simplex dicitur, quia ex partibus quantitatiuis non constat: constat autem ex partibus constitutiuis, scilicet materia & forma; huiusmodi enim partes complementum rei adhibent, & perfectionem. Quare, primæ rationes aßerunt animam intellectiuam non constare ex communi: secundæ verò affirmant ex spirituali communi materia. Cæterùm 2. Pymandri fol: 258. & sequentibus disputatum est, & quidem abundè, vtrumnè in substantiis spiritualibus inueniatur materia. Deinde, non ignorare oportet, ab omni compositionis specie, animam rationalem nequaquam liberam esse, & immunem; cùm siquidem à Deo dependeat, & in esse, & in conseruari: & omne dependens, hoc ipso in aliquam cadat compositionem; quia nimirum differt ex quo est, & quod est; vel ex eo anima dicitur composita. Si verò ad suum comparatur effectum; sic componitur ex substantia & potentia. At quatenus est in genere; sic secundùm metaphysicum, componitur ex actu & potentia: secundùm logicum verò, ex genere & differentia. At si consideretur, vt est ens in se; sic componitur ex ente, & esse, ex quo est, & quod est: at quantum ad esse personale, & quod est, & quæ est. Cùm ergo anima simplex dicitur; huiusmodi tamen compositiones non abigit, atq. excludit; sed eas potiùs, quæ ex quantitatiuis partibus, & hethrogeneis conflantur. Cùm enim in anima intellectiua, & mutabilitatis, non solùm ad non esse, sed etiam ad diuersas proprietates, & poßibilitatis, & indiuiduationis & limitationis, deniq; & essentialis compositionis secundùm propriam naturam, ratio sit; non video, quin & composita sit ex diuersis naturis, quæ se habent per modum actulis,

Quid sit anima.

Quòd non sit composita.

1. 2. 3.

Anima componitur ex materia & forma.

Quomodo est composita.

Anima est cōposita.

Anima nō est comp:

actualis, & possibilis, materiæ scilicet, & formæ: quæ planè intelligendæ sunt, sicut dictum est. hoc ergo modo omnibus potest satis esse: & animam simplicem esse: & eandem compositam ex materia & forma. Sed hæc clariùs enodantur in tertio Asclepij, vbi acutiùs de hoc locutus sum.

CAP: II.

Argumenta contraria.

Posset aliquis contra prædicta sic arguere: Omne diuisibile in partes quātitatiuas simplex dici non potest; simplex enim esse diximus; quod ex huiusmodi partibus non constat. sed anima rationalis est diuisibilis in partes quantitatiuas, quia est corporis forma: Omnis autem forma, animans, & informans corpus, est extensione & diuisione subiecti diuisibilis, & extensibilis. Sanè, aut dimensio præcedit animæ intellectiuæ receptionem in materia; aut sequitur. si præcedat, anima vtiq. intellectiua diuideretur, authore Auerr: de substantia orbis: Omnis, inquit, forma, in quanto, & extenso subiecto recepta, subiecti illius diuisione diuiditur. sin autem sequatur, cùm sit pars subiecti quanti, aut qantitatis recipiendæ ratio immediata; anima vtiq. extenderetur: alioqui quantum in non quanto, & diuisibile in indiuisibili reciperetur. Cùm ergo anima intellectiua sit forma informans corpus humanum: erit igitur diuisibilis, saltem diuisione subiecti, atq. ita simplex minimè est dicenda. Ampliùs, omnis forma recepta in subiecto diuisibili, est diuisibilis; propterea quòd omne quod recipitur, per modum recipientis recipiatur. sed anima intellectiua recipitur in subiecto quanto: erit ergo diuisibilis, saltem per accidens. Etenim omne per se mobile, est per se diuisibile: & omne per accidens mobile, est quoq. per accidens diuisibile. sed omnis anima formaliter formans corpus, est per accidens mobilis: igitur est per accidens diuisibilis. Auerroes præterea in lib: de substantia orbis apertè affirmat, omnem formam in materia receptam, mediante dimensione interminata, diuisibilem fore. sed tunc anima intellectiua esset quoddam totum, haberetq; partes quantitatiuas; atq. ita composita esset ex materia & forma. Ampliùs, si totus homo est formaliter quantus; aut ei contingit ratione materiæ; aut ratione formæ: non quidem materiæ ratione; alioqui materia esset alterius generis quàm substantiæ: neq. respectu formæ, aliter anima intellectiua extenderetur ad extensionem partium; immediata siquidem recipiendæ quantitatis ratio, quanta esse videtur: veluti immediata ratio recipiendi colorem, est colorata: aut tandem ratione totius compositi immediati receptiui quantitatis: atqui tunc totum non esset extensum, eò quòd non competit toti, quod vtriq. parti repugnat. Necesse ergo, vt anima sit extensa, sicq; habeat partes quantitatiuas: & ita nequaquam simplex. Iterùm, quod non est liberum à materia; constat vtiq. ex materia & forma: non enim materia subsistit sine forma. sed anima humana non est liberata à materia; nulla substantia enim liberata à materia, excepta prima 3. de anima com: 5. & 8. Est ergo in anima materia, sicq; constat ex materia & forma. Sanè sicut omnes formæ, potentia continentur in materia; ita planè actu in primo continentur motore. Quare, quemadmodum nulla est forma, quæ actu non dependeat à primo motore; ita proculdubio quin potentia dependeat à materia. Anima ergo intellectiua est materialis, & sic habetur propositum. Adde, quòd sicut Deus est vniuersale agens rerum; ita materia vniuersale principium patiens. Proinde, sicut nihil causalitatem effugit agentis; ita nec causalitatem materiæ patientis. Præterea, quemadmodum

1\.

2\.

3\.

4\.

5\.

est comp: admodum quæ sunt in actu, primum profectò actũ participant, Deum scilicet: cuius
planè participatione (authore Dionysio de diuinis nominibus) & bona, & entia & ui-
uentia sunt omnia; ita certè quæ sunt in potentia, primam participant potentiam; quæ
vtiq. est in prima materia. sed anima intellectiua est quodammodo in potentia, quip-
pe quia homo interdum est potentia intelligens: habet ergo primam materiam tan-
6. quam partem sui. Iterùm, in quocunq; inueniuntur materiæ proprietates; inibi in-
sit materia, necesse est; proprietates namq; à propria causa proficiscuntur. sed in
anima humana inueniuntur materiæ proprietates, quippe quæ subijcitur, & trans-
mutatur; subijcitur namq. & virtutibus, & artibus, & scientijs, & de ignorantia in
scientiam, & de vitijs in virtutes transmutatur: in ea igitur materia inuenitur. Ite-
uera, quod non habet materiã, non habet causam sui esse, & est actus purus. sed anima
intellectiua habet causam sui esse, quia creatur à Deo: & non est purus actus, quia
7. non est Deus, cui soli competit: igitur habet materiam. Præterea philosophus 3. de
3. de anima anima sic arguit: Quoniam autem sicut in omni natura est aliquid hoc quidem mate-
tex. 17. ria &c. quod Simplicius hoc modo interpretatur. In omni natura, inquit, est ali-
quid loco materiæ: & aliquid tanquàm agens & forma. sed anima est natura: ergo
in ea est aliquid loco materiæ, & aliquid tanquam agens, siue loco formæ, & agentis.
Quare, si in anima est potentia paßiua, quæ planè sine materia esse nequit: igitur ha-
9. met. 12. betur propositum. Nono præterea met: idem astruitur, nempè, quòd sicut materia
est substantialium formarum subiectum; ita rectè compositum erit accidentis. at-
qui anima subiectum est & virtutum, & scientiarum: est ergo composita ex materia
8. & forma. Ampliùs, omnipotens Deus ex informi materia, quam de nihilo condidit,
cunctarum rerum, authore Augustino de mirabilibus sacræ scripturæ cap: 1. hoc est
sensibilium, & insensibilium, intellectualium, & intellectu carentium, species mul-
11. meth: tiformes diuisit: anima ergo constat ex illa materia informi. Sanè, si in vnoquoq; ge-
nere, est vnum primum, quo mensurantur omnia illius generis: igitur in genere sub-
stantiæ erit illud metrum: quod quidem intrinsecum est, vtpote materia, vel forma:
si materia; habetur propositum: si forma; similiter: vnitas enim formæ sine materia
vnitate esse non potest: ergo quod prius.

CAP: III.

Soluuntur Argumenta.

Quomodo anima diuiditur. PRo intellectu primi argumenti sciendum est, animam diuidi, siue indi-
uisibilem esse, multifariam intelligi posse; aut secundùm partes gradua-
les, veluti calidum intensum; vel secundùm partes quidditatiuas, sepera-
tionis: quomodo omne diffinibile, in genus diuiditur, & differentiam.
Plutarchus. Plutarchus de placitis philosophorum putauit, animam intellectiuam
graduales partes habere, idq; Stoicorum authoritate: Non, inquit, videtur rationi
consonum, animas virorum illustrium esse æquales in graduali mensura substantiæ
animabus deiectorum, atq; vilium hominũ; sed de his gradibus paulò pòst erit discu-
tandum. Secundùm partes verò quidditatiuas diuiditur, eò quòd anima diffinitur
eo modo, quo diffiniri potest. Diuiditur autem in partes potentiales, quia diuisi-
1. bilis est in plures potentias. Non est autem diuisibilis in partes integrales, & quan-
titatiuas, quia est res spiritualis, & incorporea. His ita elucidatis, ad primum argu-
mentum dico: omnem substantialem formam, quæ in quanto, & extenso recipitur
subiecto, quæq; ab illo secundùm esse comprehenditur, diuisibilem esse: Modò ani-
ma rationalis, non est huiusmodi, quippe quæ à Deo, & non à materia producitur.

Non est ergo diuisibilis in partes quantitatiuas. Ex hoc etiam soluitur Confirmatio. Anima nõ est cõposita.
Ad 2. Omne quod recipitur in aliquo subiecto diuisibili, quod secundùm esse, & potentias, ab eodem comprehenditur subiecto, ad recipientis modum recipitur; atq; ita est diuisibile. sed animæ intellectiuæ non competit iste modus recipiendi; quia à subiecto secundùm esse non dependet. Et cùm infers: omne per se mobile &c. Respondeo, aliquid per accidens moueri, bifariam intelligi posse: aut scilicet circumscriptiuè, quomodo albedo mutat locum ad motum corporis: quicquid autem est huiusmodi, per accidens, & mouetur, & diuiditur: aut diffinitiuè mutat locum, veluti punctum, ad motum corporis mutat locum. Hoc autem modo, non opus est, vt diuidatur; sed sufficit esse in re diuisibili: sic autem mouetur anima rationalis. 2.
Ad 3. dico hominem formaliter extensum esse, tùm propter materiam, tanquam propter rationem remotam: tùm propter animam, veluti per rationem propinquam, & principalem. Neque ex hoc necesse est animam extendi; sed sufficit si extendatur per æquiualentem sui extensionem. Licet huiusmodi exemplum inspicere in corpore cælesti: quod etsi sit quantum quantitate, quæ motorem sequitur; motor nihilominùs non est quantus formaliter, sed æquiualenter. Potest ergo esse aliquod compositum formaliter quantũ, cuius forma quæ est proxima, & principalis extensionis ratio, nõ sit formaliter quanta. Satis enim est, vt sit æquiualenter quanta, vtpote quæ est tota in qualibet parte. 3.
Ad 4. ante solutionem quædã sunt notanda; quò faciliùs pateat ad argumentum responsio. Materia siquidem accipitur interdum pro materia intentionali, quæ à peripatheticis intellectus possibilis vocatur: interdum verò pro rei imperfectione: quæ etsi in sua specie substantiæq; modo perfecta sit; superiori tamen perfectioriq; comparata substantiæ, imperfecta reputatur. Hoc autem modo, & angelus & anima rationalis, materiales appellantur; comparatione scilicet diuinioris substantiæ. Nonnunquam verò significat materiam primam, quæ est potentia ad esse, vel non esse. Aliquando accipitur pro materia motus, vtpote pro ipso subiecto mobili: & neutra istarum est in anima rationali. Ad argumentum igitur dico, nullam substantiam (excepta prima duntaxat) liberatam esse à potentia, 3. de anima commento 5. & 14. propterea, quòd quælibet componitur ex gradu perfectionis, quo magis minusque accedit, siue recedit à prima substantia. Ad confirmationem dico, verum quidem esse generabilium, non autem omnium vniuersale principium materiam esse. 4. Materia quot modis accipitur.
Ad 5. negatur similitudo; alia enim est potentia receptiua animæ intellectiuæ, qua recipit actus, qui sunt quædam participationes diuini actus: alia verò potentia receptiua materiæ; prima enim non potest esse vna, à qua omnes actus recipiantur, sicut vnus est actus influens omnes actus participatos; alioqui potentia receptiua, & primi actus actiua potentia, æquali essent virtute, quod est falsum. Quare, cùm materia prima formas recipiat indiuiduales, intellectus autem formas absolutas; nihil cognationis inter se habere videntur. Ex tali ergo potentia in anima existente, non est necesse, ex materia & forma animam esse compositam. 5.
Ad 6. minor non est valida; quandoquidem alia sit potentia materiæ primæ, & alia intellectus humani: alius quoque subijciendi, atq; transmutandi modus; intellectus siquidem scientiæ subijcitur: & quatenus est in potentia ad species intelligibiles, de ignorantia ad scientiam trãsmutatur. Ad confirmationem dicitur, formam & agentem causam præbere materiæ, vt existat in actu; agens enim in quantum transmutando materiam, in actum formæ deducit, est vtiq; ei causa essendi. Cùm verò anima non habeat in seipsa materiam transmutantem, & producta sit à Deo sine materia; non est composita ex materia & forma. Ad aliud quoq; respondeo, soli Deo competere, esse actum purum & infinitum: alijs verò rebus minimè; propterea, quòd participent ipsum esse, & vitam. Esse autem participatum, finitur ad capacitatem participantis: vnde dicitur in 6.

Anima nõ est cõposita. substantijs spiritualibus, compositionem inueniri ex actu & potentia: non quidem ex
materia & forma; sed ex forma, & esse participato. Ad 7. approbo argumentum &
7. confirmationem, nempè in anima inueniri aliquid, quod vicem subeat materiæ, intel-
lectum scilicet possibilem, & vicem formæ, intellectum vtiq; agentem: ob id tamen
dici non potest propriè ac verè ex materia & forma composita. Denique, asserimu[s]
subiectum esse scientiarum, & artium: negamus verò (vt dictum est) esse composi[-]
8. tam. Ad 8. dico. Augustinum non accepisse materiam pro altera parte compositi
Augustinus. quæ à forma distinguitur; sed potiùs pro natura contrahibili, & potentiali. Simili-
Boetius. ter Boëtius, non intelligit compositionem materiæ & formæ, quæ sunt partes compo-
siti essentialiter distinctæ; sed actum & potentiam, genus & differentiam, quorum
vnum vocat materiam, alterum formam; sic enim loquitur in libro de vnitate, & vn[o]
circa finem: Aliquid, inquit, dicitur vnum, simplicium commixtione, vtpote angelu[s]
& anima, quorum quilibet vnus dicitur ex commixtione materiæ, & formæ. Ad cõ-
firmationem dico, Deum esse metrum & mensuram, qua mensurantur substantiæ in-
tellectuales, accessu scilicet, & recessu, ab illa summa & infinita substantia. Itaqu[e]
anima intellectiua est simplex (vt dicit Mercurius) subsistens, absq; mixtione ma-
teriæ & formæ, quæ sunt essentialiter partes compositi. Et reuera, id de quo præd[i-]
Quòd non sit composita. catur actus, & forma in abstracto, est forma & non formatum, compositum ex ma-
1. teria & forma. Sed de anima intellectiua prædicatur actus & forma, 2. de anim[a]
authore philosopho: Anima, inquit, est actus corporis physici, organici: igitur se to[ta]
primò est actus & forma, non includens materiam, tanquam partem sui. In form[is]
2. præterea simplicitas, non minimam prætendit nobilitatem, dignitatemq; naturæ: [si]
quidem quò simplicior forma; eò actualior ac propiùs accedens ad diuinam æte[r-]
namq; substantiam. Sed anima intellectiua, est multò nobilior ac præstantior anim[a]
bruti, seu substantiali forma elementi, quæ non sunt compositæ ex materia & fo[r-]
ma: ipsa igitur, vt sit absq; huiusmodi compositione, rationi omninò videtur cons[en-]
Aristoteles. taneum esse. Ad hæc accedit authoritas philosophi 3. de anima, vbi multis verbis [o-]
Dionysius 4. de diuinis nominibus. stendit, intellectum esse impermixtum & immaterialem. Dionysius quoque ait, su[b-]
stantiæ intellectuales, sunt liberæ à corruptione vniuersa, morte, & materia; na[m]
teste Auicenna primo meth: in nulla substantia est materia, nisi in substantia sen[si-]
bili. Commentator quoq; 12. meth: Intellectus, ait, qui est extrema perfectio homin[is]
est separatus à materia. Quamobrem, licet intellectus hominis sit separatus à mate-
ria, quæ est altera pars compositi; non est tamen separatus à differentia indiuidua-
Actus purus. li; ideoq; non est necesse, vt sit purus actus, & eadem sibi intellectio, quæ soli DE[O]
competere possunt, qui est omnibus modis simplex, sicut dictum apertè satis in pri-
Plato in Timæo. mo Pymandri. Plato in Timæo, censet animam componi ex essentia quadam indiui-
dua, itemq; diuidua circa corpora: primam autem intellexit essentiam intellectual[is]
animæ potestatem, nunquam ad corpora declinantem: secundam verò illam anim[æ]
naturam, quæ corpori se prorsus accommodat, quæq; indiuidua dicitur; quia anim[a]
Plotinus. corpori coniuncta, eadem omnibus membris adest. Vnde Plotinus Enn: 4. libro
cap: 1. Anima, inquit, indiscreta, indiuisaq; viuit: habet verò naturam diuisionis c[u-]
iusdam capacem; eius namq; partitio est, corpori coniungi: idcirco dicitur circa cor-
pora diuisibilis, tametsi in seipsa impartibilis sit, eò quòd illius natura nullam pot[est]
subire partitionem. Hæc Plotinus. Et lib: 3. cap: 19. Impartibile, inquit, apud Plato-
nem simpliciter est acceptum, partibile verò non simpliciter; sed animam ait circ[a]
corpora fieri diuisibilem, neq; tamen fuisse factam; etenim à sublimiori potentia i[m-]
Augustinus de quantitate animæ cap: 2. partibilem habet dotem. Idem sentit Augustinus: Quomodo, inquit, terram ipsam [à]
Deo factam, negare non possum, & tamen non possum dicere, ex quibus quasi al[iis]
corporibus terra constet; ita, non sibi aduersatur sententia, qua dicimus & à Deo [a-]

nima[m]

Animæ gradus 7.

nimam factam, & propriam quandam habere naturam; hanc enim eius propriam naturam Deus ipse fecit, vt cætera elementa: est ergo anima humana quoddam simplex, & propriæ substantiæ. Et iterum cap: 32. Quemadmodum nominis sonus per literas diuidi non potest, cùm anima eius, id est, significatio non posit; ita nec ipsa anima rationalis, cuius figuram imaginemq́ ille sonus gerit. Quòd ergo anima sit simplex, & non composita, dixi.

CAP: IIII.

Animæ gradus septem qui sint.

Vm animam simplicem esse constet, idq́ multorum authoritate, & ratione; operæpretium erit, non ignorare nonnullos eiusdem animæ gradus, qui à Diuo Augustino ponuntur in libro de quantitate animæ cap: 35. Ascendentibus sursum versus, inquit, septem gradus opus habent: quorũ primus vocatur Animatio, secũdus Sensus, tertius Ars, quartus Virtus, quintus Tranquillitas, sextus Ingressio, septimus Cõtemplatio. Possunt & hoc modo appellari, primus de corpore, secundus per corpus, tertius circa corpus, quartus ad seipsam, quintus in seipsam, sextus ad Deum, septimus apud Deum. Possunt & sic: pulchrè de alio, pulchrè per aliud, pulchrè circa aliud, pulchrè ad pulchrum, pulchrè in pulchro, pulchrè ad pulchritudinem, pulchrè apud pulchritudinem. Itaque, primo gradu corpus hoc terrenum sua præsentia viuificat, colligit in vnum, atq; in vno tenet. Secundo gradu per sensus innumerabiles operationes exercet: & saporum, & odorum, & sonorum: sentit calida per tactum, frigida, aspera, lenia, dura, mollia, leuia, grauia, & quæ sunt generis eiusdem. Tertius est hominis proprius, quo rerum innumerabilium artes inuenit opificum: agrorum cultus: extructiones vrbium, ac variorum ædificiorum: inuentiones tot signorum in literis, in verbis, in gestis, in sono, in picturis, in figmentis: tantus librorum numerus, officiorum, potestatum, honorum, dignitatumq́ ordines: magna hæc, & omninò humana; sed doctis & indoctis, bonis ac malis communia. Ex quarto gradu bonitas incipit, omnisq́; vera laudatio: hoc gradu anima abstrahit se à sordibus, totamq́ sese mundissimam reddere studet: laborando pugnat & confligit; & in ipso conflictu, mortem timet. Quinto gradu omnifariam concipit, quanta sit: quod cùm conceperit; tunc verò ingenti quadam, & incredibili fiducia pergit ad Deum, id est, in ipsam contemplationem veritatis. Et hæc appetitio intelligendi ea, quæ verè summèq́ sunt, summus aspectus est animæ, quo perfectiorẽ, meliorem, rectioremq́ non habet. Sexto gradu ingreditur gaudium domini sui; vt non frustra aspiciat, & mundet oculum; verùmetiam firmetur, vt non erret. In septimo gradu est quædam mansio, fruitio veri & summi boni. Itaq; primo gradu anima incipit viuere, secundo sentire, tertio ducere: purgatur in quarto: reformatur in quinto: introducitur in sexto: pascitur in septimo. Istis planè septem gradibus fiebat ascensus ad vestibulum templi, quod viderat magnus ille Ezechiel, de quibus sic Gregorius sanctus loquitur homilia 19. Septem, inquit, gradibus ad portam ascenditur, quia per sancti Spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni cælestis aperitur. Quos quidem gradus, de cælestibus loquens Isaias, descendendo magis, quàm ascendendo, enumerauit; videlicet sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem. Et quoniam initium sapientiæ timor Domini; idcircò à timore ad sapientiam nobis est ascendendum: non à sapientia ad timorem; quia nimirum perfectam habet sapientia charitatem: charitas verò foras mittit timorem. Animæ ergo nostræ primus gradus ascendendi, est timor; quo conuertimur ad cognoscendam

Gradus septẽ animæ intellectiuæ.

Animatio.

Secundus gradus Sensus.

3. grad⁹ Ars.

4. gradus Virtus.

5. gradus Trãquillitas.

6. Ingressio.

7. Contemplatio.

Ezech: 40.

Septem dona S. Spiritus.

Isaias.

Timor.

Dei

gradus 7. *Dei voluntatem, si quid nobis appetendum, fugiendumq; præcipiat. Ista est animatio,*
Animatio. *qua animamur ad vitam nouam subeundam, atque exercendam. Isto timore, quasi*
clauatis carnibus, omnes superbiæ motus ligno crucis affigimus. Deinde opus est mi-
Pietas. *tescere pietate, & proximo misereri, & diuinæ non contradicere scripturæ; etiamsi*
Sensus. *nos lateat, quod legimus: tunc autem percipimus sensum Dei, quo intelligimus occul-*
ta Dei: nam qui sine hoc sensu, sine hac pietate viuit; animalis homo est, non percipiẽs
quæ sunt spiritus Dei; sed quæ sunt spiritus aëris huius. Post istos duos gradus timo-
Scientia. *ris, ac pietatis, ad tertium ascenditur scientiæ gradum; in quo anima se exercens, di-*
uinisq; intenta scripturis, nihil aliud in eo inuenit, quàm diligendum esse Deum pro-
pter Deum, & proximũ propter Deum: in quibus duobus præceptis, tota lex pende
Ars. *& Prophetæ. Hæc est ars artium, & scientia scientiarum, qua Dei templum extrui-*
tur, diuinus cultus excolitur, vrbes reformantur: Respublica pacificè viuit: officia
potestates, honores, dignitatesq; veræ acquiruntur. Hac arte didicit anima, cui sit pi
etas impartienda, cui verò pœnæ seueritas infligenda. Verùm, quid vtilitatis ista af
fert scientia; si quid agendum esset sciatur, desint verò vires ad perficiendum? Assi
Fortitudo. *ergo fortitudo omninò, necesse est; qua esuritur, & sititur iustitia. Hæc planè est il*
Virtus. *la virtus, qua ab omni mortifera iucunditate rerum transeuntium sese anima extra*
hit, atq; abducit: atq; ita inde se auertens conuertit ad dilectionem æternorum. Se
sæpè fortitudo, si improuida fuerit, & minùs circa vitia circumspecta, ipsa sui præ
Consilium. *sumptione in casum ruit. Ascendat ergo ad consilium, vt prouidendo præmunia*
Tranquillitas *quod agere fortiter potest. Hæc est illa tranquillitas, in qua anima perficitur: & sp*
iam plena, atq; integra viribus, peruenit ad dilectionem proximi: bonum consiliun
optima tranquillitas, qua purgatur oculus, quo videri Deus potest: chara, planè, mul
tumq; grata tranquillitas, qua huic seculo pij homines moriuntur; vt Deo viuere que
ant. Sed esse bonum consilium non potest, si desit intellectus; præsertim cùm per æni
gmatis lucernam, veritatem ipsam & intueamur & amemus. A consilio ergo ascend
Intellectus. *mus ad intellectũ; quia, Intellectum tibi dabo: &, Intellectus bonus omnibus facien*
Ingressio. *tibus cum. Hæc est ingressio, qua ingredimur cellam aromaticam, aulam archety*
pam, domum secretorum. Si aperuerit mihi ostium, ingrediar ad eum, & cœnabo c
eo: foris manent canes, & immundi; quia ciuitatem Dei ingredi non valent. Sed qui
prodest, si intellectus magno acumine vigeat, & moderari se nesciat per maturitatẽ
Sapientia. *Ab intellectu ergo ascendendum est ad sapientiam; vt hoc quod acutè intellectus in*
Cõtemplatio. *uenit, sapientia maturè disponat. Idcircò magna opus habet contemplatione, vt pa*
cata, tranquillaq; anima permaneat; talem enim decet esse animum contemplanti
Itaq;, timore surgimus ad pietatem, vnde fit animæ nostræ animatio: pietate verò a
scientiam ducimur; & inde sensus animæ nascitur: scientia autem ad fortitudiner
roboramur; ex quo ars animæ prodit: fortitudine ad consilium tendimus; & hinc o
ritur animæ virtus. Consilio autem ad intellectumpergimus; vbi est nostra tranquil
litas: intellectu certè ad maturitatem sapientiæ; per quem est nobis ingressus, vt si
De corpore. *contemplatio firma in sapientia. Primus gradus est de corpore; quia timor de corp*
ris amore proficiscitur, vnde animatio dicitur; propterea, quòd animalis homo no
Per corpus. *percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Secundus, pietas scilicet per corpus: per corpor*
Circa corpus. *officia exercetur; propterea & sensus nominatur: scientia circa corpus occupatur*
inde artes inuentæ sunt pro vita hac corporali propaganda atq; tuenda: fortitudin
Ad seipsam. *ad seipsam anima redit, quæ per diuortia vitiorum sese distraxerat; proinde exer*
suam virtutem, à sordibus se abstrahens, & ad mundissimam vitam se conuertens
In seipsa. *consilio in seipsa quiescit, iam pacata & tranquilla effecta; consilium enim bonum*
Ad Deum. *mentem tranquillat & quietat: intellectu Deum adit, & diuinitatis domum ingredi*
Apud Deum. *tur: sapientia apud Deum residet, quippe quæ diuinæ naturæ consors & particep*

redditur

redditur: vnde & in perfecta contemplatione, & visione soli datur. Itaq; anima primo gradu, siue timore, pulchrè agit de alio: pietate per aliud: scientia verò pulchrè circa aliud: fortitudine autem pulchrè ad pulchrum: consilio, pulchrè in pulchro: intellectu verò pulchrè ad pulchritudinem: deniq; sapientia pulchrè apud pulchritudinem. Item, timore anima incipit viuere: pietate incipit sentire: scientia ducitur: fortitudine purgatur: reformatur consilio: intellectu autem introducitur: sapientia verò nutritur. Beatus ergo vir, qui posuit ascensiones in corde suo, in conualle lachrymarum; nemo enim repente fit summus, sed à minimis quilibet inchoat; vt ad summa & altiora perueniat. Ambulabunt de virtute in virtutem, vt videatur Deus in Sion. Nec mirum, si de virtute in virtutem gradus habeantur; quandoquidem vnaquæq; virtus, quasi quibusdam gradibus agatur, perficiaturq;: Sic, inquit, est regnū Dei, quemadmodum si iaciat homo semen in terram, & dormiat, & exurgat nocte ac die, & semen germinet & crescat, dum nescit ille; vltrò enim terra fructificat: primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cùm ex se produxerit fructum; statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Bonum desiderium, semen in terra: rectè operari, herba profertur: profectus in operando, spica albescit: completa operatio, plenum frumentum, dignum quod congregetur in horreum dominicum. Deus namq; producto iam fructu, falcem mittit, & messem suam desecat; atq; ita congregat frumentum suum in horreum suum. Septem igitur gradus animæ rationalis, sunt septem oculi in vno lapide: septem lucernæ eiusdem candelabri: septem stellæ in dextera ipsius: septem spiritus discurrentes per vniuersas animæ partes: septem lotiones, quibus eius lepra purgatur: septem oscitationes pueri, & magni Eliæ inclinationes: liber signatus septem sigillis, quæ à solo agno soluuntur. In Exodo legitur: Si emeris seruum hebræum, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Senarius est seruitutis, & actiuæ vitæ: septenarius verò libertatis, & contemplatiuæ. Sic septem gradibus liberatur seruus hebræus à luto & palea. Septem diebus præsens tempus agitur: octonario autem vita perpetua ostenditur. Quam ob causam Salomon ait: Da partes septem, nec non & octo: hoc est, sic dispensa temporalia, vt appetere non obliuiscaris æterna. Apud Iudæos septimus hic numerus erat honore venerabilis: in quo quidem die Scænopegiæ, tubarū celebritas, & dies propitiationis. Annus septimus remissionis dictus est; totos enim annos sex agricolationem exercebant: septimo autem his erant contenti, quæ suapte sponte gignebat humus. Soluta est Iudæorum captiuitas anno septuagesimo. Septies in die cadet iustus, & resurget. A generatione hominis, septimus mortem non vidit, Enoch, mysterium Ecclesiæ. Septimus ab Abraham Moyses legem accepit. Septuagesima septima generatione ab Adam, se conspicuum mundo exhibuit, ac visendum Christus. Nouit & Petrus mysterium septenarij, dicens: Dimittam ei vsq; septies. Septies peccauit Cain: septuagies septies Lamech; & tamen omnia remittuntur; si redierint peccatores ad pœnitentiam. Non dico tibi septies; sed septuagies septies. Non recessit Dominus à septennione. Peccata puniuntur septies: qui occiderit Cain, septenam persoluet vltionem. De Cain expetita est vltio septies: de Lamech septuagies septies. Obseruat quoq; natura huius septenarij numeri virtutem; nam & septem diebus semen coagulatur: & fit idoneum ad recipiendum figuram. Septima hora post egressū ab vtero, decernitur, an sit victurus infans. A septimo die nomen illi imponitur; tanquam saluti eius tunc primùm confidendum sit, teste Aristotele 7. de animalibus. Post septimum mensem fiunt dentationes: post septem annos primi dentes cadunt, & alij subnascuntur. Septimo anno datur plena facultas loquendi. Bis septenis annis pueri pubescunt, & fit initium generationis. Albertus Magnus 8. de animalibus. Ter septenis fit robusta genitura: & secundum Plinium, cre-

Animæ gradus 7.

Psalm 83.

Gradus virtutum.

Matthæi 16.

Septenarij Sacramentū.

Exodi 21.

Ecclesiast. 11.

Enoch.

Cain.

Lamech.

Numerus septenarius in hominis generatione.

Animæ grad⁹ substantiales.

scit secundùm longitudinem: quarta hebdomada secundùm latitudinem: quinta completur augmentum omne roboris & virium: septimo septenario annorum prudentia 7. polit: & septem septies reduplicati, faciunt eam ætatem, quæ propriè perfecta habetur. Septuagesimus annus est meta viuendi. Item, morbi septimo die periculosiores sunt. Hypocrates septimum diem efficacissimum existimat. Extat liber Galeni de Criticis diebus: in quo tradit septimū diem omnibus iudicialibus antecellere, tùm potentia, tùm etiam nobilitate. Et sicut septimus est decretorius in morbis; ita per omnem vitam septimus quisque annus est periculosus. Sed de his plus satis sit dictum, ex quibus omnibus discimus, quare septem sint gradus animæ humanæ.

Hypocrates. Galenus.

CAP: V.

Anima an habeat gradus substantiales.

Anima nō suscipit maius, & minus.

Ostquàm ad moralem philosophiam locuti sumus de gradibus animæ;
deinceps loquendum nobis est, vtrumnè anima diuisibilis sit in gradus
substantiales, ita, vt vna aliquot substantiæ gradibus alteri antecellat,
& præstet. Porrò, de hac re in 3. Pymandri 88. & sequentibus satisdi-
ctum puto. Quocirca breui me expediam: & inprimis dico, animam in-
tellectiuam esse formam simplicem: atque tùm in se, tùm verò ad alias animas compa-
1. ratam indiuisibilem esse; nam si vna alteri aliquo substantiæ gradu antecelleret; tunc
dubium de illo gradu oriretur, an ab alijs semotus subsistere posset nec ne. si posset;
igitur aliquid inueniretur in anima, quod quidem sine aliquo alio gradu substantia-
li eiusdem animæ subsistere posset, quod est falsum; non enim esset gradus substan-
tiæ, sed potiùs accidentis. Si verò nequit subsistere; eiusdem est ergo rationis cum
2. cæteris gradibus: igitur non excellit. Ampliùs, si vna forma substantialis, altera ma-
ior existit aliquo substantiæ gradu: igitur compositum formæ maioris, maius, minoris
verò minimum diceretur: quod philosopho non probatur in prædicamentis: Vnus in-
quit, homo non dicitur magis, vel minus homo quàm alter: nec magis vel minus anima-
tus anima rationali, quàm alius homo. Nec denique vnus ignis dicitur magis, vel minus
ignis, quàm alius. Quare, si ad mentem philosophi forma substantialis, ac quodlibet si-
mile, esse largitur perfectissimum, quo tali in specie, seu ratione non potest esse per-
3. fectius; constat satis, magis aut minus suscipere non posse. Præterea, nulla forma quæ
sua propria virtute simul cum materia, constituendi suppositi rationem habet su-
scipit magis & minus, non solùm in seipsa, sed nec ad alias comparata quidem; qui-
libet enim huiusmodi formæ gradus, suppositum constituere posset: atque ita à pari-
bus gradibus, plura supposita fierent, quod est falsum. Quare, sicut fieri non potest,
vt eadem forma plura cōstituat supposita; ita, vt plures gradus substantiæ, quàm al-
tera eiusdem speciei habeat. Itaque, quælibet forma substantialis specifica sua sponte,
modò materiæ vniatur, est ratio plenissima, qua suppositum in esse naturali ponitur:
siue ad cuius præsentiam, informationemque, suppositum consequitur, & indiuiduum
4. substantiæ perfectum. Iterum, in substantia non est motus, 5. phys: quippe, quia sub-
stantiæ non est contrarium aliquid, vt dicitur in prædicamentis: motus autem pro-
priè fit de contrario in contrarium. Sed si eadem forma numero intenditur, & re-
mittitur; proculdubio in substantia esset motus, propterea, quòd huiusmodi intensio,
& remissio sine motu fieri non possunt. Sed dices fortassis, in substantia motum non
esse, quia nimirum, etsi plures habeat gradus, & vnus post alium possit haberi; ta-
men mutatione instantanea, non autem successiua fieri contingit. sed huiusmodi in-
stantia est parui momenti; constat enim motus diuisibilitatem, ex termini diuisibili-
tate pendere.

In substantia nō est motus.

Animæ grad⁹ substãtiales.

tate pendere. Quare, cùm terminus animæ sit indiuisibilis; ad eam vtique non potest esse motus. Pari quoq; ratione diceretur, ad augmentum intensionemq; albedinis in eadem subiecti parte motum non esse. Lumen præterea, etsi in instanti fiat; eodem tamen in corpore, ab eodem quoq; luminari per motum, & non in instanti, intenditur: non soluit ergo illa ratio virtutem argumenti. Amplius, si forma suscipit maius & minus; id certè propriè elementorum formis esset tribuendum, quibus nihilominus minimè tribui potest; essent enim inuicem contrariæ, tùm quia sint eiusdem generis proximi, tùm quia mutuò sese expellunt, dum generatio vnius, alteri pariat corruptionem. sed hoc substantiæ minimè congruit, authore philosopho in prædicamentis; vbi clarè docetur, substantiam contrarium non habere: habere tamen contrarium dicitur perfecti, siue imperfecti ratione, & eorum, quæ ipsam concomitantur. Pro huius verò quæstionis intellectu, animaduersione dignum est, aliquid suscipere magis, & minus bifariam intelligi posse, formaliter scilicet, & materialiter, siue subiectiuè. Illud autem magis, & minus formaliter suscipere dicitur, cuius sunt diuersi substantiæ gradus. Cùm autem forma in indiuisibili consistat; in seipsa, nec ad aliam formam comparata, magis & minus suscipere potest: quòd si ad subiectum conferatur; suscipit magis & minus; quia scilicet secundùm magis & minus, in subiecto recipitur. Suscipere verò magis & minus materialiter, perinde est, ac subiectum formæ gradus habere differentes secundùm magis & minus. Itaq; substantia subiectiuè, non autem formaliter, magis & minus suscipere dicitur, propterea, quòd nulla forma substantialis, tùm indiuidua, tùm specifica, gradus habeat distinctos secundùm magis & minus. Quam ob causam sapienter dictum est à Commentatore 5. phys: com: 10. in substantijs non esse formam diminutam, quæ postea fiat perfecta. Quare, si forma substantialis susciperet magis & minus; haud dubium, quin esset forma diminuta. Cæterùm, magis & minus comparationem denotat: comparatio verò est diuersorum in aliquo vno conuenientium: vnum autem dicitur multis modis, numero, specie, genere, proportione, analogia. Si itaq; diuersæ substantiæ ad aliquod vnum secundùm analogiam nominis, vtpote ad ipsum ens, vel ad perfectum, aut ad huiusmodi transcendens comparentur; sic materialiter suscipere magis & minus, substantia dicitur, eò quòd vna est perfectior altera. Similiter se habebunt, si ad accidens commune conferantur; vna enim substantia est albior altera. At si ad genus, vel ad speciem substantiæ comparentur; nulla suscipit magis & minus. Ioannes siquidem æquè est homo, & animal, sicut Petrus, & lupus. Cæterùm, non parua extitit apud sapientes de hac re controuersia; quidam enim dixerunt intensionem siue augmentum formæ, per partium additionem fieri, hoc est, partis formalis ad partem formalem, vtrisque remanentibus. In causa autem esse dicunt, quia omne quod corrumpitur, à suo contrario, vel ad corruptionem subiecti, vel ad remotionem agentis, à quo eius dependet conseruatio, corrumpitur. Sed cùm gradus præexistentis formæ, sequentis gradui non aduersetur, nec subiecti ratione, amittatur, propterea, quòd subiectum remanet, nec remotione causæ agentis; non video, quomodo eum corruptum iri, necesse sit. Quibus autem hæc sententia non probatur, aiunt, augmentationem formæ per additionem quidem alterius gradus fieri; sed priori destructo, vltimum gradum remanere. Et id profectò temerè nequaquam tuentur; nam si teste philosopho 5. meth: cõ: 15. specie differunt, quæcunque eodem in subiecto existentia, differentiam habent; plures igitur gradus formæ non se compatiuntur ad inuicem. Verùm hæc philosophi authoritas sic potest intelligi, accidentia scilicet, quæ in eodem consistunt subiecto, specie quidem differre; si ex illorum coniunctione aliquod vnum non confletur atq; constituatur in esse. Modò autem cùm ex præcedentium graduum vnione, per se vnum resultet; non est ratio, qua ab inuicem specie dissentiant. Sed secunda opinio

5. Forma elemẽti non suscipit maius & minus.

Substantiã suscipere magis & minus.

Comment.

Magis & minus.

Opiniones variæ.

Prima.

2.

Graduum additio.

grad⁹ sub stātiales. diceret, in aduentu sequentis, præcedentem gradum corrumpi, propterea, quòd se in-
uicem non compatiantur, aut coalescere nequeant; quandoquidem duo eiusdem spe-
ciei gradus simul consistere non valeant. Verùm ad huiusmodi obiectiones, sic respō-
Respōsio vera deri posset, nempè formam abstractam duobus modis considerari posse: vno quidem
modo secundùm specificum, & essentialem gradum, quo planè modo à supposito pr-
scinditur, & remouetur: alio autē secundùm gradus indiuiduales, & accidentales
quos in subiecto habere videtur. Porrò, primo modo forma non intenditur, nequ-
remittitur; sed formæ sunt sicut numeri. 9. meth: com: 10. quacunque enim fact-
additione ipsi numero, species numeri variatur; pariter etiam aliquo formæ addit-
gradu, formæ species variatur. At secundo modo per accidentalium graduum addi-
tionem, non variata specie forma intenditur, & remittitur; hac de causa dictum e-
Philosophus. à philosopho in prædicamento qualitatis, quòd qualitas non suscipit magis & minu-
sed quale: iuxta illud quod dicitur in libro sex principiorum: Forma est in simplic-
& inuariabili essentia consistens. Etenim, sicut per agens, quod est in actu, fit al-
quod actu calidum, quia de nouo incipit formam participare, non quòd fiat ipsa fo-
ma, vt dicit 7. meth: ita per intensiorem actionem agentis, efficitur magis calidum,
quia magis participat, non quòd tanquam formæ aliquid addatur. Quare, cùm anim-
intellectiua forma sit substantialis; omninò erit simplex, indiuisibilis, graduum ac-
ditionis, aut diminutionis expers; ideoq; liberè dici potest, vnam alteri, gradu aliqu-
substantiæ non antecellere.

CAP: VI.

Argumenta contraria.

CVm sit nō paruæ obscuritatis huius quæstionis intima penetrare; hinc e-
quòd plurima inueniuntur argumenta, quæ contra illius veritatem p-
gnare videntur. Et primùm dici posset ad philosophi authoritatem,
1. suis prædicamentis logicè locutum fuisse, ideoque dixisse, substantia
magis & minus non suscipere: secus verò rem se habere secundùm m-
taphysicam considerationem. Substantia præterea à termino supremo imponitu-
qui in indiuisibili consistit, non autem ab ipsa formæ latitudine: sicut & concept-
terminus accidentalis. Quocirca, licet graduum latitudinem habeat; respectu tam-
termini indiuisibilis, magis & minus suscipere non dicitur: deniq; vna forma non d-
citur magis, vel minus substantia, quàm altera; tametsi gradibus aliquot substant-
antecellat: sicut nec vna albedo dicitur magis vel minus albedo; etiam si perfecti-
vel imperfectior altera dicatur, & existat. Ampliùs, de forma educta de potent-
2. materiæ, sic argui potest: Fieri non potest, vt duæ formæ substantiales eiusdem gr-
dus, eadem in materia consistere queant, eò quòd altera sufficit ad materiæ const-
tutionem. Sed authore Damasceno, forma ignis, & forma ferri, in eadem igniti fe-
ri materia simul inueniuntur: igitur sunt inibi in esse remisso, & consequenter rec-
piunt maius & minus. Reuera, propria alicuius forma accidentalis, non nisi medi-
te forma substantiali eidem inesse poterit; caliditas namque est forma accidenta-
ignis, quia est accidens aquæ calefactæ: nihil autem quod vni est substantia, alte-
erit accidens. Inibi erit ergo forma substantialis ignis, non quidem in esse intens-
sed remisso: ergo quod priùs. caliditas siquidem non inest aquæ, mediante forma
quæ, quia aquæ corruptionem machinatur: nullum autem accidens ad proprij corr-
ptionem disponit, illius præsertim formæ, qua mediante inest subiecto: sicut nihil e-
3. quod sui interitum machinetur. Iterùm, si ex terra ignis generatur; igitur in terr-
materia simul sunt forma ignis, & forma terræ: atque ita habetur intentum. Cons-
quent-

quentia autem sic deduci potest: nisi terra pares haberet gradus raritatis cum igne, vno duntaxat excepto; idonea nequaquam esset, quæ ignem gigneret. sed ad summũ huiusmodi raritatis gradum ex suæ quidem formæ virtute, nequit attingere; alioqui aëris raritati antecelleret: simul ergo coalescunt amborum formæ: & sic in idem recidit argumentum. Ad hæc accedunt philosophi sententiæ, quæ prædictis expressè fauere videntur argumentis. sic enim loquitur 7. phys: Si numerus, inquit, esset substantia; maior, & minor numerus, eiusdem esset rationis: igitur substantia infra eandem rationem suscipit maius & minus: octauo præterea methaphys: dicit: Substantia non suscipit magis, & minus, sicut numerus, nisi in materia: igitur materialis substantia educta de potentia, potest suscipere magis & minus: Demũ, in postprædicamentis, inter species motus, generationem interserit: igitur generatio est motus. sed id nequaquam fieret; ni forma substantialis, quæ est terminus generationis, diuisibilis esset, ac magis & minus susciperet. Insuper, 6. phys: apertè testatur, quòd non sit fieri ante quod non sit factum esse, & similiter incorruptum esse. Incorruptio igitur est mutatio successiua, sicut & motus: atq; ita ex tot philosophi sententijs clarè colligitur; substantiam scilicet suscipere magis & minus. His quoq; assentitur Commentator 3. de cælo, vbi palàm ostendit, elementorum formas suscipere magis & minus. Præterea gradus formarum nihil aliud sunt, quàm formæ specificæ perfectionalis proportio, quæ extra specificæ quidditatis conceptum existens, ipsam tamen speciem intra indiuidui conceptum essentialiter includit. Tunc sic argumentor: Fieri non potest, vt eadem forma simul insit diuersis indiuiduis, secundùm aliam & aliam rationem participata, nisi pluralitatem illarum in se habeat rationum, qui gradus appellantur. Itaq; forma specifica est quidem indiuisibilis, quoàd gradus specificos: diuisibilis verò, quoàd gradus perfectionales indiuidui. sed aliqua forma participatur à diuersis secundùm diuersos gradus: igitur datur latitudo graduum in formis. Quòd ergo forma suscipiat magis & minus, in causa est latitudo graduum in forma, siue, quod idem est, illimitatio formæ quæ participatur. Etenim absurdum est dicere, formam secundùm magis, & minus haberi; nisi in seipsa habeat huiusmodi graduum latitudinem: alioqui oppositum prædicati inferret oppositum subiecti: nam si non fuerit illimitata; non participabitur secundùm magis & minus. Fauet huic proposito Simplicius in prædicamentis, vbi commendans Architæ sententiam, ait: Mirabilis Architas breui sermone, causam eius quod est magis & minus insinuat, dicens: Qualitas quia infinitatem quandam participat; ideo secundùm rationẽ eius est, quòd suscipiat magis, & minus, & non ex participantibus: ergo quod prius. Ampliùs, Quemadmodum non calidum, est potentia calidum; ita planè minus calidum, est potentia magis calidum. sed id quod non est calidum, per caloris aduentum fit calidum: igitur minus calidum, per nouos gradus aduenientis formæ fiet calidum; nam illa augmentatio caloris, aut fiet per additionem graduum noui caloris; & ita habetur propositum: si verò sine alicuius gradus additione fiat: non ergo euadet, aut euadere potest magis calidum: cuius contrarium sensus ostendit.

Animæ gradus substantiales.

Philos:

8. Meth:

6. Phys:

Commentat:

4.

Causa suspiciendi magis & minus.

Simplicius.
Architas.

5.

CAP: VII.

Soluuntur Argumenta.

AD primum, perperam philosophi sententias interpretatur; pari enim ratione dici posset, albedinem seu aliquam aliam qualitatem, secundùm considerationem logicam, non suscipere magis & minus; quippe quæ quoàd secundam intentionem speciei, est quidditas quædam abstrahens ab indiuiduis, & consequenter à magis, & minus susceptione. sed philoso- 1.

grad: ſub; *phus contrarium ſentit; tribuit enim id qualitati, adimit verò ſubſtantiæ. Itaq́, ad*
mentem philoſophi, ſubſtantia nec in ſeipſa, nec ad alia comparata, ſuſcipit magis &
minus. Ad aliud, licet ſubſtantia imponatur à termino; id tamen, cui imponitur, p
teſt eſſe citra terminum: proinde quoâd illud, cui non imponitur, poteſt dici mais
& minus, nempè ſubiectiuè, & non formaliter. Quare, ſi forma haberet in ſeipſa h-
iuſmodi graduum latitudinem, & ſi in ſeipſa non diceretur magis, & minus; illius t-
men concretum hanc prædicandi rationem ſuſciperet. Ex quo vnus homo diceret r
magis vel minus homo, quàm alter homo, quod eſt falſum: vt dicit philoſophus. Ad
2. *2. Duæ formæ ſubſtantiales ignis ſcilicet & ferri, eadem in materia nequaquam ſ-*
mul conſiſtunt: verùm quia ferrum eſt corpus poroſum, in eius planè poros ſub-
greditur rarus ignis & ſubtilis. Quare, in materia vaporis, quæ quidẽ materia ſe tent
in ſuperficie ferri, ignis conſiſtit: vaporis autem forma corrupta, in ferri matea
gignitur ignis. Non ſunt ergo duæ formæ ſubſtantiales ſimul in eadem ferri mater.
De caliditate autem, quæ in aqua inuenitur, dico: in materia aquæ formam ignis n
præexiſtere; ſed caliditatem illam in aquæ materia inueniri, forma aquæ mediane.
Porrò, caliditas aut propriè loquendo non eſt propria paſsio ignis; eò quòd in ais
quoq́ inueniatur: vel ſi eſt eius propria paſsio; eſt pro aliquo gradu caloris, qui cete
in aqua inueniri non poteſt, aquæ forma remanente. Ad confirmationem ſimiler
3. *patet reſponſio; nullum ſiquidem eſt abſurdum, ab accidente extraneo, ad quod nl-*
lam habet ſubiectum actiuam, ſeu paſsiuam inclinationem, media parari, quibus ub
iectum corrumpatur, cùm id per accidens contingat. Ad 3. Non eſt neceſſe, tot ra
uitatis gradus terram attingere, vt ſuæ exuat formæ naturam, priuſquam ex ſa
ignis generetur: ſed ſat erit illi ad proximum raritatis prouehi, qui terræ conſoti-
um non patitur, antequàm ex ipſa ignis gignatur: habebit igitur debitam, ac deteri-
natam grauitatis menſuram, quæ apta ſit ad ignis formam recipiendam. Ex his ego
Soluũtur philoſophi authoritates, *ſic elucidatis, patêre arbitror quomodo philoſophi ſententiæ ſint intelligendæ. Eni*
ma quidem diſputat contra Platonicos, qui poſuerunt & ſubſtantias numeros eſ&
ſubſtantias materiales magis & minus ſuſcipere, idq́ ex ipſa materia. Non igitue-
cundùm propriam intentionem putandum eſt, fuiſſe locutum. Pari quoq́ faciliate
ſecunda eius ſoluitur authoritas: vel dubitando potiùs, quàm affirmando, diit,
cùm aliter omninò ab eo doceatur in ſuis prædicamentis. Ad authoritatem de pt-
prædicamentis dico, motum pro mutatione accepiſſe, ſucceſsiua, ſiue inſtantad.
Quocirca non ſequitur, generationem mutationem ſucceſsiuam eſſe; ſed inſtantne-
am, & totam ſimul. Quoâd Commentatorem ſpectat, à ſe ipſo diſſentit 5. phyſ: de
Com: *ſubſtantia: idcirco hac in re parui refert, quid ſenſerit. Ad 4. A nonnullis itac-*
4. *ſpondetur, cùm quælibet forma ſecundùm eſſentiam certificetur, determinetur a-*
biliaturq́, vt id ſit, & non aliud per ſuam eſſentiam: huiuſmodi verò certificat in
minimo fiat, 10. meth: omnia menſurantur minimo ſui generis: ideoq́ in minimo, in
puncti ratione forma conſiſtit; quia formæ ſunt ſicut numeri. Quælibet ergo fona
inſtar numeri indiuiſibilis erit. ſed vbi eſt graduum latitudo; inibi eſt perfect &
imperfecti diuiſio: in formarum igitur eſſentia, ponenda non eſt graduum latitdo.
Graduũ latitudo. *Et cùm dicis, formam ſpecificam, quoâd gradus ſpecificos indiuiſibilem quidem ſe,*
diuiſibilem verò quoâd gradus perfectionales, & proportionales; qui certè non nt
infra ſpecificum, ſed indiuiduorum conceptum. Tunc arguo ſic: Aut huiuſmodi a-
dus ſunt omninò idem eſſentialiter, & realiter cum eſſentia ſpecifica, aut non: ſi nt;
nulla profectò erit graduum latitudo: ſicut enim forma indiuiſibilis eſt pro gradus
ſpecificis; ita proculdubio pro gradibus proportionalib. ſi verò non ſint: non ergfor
ma intenditur; ſed gradus. Sed dicis, huiuſmodi gradus ad eſſentiam, & quidditi-
uum indiuidui intellectum pertinere, vtpote huius calidi, vel albedinis. ſed tuncu-

Aniæ gradus subst:

bium emergeret, quòd talia indiuidua absq; illorum graduum cognitione intelligi nõ
possent. atqui intelligere licet calidum sine quinto aut sexto gradu caloris, & hanc
albedinem, etiamsi ab vno gradu separari nequiret: non ergo ponenda est latitudo
graduum in essentia formarum; sed secundùm esse, quod habent in subiecto magis, ac
minus disposito. Nam si necessaria non esset subiecti dispositio: in instanti ergo for-
ma ab agente produceretur, sicut diaphanum à sole in instanti illuminatur. sed for-
mæ quæ suscipiunt magis & minus, modo iam dicto, non producuntur in instanti; sed
ab imperfecto procedunt ad perfectum, vt sensu manifestè docemur: ergo quod pri-
us. Sed rursus instabis, dicens: accidentis esse, est inesse: igitur, ponere graduum la-
titudinem in formis secundùm esse quod habent in subiecto, perinde est, ac ponere
graduum latitudinem in essentia formarum. Quare, qui dixerunt charitatem auge-
ri secundùm radicationem in subiecto, non autem secundùm suam essentiam; à vero
aberrârunt. Cùm sit enim accidentis esse, in esse; haud dubium quòd nihil aliud sit
ipsam secundùm essentiam augeri, quàm eam subiecto magis inesse, hoc est, for-
tiùs radicari: nam cùm virtus sit essentialiter ordinata ad actum; proinde, ipsam
augeri secundùm essentiam, & efficaciam habere ad actum feruoris producendum,
idem erit. Respondeo, charitatem non augeri secundùm essentiam, hoc est, quòd au-
geatur in eius essentia; quandoquidem secundùm hunc modum nulli formæ prorsus
conuenit intensio, siue augmentatio. Porrò, intenditur alio modo secundùm essenti-
am, id est, illa sua essentia, non in se; sed in subiecto augetur. Et sic istæ duæ opinio-
nes videntur coincidere; idem enim esse arbitror, formam specificam indiuisibilem
esse secundùm gradus specificos: diuisibilem verò secundùm gradus proportionales,
quos habet in subiecto. Et charitatem, seu formam non augeri in sua essentia; sed in
subiecto. Etenim, si formæ cõsiderentur secundùm suum esse specificum; dubium esse
non potest, quin sint in esse determinato, & in diuisibili: alioqui, si possent augeri &
minui; possent etiam corrumpi: quod non est fas dicere apud philosophum; homo
enim non præstat, nec antecellit homini ratione speciei. Verùm quoâd alias formas
accidentales, datur quidem graduum latitudo respectu subiecti, non autem formæ:
vnum siquidem subiectum aptius est altero, atq; capacius ad maiores caloris, seu al-
bedinis, siue ignorantiæ aut scientiæ, bonitatis & malitiæ gradus suscipiendos. vnde
subiectiuè & materialiter, secundùm gradus proportionales, seu perfectionales, aut
participationem subiecti, siue radicationem in subiecto, aut quocunq. alio nomine
velis dicere, forma dicitur intendi, seu remitti. Ad 5. Id quod nondum est calidum, 5.
est in potentia ad formam caloris, tanquàm nondum habens formam: hinc est, quòd
agens nititur nouam introducere formam. At id quod est minus calidum, non est in
potentia ad formam; sed potiùs ad perfectiorem participationis modum, quem certè
consequitur per actionem agentis. Ad confirmationem similiter est dicendum, nem-
pè dum forma intenditur, gradus ad gradum in subiecto, non autem formæ ad for-
mam additionem fieri. His ita elucidatis, ad contrarias rationes sic erit responden-
dum: & primùm quidem ad illam philosophi sententiam, formæ sunt sicut numeri.
Philosophus ibi de quidditate specifica, quæ diffinitionem exprimit, quæq; abstra-
hit ab omni gradu indiuiduali, locutus est. Et id quidem elucidant verba sequentia:
Quemadmodum, inquit, nec numerus habet magis, & minus, nec quæ secundùm spe-
ciem substantia; sed siquidem cum materia. Et est sensus, si forma specifica habet ma
gis & minus, hoc est, cum materia, & inferioribus indiuiduis: in forma igitur speci-
fica, vt est quidditas, ab omni conditione indiuidua abstracta, non inuenitur magis,
& minus. Et cùm iterum arguis: vel gradus additus ad quidditatem formæ specifi-
cæ pertinet; & tunc albedo remissa, non erit perfecta in specie albedinis. vel non spe
ctat; atq; ita intensa albedo erit vnum per accidens, quia scilicet gradum includit,
qui

Subiecti dispositio.

Additio formæ charitatis

Charitas augetur.

Conciliatio.

Soluuntur alia argumẽt:

1.

2.

qui ad eius eſſentiam non ſpectat: Reſpondeo, gradum illum ad quidditatem ſpecifi-
cam minimè ſpectare: neq; ea de cauſa, formam intenſam, eſſe vnum per acciden[s];
gradus enim illi etſi non ſint de eſſentia ſpeciei; ſunt nihilominùs de eſſentia indiui-
dui: ideoq; non poſſunt facere vnum per accidens. Et cùm infers: ergo ſpecies non d[i]-
cit totam eſſentiam indiuidui, non ſequitur; nam etſi natura ſpecifica in ſuo conceptu,

Gradus indiuidui.

à quolibet abſtrahat gradu; eſt tamen idem realiter cum quolibet gradu, & in qu[o]-
libet indiuidui gradu includitur. Cæterùm, ſi anima intellectiua eſſet forma accid[en]-
talis, veluti albedo, aut ſcientia; poſſet tunc eſſe aliqua probabilis coniectura, quòd [re]-
ſpectu diuerſorum hominum gradus haberet perfectionales. Verùm, cùm ſit forma
ſubſtantialis; non video quomodo poſſit intendi, & remitti pro aliquo, ſiue quouiſcun-
que gradu. Anima ergo vnius hominis non antecellit animæ alterius hominis, aliquo
gradu ſubſtantiali.

CAP: VIII.

Anima non eſt corpus.

Anima nõ eſt corpus.

Voniam cum magno Mercurio animæ intellectiuæ ſimplicitatem ac
indiuiſibilitatem tueri cœpimus; neceſſarium eſſe putauimus oſtende-
re huiuſmodi animam corpus non eſſe. Nam & ab antiquis in dubium
hoc negotium vocatum eſt; quippe qui omnia corporea eſſe aiebant hi
autem inſcitiæ arguuntur à Platone in lib: de ente. Cùm aliquid ſiun-
quit, iuſtitia, & ſapientia, & virtus quælibet, nec non virtutis cuiuſq; contrarium, &
anima præterea, cui hæc accidunt; ſingula tamen iſtorum, nec tangi, nec videri [p]oſ-
ſunt. ſimiliter & anima ſe habet: vnde ſi quid vel exiguum quidem incorporeũ [e]ſſe

Plato in libro de ente.

concedunt, ſufficit. Itaq; extitit inter nonnullos, ait Plato, quaſi gigantum pugna
quædam, propter eam controuerſiam, qua inuicem de eſſentia certant. Quidam [il]lo-
rum de cælo, & inuiſibili regione, omnia ipſis certè manibus in terram trahunt, [ſ]axa
& quercus apprehendentes. Nam cùm talia hæc omnia tangant; ſolum id eſſe affir-
mant, quod quoquo modo percipitur atq; tangitur, idemq; corpus, & eſſentiam [vo]ca-
dunt. Quicquid autem abſq; corpore dicitur eſſe, contemnunt: nihil aliud audire
nolentes. Horum autem aduerſarij cautè admodum atq; piè ſupernè ex inuiſibi[li] ſe-

Contra eos qui dicebant omnia eſſe corporea.

de pro inuiſibili eſſentia pugnant; atq; intelligibiles quaſdam, & incorporeas, co[ntend]unt
etiam veras exiſtere ſubſtantias: vnde ingens pugna inter vtroſq; de his ſemper ex-
titit. Ex his ergo Platonis ſermonibus, licet colligere animam incorpoream eſſe atq;
eos reprehenſione dignos, qui omne inuiſibile, & incorporeum contemnebant: & eos
quoq;, qui aiebant, omnia eſſe inuiſibilia, atq; incorporea. Quòd verò anima intelle-
ctiua ſit incorporea, ſic oſtenditur: Nam cùm anima ſit principium vitæ in his, quæ

Anima principium vitæ.

apud nos viuunt; animata enim viuentia dicimus: inanimata autem vita carentia. li-
quet verò non quodcunq; vitalis operationis animam principium eſſe; alioqui & ocu-
lus anima dici poſſet, eò quòd ſit quoddam viſionis principium: de alijs quoq; [ſen]ſi-
bus, animæq; inſtrumentis, ſimile poſſet eſſe iudicium. Eſt ergo anima primum prin-
cipium vitæ: cor autem, etſi ſit quoddam in animali vitæ principium; primum ta-
men dici non poteſt. Primum autem vitæ principium, corpori nullatenus conuenit; a-
lioqui omne corpus eſſet viuens, aut principium vitæ. verum nihilominùs eſt, aliquod
corpus eſſe viuens, ſeu principium vitæ, propterea quòd ſit tale corpus in actu. At
omne huiuſmodi ab aliquo alio, quod eſt per ſe viuens, & primum principium vitæ,
& primus actus, accipit vt ſit eius actus. Anima ergo cùm primum ſit principium
vitæ, non eſt corpus; ſed corporis actus: ſicut calor qui eſt principium calefactionis,

non est corpus; sed quidam corporis calidi actus. vnde Augustinus dixit, animam ideo simplicem dici, quia mole non diffunditur per spatium loci. Et lib: de quantitate animæ cap. 13. Si, inquit, corporea corporeis oculis mira quadam rerum cognatione cernuntur; oportet animum, quo videmus illa incorporalia, corporeum corpusué non esse. Anima ergo est substantia quædam, rationis particeps, regendo corpori accommodata. Et lib. 7. de gen: cap. 20. Aliud est anima, inquit, & aliud hæc corporalia vasa, vel organa, quod sic euidenter elucet; plerumq; enim anima se vehementi cogitationis intentione auertit ab omnibus corporeis rebus, vt præ oculis patentibus, recteq; valentibus multa posita nesciat. Ex his ergo tribus rationibus satis constare poterit, animam corpus non esse. cum siquidem sit primus actus, primumq; principium vitæ; corpus esse non potest, quod ab alio vitam accipit. Deinde, sicut oculis corporeis corporea cernuntur; ita planè incorporea, anima incorporea. Quare, si anima esset corporea de substantijs inuisibilibus, & incorporeis; nihil à nobis intelligi posset: quod prorsus destruit omnem veram, sanctamq; philosophiam. Deniq;, si anima corpus esset; à rebus corporeis penitus se auertere non valeret. Amplius, anima intellectiua, licet secundū esse, & existere, corpori, sit pars hominis; est tamē exuta corpore, aliquid per se subsistens: quod sanè in animam non caderet; si corporeum aliquid esset. De fundamento autem huiusmodi subsistentiæ, aliqui dixerunt esse quod est, & quo est: hoc est, potentiam passiuam, seu receptiuam, quæ se habet per modum materiæ: et quo est, id est, potentiam actiuam, quæ tenet modum formæ. verùm ratione sola, non autem re, hæc in anima differre videntur. Vtrumq. namq; ipsa est secundùm substantiam, & passibilis, siue passiua, & etiam actiua: in rebus verò corporeis hæc duo, & re, & nomine distinguuntur. Quam ob causam à quibusdam dictum est, huiusmodi subsistentiæ fundamentum, principium esse materiale, à quo anima habet subsistere; & formale, à quo habet esse: vnde hoc modo compositam esse aiunt ex materia, & forma spirituali. Anima igitur dicitur subsistens exuta corpore, quia non dependet ab alio secundùm esse; sed habet à primo ente, à quo, & creata est, quòd per se subsistat. Quoniam ergo anima potest subsistere sine corpore: non est ergo corpus: eò quòd sine suiipsius substantia, subsistat nihil. Adde, quòd intellectio, qua incorporalia apprehendit, & eligit, ex corpore nō pendet, quia contra eorū electionē incitat conditio corporalis: igitur, si animus intelligit, & vult absq; corpore, & absq; eo quandoq; operatur; necessariò sequitur, vt & viuere, & esse possit sine corpore, & corpus nullatenus sit. De hac re præclarè disputauit Plot: multis varijsq; rationib. asserens, corpus sua proprietate dissolubile esse: animā verò suapte natura, corpus cōnectere, cōciliareq; contraria, dū certa quadā ratione cōmiscet: ex quo perspicuū esse potest dissolubilem non esse, nec corporis subire mixturam: Animæ, inquit, vita necessariò inest; si autem anima est corpus; & corpus mixtum est ex pluribus corporibus: igitur ex pluribus vitis: atqui vnicuiq. vna vita sufficit. Quam ob causam, omninò pro impossibili habetur, confluentiam corporum vitam facere non posse, & quæ intellectu carent, facere intellectum. Non solùm ergo anima intellectiua non est corpus compositum; sed ne simplex quidem. Non est autem corpus crassum; alioqui vniuersa permeare facilè non posset: neq. labile; alioqui seipsam non contineret: non est impressa corpori forma; alioqui corpori expeditè dominari non posset: & ad viuificandum, & ad mouendum, & ad continendum. Corpus præterea ex seipso vitam non habet; quia materia expers est vitæ. sed anima habet in seipsa vitam: igitur non est corpus. Stoici, & Epicurei animam esse spiritum suspicabantur, id est, subtilissimum corpus: illi quidem potiùs igneum; hi verò magis aêreum. Sanè, si anima corpus est; aut illud corpus est frigidum, aut calidum, aut durum, aut molle, aut compactū, aut fluuidum, atq. laxum: item, vel nigrum, vel album, & quæ sunt huiusmodi. Quare, si

[Margin notes: Animanō est corpus — Aug: de trin: lib. 7: — Tres rationes — 4. — Subsistentia animæ. — Quod & quo. — 5. — Plotinus lib: 7. En: 4. ca. 1. & sequentib; — Non est corpus crassum. — Stoici. Epicurei. — 6.]

Anima nō est corp9.

est calidū tantùm; calefacit solùm: si frigidum; frigefacit: & de reliquis simile est
iudicium. atqui anima tum in alijs animalibus alia facit, & alia; tum etiam in eo-
dem contraria parit: anima ergo non est corpus. Præterea, si anima corpus est, si-
cut natura corporis consueuit: igitur in plures partes distribueretur, sicut sunt plu-
res partes corporis. sed anima est indiuisibilis, vt suprà dictum est: corpus ergo ne-
8. quaquam est. Ampliùs, anima intellectiua est tota in toto, & tota in qualibet par-
te, vt paulò pòst ostendetur, propterea quòd est forma substantialis indiuisibilis. sed
id corpori conuenire non potest, vt queat idem totum simul in pluribus esse, atque
9. pars idem penitus esse valeat quod totum: ergo quod prius. Iterum, si anima esset cor-
pus; prorsus destrueretur in nobis sentire, et intelligere: quibus euersis atq. destructis;
destrueretur penitus natura humana: atq. ita, si anima est corpus; homo nō est homo.
Etenim, si sentire quicquam debet, vnum esse ipsum oportet, & vno quodam eodem-
que percipere. Quare, etsi aliquis per oculos aliud penetret, aliud per auditum; vnum
tamen oportet esse, ad quod perueniant vtraq;: alioqui non posset animus horum in-
ter se differentias iudicare; nisi intentiones sensuum, sensibiliumq; in vnum æquè con-
fluerent: oportet igitur hoc esse quasi centrum; sensus verò singulos quasi lineas. Nam
si diuiduum aliquid esset, & quasi ad extrema, siue ad medium intentiones sensuum
concurrerent; aut variæ essent intellectiones; aut potiùs in vnum congregarentur:
ceu, si ego aliud sentiam, tu verò sentias aliud: etiam si vnum sit rei spectaculū. Itaq;,
si anima corpus esset; non esset vnum centrum, ad quod notiones sensuum, veluti li-
neæ concurrerent; sed vnà cum re sensibili diuideretur: atq. pars alia sentiet aliam,
nihilq; in nobis sentiendam rem totā percipiet; etenim cùm magnitudo diuidi queat
in infinitum, & anima est magnitudo: in anima ergo innumerabiles erunt sensus cir-
10. ca vnumquodq; sensibile, quod est falsum. Præterea, si corpus sit quod sentit, non alio
modo sentire continget, quàm si quædam ab anulo in cera imprimantur imagines si-
ue in sanguine, siue in ære quodam sensibilia imprimantur. Quòd si illæ imagines cō-
funderentur, veluti vestigia aquæ impressa confunduntur; tunc planè nulla erit me-
moria. At si impressæ figuræ atq. imagines permanserint; aut non licebit alias sibi
fingi, prioribus permanentibus, ideoq; sensus alij minimè fient; aut si fiant; priores pro-
tinus delebuntur, sicq; memoria perdetur. Verùm, quoniam possumus meminisse ac
præter alia, sentire rursus & alia, prioribus nequaquam impedientibus: igitur omni-
11. bus modis anima corpus esse non potest. Ampliùs, idem quoq; ex dolore, dolorisq;
sensu declarari potest, vtpote quando quis dicitur dolere digitum; tunc dolor quidem
est in digito: sensus verò doloris, est circa ipsum animæ principale, vbi pars quædam
spiritus animati dolet: proinde anima tota tunc quodammodo dolet. Cùm ergo anima
vbiq. sit tota, & ipsa persentiat vbiq;, corpus verò cùm sit moles, id habere nequat,
vt in eo patiente alio id persentiat aliud; profectò non video quî fieri possit, vt ani-
ma corpus nominetur, & sit. Intelligentia præterea frequenter attingit, & penetrat
12. inuisibilia, & incorporea, formas scilicet separatas à corpore. Quare, si fiat absque
corpore; proculdubio non abs re, sed iure dicere possumus, animam corpus non esse;
indiuisibile enim non aliter, quàm per indiuisibile attingitur: intellectus igitur hu-
manus attingens indiuidua, vt indiuiduus sit, necesse est, & ita incorporeus. Profe-
ctò, si sentire nihil aliud sit, quàm anima vtens corpore, sensibilia percipere; sine du-
bio intelligere non erit per corpus aliquid apprehendere: alioqui idem esset intellige-
re & scire. Cùm ergo intelligere sit sine corpore: anima ergo, quæ intelligit non erit
13. corpus. Item, essentia corporea tanquam imperfecta dependet ab incorporea per-
fecta: quæ quidem cùm ex seipsa primòq; sit, & viuat, copus esse non potest. Anima
autem quoniam in genere diuinorum est vltima; ideo cum caducis videtur inire con-
sortium, ex quo optimus eius habitus interimitur. verùm quia in diuinorum genere
comre-

Vnum necesse est esse.

comprehenditur, idcircò à corporeis rebus sese potest auocare. Omne autem quod est tale, corpus minimè erit. Anima nō est corpus

CAP: IX.

Aliæ quoq; rationes.

Omninò autem necesse est alteram quandam esse naturam præter corpora, quæ esse habeat ex seipsa; taleq; esse omne, quod verè ens iudicatur. hæc autem essentia peregrina non vtitur vita; alioqui in infinitum progressio fieret: oportet ergo naturam quandam existere primò viuentem, incorruptibilem, immortalem: vtpote quæ alijs sit principiū vitæ: hoc autem in gradu omne diuinum atq; beatum oportet consistere, ex seipso viuens, atq. existens. hoc itaq; primò semperq; ens non decet vita carere instar lapidis, aut ligni; sed oportet esse viuens, puraq; vita frui. Primum ens. Cùm autem anima vltima sit in sphæra diuinorum; impedimentum subijt ad optimam, corpus scilicet; neq; tamen naturam suam amisit, vt corpus fieret; sed antiquum habitum, quando recurrit ad sua, quandoq; resumere potest. Quòd si ad corpoream spectaret naturam; nequaquam ad suum habitum remeare valeret. Itaq; diuiniori sempiternæq; naturæ animam intellectiuam cognatam esse, vel ex eo maximè patet, quòd corpus non sit, neq; figuram aliquam materialem habeat, neq; colorem, neq; molem, vel qualitatem vllo pacto tractabilem. Anima non est corpus. Sanè, cùm nobis constet, omne diuinum vita frui bona atq; sapiente; profectò quoties anima in seipsam reuertitur; sapiens redditur, & virtute prædita. sapientia autem veraq; virtus cùm diuinæ res sint; non possunt alicui vnquam vili mortaliq; inesse naturæ. Anima ergo cùm sit capax sapientiæ & virtutis, rerum vtiq; diuinarum; non erit capax vilis, & mortalis naturæ corporeæ. Anima ergo est vnus & simplex actus, & natura in viuendo consistens, non diuisa in partes, vtpote quæ non est moles, neq; quantum quicquam. Quid anima. Hæc Plotinus. Ampliùs, sic arguo inductiuè: Anima non est corpus cæleste; corpus siquidem cæleste non mouetur per potentiam in eo existentem; quia nimirum, aut esset finita, aut infinita. Aliæ ratione Si finita; motus cæli posset desinere, quod philosopho non probatur, vt dictum est in quarto Pymandri. Si infinita; contingeret moueri in instanti, vt dicit philosophus: ideo mouetur per potentiam non existentem in subiecto, 12. met: com: 42. sed anima mouet seipsam: non est ergo corpus cæleste. Non est corpus finitum, quod ablatione cotinui consumitur. 6. phys: com: 20. quia partes non habet quarum ablatione consumi possit. Neq. infinitum: quia si esset, repleret omnia; sed anima non occupat omnia. Non est corpus simplex, quia corpora simplicia sunt contraria 3. phys: 54. anima autem non habet contrarium: neq; mouetur motu elementorum. Non est corpus mathematicum, quod est in loco secundùm imaginationem. 4. phys: 47. quia anima est ens reale, & naturale, non abstractum à materia per imaginationem; sed per suamipsius subsistentiam. Corpus mathematicum. Item, corpus mathematicum immobile est, & nullam habet inclinationem 3. cæli. 55. Deniq; non habet esse extra intellectum 3. cæli 72. quæ omnia corpori non conueniunt. Item, 2. de anima 37. omnia corpora physica sunt animæ instrumenta: non ergo anima est corpus physicum; quia non est suum instrumentum. Item, corpus intelligi non potest sine superficie, 3. met: 17. sed anima intelligitur sine superficie: igitur non est corpus. Neq; est corpus sphæricum: quia omne corpus sphæricum necessariò ambit mundum; alioqui corpora procederent in infinitum, aut terminarentur ad vanum, quæ omnia sunt falsa: ex lib: destructi: disp: prima, solut: dubij 11. sed anima non ambit cælum: non est ergo corpus sphæricum. Deniq;, omne corpus tribus elauditur terminis, longitudine, latitudine, & profunditate, quæ planè animæ intellectiuæ tribui ne-

Anima nō est corpus. bui nequeunt: ergo quod prius. Suffragantur huic proposito diuinarum scripturarū
oracula vnà cum diuinis interpretibus. Reuertetur, inquit Salomon, puluis in terram
Salomon. suam, vnde sumptus est: & spiritus reuertetur ad dominum, qui dedit illum. Ex quo
satis ridendi sunt qui putant animas, aut corpora esse, aut cum corporibus interire,
Hieronymus. Hieronymus in caput 9. Amos, dicit animam humanam tenuem habere substantiam:
Anima humana, inquit, vinculis laxata corporeis volandi quò velit, siue quò ire com-
pellitur, propter tenuitatem substantiæ, habet libertatem. Si ergo anima est tenuis
substantia; corpus nō erit, quod ex quatuor constat elementis. Et in Abdiam: Anima,
inquit, in meditullio vitiorum atq; virtutum posita est; vt possit in vtramq; partem
per horarum momenta conuerti. sed corpus in eam, quam primò accepit sese defle-
xit naturam, ita, vt ab ea sese auocare non queat: nullam ergo habet corpus cum ani-
Matth. ma cognationem. Sanè, corpus potest occidi, anima autem minimè; quia animam non
possunt occidere; quomodo ergo anima est corpus. Diuus Paulus cupit dissolui à cor-
Phil: 1. pore, & esse cum Christo; sed quî fieri potest, vt anima à seipsa separetur? Basiliu
Basilius. Magnus circa finem tertiæ homiliæ eleganter, atq; eruditè ostendit, animam esse in
corpoream: Ex contemplatione, inquit, tuæ animæ incorporeæ, cogita Deum esse in
corporeum: Deum inquam, intellige nullo circumscriptum loco, quando nec tua men
præcisam habeat in loco conuersationem, etiamsi in loco est, per colligationem ad co
pus. Nihil est quod dubites credere Deum esse inuisibilem: mox vt tuam ipsius cogn
Animæ figura. ueris animam, cùm nec ipsa quoq; corporeis possit apprehendi oculis; nullo enim pi
ctura est colore, nullo tecta schemate, nullo est comprehensa corrporeo characte
Ambro: re: tantùm ex suismet actionibus internoscitur. Diuus Ambrosius de Isaac, & ani
ma cap. 2. exponens illud Pauli ad Rom: 7. Infelix ego homo, quis me liberabit d
corpore mortis huius? tanquàm de extraneo hoste, ita se desiderat liberari. Non er
go sanguis est anima, quia carnis est sanguis: neq; harmonia anima, quia huiusmod
harmonia carnis est; neq. aêr est anima, quia aliud est flatilis spiritus, aliud anima
neq; ignis est anima; sed est vita, quæ sensibile, & exanimum corpus viuificat, & gu
bernat. Anima ergo secundùm sui naturam optima est: sed plerumq. per irrationa
bilem sui partem, obnoxia fit corruptioni. Si ergo corpus auocat animam plerumq.
Argumenta contraria. sui contemplatione, & optima natura; quomodo anima erit corpus? Sed posset ali
quis contra prædicta sic arguere: Anima mouet corpus, vt patet, & est mouens mo
1. tū: omne autem tale est copus: igitur anima est corpus: etenim cùm nihil possit mo
uere, nisi moueatur; quia nihil dat alteri quod non habet. Deniq;, cùm mouens no
motum, producat motum sempiternum 8. phys: quod planè in motu animalis, qui es
2. ab anima, nequaquam cernitur: anima ergo est corpus. Omnis præterea cognitio pe
aliquam fit similitudinem: igitur, si anima non esset corpus; non posset cognoscer
3. res corporeas: corporis siquidem similitudo, non potest esse ad rem incorpoream. M
Platonicorū opinio. uentis igitur ad motum, est aliquis contactus. sed anima mouet corpus: inter ani
mam igitur & corpus est aliquis contactus; sed contactus solis conuenit corporibu
ergo quod prius. Platonici dicunt, animam quum ex hoc corpore egreditur, aliu
sibi retexere corpus ex vaporibus talis figuræ, quales fuerunt mores eius in vit
aiunt præterea angelos esse animalia corpore aêrea, vt dicit Aug: multò ergo fort
Soluuntur Argumenta. ùs, ac probabiliùs censendum est, animam intellectiuam, quæ est vltima in ordin
altissimarum substantiarum, corporis habere naturam. Verùm ad hæc facilè est re
spondere: vnde ad primum dico: cùm moueri sit exitus de potentia in actum; mouen
certè largitur mobili id quod habet, quia ipsum in actu constituit. Verùm quia, v
dicitur 8. phys: est quoddam mouens penitus immobile, quod neq. per se, neq. per ac
cidens mouetur; tale profectò mouens potest mouere motum semper vniformem
anima verò, quoniam non per se, sed per accidens mouetur; ideoq; non mouet mo
tum sem

Anima nõ est corpus

rum semper vniformem. Est & aliud mouens, quod per se mouetur, corpus scilicet. Quoniam autem antiqui sola corpora posuerunt; hac de causa arbitrati sunt omne mouens moueri: animam verò per se moueri, & corpus esse. Ad 2. dico, rei cognitæ similitudinem in natura cognoscentis actu existere, necessarium non esse; etenim si aliquid sit, quod potentia quidem prius cognoscit, deinde actu; similitudo etiam cogniti, potentia, & non actu erit in cognoscentis natura: coloris instar, qui potentia solummodò, & non actu existit in pupilla videntis Quare, non est necesse, vt in animæ natura actu existat corporearum rerum similitudo; sed esse in potentia ad illas, plus satis est. Antiqui autem naturales, quoniam inter actum & potentiam nihil discriminis posuêre; ideo coacti sunt asserere animam ex omnium corporum principijs compositam, vt cörporum cognitionem habere posit. Ad 3. Corpus tangitur ab anima virtutis, non autem quantitatis contactu: corpora siquidem quantitatis contactu sese mutuò tangere, & extrudere dicuntur. Aristoteles 2. de anima 4. clarissimè docet, animam corpus non esse; sed formam & actum corporis: Atq; cum tale, inquit, sit corpus, id est, habens vitam; corpus profectò non erit anima: corpus namque non subit rationem eorum, quæ sunt in subiecto, sed vt subiectum potiùs est & materies. Necesse est ergo animam substantiam esse, perinde ac formam corporis naturalis potentia vitam habentis. Ratio philosophi potest hoc syllogismo ostendi in 2. figura: Omne corpus viuens, est velut subiectum; quia omne corpus simpliciter & communiter captum, est tanquam subiectum. sed anima non est velut subiectum; sed potiùs vita subiecti: igitur anima non est corpus. Ad Platonicos, quibus suffragari videntur Pythagorici, qui animas corpora imaginaria, seu figuralia habere dicuntur, responsum est in 2. Pymandri, vbi de immaterialitate intelligentiarum disputaui. Cæterùm, quoâd præsens negotium spectat, imaginaria illa corpora non informant, vt essentiales portiones; sed quæ inquilini more pœnarum sustinendarum causa inhabitent. Quare, hi putârunt animam aërem indutam, aliquam ostentare nostris aspectibus formam: vt Dido moritura Æneam alloquitur: Sequar atribus ignibus ardens. Sed hæc corpora vocantur phantastica, quæ animæ & dæmones assumunt. Sanctus Bernardinus Senensis, de Euangelio æterno: Spiritus, inquit, qui natura præponitur corpori, & in corpus habet influere, & ipsum mouere, peruertit per peccatum suæ dignitatem naturæ, & vilitati se subdit. Ex quo fit pro diuinæ iustitiæ ordine, vt spiritus igni corporeo incorporetur, non vt in illud influat vitam; sed vt diuino decreto recipiat pœnas. Hoc idem sentit Mercurius in 10. Pymandri: Mens, inquit, à velaminibus libera, exuta corpore, igneum sortitur corpus, iudicio iusto, ac merito supplicio relinquitur. *Augustinus ait, quòd sic dicentes, videlicet animas habere huiusmodi corpora, non deficiant ab opinione Euangelij: vel illorum qui tenent diuitem fuisse sitientem, Lucæ 16. Sed de his disputandum nobis erit, cùm de pœnis damnatorum loquendi tempus aduenerit. Nunc satis erit ostendisse, animam humanam corpus non esse: neq; ex diuersis corporibus compositam.*

Margin: 2. — 3. — Philosophi positio, quòd sit anima. — 4. — Corpus aereũ animæ. — Dido. — S. Bernard. — Mercurius. — Augustinus. — Epulo in igne

CAP: X.

Anima intellectiua est substantia.

QVoniam quidem ex proxima philosophi sententia visum est, animam intellectiuam substantiam esse; hac de causa in hoc capite, & sequentibus de huiusmodi animæ substantia disputare constitui: & inprimis philosophi ac Commentatoris sententiam in medium afferre. Quoniam autem (vt dicit Commentator com: 2. secundi de anima) persuasum erat Aristoteli, animam substantiam esse, & in genere substantiæ collocari; ideò habens hoc pro concesso ab omni rectè philosophante, non quærit, si anima sit substantia nec ne, sed ad substan- Cõmentator.

Anima est substātia. tiæ diuisionem protinus,& liberè accedit. Cōmentator autem his rationibus nititur
Commen: 2. ostendere animam esse substantiam: Substantia,inquit,est nobilior accidente, 7. met:
rationes. tex: 1. & est primum,& simpliciter ens; accidens verò secundùm quid,quia est ens
1. tantùm in ordine ad substantiam. Sed anima est nobilior omnibus accidentibus sic
existentibus; nam & natura ipsa satis nos edocet,animam accidens non esse: siquidem
nullum accidens dat rei esse simpliciter, cuius est accidens, sed esse quale, vel quan-
tum. Sed anima largitur esse simpliciter animato, nempè esse in actu: ergo anima
Verba Com. est substantia. Ponere,inquit,animam accidens,est impossibile, secundùm quod est
nobis prima cognitio naturalis; opinamur enim,quòd substantia sit nobilior acciden-
te:& quòd anima est nobilior omnibus accidentibus. Hæc Auerroes. Ampliùs, om-
2. ne quod est pars substantiæ,est substantia. Sed anima est pars substantiæ; quia pars
compositi,quod est substantia: igitur est substantia. Substantia est,ait,quia est pars
substantiæ. Deniq; est in subiecto,ente in potentia: igitur est substantia. Et similiter
3. pars huius ait substantiæ cùm aufertur; aufertur substantia, hoc est, indiuiduum.
Iterùm, anima est principium sentiendi & intelligendi; quæ profectò operationes
4. in accidens, siue in aliquam formam substantialem reduci non possunt, vt 2. de ani-
ma com: 1. 16. disputat Commentator contra Alexandrum. Et 3. de anima com: 6.
5. contra Galenum: ergo anima est substantia. Ampliùs, Auicenna 6. naturalium:
Auicenna. Quod est,inquit,susceptiuum contrariorum, vnum numero existens, & primum su-
sceptiuum, est substantia, vt dicitur in prædicamento substantiæ, ad differentiam
superficiei,quæ non recipit contrarios colores,nisi virtute substantiæ. Sed anima vna
numero existens, recipit contraria, vtpote ignorantiam & scientiam, virtutem &
vitium, & est primùm susceptiua, quippe,quia homo mediante anima, hæc suscipere
6. potest: igitur anima est substantia. Præterea, inquit Albertus,scitur ab omnibus,
Albert⁹ tract: accidens partem substantiæ non esse, neq; substantiam perficere. Sed anima est pars
primo cap: 1. compositi ex anima & corpore; pars vtique essentialis & dignior,qua corpus anima-
2. de anima. tum perficitur: ergo quod prius. Augustinus de eccle: dog: Solum hominem,inquit,
Augustin⁹ de credimus habere animam substantiuam, quæ exuta corpore,viuit; duabus siquidem
Ecclesiast: do- gmatib⁹ cap: substantijs homo constat, anima scilicet cum ratione sua,& corpore cum sensibus su-
15. & sequen. is. Non est tertius in substantia hominis spiritus; sed spiritus ipsa est anima pro spiri-
tuali natura; vel pro eo quòd spiret in corpore, spiritus appellatur: anima verò ex
1. Thess: 3. eo vocatur, quòd ad viuendum animet corpus. Tertium autem, qui à Paulo cum a-
nima & corpore inducitur, spiritum, gratiam sancti spiritus esse intelligimus, quam
orat Apostolus, vt integra perseueret in nobis. Et in expositione super Magnificat:
vnus, & idem spiritus, & ad seipsum spiritus dicitur; & ad corpus anima. Spiritus
naturalis spiritualem habuit admirationem, anima verò corporalem. Anima autem
dicitur, in quantum est vita corporis: spiritus verò,in quantum est substantia spiri-
tualis. Et 2. cap: de animæ immortalitate, dicit animam esse substantiam viuam:
Viua substan- Nullus,inquit,motus est sine substantia: & omnis substantia,aut viuit,aut non viuit:
tia. atque quod non viuit, exanime est: nec est vlla exanimis actio. Illud igitur quod ita
Alexander. mouet, vt non mutetur, non potest esse nisi viua substantia. Alexander de motu cor-
dis: Anima,inquit,est substantia incorporea,intellectualis,illuminationis capax vl-
tima reuelatione receptiua. Porrò, quòd animæ, & angeli sint substantiæ, præclarè,
Septem gra- disertèq; disputatum est à Dionysio Areopagita: Sol,inquit,per septem rerum gra-
dus rerum. dus lumen vsquequaq; diffundit: per stellas fixas, per Planetas, per Lunam lumina-
Dionys: cap: 4 riam, per ignem, per aërem, per aquam, atq; per terram. Similiter summus Deus,
de diuinis no- ipsum bonum, per septem gradus beneficos radios vbiq; diffundit: per angelos per
minibus. animas rationales, per animas sensu viuentes, per animas vegetales, per cælestia cor-
pora, perq; materiam. Primò ergo, tanquam sui ignis scintillas, substantias penitus à

Anima est substantia

corpore separatas, essentia, virtute, actione præditas procreauit, intelligibiles, atq; intellectuales. Per ipsos, inquit, bonitatis diuinæ radios, subsistunt omnes intelligibiles, intellectualesq; essentiæ, & virtutes, & actiones, vitam indeficientem, & imminutam habentes. Animæ quoque rationales bonitatis diuinæ munere dona sex percepêre, nempè quòd sint intellectuales: quòd vitam essentialem habeant, id est, ab essentia sua prorsus inseparabilem: quòd ipsa essentia atq; virtute ad angelos se extendant: quòd intellectuales ex Deo reuelationes accipiant: quòd duces angelos habeant: deniq; quòd eiusdem diuini muneris, gratiæ vtiq; & beatitudinis, sicut & angeli, compotes esse possint. Post sacros illos, inquit, sanctosq; intellectus, animæ rationis participes, per ipsam consistunt bonitatem. Inde virtutem intellectualem habent: inde essentialem vitam, & immortalem. Quare, si vitam habent essentialē; per se vtiq; subsistunt: quæ autem sunt huiusmodi; absq; dubio, & sunt, & dicuntur substantiæ: non quia substant accidentibus; sed potius quia per se subsistunt, & ab accidentibus distinguuntur, quorum esse est inesse. Itaq;, illius summæ æternæq; bonitatis, angeli quidem sunt boniformes, sed intellectus veri: animæ verò humanæ intellectuales quidem, sed animæ veræ: irrationales verò animationes quædam: vegetales autem vestigia vitæ, sed formæ sequentes vmbra vitæ. Plotinus Enneadis 4. libro 1. cap: 1. Quod, inquit, in Timæo dicitur à Platone, animam essentia quadam indiuidua, & quadam circa corpora diuisibili esse compositam, idem est, ac si diceretur, animam essentia quadam constare, partim quidem apud superos permanente; partim verò ad inferiora vergente. Porrò, quod constat ex substantia, substantia est. Et libro 2. cap: vltimo: Diuinè, inquit, licet obscurè dictum est à Platone hunc in modum, mundi artifex ex essentia impartibili, eodemq; se modo semper habente, & essentia quæ circa corpora sit partibilis, tertiam quandam ex ambabus commiscuit essentiæ speciem. Et est sensus, quòd homo constat ex anima & corpore: quorum vtrumque substantia est, vna diuina, altera caduca: totum verò hominem animam vocat, ob ipsius dignitatem. Proinde Ennead: 1. lib: 1. cap: 10. vocat corpus brutum viuificatum: animam autem hominem verum: Verus autem homo, ait, est alius ab his pu rus, virtutis capax. Deniq;, omnes propemodum substantiæ conditiones in anima humana clarißimè verißimèq; videri possunt; substantia enim præcedit accidens, & ratione, & cognitione, & tempore, & natura, 7. meth: 4. tex: eò quòd sit ens simpliciter; nam cæterorum quidem prædicamentorum nullum prorsus est separabile: ipsa autem sola est separabilis. Et anima quoq; præcedit alia accidentia, ratione; quoniam in vniuscuiusq; ratione, necesse est, animæ rationem esse: cognitione, quia eius cognitio nobilior: & ex ipsius operatione reliqua cognoscuntur: tempore & natura, causa vtiq;, & dignitate: igitur anima est substantia. Hippon cognomento Atheos, & post ipsum Epicurei præter sensibilia nihil tale esse existimant, hoc est, nullam aliam substantiam: Plato verò & ideas ipsas, & res mathematicas duas substantias posuit, & intelligibilia mathematica, & intelligibiles ideas. Tertiam verò corporum sensibiliū substantiam esse censuit, quam & concretam vocabat. Speusippus Platonis auditor, & ex sorore nepos, plus quàm triplicem statuit intelligibilem substantiam: primam quidem ipsum vnum: alteram numerorum principium: tertiam magnitudinum: quartam animæ. Ex quo videtur animam in numero substantiarum collocâsse. Amplius, capitulo de substantia Aristoteles dicit, quòd substantia propriè, principaliter, & maximè dicitur; substantia namq; indiuidualis principaliter substat accidentibus: & maximè quidem, eò quòd substet magis omnibus. sed anima intellectiua substat accidentibus multis, & quidem maximè; ea enim secedente, secedit omnis dolor: abit omnis ignorantia, atq; scientia. Et hæc quidem non est in subiecto, vt accidens; sed vt forma: neq; de subiecto dicitur, quia est actu sine intellectus adminiculo: ergo quod

Sex dotes animæ.

Plotinus.

Plato.

Substantiæ conditiones.

7. meth. 4.

Hippon.

Plato.

Speusippus.

Propriè principaliter & maximè.

prius.

Substãtia nõ est nobilior accidente.

prius. Item, vera substantia non est magis substantia quàm altera: sic vna anima nõ
antecellit alteri, aliquo substantiæ gradu, vt paulò antè dictum est. Item, substantia
significat hoc aliquid; & anima quoq; est hoc aliquid, vna numero indiuidua substan-
Hoc aliquid. tia. Item, substantiæ nihil est contrarium; quia contrarietas inter qualitates inueni-
Nihil contrarium. tur; similiter animæ nihil est contrarium, nisi vitia, & peccata, quæ sunt qualitates,
& non substantiæ. Item, maximè proprium est substantiæ, cùm sit vna numero, cõ-
Suscipit contraria. trariorum esse susceptibilem. Anima quoq; capax est virtutis & vitij, scientiæ &
ignorantiæ. Cùm ergo in animam intellectiuam confluant atq; concurrant omnes sub-
stantiæ proprietates; mirum videri non debet, imò omninò censendum est, substan-
tiam esse. Mercurius in Pymandro, dicit animã participem fieri diuinæ naturæ: quod
Mercurius 10. Pymandri. quidem nullo modo fieri posset; si anima esset accidens, & non substantia: Cognitio
Dei, inquit, animam in essentiã Dei transfigurat. Quòd ergo anima sit substantia, dixi

CAP: XI.

Argumenta contraria, quòd substantia non sit nobilior accidente.

Voniam quidem plurimæ adductæ rationes sunt, quibus decretum est, a-
nimam intellectiuam substantiam esse; contra singulas arguere tentabo,
quoniam locus aptus est ad dicendum atq; ad disputandum: & primò cõ-
tra primam rationem Auerrois, hoc modo: Quod est altero nobilius ha-
Substantia nõ est nobilior accidente. bet nobilius esse; maior namq; nobilitas ex præstantiori esse dependet: præstantius
autem esse dicitur, quod propiùs accedit ad primum esse, & recedit ab infimo. Sed
substantia non habet nobilius esse quàm accidens, propterea quod vnum est esse am-
borum; in vno enim eodemq; composito, est vnum tantùm existere: alioqui vnum ens
1. esset plura entia. Cùm verò accidens habeat suum esse in subiecto; ipsius ergo non est,
nisi vnum esse existentiæ, quod est esse existentiæ subiecti. Porrò, quorum vnum est
esse, vnum alteri nobilitate non præstat. Sanè, accidens non est ens, sed entis, id est,
substantiæ: quod planè verum nequaquam esset; si vnius esse ab alterius differret. O-
Boetius. mne quod est, ait Boëtius, ideo est, quòd vnũ numero est; quia scilicet suum esse in v-
nitate consistit. Sed substantia & accidens, sunt vnum numero: ergo vnius esse. Am-
2. pliùs, si materiæ & formæ est vnum esse existentiæ; similiter etiam sentiendum est
de substantia & accidente; nam quemadmodum ex materia fit vnum; ita planè ex
subiecto & accidente, veluti ex determinatione, & ex determinabili. Reuera, si sub-
stantiæ, & accidentis non esset vnum esse; ratio profectò analogiæ in eis saluari non
posset; duorum siquidem analogia, vnum respicit, in quo ambo conueniunt. Sed sub-
stantia & accidens conueniunt in ente: igitur conueniunt in esse; quandoquidem esse
3. sit actualitas entis: ergo quod prius. Item, vbi est vnum subiectum extensionis; ibi
vtiq; est vnum esse. Sed in substantia nõ est nisi vna extensio, qua extenditur vt sub-
stantia, vt subiectum extensionis, & accidentia, vt existentia in ea: igitur amborum
erit vnum existere: substantiæ quidem, quatenus est subiectum essendi: accidentis
verò, quatenus est in existente. Quare, si vnum est amborum esse; facilè cognosci-
Substantia nõ est prior tempore. tur, substantiam accidens non excellere. Quòd si dixeris, substantiam excellere, quia
accidens præcedat tempore, natura, & cognitione; adhuc inficias ibo, & instabo con-
tra huiusmodi rationem sic: Æterno nihil est prius tempore. Sed quædam acciden-
1. tia sunt æterna, vtpote motus cæli 8. phys: tali ergo accidente, substantia non est pri-
or tempore; alioqui substantia præcederet tempus tempore, atq; ita esset tempus an-
te tempus

Substãtia nõ est nobilior accidente.

te tempus in infinitum. Consequentia est bona; quia tempus est accidens: deniq; tunc
nullum accidens esset proprium; quia nullum subiectum tempore, suum accidens præ
cedit: neq; etiam accidens præcedit diffinitione; siquidem omne accidens, proprium
genus habet & differentiam; proinde in illius diffinitionem non cadit substantia: at-
que ita non est necesse, vt substantia antecedat accidens diffinitione. Amplius, no- 2.
men accidentis substantiam nequaquam significat: igitur in eius diffinitione substan- 1.
tia non est ponenda; ratio enim, quam nomen significat, est vtiq; rei diffinitio: alio-
qui nugatio committeretur, dicendo nasum simum; si in simi diffinitione nasus ponere
tur. Sanè, abest & adest præter corruptionẽ subiecti: ergo potest diffiniri sine sub-
iecto, & habetur intentum. Amplius, si accidens sine substantia diffiniri non posset; 2.
tunc certè subiectum & accidens, non facerent vnum per accidens: addendo siqui- 3.
dem substantiam; non caderet extra essentiam accidentis. sed ex subiecto, & acci-
dente, fit vnum per accidens: ergo quod prius. Neq; est prior cognitione; omnis enim
cognitio oritur à sensu. sed accidentia sunt sensibilia: accidens ergo prius cognosci-
tur, quàm substantia; nam teste philosopho 1. de anima, accidentia magnam partem
conferunt ad cognoscendum quod quid est. Ex his ergo constat, substantiam nobilio-
rem non esse accidente: neq; hac de causa censendum est, animam esse substantiam.

Substantia nõ est prior cognitione.

CAP: XII.

Soluuntur Argumenta.

AD primum dico, cùm essentiæ prædicamentorum sint impermixtæ; fie-
ri non potest, vt esse essentiæ substantiæ, & accidentis, sint idẽ; esse enim 1.
essentiæ, & essentia, nequaquam realiter distinguuntur. Præterea, sub-
stantiæ & accidentis, non est idem esse existentiæ; diuersorum enim mo
tuum diuersi sunt termini, 5. phys: sed generatio substantiæ terminatur
ad esse substantiale; accidentis verò ad terminum accidentalem, 1. de gener: igitur
non est vnũ ambobus existere. Si verò sermo sit de esse subsistentiæ, quoniam in quo-
libet supposito creato, vnum solummodò inuenitur huiusmodi esse, quod ei competit
per vltimam sui formam, specificam scilicet; idcircò vnius suppositi, est vnum tan-
tum esse subsistentiæ: alioqui essent duo subsistentia, & duo supposita, quod est fal-
sum. Ex quibus satis constare arbitror, substantiæ, & accidentis non esse vnum esse
existentiæ. His ita elucidatis, ad argumentum respondeo, quòd vnum ens simpliciter
& essentialiter, potest esse plura entia secundùm quid, & accidentaliter. Quare, cùm
ex subiecto & accidente, fiat vnum secundùm accidens, propterea quòd accidens
aduenit rei iam in suo esse completè existenti; inde fit, vt vna substantia numero nõ
sit plura existentia simpliciter; sed potiùs vna simpliciter, & plures secundùm quid.
Et cùm instas: Accidens non est ens, sed entis: dico ex hoc nequaquam necessariò se-
qui, vt amborum sit vnum esse existentiæ realiter; sed potiùs esse existentiæ acci-
dentis præsupponere esse existentiæ substantiæ, sicut secundum præsupponit primũ.
Quoâd verò Boëtij authoritatem spectat, animaduersione dignum est, vnum numero
bifariam intelligi posse, numerositate vtiq; subiecti, & per accidens; atque ita sub-
stantia & accidens sunt vnum numero, subiecto, & per accidens: alio modo vnum
numero, hoc est, eiusdem essentiæ, & per se, & ita à seipsis dissentiunt. Quare, etsi es-
se existentiæ accidentis sit in substantia, sicut in subiecto; non est tamen essentiali-
ter in substantia, veluti existens in prædicamento substantiæ. Ad 2. consequentia
est falsa: & ad probationem dico, non eodem modo ex materia & forma, sicut ex sub
iecto, & accidente fieri vnum; ex forma enim & materia fit vnum per se: ex subie- 2.

Esse essentiæ.

Esse existẽtiæ.

Esse subsistentiæ.

Accidens est entis.

Boetius.

Substãtia est prior tempore.

cto autem & accidente vnum per accidens, ideoq; ex ipsis fit vnum esse secundariũ,
& non primum. Et ad confirmationem negatur sequela, quippe, quia licet accidens
aliud habeat esse existentiæ ab existentia subiecti; suum nihilominùs esse à substan
tia accipit, & ipsum in substantia habet: atq; ita ad substantiam & accidens salua-
3. tur analogiæ ratio. Ad 3. magis fauet, quàm derogat nostro proposito; nam quemad-
modum præter quantitatis extensionem, materia & accidentia quæ in ea sunt, ali-
quid habent propriæ extensionis, puta, quia alias habent partes à partibus quantita
tis, easq; non nisi per quantitatem; ita planè accidentia, esse diuersa habent ab ess
substantiæ, sed non nisi per esse substantiæ. Cùm ergo hæc ita se habeant; perspicuum
esse potest, substantiam accidente nobiliorem esse.

CAP: XIII.

Substantia est prior tempore, accidente.

Rationes. Voàd verò ad secundam obiectionem spectat, substantiam scilicet tem-
pore accidens præcedere, sic probari potest: Quandocunque duo ita
habent, quòd vnum potest esse, altero non existente, & non è contr
illud profectò aliud tempore præcedit. sed substantia potest esse si
accidente, quia sola est separabilis ab alijs, vt dicit philosophus: igit
Cõmentator. tempore præcedit. Porrò, Commentator 7. met: com: 4. dicit duplicia inueniri acc
dentia, separabilia quidem & inseparabilia: & separabilibus omnibus substantia
priorem esse; inseparabilibus verò, hoc est, proprijs paßionibus, substantiam com
Obiectiones. positam priorem non esse, sed eius partem potiùs. Atqui philosophus 7. met: aper
dicit, substantiam esse primum entium, quippe, quæ dicit simpliciter quid, alia ve
minimè; sed esse entis, id est, substantiæ. Sed constat satis materiam non dicere si
1. pliciter quid, neq; accidentia appellari entia, eò quòd sint ipsius materiæ; quan
quidem plurima inueniantur accidentia, quæ subiectiuè in materia non sunt. Mes
ergo philosophi non videtur fuisse, vt materia pro substantia intelligenda esset. A
2. pliùs, eandem substantiam dicit philosophus præcedere tempore, & cognitione.
materia non antecedit cognitione, quippe, quæ per analogiam ad formam cognosci
1. phys: actus etiam est prior potentia cognitione, 9. met: neq; præcedit diffinitio
eò quòd substantia composita, & non materia cadat in diffinitionem accidentis.
met: com: 13. Accidentia, inquit, copulata, habent diffinitionem per propriam su
3. stantiam: ergo quod prius. Iterùm, aut materia præcedit accidens tempore, qua
nus est in se, & ita non est sub tempore, propterea, quòd (vt dicitur 1. phys:) sit
generabilis & incorruptibilis: aut quatenus est sub forma accidentali; sed tunc
quaquam præcedet: aut quatenus sub forma substantiali; & sic habetur propositu
substantia enim composita, & non materia accidens præcederet. Verùm, ad hu
Solutio. rationes Auerroes diceret, mentẽ philosophi extitisse, vt substantia præcedat te
pore accidentia separabilia, non autem propria & inseparabilia. Etenim, cùm sub
ctum & propria paßio sese mutò comitentur, vnumq; ab altero non separetur;
videtur verisimile, quod de huiusmodi accidentibus philosophus locutus fuerit.
Materia substantia. cùm instas, substantiam dicere ens simpliciter, respondeo, materiam substanti
completam non esse; sed completæ essentiæ partem: accidens verò minimè. Qua
vult philosophus materiam primum esse ens inter entia corporalia: ideoq; etsi alia
accidentia animæ, subiectiuè in materia non sint; omnia nihilominùs accidentia m
terialia, respectu, ac materiæ ratione, & totius compositi sunt, & in toto compo
2. resident subiectiuè. Ad 2. negaret Auerroes minorem: nam etsi materia per analo

Substātia est prior tempore.

giam ad formam substantialiter cognoscatur; non ob id tamen censendum est, accidentia quorum est principium, tempore non praecedere. Substantia praeterea cùm sit, eadem quoq; & diffinitione praecedit: ponitur enim in diffinitione accidentis. Aperta siquidem est contradictio, velle asserere, materiam in diffinitionem accidentis non cadere; si cadat & substantia composita: vbi enim totum, inibi etiam & pars totius ponitur. Quare ad 3. dici potest, tempus non accipi propriè, veluti 4. phys: sed communiter, quatenus cuiuscunq; prioritatem denotat durationis. Verùm posset aliquis iterum arguere hoc modo: Aut tempus accipitur à Cōmentatore & philosopho propriè, quatenus scilicet est numerus motus secundùm prius & posterius; aut pro cuiuscunq; durationis prioritate: non quidem propriè; alioqui tempore praecederet omnes formas substantiales; atq; ita esset sine forma, quod est falsum. Non ergo praecedit tempore omnia inseparabilia accidentia. siquidem sub forma embrionis existens, tùm animam rationalem, tùm etiam risibilitatem, non autem omnia embrionis praecedit accidentia. Quòd si pro quacunq; accipiatur durationis prioritate; tunc planè non sola materia, verùmetiam & ipsa substantia composita tempore illa inseparabilia accidentia praecederet. Quamobrem quibusdam sic visum est, esse respondendum: Prius tempore, inquiunt, perinde est, ac habere essentiam independentem ab alio: sicut dicitur 12. meth: intelligentiam non habere essentiam dependentem ab orbe, quem voluit & mouet. vnde & prius natura dicitur, quod potest per se existere, alijs corruptis: quodq; non dependet ab alio. Si ergo sumatur prius separatione; tunc perspicuum est, substantiam accidentibus communibus, atq; proprijs priorem dici nō posse: si verò pro causalitate siue independētia; tunc verus est sermo: eò quòd substantiae essentia sit absoluta, & ab accidentibus independens. Ex quo patet solutio ad argumenta: & ad primum quidem: nam etsi acceperis tempus propriè, motu aeterno nihil sit tempore prius; praecedit nihilominùs eum tempore, hoc est, causalitate, & independentia intelligentia mouens. Pari quoq; facilitate soluuntur, & reliquae obiectiones, vt intelligatur substantia praecedere nō tempore, qui est numerus motus; sed independentia, quia nō dependet ab accidente: sed secundùm sui naturam potest per se subsistere. Alij autem dicunt prius tempore, id est, prius generatione, quia nimirum vnum per se, & non ad alterius generationem, sed potiùs ad generationem ipsius generetur: atq; ita quaelibet substantia tempore, hoc est, generatione accidens praecedit. Cùm ergo dicit philosophus solam substantiam separabilem esse, non ita est intelligendum, substantiam scilicet, sine quibuscunq; accidentibus consistere posse; sed non dependere ab accidente, quoàd eius generationem, quae ad esse existentiae determinatur. Cùm ergo hoc modo non dependeat: est ergo nobilior accidente.

3. (*in margine*) — Alia obiectio. — Opinio. — Ad prima Argumenta. — Alia opinio.

CAP: XIIII.

Substantia est prior diffinitione accidente.

Reliquum est ostendere, quòd substantia sit prior accidente diffinitione. Sanè, illud praecedit diffinitione, quod in ipsius diffinitionem cadit: veluti animal dicitur homine diffinitione prius, quòd scilicet cadat atq; ponatur in eius diffinitione. sed substantia ponitur in eius diffinitione, accidentis scilicet; nam in diffinitione simi ponitur nasus: & in diffinitione accidentis proprium ponitur subiectum: substantia ergo praecedit accidens diffinitione. Ampliùs, omnis diffinitio perfecta, quietatiuum & perfectum explicat, exprimitq; intellectus conceptum. sed diffinitio accidentis, sine substantia non potest esse perfecta. Maior nota est ex ratione diffinitionis: minor quoq; patet satis,

Prior diffinitione.

Substãtia est prior diffinit:

propterea, quòd accidens rationem obtinet formæ inhærentis; cuius profectò conce-
ptus absque eius cui inhæret cognitione, intellectum minimè quietat speculantis, at-
que diffinientis: ergo quod prius. Verùm ad hæc posset aliquis respondere: si sine
Obiectio. substantia completam accidens essentiam habet: diffinitio ergo accidentis est com-
pleta, quæ plenè quietat intellectum etiam sine substantia. Cæterùm, quoniam ad for
malem rationem accidentis spectat, alteri inhærere; profectò ni id, cui inhæret di-
Ratio formalis accidentis. stinctè, siue confusè cognoscatur, minimè intelligi seu definiri potest. Omne præte-
rea accidens (vt dicitur 4. met:) est ens entitate substantiæ; dicitur enim ens de su
stantia, & nouem prædicamentis, vt sanum de sanis: igitur accidens absque substan
tia diffiniri non potest. Ad hæc accedit, quòd inhærentia actualis, aut est ipsum ac
cidens, aut de eius essentia: ergo quod prius. Cæterùm, animaduerti oportet, quan
dam esse definitionem, quæ de scriptura dicitur, quia per priora quidem quoâd no-
Multiplex definitio. per posteriora verò simpliciter datur. In huiusmodi autem substantiæ definitione, a
cidens includitur: sed alia est definitio quidditatiua, quæ datur per priora secun
dùm naturam, quæ interdum circumlocutiua dicitur, quia aliquibus vtitur differe
tijs, veluti cùm dicimus, quòd homo sit animal gressibile, bipes. Et in huiusmodi qu
que ponitur accidens, quod etsi secundùm substantiam, seu (vt rectiùs dicam) nat-
ram, sit substantia posterius; id tamen, quod per huiusmodi accidens circumloqu-
mur, est prius accidente. Porrò, definitio quidditatiua formalis perfecta, datur p
principia essentialia, quæ perfectè exprimunt atque euiscerant naturam definiti: in-
perfecta verò, per aliqua principia intrinseca, quæ definiti naturam imperfectè e-
plicant; ideoq; opus habet alterius generis rebus, pro suæ definitionis elucidatione
Per additamentum. tinenda: quocirca non quidditatiua, sed per additamentum appellatur definitio. I
quo patet, tùm substantiam, tùm etiam accidens diuersimodè definiri. Verùm hoc
terest inter substantiam & accidens, quòd substantia definiatur per suum propriu
genus, quod de suo definito prædicatur in eo quod quid: accidens per id, quod e
extra eius substantiam, nempè per subiectum, à quo secundùm esse dependet. Hi-
Soluuntur argumenta. ta expositis, ad argumenta patet responsio, & ad primum dico: Aliquid propriu
genus, propriamq; habere differentiam, bifariam intelligi: absolutè, & respectiuè:
primum quidem modum substantiæ, secundum verò conuenire accidenti; respicit
enim accidentia non ad terminum, sed ad subiectum. Quare, quæ absolutè habent g-
nus & differentiam per se, possunt definiri: quæ verò respectiuè, minimè, cuiusm-
di sunt accidentia. Ad confirmationem, non fit nugatio, cùm dico nasum simum, -
cut nec dicendo animal hominem; nasus enim est velut genus simi, quod per sim
contrahitur. Patet responsio ad primam confirmationem; quia scilicet nomen ac-
Substantia definitur sine accidente. dentis, saltim secundariò substantiam significat, indeterminatè quidem, ideoq; s
substantia non potest definiri. Ad aliam obiectionem dico, accidens absque substa
tia non posse consistere: & ad Porphyrium dico, quòd accidens potest adesse et-
hoc est, quòd definitio quidditatiua, & formalis rei siue subiecti, potest dari sine a-
Obiectio. cidente. Sed dices iterum, ignis substantia non præcedit motum cæli: igitur non-
mnis substantia est prior omni accidente diffinitione. Præterea, si in diffinitione a-
cidentis cadit substantia: igitur ex subiecto & accidente non fieret vnum per ac-
dens; addendo enim substantiam, nihil extra accidentis essentiam adderetur: de-
que, quemadmodum intellectus potest intelligere albedinem sine subiecto; ita par
Solutio. se videtur, quòd accidens diffinire queat sine substantia. Respondeo, argument
1. primum non aduersari philosophi voluntati, quippe, qui voluit substantiam accid
te esse priorem: hoc est, accidens sine substantia definiri non posse. Ad 2. fieri v
2. per accidens potest bifariam intelligi: aut quòd vnum sit omninò extra alterius
sentiam; & sic ex subiecto & accidente non fit vnum per accidens: aut quia diu

form

Subſtãtia eſt prior cognitiõe

ſorum ſunt prædicamentorum; & ſic faciunt vnum per accidens. Ad vltimum ne-
gatur conſequentia: nam etſi non intelligo Platonem, & Mercurium; poſſum nihilo-
minùs hominem intelligere. Itaq; plane conſtat accidens poſſe ſeparari; non tamen 3.
poſſe diffiniri ſine ſubſtantia.

CAP: XV.

Subſtantia eſt prior cognitione.

DE Modo autem, quo ſubſtantia antecellit accidenti, cognitione; in præſen
ti capitulo erit mihi diſputandum: vt ſic vndequaq; appareat ſubſtan-
tiam accidente nobiliorem eſſe. Porrò, illud præcedit cognitione, quod
eſt magis notum, magiſq; rem reddit manifeſtam. ſed ſubſtantia ad ac- Rationes.
cidentis notitiam promendam, atq; elucidandam hunc habet reſpectum: 1.
igitur præcedit accidens cognitione. Reuera vnaquæq; res eò magis noſcitur; quò eius
ſubſtantia magis percipitur: tunc enim putamus nos maximè ſcire; quando quod quid
rei ſcimus. Ampliùs, quemadmodum vnumquodq; ſe habet ad eſſe; ita planè ad co-
gnoſci. ſed accidentia non habent eſſe, niſi quatenus ſubſtantiæ inſunt: non ergo co-
gnoſcuntur, niſi in quantum participant aliquid de modo cognitionis ſubſtantiæ, quod 2.
perinde eſt, ac cognoſcere quid eſt. Ampliùs, illud quod primò cognoſcitur à po-
tentia; eſt ſuum obiectum, nempè quod quid eſt ſubſtantiæ materialis: ſubſtantia er-
go eſt prior accidente, cognitione. Iterum, cognitio ipſius quod quid, eſt perfectiſſi- 3.
ma. 7. met: & prim: & ſecund: poſter: Ergo illud quod habet perfectiùs quod quid
eſt, eſt perfectiùs cognoſcibile. ſed ſubſtantia reſpectu accidentium, eſt huiuſmodi: 4.
ergo quod prius. Cæterùm, quoniam de ſubſtantia eſt ſermo; oportet ſcire de qua ſub
ſtantia hîc philoſophus loquatur: nam in prædicamentis de prima, & ſecunda ſub-
ſtantia, in lib: de anima, & 7. meth: de materia, forma, & compoſito. vnde & forma, Subſtantia quid.
ſiue quidditas rei, eius ſubſtantia dicitur: & ſubiectum quoq. accidentis, veluti cor-
pus ſubſtantiam appellamus: cùm verò ſubſtantiam dixit accidente eſſe cognitione
priorem; de vniuerſali ſubſtantia, ſermonem contexuit. Porrò, quibuſdam viſum eſt,
ſubſtantiæ cognitionem via perfectionis, non autem originis, ſeu generationis præce- Via originis.
dere; cognitio enim habens quod quid eſt, perfectior eſt cognitione, quæ eſt ſine ta- Via perfectio-nis.
li notitia. ſed ſubſtantia habet quod quid, non autem accidentia: ergo quod prius.
Verùm, talis videtur fuiſſe philoſophi ratio: id quod perfectione alteri præſtat; præ-
ſtat etiam cognitione. ſed ſubſtantia præſtat accidenti perfectione; præſtat quoq. &
cognitione. Quare, ſi ſubſtantia vniuerſalis, & accidens ad indiuidua ſubſtantiæ
conferantur; tunc planè ſubſtantia vniuerſalis cognitione præſtat accidenti, propte- Auer:
rea quòd illud præſtat, ſiue antecellit accidenti, cognitione, reſpectu indiuiduæ ſub-
ſtantiæ, quòd indiuiduam ſubſtantiam perfectiùs, ac eſſentialiùs elucidat. ſed vni-
uerſalis ſubſtantia ita ſe habet reſpectu indiuiduæ ſubſtantiæ: ab ipſa ergo vni-
uerſali ſubſtantia lucidiùs, atq. ſplendidiùs, quàm ab accidente, indiuidua mani-
feſtatur ſubſtantia. vnde Auer: 7. meth: perfectius eſt ſcire Socratem, quòd ſit ho-
mo, quàm quòd ſit quantus. Perinde ergo eſt dicere, ſubſtantiam præcedere acci-
dens cognitione; ac dicere, indiuiduam ſubſtantiam clariùs, ac perfectiùs elucida-
ri, & notam fieri per ſubſtantiæ vniuerſalis, quàm per accidentis cognitionem. Quòd
ſi conferas ſubſtantiam, & accidens ad inuicem; tunc verum eſt dicere, accidens via
originis, & generationis, ſubſtantiam verò via perfectionis & nobilitatis præcedere.
ſed hæc diuiſio, licet ſit bona; non exprimit tamen philoſophi conceptum. His dictis,
dico ad primum & ſecundum argumentum, loqui ſcilicet de prioritate originis, & Soluuntur
generationis; non autem de prioritate perfectionis, & nobilitatis. argumenta.

Substãtia est prior cognitiõe

CAP: XVI.

Argumenta contraria.

1. Rguere posset aliquis contra prædicta hoc modo: Id perfectiùs ab intellectu cognoscitur, cuius species in intellectu recipitur; vnumquodq; enim cognoscitur per rationem cognoscendi, atq. ita id perfectius iudicatur, quod per propriam cognoscitur cognoscendi rationem. Sed accidens est, cuius species in intellectu recipitur: igitur perfectiùs substantia cognoscitur. Etenim accidentis phantasma, in sensibus interioribus inuen-tur: à quibus virtute intellectus agentis illius species abstrahitur. Species auten substantiæ non cadit in sensum; alioqui à sensu posset cognosci. Ampliùs, imperfe-ctiora sunt nobis priora, quia suapte natura pergimus ab imperfecto ad perfectum

2. sed accidentia sunt imperfectiora, & ignobiliora substantia, vt iam amplißimè atq copiosißimè paulò antè dixi: igitur priùs cognoscuntur quàm substantiæ. Am-pliùs, sicut se habet sensus ad sensibilia; ita certè intellectus ad intelligibilia. Se

3. sensus priùs recipit species accidentis: igitur intellectus priùs recipit speciem re intelligibilis: atq ita habetur propositum. Iterum, medium demonstrationis, ordin cognitionis subiectum præcedit; virtute enim medij conclusio cognoscitur. Sed defi-

4. nitio paßionis, est medium demonstrationis, vtpote quia medium propinquius est m iori extremitati, quæ est paßio: quod verò propinquius est paßioni quàm subiecto vt dicitur 2. post: est paßionis definitio. Cùm autem paßio sit accidens: igitur sub stantia est posterior definitione ipso accidente. Pro huius rei obscuritate amouen da, oportet non ignorare, accidentia cognitione sensitiua, ordine cognitionis substan

Cognitio sensitiua. tiam præcedere: è contra autem cognitione intellectiua; potest enim substantia sin accidente quidditatiuè cognosci: non autem accidens sine substantia. Est & alia co

Cognitio intellectina. Cognitio quia. gnitio, quæ dicitur quia; & tunc potest esse sensus: substantia cognoscitur prius quàn accidens cognitione quia: hoc est, quia secundùm sui naturam est magis cognoscibili & iste sensus omnibus probatur: vel quoniam à nobis magis cognoscitur; & tunc vn ca responsione non est respondendum; sed diuersimodè, nempè: aut cognitione sub stantiæ determinata, & accidentis confusa; & ita accidentia sunt nobis priùs cogni ta, propterea quia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid: vel ser

Cognitio determinata. mo est de cognitione confusa substantiæ, & determinata accidentis; & ita substanti præcedit accidens cognitione, etiam quoàd nos; quandoquidem sine substantia, acci

Cognitio confusa. dens determinatè cognosci non posit. Quòd si sermo sit de amborum confusa cogni tione; adhuc etiam substantia præcedit, quia aliquo modo accidens non intelligitu nisi aliqualiter & ipsa intelligatur substantia. Reliqua est vtriusq; distincta cognitio sed tunc etiam est necessaria subdiuisio: quia, aut sermo est de accidentibus proprij & ita substantia præcedit, eò quòd definitio subiecti, in definitionem cadat propri paßionis: aut de cognitione determinata accidentium siue illa fuerint communia siue contingentia; & tunc nihil refert, accidens præcedere; potest enim intellectu

Ad argumen: determinatam de albedine cognitionem habere, etiamsi de corpore, aut de substanti

1. parem nequaquam habuerit. His ita expositis, patet responsio: substantia enim est pr mum cognoscibile prioritate perfectionis simpliciter, & in se, cognitione intellectiua quidditatiua: licet nobis cognitione confusa, vt dictum est, accidentia priùs innote scant. Ad 2. patet solutio, quòd scilicet cognitione confusa, & substantiæ determi nata, accidentia priùs à nobis cognita sint. Cæterùm non parua est inter prudente

2. cõtrouersia, vtrum prius species accidentis quàm substantiæ in nostro recipiatur in tellectu

tellectu. Quidam sic dixerunt, accidentis speciem non prius recipi; propterea quod illa prius species recipiatur, quæ est obiectum intellectus, quæ sane est quidditas rei materialis, quæque & substantia est. Etenim illud prius intelligitur, quod sub formali obiecti ratione prius cadit. sed prius cadit quidditas rei materialis: igitur prius cognoscitur. Verumtamen licet illa species substantiæ sit accidens; non prius tamen cognoscitur accidens, quam substantia: species enim quæ recipitur in sensu, est rei sensibilis similitudo, non quidditatis, quæ est obiectũ intellectus. Quod vero illa substantiæ species, quæ licet sit accidens, non prius cognoscatur, vt accidens, quam vt substantia, in causa est, quia non cognoscitur, vt quod, vt vniuersale prædicabile de pluribus; sed vt quo, vt hæc forma particularis: itaque ex conuersione intellectus agentis supra phantasmata, quædam resultat similitudo in intellectu possibili, eorũ repræsentatiua, quorũ sunt phantasmata quoad naturam speciei. hoc igitur modo abstrahitur species intelligibilis. Non ergo eadẽ numero forma, quæ prius fuerat in phantasmatibus, postmodum residet in intellectu, instar corporis, quod ab vno in alium locum transfertur. Præcedit ergo cognitione species substantiæ, speciem accidentis. Nonnulli vero aiunt, proportione cognoscibilitatis speciem accidentis præcedere, quia nimirum species albi remissi, ipsum album mihi perfectius repræsentat, cuius est species, quam species solis oculo aquilæ ipsum solem, magisque video ipsum album secundum mei visus proportionem, quam aquila solem, tametsi species solis præstantior sit, albo huiusmodi visibili. Accidens ergo secundum hanc proportionem cognoscibilitatis prius informat intellectum; substantia autem perfectius, & simpliciter: si possemus ad illam attingere. Sed hæc opinio vera est de substantia diuina, non autem de materiali, quæ a nobis potest attingi, vt omnes propemodum sentiunt scholæ philosophorum. Ad 3. negatur similitudo; sensus enim pro obiecto habet accidens sensibile: proinde species, quæ recipitur in sensu est accidens, & species, id est, similitudo accidentis. Intellectus vero obiectum, est quidditas rei materialis: ideoque non est necesse, vt species recepta, id est, similitudo accidentis, sit accidens, alioqui esset repræsentatiua accidentis, & non immediate obiecti intellectus. vnde fieret, vt per illam speciem obiectum minime intelligi possit. Ad 4. Passionis definitio non est medium in demonstratione potissima, quæ in subiecti definitionem resoluitur. Demonstratio enim potissima est, quæ stantibus eisdem terminis, in priorem non resoluitur. Primus præterea terminus, ibi pro maiori non accipitur extremitate; sed pro illo potius termino, in quo causa inhærentiæ passionis in subiecto est quærenda. vel etiamsi admittatur argumentum; adhuc tamen substantia cognitione præcedit, propterea, quia in definitione passionis, subiectum ponitur, cuius plane cognitio propriæ passionis cognitioni præponitur: atq. ita habetur intentum. Ad philosophi authoritatem dico, accidentia plurimum prodesse a posteriori; quia nimirum essentialium differentiarum nomina nobis incognita sunt; ideoque de ipsis loquendo, siue circumloquendo, nominibus vtimur accidentium. Sunt ergo aliqua accidentia nobis prius nota cognitione confusa; quam substantia, cognitione determinata, Itaque cum substantia tempore, definitione, atq. cognitione antecellit accidenti; haud dubium, quin etiam antecellat nobilitatis dignitate. Recte ergo dictum est a Commentatore, animam esse substantiam, quia substantia est nobilior accidente.

Substãtia est prior cognitiõe

Quid prius cognoscitur.

Quod, quo.

Similitudo in intellectu.

Species accidentis prior cognitione.

3.

4.

Accidentia conferunt satis.

CAP. XVII.

Secunda ratio Commentatoris, Anima est pars substantiæ: ergo est substantia.

Reliquum

pars ſub-
ſtantiæ.

Anima eſt
pars.

Alexand:

Eliquum eſt perpendere ſecundam commentatoris rationem, qua ſic ar-
guit: Pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. ſed anima eſt pars ſubſtantiæ: ergo
eſt ſubſtantia. Senſus ergo eſſe videtur: homo eſt ſubſtantia. anima eſt
pars hominis: igitur eſt ſubſtantia. Alexander in lib: de anima, autu-
mat animam non eſſe viuentis corporis partem, quippe quia ſicut pars
ligni, eſt lignum, & pars aquæ, eſt aqua, & pars ignis eſt ignis; ita planè, ſi anima eſt
pars corporis, eſt corpus. atqui ſatis abundè dictum eſt, animam corpus non eſſe:

Anima nõ eſt
homo.

neq. videtur eſſe pars hominis, alioqui eſſet homo; ſed anima non eſt homo: etenim
homo cõſtat ex anima & corpore: tametſi quidam dixerint ſolam formam ad ſpeciei
rationem pertinere: materiam verò partem indiuidui, & non ſpeciei eſſe. ſed id à
vero diſcordat; quandoquidem ad ſpeciei ſpectet naturam id quod ſignat definitio:

In communi

quæ in rebus naturalibus tùm materiam, tùm etiam formam complectitur. Quare, in
rebus naturalibus materia eſt pars ſpeciei, non quidem materia ſignata, quæ eſt in-
diuiduationis principium; ſed materia communis. Quam ob cauſam, ſicut ad rationem
huius hominis ſpectat, quòd cõſtet ex hac anima, & ex his carnibus, & oſsibus; ita pla-
nè ad rationem hominis, quòd ſit ex anima, carnibus, & oſsibus. hoc ergo modo ani-
ma non eſt homo: neq; intelligi poteſt, quòd hæc anima ſit hic homo, niſi velis dicere
propriam ſine corpore animæ ſenſitiuæ operationem ineſſe; quia nimirum operatio-

In particulari

nes homini attributæ, ſoli animæ competerent. Cùm verò id vnumquodq; ſit, quod
ſecundùm ſuam naturam operatur; profectò id cenſeri poteſt homo, quod homini
operationes exercet. atqui ſentire non eſt ſolius animæ: igitur homo non eſt anima
ſola. Nam quemadmodum pes, vel manus non poteſt dici perſona, quæ ſignifica
completam naturam rei; ſimiliter nec anima. Item, anima non eſt pars ſubiecti; alio
qui eiuſdem eſſet ſubſtantiæ cum ſubiecto. ſed ſubſtantia ſubiecti eſt corruptibilis
animæ autem incorruptibilis: cuius ergo ſubſtantiæ anima intellectiua eſt pars? eri

Tertia entitas

fortaſsis pars tertiæ entitatis? atqui ex anima & corpore non fit tertia entitas; dici
enim philoſophus 2. de generatione animalium, animam intellectiuam non eſſe par
tem conſtitutæ formæ, ſcilicet totalitatis, quia conſtituens nõ videtur pars eius, quod
conſtituit; alioqui idem conſtitueret ſeipſum. Erit igitur pars compoſiti, quia comp
ſitum eſt anima & corpus collectiuè; pars totius hominis; quia totus homo non eſt
aliud quàm ſuæ partes collectiuè: quarũ præcipua pars eſt anima intellectiua. Pla-

Plato.
Plotinus.

to & Plotinus dicerent, animam intellectiuam eſſe partem humani animalis, non au-
tem hominis; humanum ſiquidem animal, eſt anima intellectiua, & corpus, cuius bi
narij anima eſt pars præcipua: hominis verò non, quia intellectiua eſt homo, vnde &
homo verus ab eis dicitur. Sanè, illud potiſsimùm videtur eſſe vnumquodq; 9. eth
quod eſt principale in ipſo. ſed anima intellectiua in homine, eſt præcipua pars; id-
circo à Paulo interdum vocatur homo interior: & præcipuus homo. Cæterùm, non
erit inutile ſcire quot modis dicitur ſubſtantia: & quæ maior ſit ſubſtantia; vt vel ſi
clariùs intelligatur, quàm bene philoſophus animam ſubſtantiam appellâuerit. Por-
rò, ſubſtantia vno modo perinde eſt, ac eſſentia: atq. ita omnibus in generibus ſub-

Quot modis
dicitur ſub-
ſtantia.

ſtantia inuenitur; veluti cùm quæritur quid ſit albedo, quidué color. et hæc quidem
à nonnullis ſubſtantia logica vocatur: alio modo eſt indiuiduum de genere ſubſtan-
tiæ, quæ dicitur hypoſtaſis, ſiue ſubſtantia prima: alio modo ſunt ſubſtantiæ ſecun-

Boetius.

dæ genera, & ſpecies. Boetius de duabus animabus, materiæ tribuit nomen hypoſta-
ſis, eò quòd ſit principium ſubſtandi: ex qua prima ſubſtantia habet, vt ſubſtet acci-
dentibus; forma enim ſimplex ſubiectum eſſe non poteſt, vt dicit de trinitate. No-
men autem ſubſiſtentiæ, tribuit formæ; per ipſam enim res eſt in actu: eſſentiæ ver
nomen compoſito. Ex quo patet in ſubſtantijs materialibus tùm formam, tùm etiam
materiam eſſe eſſentialia principia. Cùm verò anima intellectiua ſit forma ſubſtan-
tiali

Anima est pars substantiæ.

5. Meth:

Quidditas.

Forma.

tialis; rectè ei tribui potest nomen subsistentiæ. Philosophus quoq. inter modos substantiæ, formam & speciem vniuscuiusque rei substantiam nominat: essentia siquidem & forma hanc inter se cognationem habent; quòd secundùm vtramque aliquid dicitur esse id quod est: sed in hoc ab inuicem dissentiunt, quòd forma ad materiam refertur, quam facit esse in actu: quidditas verò ad suppositum, quod talem habet essentiam: & hi sunt præcipui modi substantiæ. sed cùm anima intellectiua constituat materiam in actu; haud dubium, quin ei competat præcipuus substantiæ modus: substantia enim dicitur à per se existere. sed id maximè congruit formæ, eò quòd per se habet existere, alia verò ab ea mutuāt ipsum existere: igitur est maximè substantia. Sed dubitabit aliquis non temere, substantia prima, id indiuiduum substantiæ, est magis substantia: & iter secundas, magis species, quàm genus: vt dicitur in prædicamento substantiæ. Ad hoc respondeo, quoàd actum substandi, primam quidem substantiam esse magis substantiam: quoàd verò ad rationem subsistentiæ, secundam: atq. ita essentia præcedit substantiam particularem. Nam etsi forma suum existere ab alio non recipiat; in istis tamen materialibus suum existere in alio habet: propterea, quòd non sit propriè forma id quod existit; sed totum compositum. hac de causa anima dicitur pars compositi, in quo habet suum existere, & facit, vt compositum existat. Sanè, cùm subsistere denotet esse determinatum, totaq; essendi determinatio à forma dependeat; satis est perspicuum, quòd compositum ab anima suam subsistentiam recipiat. Quòd autem alteri largitur subsistere; quomodo ipsum vocabit subsistentia, & substantia? Quam ob causam Boëtius in prædicamentis, formam subsistentiam appellauit: vtens subsistentiæ nomine, pro eo quo subsistitur. Quòd si acceperis subsistentiā pro eo quod subsistit; sic illud propriè subsistens dicitur, cui prius inest talis natura existendi: atq. ita genera & species prius subsistunt: deinde indiuidua, quæ sub tali natura continentur. Etenim quamùis genera & species, non nisi in indiuiduis subsistant, quæ habent esse completū; ex natura tamen, vel quidditate superiori fit determinatio essendi. Substantia quoq. si intelligatur pro actu substandi, pro eo quo aliquid substat; sic primò materiæ conuenit: si verò pro eo, quòd subsistat; sic prius tribuitur primis quàm secundis substantijs. At si intelligatur pro subsistentia, nempè quantum ad actum subsistendi, & pro eo, quo aliquid subsistit; sic competit formæ, quæ est substantia: si verò pro eo quod subsistit; ita cōgruit prius secundis substantijs quàm primis Cùm verò anima intellectiua sit forma, qua compositum subsistit: igitur ipsa prius est subsistens, atq. substantia. Ex quo patet, quomodo anima intellectiua sit substantia, & pars substantiæ. Sed posset nō abs re quis ambigere, materiam & formam, & per consequentiam animam intellectiuam, non contineri in prædicamento substantiæ, eò quòd non per se existant, & substent accidentibus: duo quidem necessaria sunt rei, quæ in huiusmodi est reponenda prædicamento: res scilicet, & modus: hoc est, vt sit in natura existens: & modum habeat essendi, hoc est, per se existere, & accidentibus substare. Cùm ergo materia & forma non existant nisi in cōposito: non sunt igitur in prædicamento substantiæ; atq. ita essent accidentia. Auicenna 6. meth: vno modo sic substantiam describit: Substantia est ens non in subiecto existens, atq. ita non est genus generalissimum in genere substantiæ; sed generalius atq. communius; & sic competit materiæ primæ & formæ, & substantijs compositis: alio modo sic: Substantia est habens quidditatem substantialem, cuius esse est in subiecto non esse; & ita est genus generalissimum: & sic non tribuitur formæ, & materiæ; forma enim non est habens quidditatem; sed est quidditas. Itaq; & materia est substantia, & forma, & quidditas, deniq. & anima intellectiua.

Albertus.

Forma est causa subsistendi.

Boetius.

Secundæ substantiæ quomodo magis subsistant.

Obiectio.

Auicenna. Quid sit substantia.

CAP: XVIII.

Subſtan-tię ſecun-dæ.

Subſtantiæ ſecundæ ſunt veræ ſubſtantiæ.

QVoniam dictum eſt, genera & ſpecies eſſe ſubſtantias; operæpretium
erit huius quæſtionis indaginem ipſius philoſophi ſententijs clarius i-
luſtrare: de qua plane materia copioſè, diſertèq; loquitur: Subſtan-
In prædica-men: tia ſecunda, inquit, dicitur de ſubiecto, & non eſt in ſubiecto. ſed om-
nis conceptus in anima, eſt in ſubiecto: igitur ſubſtantia ſecunda non
Rationes. eſt ſolus conceptus mentis. Sanè, quod dicitur de ſubiecto, & non eſt in ſubiecto, non
1. eſt accidens, quia accidens eſt in ſubiecto: non eſt ſubſtantia prima, quia non dici-
tur de ſubiecto: igitur eſt ſubſtantia vniuerſalis, quæ non eſt in ſubiecto, & dicitur
2. de ſubiecto. Amplius, ſubſtantia prima eſt magis ſubſtantia quàm ſecunda, cap: de
ſubſtantia: igitur ſubſtantia ſecunda eſt ſubſtantia, licet ſit minùs quàm prima. Item,
3. clariſſimè docetur à philoſopho 2. topicorum, & 5. met: quòd deſtructo genere, de-
ſtruatur & ſpecies; & deſtructa ſpecie, quodlibet illius indiuiduum deſtruatur; ſed
deſtructo vno lapidis conceptu, non deſtruitur lapis extra animam: igitur ſolus cõce-
ptus in anima, non eſt ſpecies indiuidui, extra animam nihil habentis. Item, de ſin-
4. gularibus non eſt ſcientia prim: poſteriorum, & 7. meth: 19. Quare, ſi ſola duntaxat
prima fuerit ſubſtantia; nulla planè remanebit ſcientia: atq. ita peſſum iri, neceſſe
fuerit methaphyſicam, quæ eſt de ſubſtantijs inſenſibilibus: ſimiliter & ſcientiam
naturalem, quæ circa ſubſtantias mobiles verſatur: quandoquidem de ſolis concepti-
bus in mente exiſtentibus, non habeatur ſcientia realis. Sola præterea ſubſtantia
5. definitur definitione ſimpliciter dicta 7. meth: 11. Accidentia autem definitione ſe-
cundùm quid. veluti cùm dicimus: animal rationale, mortale. hæc eſt definitio ſim-
pliciter dicta; quæ proculdubio accidenti non conuenit, quia per ſe primò de acciden-
te non prædicatur: neq; etiam conuenit alicui rei ſingulari: conuenit ergo ſubſtantiæ,
non quidem ſingulari: propterea quòd definitio, & definitum conuertantur. Hæc au-
tem non conuertitur cum aliquo indiuiduo particulari: igitur ſecundæ ſubſtantiæ eſt
6. tribuenda. Amplius, genus per ſe in ſuas ſpecies diuiditur, vt animal in hominem,
& leonem. cùm verò ſubſtantia quæ diuiditur, non ſit prima ſubſtantia: erit ergo
ſubſtantia ſecunda: neq; valet dicere, huiuſmodi diuiſionẽ, vnius eſſe conceptus com-
munis, in conceptus minùs communes; alioqui homo, & leo non eſſent, niſi conceptus:
quod eſt abſurdum. Neq. eſt diuiſio accidentis in ſubſtantias: ergo quod prius. In-
de philoſophus in prædicamento ſubſtantiæ ait, primam ſubſtantiam ſignificare hoc
7. aliquid: ſecundam verò quale quid: tranſit propemodum in accidentis ac qualitatis
naturam; non exuens tamen propriæ ſubſtantialitatis naturam: fit namq. per intel-
lectus operationem, qua abſtrahitur à particularibus, ſicq; ſortitur vnitatem, quæ
eſt vna in multis, & de multis. Sanè huiuſmodi ſubſtantia, ſecundùm rationem, non
autem ſecundùm eſſe ſeparatur à ſingularibus 7. & primo meth: vel vt alijs verbis
vtar, eſt in re, velut in ſubiecto, quia illam denominat, & non intellectum: in intelle-
8. ctu autem, velut in efficiente, nempe vt cognitum in cognoſcente. Amplius, ſi ſub-
ſtantia ſecunda eſſet omninò ſeparata à prima; tunc eſſet hoc aliquid, & per ſe ſub-
ſtens. ſed omne huiuſmodi eſt ſubſtantia prima: ergo quod prius. Itaq;, ſubſtantia
ſecunda ſecundùm actum, & completam vniuerſalitatis rationem, eſt à prima ſub-
ſtantia ſeparata, & intellectu conſiſtens: ſic enim dicit vnum in multis, & de multis.
Et id quidem ipſius naturæ tribuitur; quatenus ab intellectu abſtrahitur: & plu-
mis indiuiduis, per modum vnius, in quo illa conueniunt, comparatur. ipſa ſiquidem
Natura vni-uerſale. natura, quæ vniuerſale dicitur, non eſt ex parte rei in multis indiuiduis vna realiter,
ſed plures. Quare rectè dictum eſt, ab Auicenna, humanitatem de ſe non eſſe vni-
uerſalem, neq. particularem; ſed potentia ad vtrumq. Ratio ergo vniuerſalis, ſeu par-

ticula-

Substãtiæ secundæ.

ticularis ab ipso intellectu naturæ tribuitur. Quòd si de esse secundæ substantiæ sit sermo, in quantum scilicet est secunda substantia; ita planè non separatur à prima: quandoquidem primis substantijs destructis, reliqua omnia destruerentur. Ex his ergo & similibus, satis innotescit, genera & species, esse veras substantias.

CAP: XIX.

Argumenta contraria.

Solent nonnulli contra prædicta sic arguere: Vniuersale non continetur sub aliqua parte substantiæ, puta quia non est forma neq. materia, neq. substantia composita, in quæ à philosopho 2. de anima 2. com: sufficienter substantia diuiditur: igitur vniuersale, siue substantia secunda, non est substantia. 1.
Ampliùs, si substantia secunda sit res extra animam, cùm sit de essentia primæ substantiæ; tunc quis posset quærere, si ex generibus, & speciebus extra intellectum existentibus fiat vnum per se, necne: si fiat; tunc vnus illorum erit actus, reliquum verò potentia: sic enim res se habet in vnius essentialis, siue substantialis compositione: sed genus non est materia speciei; neq. è contra. si autem non fiat, cùm homo & animal sint de essentia indiuidui; vtpote Socratis, vel Platonis: igitur, Socrates non erit vnum per se, neq. Plato, quod expressè aduersatur philosopho dicenti, primam substantiam significare hoc aliquid. 2.
Ampliùs, aut eadem substantia secunda, vtpote species, est eadem res & in Socrate, & in Platone, aut diuersa. eadem vtiq; quia alia esse non potest, & alia: propterea quòd species sint, sicut numeri: alioqui magna sequeretur absurditas, nempè, vt tot sint numero species, quot homines: si verò sit eadem: igitur simul esset hîc Tuderti & Romæ; quia hîc in me, & Romæ in Antonio: similiter eadem res omninò, hîc quiesceret, & Romæ moueretur, quæ sunt absurda & falsa. 3.
Iterum, omnis substantia est ens per se; in hoc enim differt ab accidente. sed substantia secunda habet esse in alio, nempe in prima: igitur non est substantia. 4.
Adde, quòd nec etiam videtur esse habere in prima substantia, quippe quæ esse corruptibile, secunda verò substantia incorruptibile habeat. Non ergo vtriusq; est vnum esse, quia corruptibile, & incorruptibile differunt plus quàm genere. Quare, secunda substantia separatur secundùm esse à prima; atq. ita est ens rationis, aut idea Platonis. Ad hæc accedit, quòd ni separetur à prima; destrueretur omninò scientia: singularia enim vt 7. meth: sunt infinita, ideoq. cognosci non possunt, nisi ad vnum, hoc est, ad vniuersale reducantur, de quo habetur scientia, quæ verorum est existentium: igitur, vniuersalia, siue secundæ substantiæ sunt verè existentes extra singularia; & ita sunt puri conceptus.
Item, si secunda substantia sit verè ens: aut est à natura, aut ab intellectu: non quidem à natura; alio qui esset prima substantia: igitur est ab intellectu; & sic est ens rationis. 5.
Sanè, omne quod est, teste Boetio, de vniuocatione, & vno, ideo est, quia vnum numero est. sed secunda substantia non est vnum numero; quia est in multis, & dicitur de multis: ergo quod prius. Deniq., si est in prima substantia; aut sicut accidens, & sic non est substantia: aut sicut substantia; & ita non dependet ab intellectu; & non erit communis, & vniuersalis.
Præterea prima, & secunda substantia sunt idem omninò: igitur præter primam substantiam, non est necesse ponere secundam; id namq;, quod est de essentia alicuius, est idem realiter cum illo, nec potest ab eo separari, nisi per conceptum mentis, quod est ens rationis, à quo substantia fieri non potest. sed secunda substantia, est de essentia primæ: igitur, aut omninò est idem realiter cum prima, & nullius diuisionis differentia, ab ea diuellitur: aut si aliquid alud est ab illa, est ens 6.

rationis; nam si non eßent idem realiter cum singularibus, siue substantia prima; ac-
cidentia profectò eßent, & non substantiæ: omne siquidem, quod existit extra sub-
7. stantiam alicuius, illius accidens appellatur. Ampliùs, substantia cuiuslibet rei, au-
thore philosopho 7. met: 45. est ei propria. sed substantia secunda non est alicuius
rei propria, vtpote quæ est in multis, & dicitur de multis. Et commento 57. nulla sub-
stantia est communis. Et com: 58. nulla substantia est in pluribus: igitur genus, & spe-
cies non sunt substantiæ. vnde 10. met: com: 6. Impoßibile est, vt aliquod vniuersali-
um sit substantia, quia id, quod est commune pluribus, est tantùm in anima: Intentio-
nes verò animæ, teste Auer: 1 met: com: 45. sunt qualitates: quæ si eßent substantiæ;
8. ex qualitatibus componerentur: quod est falsum. Item, Aristoteles 1. de anima 8.
Animal autem vniuersale, inquit, vniuersale, inquam, aut nihil, aut posterius: & quid
itidem aliud communiter prædicatur. vnde Them: genera & species nudis notioni-
bus proxima eße dixit: vocans nudas notiones, vt est hippocentaurus, & hircocerus,
quibus nihil in re conuenit. Quare, si secunda est substantia huiusmodi; aut nihil est,
aut quoddam mentis inane, & falsum figmentum.

CAP: XX.

Soluuntur Argumenta.

D primum facilè est respondere; substantia enim prima in materiam
1. formam, & compositum diuiditur: secunda verò in genus, & speciem; &
ideo non est simile. Ad 2. substantia singularis, ex singularibus, non
2. autem ex vniuersalibus componitur; veluti hic homo ex hac materia, &
ex hac forma, non ex specie & genere componitur: sed species ex gene-
re, & differentia, & ex omnibus superioribus componitur. In causa autem est, quòd
particularis effectus, causam habeat particularem: vniuersalis verò vniuersalem; 2.
phy: 31. & 5. meth: cap: de causa. sed prima substantia est effectus particularis, spe-
cies autem vniuersalis; hac de causa, prima substantia, ex particularibus, secunda
verò ex vniuersalibus componitur. Quare, etsi substantiæ secundæ sint vera entia ex-
tra animam; non ob id tamen ex vniuersali, sed particulari substantia prima compo-
nitur. Et cùm instas, an ex secundis substantijs fiat vnum, dico in linea prædicamen-
tali, ex omnibus prorsus superioribus, & ex omnibus differentijs, quorum nomina in
definitione ponuntur, speciem specialißimam componi: ex specie verò specialißima
& suis generibus, aliquod vnum non constitui, alioqui illud vnum eßet ipsa species,
atq. ita constitueret seipsam. Et cùm infers, vnum illorum eße materiam, alterum
verò formam: affirmo, genus materiæ, differentiam verò formæ vicem subire: sicut
constantißimè docetur à Porphyrio. Sed dicet aliquis: si species specialißima ex ge-
neribus, & differentijs componitur: igitur Deus non poßet annihilare speciem hu-
manam, ni simul perderet omnia animantia. Præterea, species videtur eße pars indi-
1. uidui 7. meth: 20. Quidditas, inquit, vel est idem cum indiuiduo, vel eius pars. se
species est quidditas indiuidui, propterea quòd conuenienter respondetur per quid
igitur species, aut est totum indiuiduum, aut eius pars. Quare, similiter Deus non
2. poßet annihilare vnum indiuiduum, nisi totam speciem annihilaret. Vnica respon-
sione ambæ soluuntur obiectiones, nempè verum eße quoâd prædicata propria, non
autem quoâd communia; potest enim destrui sortes, non destructa tota specie huma-
3. na: & destrui species humanas, non destructo omni animante. Ad 3. Eandem esse
dico speciem in sorte, & Platone. Et cum infers: ergo simul eßet in pluribus locis, &
simul quiesceret, & moueretur. verum dicis quoâd speciem spectat, eò quòd ha-

Prima substãtia non componitur ex secunda.

Species componitur ex genere & differentia.

Solutiònes.

Solutio.

Substãtiæ secundæ.

species homo sit vna res secundùm speciem. Et cùm instas, quòd ex quo sit eadem o-
mninò in sorte & Platone: igitur est eadem numero; atq; ita in priorem absurditatẽ
incideremus. Respondeo vnum numero, & communiter, & propriè dici: communi- Vnũ numero
ter autem illud est, quod cum àlio numerum constituit, ita, quòd tam de hoc, quàm
de alio demonstrato dici verè possit, illa duo esse. sed vnum numero propriè non con-
uenit plurimis, vnde & separatur ab eo, quod dicitur vnum genere, vel vnum specie. Vnum cõmuniter & propriè.
1. topicorum cap: 3. & 5. met: 10. Itaq;, hæc species homo, & hæc species leo, sunt duæ
species, & hæc quidem communiter: hæc autem species homo, est vnum numero se-
cundùm quòd ponit in numero. Quare, si sermo extiterit de vno communiter; non ha-
bebitur pro absurdo, vt aliquid sit hîc & Romæ. Id tamen non conuenit ei, quod est 3
vnum numero propriè. Et cùm infers: contraria eidem numero inesse non posse: ad-
mitto de numero propriè, & non communiter loquendo, hoc est, de eo, quod cum a-
lio à se facit numerum, sicut dixi. Ad 4. substantia secunda est in prima, non sicut
in aliquo extraneo; sed potiùs sicut superius in suo inferiori: quod cùm sit substantia; 4.
& ipsum quoq; erit substantia, & ens per se, secundùm iam dictum modum. Ad con-
firmationem respondet Auicenna, vniuersale perpetuum esse, atque incorruptibile, Vniuersale incorruptibile.
respectu particularium, quæ ad mentem philosophi ratione speciei perpetuò sunt du
ratura: tùm etiam quia per se non corrumpitur, sed per accidens, nempè ad indiuidui
corruptionem. atqui dicit philosophus 1. post: 22. de eo, quod non est simpliciter in-
corruptibile, non haberi scientiam. sed si est in particularibus per accideus corrupti
bile: igitur non est simpliciter incorruptibile. Dici potest habere esse incorruptibi-
le, quatenus existit in suis essentialibus, & quidditatiuis principijs, prout, scilicet cõ- Scientia est incorruptibiliũ.
pletam habet suæ vniuersalitatis rationem, non quatenus in hoc, vel in illo existit par-
ticulari, cuius est quidditas, & ratio formalis, cum quo etiam corrumpitur, non in
quantum vniuersale, sed in quantum est quidditas rei corruptibilis. Ex hoc etiam sol
ui potest alia confirmatio; nam scientia cùm sit vniuersaliũ, & vniuersalia sint perpe-
tua, modo iam dicto: igitur scientia est perpetua & immortalis. Ad 5. substantia se-
cunda efficienter est ab intellectu: materialiter verò siue radicaliter, seu occasionali 5.
ter, est à proprietate in re existente: cum qua si nullam haberet cognationem, seu af- Vniuersale efficienter ab intellectu.
finitatem; tunc verè posset dici nuda cogitatio, & mentis figmentum. Boëtius autem
loquitur de illo vno, quod est præter intellectus oparationem, cuiusmodi non est sub-
stantia secunda: vnde etsi non sint secundæ substantiæ realia accidentia; sunt tamen
intentionalia. Ad 6. secunda substantia si consideretur secundùm suæ vniuersalitatis
intentionem, & id quidem quoâd proximũ suum significatum; sic planè est secunda 6.
intentio, siue conceptio intellectus; atq. ideo secundũ esse dissentit, & dirimitur à pri
ma: vel si secundùm fundamentũ eius remotũ; & sic eadem est cum prima. Quòd si cõ-
sideretur pro natura, quæ per eius nomen ostenditur; et ita nõ realiter à prima dirimi
tur, quasi sit alia res per se existens; sed quia prima substantia aliquid includit, quod
nõ immediatè includitur in secunda; nam prima substantia significat suppositũ, secun
da verò naturam: natura aũt & suppositũ in rebus materialibus differunt atq. dissen
tiũt. Sed arguet aliquis: Si homo siue substantia secũda sit eadẽ res naturæ cũ prima:
igitur à quocunque sicut res naturæ prima substantia dissentiret; similiter & secun- Obiectiones. 1.
da, & quidem realiter. sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Ipsa præte-
rea substantia secunda est communicabilis, prima verò minimè; vnumquodq; enim 2.
sicut se ad propriam affirmationem habet; ita planè ad propriam entitatem: deniq;,
illa quæ opponuutur realiter, sunt realiter diuersa. sed vniuersale & singulare, sunt 3.
huiusmodi, quippe, quia natura vniuersalis est plures, & realiter communicabilis:
particularis verò vna, & incommunicabilis: realiter ergo ab inuicem distinguuntur.
Dico ad primam obiectionem, substantiam secundam contractam ad primã, à quo- Solutio.

cunque differt prima realiter; & ipsam quoq; realiter differre. Similiter dicendum
est ad alias obiectiones, nempè nõ differre ab inuicem re & re, sed sicut suprà dicti
7. est. Ad 7. dico, substantiam secundam esse propriam, & eandem cum prima secun-
dùm formam: diuersam verò secundùm congregatum ex materia & forma. 7. met
com: 21. dixit Auerroes de quidditate hominis. Duplicem autem habet forma exi-
Duplex formæ existẽtia. stentiam, materialem videlicet & intellectualem. Et prima quidem dicitur realis, e
per eam res est extra nihil, & non multiplicatur: per secundam verò res non est ex
tra nihil; multiplicantur enim esse intentionalia. Etenim secundùm quod magis se
minus, forma abstractè consideratur, ita nunc speciei, nunc autem generis induit na-
8. turam, ac proprietatem. Ad 8. duplex est conceptus rei, formalis vnus, obiectiuu
verò alter: formalis est intellectio, qua res concipitur: obiectiuus verò est res con
cepta. Cùm verò res actu intelligitur; dicitur actu vniuersale: potentia, autem intell-
Vniuersale actu vel potentia. gibile; potentia quoq; vniuersale. Actu ergo vniuersalia sunt in nobis, quando eor
rationes actu in nobis perseuerant: potestate verò, cùm nobis adest facultas illa in
telligendi. Verùm huiusmodi rationes nos minimè mouere possent, nisi extra anim
aliquod esse haberent. 12. meth: Intelligere enim nostrum causatur à rebus: intell-
gere autem Dei, causa est rerum. Itaq; singularum rerum formæ, tùm actu, tù
etiam potentia, sunt vniuersalia apud Themistium & Auerroem; & id quidem n
temerè: siquidem, vt dicit Auerroes 12. meth: 14. singularia quatenus sunt phant-
smata in sensibus inferioribus, singulariter per materiam cognoscuntur; ab intell-
Themistius. ctu autem per eorum formas, & ratione. Cùm ergo dicit Themistius vniuersalia n-
dis notionibus proxima esse; verum quidem est, formaliter non obiectiuè, quæ pr-
fectò in nobis nunquam actu existerent; nisi singularia ratione formæ, quæ est esse-
tialis similitudo, vniuersales in nobis agerent rationes. Lib: 3. Pymandri, de his r-
bus locutum me memini. Quomodo ergo substantiæ sint veræ substantiæ, dixi. Ex
satis patere potest, quomodo anima intellectiua sit substantia, & nobilior acciden
Reliquum est clariùs dilucidare, vnam animam essentialiter altera nobiliorem n
esse, tametsi paulò antè de hac re multa dicta sint.

CAP: XXI.

Substantia non suscipit magis & minus.

Ræclarè dictum est à philosopho in capite de substantia, quòd substa-
Rationes. tia non suscipiat magis & minus: At verò substantia, inquit, non susci-
re gradus videtur, vt magis minusué talis: vt homo non est magis min-
ué, aut seipso, aut alio homine. Etenim, magis & minus comparationẽ
notant: comparatio verò magis & minus, ad res spectat diuersas, q
in aliquo vno conueniunt, in quo & comparantur ad inuicem, vt acutum in sono,
Vnum in cõparatione. non in magnitudine; diuersæ enim naturæ sunt. Illud ergo vnum, in quo diuersa
cundùm magis & minus comparantur, cùm non possit esse vnum numero, propter
quòd inter diuersa commune esse non potest; necesse planè est, vt sit vnum gene
specie, siue proportione, seu analogia. Quare, si diuersæ substantiæ ad ipsum ens,
ue ad aliquod transcendens referantur; non est dubium, quin substantia subiecti
seu materialiter suscipiat magis atq; minus: vna namque substantia est altera ma
ens, quippe, quæ est perfectior: atq; ita si ad aliquod accidens ambabus substan
commune comparentur; materialiter ac subiectiuè suspiciunt magis & minus: v
vna substantia est albior altera. Si verò comparentur ad genus, seu ad speciem
genere substantiæ; nulla suscipit magis & minus: omnes siquidem substantiæ eiusd
speci-

Vna anĩa nõ est perfectior altera.

speciei, in illa quidem specie secundùm æqualitatem, & non secundùm magis & minus comparantur. Etenim rerum essentiæ in indiuisibili consistunt, ita, quòd augeri non possint aut minui, eò quòd non fiat intensio formæ secundùm gradus perfectionis essentialis. Sanè, nullam essentiam, quoâd essentialis gradum perfectionis intendere, aut remittere valet Deus; nisi eam ad aliam verterit speciem, aut prorsus annihilet, & perdat, quia species sunt sicut numeri. Alij sic de hac re loquuntur, quòd propè in idem recidit: suscipere magis & minus, primæ ademit philosophus substantiæ & secundæ: anima autem non est prima substantia neq; secunda; sed vtriusque principium. Porrò, genera dicuntur suscipere magis & minus, quòd vnum sit altero perfectius; nam si species sunt sicut numeri, & vnus numerus est perfectior altero: igitur vna species est altera perfectior, & vnum genus altero perfectius: non quidem respectu perfectioris differentiæ constitutiuæ; sed quia eius natura perfectiori modo, ac in perfectiori conseruatur specie: vnde Auerroes 12. meth: com: 2. ait genus secundum esse per prius, & posterius prædicari. Quòd si rem intendi & remitti acceperis pro eo, quod est, esse rei augeri, aut minui, ita, quòd species substantiæ magis nunc, & postea minus participetur ab eodem homine particulari, aut ab vno magis, quàm ab alio; tunc omnibus modis affirmandum est, substantiam non suscipere magis vel minus. Hoc ergo modo anima intellectiua non suscipit magis nec minus: neque vna est nobilior altera, tùm ratione speciei, tùm verò ratione indiuidui; nam & essentia speciei in indiuisibili consistit; ideoque illius respectu omnes animæ æquali præditæ sunt nobilitatis natura: respectu quoq; essentialis perfectionis ad indiuiduum, similiter se habent; indiuidua enim non addunt aliquid substantiale supra speciem: non quidem formam, quia nimirum specifica forma est vltima forma; ideoq; non addit supra hominem aliquam formam substantialem, propterea, quòd eadem est forma, vnde homo est anima rationalis, & forma Socratis. Cùm vna anima non præstet alteri nobilitate specifica; nec etiam substantia aliqua indiuiduali: vnde anima Christi quoâd substantialia, aut essentialia spectat, alijs non censetur animabus nobilior; sed in hoc in infinitum alias animas, & angelos excedit, quòd assumpta sit ad esse diuinum, & substantificetur in eodem supposito diuino. Et hæc quidem nobilitas non est substantialis, nec omninò accidentalis, eò quòd assumpta sit ad esse diuinum, quod est esse substantiale; idcirco reducitur ad genus essentiæ, cuius est esse. Itaq;, vna anima potest dici altera perfectior, quia perfectiùs actuet subiectum, educens illud de potentia ad actum: vnde magis participatur à subiecto, non quòd plus altera sit substantia, plures habens speciei gradus. Porrò, huiusmodi maior seu minor participatio formæ, à sua materia siue subiecto, est esse, quod forma suo impartit atq; largitur subiecto. In hunc modum animorum inæqualitas probatur, quo-ad ad aliquid inhærens essentiæ, atq; ad id, quod est actus essentiæ. Ex hoc tamen nõ sequitur, formam substantialem magis & minus recipere; non enim sat est in huiusmodi formæ specie perfectius, & imperfectius, nobilius & ignobilius inueniri; sed ad huc necessaria est illi virtus & facultas, vt eadem numero nunc plus, nunc verò minus suum queat perficere subiectum: atq; ita diuersa esse successiuè suo subiecto largiri, quod planè formæ substantiali tribui non potest: anima autem intellectiua cùm it forma substantialis, huiusmodi augmenti, decrementiq; vicissitudinem subire neuit. Simplicius in prædicamentis, dicit Plotinum & Platonicos posuisse qualitates, & habitus suscipere magis & minus, quòd materiales essent: & materiæ respectu in eterminationem quandam, atq; infinitatem haberent. Alijs contraria probatur sen-entia, nempè qualia, & non qualitates augmento & decremento subesse; non enim ustitia magis & minus dicitur, sed iustum. Meminit & huius sententiæ philosophus suis prædicamentis. Stoici verò dixerunt, quosdam habitus artes, scilicet magis & minus,

Aliorũ opinio

Vnum gen... perfectius altero.

Vna anima non est nobilior altera.

Anima Christi.

Quomodo vna est altera perfectior.

Simplicius.

Platoniei.

Stoici.

Anima nõ est substã tia.

*minus, suscipere: virtutes verò minimè. Alijs visum est materiales, non autem im-
materiales formas, magis & minus suscipere, illisq; subesse. Sed de his hactenus. Nunc
remanet ponere argumenta, quibus quis posset arguere atq; ostendere, animam sub-
stantiam non esse.*

CAP: XXII.

Quòd anima non sit substantia.

*Q Vorundam argumenta talia sunt posita contra prædicta: Substantia dici
1. tur à subsistendo, vt iam dictum est. sed anima non est huiusmodi; ens e
nim per se subsistens, est ens in actu: anima autem non est ens in actu
igitur non est substantia. Ampliùs, quod est in subiecto, non est substa
2. tia, vt ex dictis patet; commune est enim omni substantiæ non esse in subiecto. Se
anima est in subiecto, quia est actus corporis, 2. de anima: ergo quod prius. Item
quod diffinitur per additamentum, non est substantia, 7. met: 4. sed anima est hu
3. iusmodi, 2. de anima 19. nam corpus physicum, quod est extra essentiam animæ, in
ius diffinitione ponitur. Illud præterea solùm est substantia, quod cùm sit vnu
4. & idem numero, est susceptibile contrariorum, vt dictum est. sed anima non est
lis, quia recipiens contraria, est in potentia: anima verò est actus: non ergo est in
tentia, propterea, quòd potentia & actus sint differentiæ valde oppositæ, teste Com
mentatore in proæmio, lib: de anima 5. 6. 7. non ergo possunt conuenire eidem: e
go quod prius. Item, aut est materia, aut forma, aut compositum: anima non est m
5. teria, neq; compositum, vt dicit philosophus 2. de anima 3. & ex suprà dictis patet
tis: neq; est forma, quippe, quia ad compositi corruptionem corrumpitur, 7. met: c
4. & 36. sed anima intellectiua est forma incorruptibilis, vt dictum est in princip
huius libri: igitur anima non est substantia.*

CAP: XXIII.

Soluuntur Argumenta.

*A D primum, subsistere ad eam pertinet substantiam, quæ est in sua spe
1. completa atq; perfecta; propria siquidem substantiæ ratio est, subiecto
non inhærere, ad differentiam accidentis. Et hæc quidem ratio substan
animæ competit, quippe, quæ est in materia, vt actuans, non autem vt in
hærens & accidens: substantia namq; si dicitur à substando; sic non conuenit prop
substantijs secundis: si verò à subsistendo, hoc quoque modo non omni conuenit;
substantiæ vniuersalissimæ: si verò à per se essendo; ita omni tribuitur substant
Ad 2. distinguo maiorem; nam vno sensu potest esse accidens, quod videlicet est in
2. subiecto in actu existenti. at verò quod est in subiecto informatiuè, & non, vt ac-
dens inhæsiuè, accidens non dicitur, sed substantia: huiusmodi autem est anima
tellectiua, quæ in subiecto est, vt actus viuificus, & substantialis, non autem vt ac-
dens. Ad 3. philosophus loquitur 7. meth: de substantia completa in specie, quæ n
3. definitur per aliquod extraneum. at forma quæ est id, quo aliquid est, sua in diffi-
tione extraneum recipit; ideoq; in hoc similitudinem gerit accidentis. Ad 4. anima
4. est in potentia accidentali, non autem substantiali ad contraria recipienda; alioqui
secundùm eandem potentiam siue rationem, esset in potentia & actu, quod est
sum: nulla ergo sequitur oppositio, quòd sit potentia & actus respectu diuersorum.
Ad 5. anima intellectiua est forma largiens esse, non autem corrumpitur; quia n
5.*

educitur

Anima est actus.

educitur de potentia materiæ; de qua profectò forma philosophus loquitur 7. meth: Quid ergo sit substantia, & quæ prima substantia, quæuè secunda, & quomodo sit nobilior accidente: deniq; quonammodo anima intellectiua sit substantia, satis dictum puto.

CAP: XXIIII.

Anima est actus.

Actus quid.

QVoniam quidem actus est ratio cognoscendi & intelligendi 9. met: com. 20. passio, quæ per se primò competit enti in actu, quatenus est in actu; hanc ob causam post indagationem, inquisitionemq; de animæ substantia, seu quòd anima sit substantia, ad lucidiorem aliquam eiusdem diffinitionem, seu enodationem cum patrocinio præclarissimorum philosophorum accedere decreui; vt sic sensim nobis innotescat huius nobilissimæ formæ præstantissima natura: vnde & cum philosopho dicimus 2. de anima 6. animam intellectiuam esse actum primum corporis physici, organici; ipsa enim est ratio, qua intelligimus & cognoscimus: ipsa, quæ separat & distinguit: actus siquidem separat & distinguit, 7. meth: vnde 9. meth: 13. ait, actum priorem esse potentia, ratione, substantia, & tempore.

Aristoteles.

Mercurius 11. Pymandri.

Magnus Mercurius in suo Pymandro, dicit actum Dei esse mentem, animam, æternitatem, perseuerationem, atq; immortalitatem, propterea quòd sit vnus purus, & simplex actus. Et circa finem 12. dicit, actum Dei esse omnium potestatem, quippe, quia omnibus largitur esse, & quibusdam esse, & viuere: deniq; & alijs esse, viuere, & intelligere: vnde & Plato dicit esse Deum actum viuificum, speciem, actumque rebus singulis largientem: menti primò diuinæ idearum ordinem, numinibus deinde mentem sequentibus, rationum seriem, animabus tertiò numerosos discursus, naturis verò semina, formas autem materiæ. Vnde Orpheus: Cuncta fouens, atq; ipse se ferens super omnia sese. Plotinus Enneadis 2. lib: 5. cap: 3. in mundo intelligibili omnia esse dicit in actu, quia totum species est, & forma penitus libera: Intellectus autem primus nequaquam ex potentia, quæ intelligere possit in actum prodit intelligendi; alioqui alio quodam priore opus huic esset, quod ex potentia non prorumpat in actum, sed totum iam possidet in seipso. Quod enim in potentia est, exigit alterum: quo accedente perducatur ad actum, vt aliquid tandem fiat: quod autem ipsum à seipso semper ita se habet, est actus. Et primò quidem Deus actus viuificus, purus, & infinitus: deinde angelus actus simplex, finitus: tertiò, anima intellectiua actus medius: non temere ergo, sed multa cum ratione anima intellectiua actus vocatur.

Plato de pulchro.

Orpheus.

Plotinus.

Quare est actus.

Etenim, ex anima & corpore, fit vnum ens in actu: sed non ex duobus in actu, neq; potentia existentibus: non quidem in actu; alioqui non fieret vnum in actu, 7. met: com: 49. neq; ex duobus in potentia: nam cùm substantia composita sit ens in actu; opus ei esset tertia substantia, per quam esset in actu: quod non probatur Auerroi 8. meth: 15. alterum ergo erit actus, non quidem corpus; quia actus separat & distinguit, 7. met: 9. corpus verò non distinguit; sed in eo vniuntur animatum, & inanimatum: igitur anima est actus. Hoc etiam modo Themistius arguit: Ex anima & corpore fit animatū, inquit, quod quidem non est totum integrale; quia anima & corpus non distinguuntur loco, sicut partes totius integralis: est enim anima tota simul in qualibet parte corporis, alioqui aliqua pars animati corporis, anima careret. Neq; est totum mixtum, eò quòd in mixtione mixti non remaneant mixtibilia, sed corrumpuntur. atqui in animato simul adsunt anima & corpus: est ergo totum essentiale, quod constat ex materia & forma: anima autem cùm non sit materia: est ergo forma. sed forma est actus: igitur anima est actus. Adde, quòd vita sit actus, & propria operatio animati:

Corpus non est actus.

Themistius.

Anima est actus. mati: viuere autem est in viuentibus esse, 2. de anima. 64. sed anima est vita, & esse,
Actus duplex corporis: illius ergo est actus. Cæterùm, quemadmodum lux lucentis est esse, & a-
ctus primus; lucere verò eiusdem lucentis actus secundus, propterea quòd eius actio
Primus. sit, suæ formæ quædam essentialis diffusio; ita planè anima est primus actus, qui est
Secundus. esse animati: secundus verò est actio essentialis eiusdem: omnis siquidem essentia
propriam habet essentialem operationem, qua vllo vnquam tempore vacat, si essen-
tialis extiterit: sicut lux nunquam vacat à lucere, quæ est eius actio: scientia quoq;
in sciente, dat esse scientis, quatenus sciens est, cuius actio essentialis secundùm sci-
entiam, est res considerare, quas nouit per scientiam. Itaq;, forma naturalis, quia
materiæ, in qua est, & composito quoq; esse largitur; idcircò & actus, & primus a-
ctus appellatur: essentialium namq; actionum, atq; naturalium ipsa principium est,
& à seipsa habet, vt sit actus: anima ergo est actus, quo animatum exercet actiones
Scientia est actus primus. vitæ: actus primus, sicut scientia est actus primus scientis: aliquando somno, inter-
dum verò vigiliæ persimilis: somnus quippe est quies animæ ab exteriori sensuum
opere quiescentis; & is quidem persimilis est essentiæ animæ, in exteriores actiones
nondum prodeuntis: vigilia verò cùm quædam sit animæ expansio atque diffusio in
exteriora opera sensuum; secundi actus similitudinem gerit: vnde quemadmodum
via generationis, scientia considerationem antecedit, prior siquidem est habitus ex-
ercitio eiusdem, atq; actione; ita profectò prior est actus primus quàm secundus, &
Anima actus primus. anima essentialiter est actus primus & non secundus: prius siquidem est habere a-
nimam, deinde exercere, atq; agere actiones vitæ; vita enim, quæ est ipsum viuere,
1. est actio animæ in corpus, & quidem sibi essentialis, & continua. Ampliùs, omnis
2. forma operationi præposita, est actus primus, quod satis ex se patet. sed omnis anima
est forma præposita operationi; anima enim vegetatiua est principium nutritionis,
& sensitiua sensationis, & intellectiua intellectionis: igitur anima est actus. Sanè,
3. omnis anima est actus alicuius corporis; quia omnis animæ operatio ab aliquo de-
pendet corpore, vel ab aliquo existente in corpore: in causa autem est, quia omnis a-
4. nima est causa alicuius corporis. Ampliùs, actus primus est forma, & sui natura
Actus principiũ operandi. alicuius operationis principium; quæ quidem forma potest esse tùm substantia, tùm
etiam accidens; nam corporum simplicium naturales formæ, sunt primò principia,
non proxima operationum naturalium. Et tametsi qualitates naturales naturalium
operationum principia proxima, similiter omnis habitus corporalis, intellectualis,
moralis, est principium operandi; ideoq; formæ substantiales, ac qualitates natura-
les, & habitus prædicti, deniq; & animæ potentiæ actus primi appellantur. Anno-
Simplicius. tat Simplicius, cur dictum sit à philosopho 2. tex: 6. animam esse actum primum, ge-
Platonici. nerationis primitate, cùm anima intellectiua non sit genita. Respondent Platonici,
genitum bifariam intelligi posse: pro eo scilicet, quod virtute agentis naturalis, acci-
pit esse post non esse, & ita anima non est genita: vel pro quacunq; innouatione re-
Generatio pro creatione. spectiua; & hoc modo anima dicitur genita, hoc est, creata. Porrò, generationis, vice
creationis nomine philosophus vsus est, teste Auerroe 1. de cælo com: 20. vbi constan-
ter docet à cælo generationem, quæ est ad mentem vulgarium, non autem sapientum
Creatio conceditur à philosopho & Auerroe. à philosopho remoueri: quæ quidem generatio est creatio: qua quidem cælum esse
genitum philosophus (teste Auerroe) non inficiatur: vnde & Aristoteles 1. cæli 12
simili ratione dicit, cælum esse genitum: Vno quidem modo dicitur, inquit, si ali-
quid sit posterius, quod priùs non erat, siue per generationem, siue sine generatio-
ne sit, interdum quidem ens, interdum verò non ens: vbi Auerroes affirmat genera-
tionem hoc modo alicuius esse inceptionem, quod priùs erat non ens, postea verò ens
sine causis generationis; atq; ita creatio potest dici apud philosophum & Auerroem
generatio: anima ergo intellectiua primitate generationis, id est, creationis, est actus
corporis

Anima est actus.

corporis. Non est putandum, pro corpore accepisse trinam dimensionem, neque compositum ex materia & forma, trinæ dimensionis subiectum; sed materiam potiùs qualitatibus sensibilibus coniunctam, ac dimensionibus organizatam, quæ ipsum non componunt; sed ipsæ componuntur. corporis physici; nam corporis artificialis, cuius ars est actus, & non substantia. Porrò, communiter omne corpus à natura productum, vtpote lapis, cælum, & huiusmodi, corpus physicum appellatur: alio modo materia secundùm esse, & rationem partium organizatione, ac sensibilibus qualitatibus coniuncta, corpus à philosopho hoc in loco vocatur physicum. Organici: & rectè quidem; anima enim intellectiua omnium corporearum formarum est perfectissima; ideoque diuersarum est operationum principium, quæ nisi diuersis organis adhibitis, perfici absoluique non possunt: formæ verò, quæ non sunt animæ, organorum ministerio non indigent: ac proinde corporis organici animæ dici non possunt. In potentia vitam habentis: quod enim habet vitalis operationis principium; est iam in potentia, vt vitalem etiam habeat operationis actum; alioqui frustra sibi inesset principium huiusmodi. sed animatum habet animam, quæ est principium vitalium operationum: igitur rectè dictum est à magno philosopho, animam esse actum corporis organici, in potentia vitam habentis. Actum, inquam, non potentiam; quoniam potentiam præcedit ratione & cognitione, vt ipsemet docet in prima philosophia: ita & anima corpus physicum præcedit ratione, et cognitione; id enim per quod aliquid diffinitur, diffinitione præcedit. sed per actum diffinitur potentia: nam per contingere actu esse possibile, inquit, est quod primò possibile, puta, dico ædificatorem potentem ædificare, & visiuum, quod potest videre, & visibile quod potest videri: eadem autem ratio & in alijs est. Tex: 11. vult actum esse id, quo res simpliciter existit. Est itaque actus existere rem, inquit, id est, quo res simpliciter existere dicitur: non secundùm quid, nempè in potentia, vt in ligno Mercurius, ante sui expressam effigiem. Vocant nonnulli huiusmodi actum existentiam, vtpote, quia dum res est in actu, extra suarum potentias causarum posita sit, non vt accidens in subiecto, neque vt pars in toto, neque vt id, quod non est, & potest esse: vt is qui non speculatur, potest autem speculari. Rectè ergo anima dicitur actus corporis, tùm quia est id, quo totum compositum definitur; tùm quia facit compositum, seu corpus simpliciter existere, in quo quidem existit non vt accidens in subiecto; sed vt forma substantialis, & actus viuificus. Est etiam actus prior cognitione; obiectum enim intellectus est ens: proinde quod magis participat de entitate, magis cognoscitur; quia res sicut se habet ad esse, ita plane ad cognosci, 2. meth: 4. sed actus magis participat de entitate; potentia namque (teste Comment: 9. met: 17.) est sicut nos esse: actus autem est esse: igitur actus præcedit cognitione potentiam, non solùm secundùm suam naturam; sed etiam quoad nos: intelligo autem potentiam actiuam & passiuam, & quodcunque motus principium. Etenim, quod priùs nostrum mouet intellectum; priùs à nobis cognoscitur: intelligibile siquidem mouet intellectum; idcircò quod priùs mouet, priùs intelligitur. sed actus priùs mouet intellectum, 2. de anima tex: 20. quæ inueniuntur, siue quæ sunt in potentia, non cognoscuntur, nisi reducantur ad actum: vnde & 3. phys: 17. dicit quòd semper existimabitur aliqua species, id est, actus mouens; sic etiam & anima est prior, sicut dictum paulò antè, quòd substantia sit prior cognitione, 79. Præcedit quoque tempore; ens enim in actu secundùm speciem præcedit tempore indiuiduum in potentia propinqua positum; nam actus & potentia simpliciter si accipiantur; vnum tempore non præcedit alterum; abstrahunt enim à tempore; ideoque non mensurantur tempore: & anima etiam intellectiua similiter se habet, sicut patet ex dictis. Iure ergo anima vocatur actus, & non potentia: & actus quidem primus.

Corpus physicum.

Organici.

Vitam habentis.

9. met: 13.

Quid sit actus

Existentia.

Prior ratione.

Prior cognitione.

Quoad nos.

Prior tempore.

CAP: XXV.

Quòd anima non sit actus.

ILla diffinitio non congruit animæ intellectiuæ; quia corruptibili & per
1. petuo nihil est commune vniuocum, 9. meth: sed anima intellectiua est
perpetua, reliquæ verò corruptibiles: nihil ergo habent commune. Atq;
ita ex illa definitione, certè non probatur, animam esse actum. Quòd si
volueris illam animæ aptare intellectiuæ; tunc tibi laborandum est sol-
uere emergentem obiectionem, nempè, omnia membra humanam virtutem habere
2. intelligendi; quia vna est anima tota vbiq;. Item, actus primus non est nobilissimus,
sed actus secundus; quia primus ordinatur ad secundum, 9. meth: Ideò, inquit, visum
habemus, vt videamus: & non videmus, vt visum habeamus. Sic animatum habet ani-
mam, vt viuat, id est, vt operetur opera vitæ, & non è contra. sed anima intellectiua
3. est nobilissima formarum: igitur non est actus primus, sed secundus. Ampliùs, feli-
citas humana sita est in actu secundo, qui est frui Dei visione: igitur si anima est a-
ctus primus, accidens aliquod nobilitatis excellētia animæ intellectiuæ antecelleret,
quod planè 2. de anima com: 2. Commentator respuit omninò; ait enim quocunq; acci-
dente in animato existente animam nobiliorem esse. Constat autem ea, quæ sunt præ-
ter animam, accidentia esse. Iterùm, si anima intellectiua est actus: igitur non potest
4. esse sine corpore; quia actus huiusmodi est esse, & vita corporis; ita quòd destructo
corpore, destruitur etiam & actus. sed anima intellectiua soluto corpore, remanet,
5. vt dictum est: igitur non est actus corporis. Item, quod recipit formas, non est actus;
recipere enim actui aduersatur, authore Auerroe de substantia orbis. 51. & 2. de ani
ma cap: 3. & 6. sed anima intellectiua recipit formas intelligibiles: ergo quod prius.
Sanè, cui inest potentia passiua, actus dici nō potest: in causa autem est, quia passi-
uum est à materia, secundùm quod materia. 1. de gener: 85. sed anima intellectiua
Non est actus primus. habet intellectum possibilē, vt postea dicetur: igitur non est actus. Deniq;, nullo mo-
do potest dici actus primus, propterea, quòd eius accessum præcesserit forma, per
quam est substantia, & forma, per quam est corpus: si pluralitas formarum in vno
6. eodemq; animato vera extiterit. Iterùm, anima est actus materiæ primæ, quæ nō est
corpus; quia non est substantia, neq; quale, neq; quantum, 7. meth: omnis autem for-
ma substantialis, est actus materiæ primæ, vt dicit Commentator 2. de anima 8. neque
est actus corporis physici; actus namque corporis naturalis, est natura. sed anima nō
est natura, imò ex opposito distinguuntur. Hinc est, quòd appetitus in animalem &
naturalem dirimitur. Neq. corporis organici, quia formæ simplici, simplex debetur
subiectum, & vniforme; alioqui non esset debita proportio subiecti ad formam. Neq;
vitam habentis in potentia; quod enim actu viuit; non est in potentia ad vitam; pro-
pterea, quod idem, respectu eiusdem non potest simul esse in actu & in potentia. sed
corpus, cuius actus est anima, actu viuit; quia est animatū, quod actu viuendi ab in-
animato distinguitur: igitur anima non est actus corporis physici, organici, in poten-
tia vitam habentis.

CAP: XXVI.

Soluuntur Argumenta.

Quo genere differrunt corruptibile & incorruptibile.

D primum dico, corruptibile & incorruptibile differre genere physico;
non enim cōmunem habent materiam, qua transmutentur ad inuicē, pro-
pterea, quòd corruptibile materiam habeat corruptioni obnoxiam; incor
ruptibile verò, aut non habet materiam, vt abstractum; vel si habuerit

alterius est rationis. Conueniunt autem in genere logico, quod secundùm Porphy- Anima est
rium prædicatur de pluribus differentibus specie: est enim aliquod commune actus.
prædicabile de pluribus, veluti substantia, corpus compositum, prædicantur tum
de cælestibus, tùm verò de inferioribus naturis: siquidem omne ens finitum est in
prædicamento. Et cùm infers solam substantiam corruptibilem in prædicamento re- Copulatio intellectus.
poni, teste Com:2.cæli, com: 59. & 10 meth: com:vlt: dico accepisse æquiuocum phy-
sicum, quo dicimus corruptibile, & incorruptibile differri ab inuicem: vel si aliter
senserit, non est admittendus. Itaq́, nihil prohibet animam intellectiuam, quæ est in-
corruptibilis, vniuocatione logica communi diffinitione cum sensitiua, & vegetatiua
diffiniri. vnde dicunt Themistius, Simplicius, & Alexander propriè animam huma
nam diffiniri, quæ sua virtute, & vegetatiuum habet, & sensitiuum. Porrò Auer:3.
de anima com: 5. & 20. tùm per naturam, tùm etiam per operationem intellectum
nobis copulari asserit: naturali, inquam, vnione; quatenus ex intellectu, & vi cogita-
ria, vna fit anima intellectiua, à qua corpus perficitur humanum, atq. ita est semiani-
ma corporis: habituali verò vnione, quia cogitatiuæ parti coniunctus, ad suam opera
tionem perficiendam, corpore vtitur humano. Naturalem autem appellat vnionem,
quia mediante parte cogitaria nobis vnitur; quæ nobis inest à natura, & semine: ha-
bitualem verò, quia per crebros actus, nempè intellectiones, nobis coniungitur: atq. Anima est forma.
ita ad mentem ipsius intellectus non esset humani corporis actus, vel anima; sed semi-
actus potiùs, atq. semiforma, quod est falsum: & à vera philosophia maximè alie-
num. Si enim intellectus per solam nobis operationem vniretur; profectò homo ante-
quam intelligeret, esset merè brutum: formaliter, & animal rationale, vt nauis, quæ
à nauta dirigitur. Sanè, si anima vegetatiua est forma substantialis plantæ, sensitiua
verò animalis irrationalis, intellectiua autem non sit forma substantialis hominis: igi-
tur homo ignobilior esset bruto & planta; quia essent magis substantia quàm homo,
vtpote quæ constant ex forma substantiali: homo verò ex forma extrinseca assisten-
te: cogitaria enim est potentia, & non anima. Adde, quòd ex incorruptibili, & cor-
ruptibili vna forma substantialis fieri nõ possit: quæ omnia absurdissima sunt. Et cùm Quare manus
infers: ergo manus post intelligere, negatur sequela te; nõ enim manus intelligit; sed ani non intelligit
ma intellectiua simul existens in toto corpore. Quoniã verò sine phantasmate in cor-
pore non intelligit, quod planè phantasma absq. potentiarũ, ac sensuũ organis, quæ in
capite resident, fieri non potest; hac de causa, abscissa manu, non autem capite, homo
intelligit. Itaque, anima intellectiua est actus, & forma substantialis corporis.
Ad 2. Actus primus, quoâd suam entitatem, nobilior est, atq. præstantior secundo; 2.
quia substantia est, si forma substantialis extiterit: accidens autem; si fuerit qualitas Actus primus
naturalis siue aliquis habitus. Actus autem secundus in quolibet ente, excepto dun- nobilior.
taxat primo, est accidens. Actus præterea primus est principium secundi, non au-
tem è conuerso: principium autem vt principium nobilius est principiato. Aliquo
autem modo videtur nobilitate inferior, eò quòd primus ordine quodam tendat ad
secundum. Itaq́, anima quoâd suam nobilitatem per actum nobiliorem diffinitur: vt
verò stat sub tali ordine; nullum inde absurdum sequitur, vt per minus nobile diffinia
tur: sic enim aptiùs atq. potentiùs intellectui nostro, qui ab imperfecto ad perfectũ
tendit, animæ natura innotescit. Quòd si iterum arguas, vniuersaliter ordinatum in
aliud, vt in finem, esse minus nobile: verùm quidem de fine principali, qui est finis
gratia cuius, & primaria intentione appetitus: non autem de fine instrumentali. Ad 3.
anima est actus primus corporis: & cùm infers felicitas est summum bonum, &
actus secundus, approbo: & cùm iterum arguis: igitur aliquod accidens est nobilius
substantia; dico animæ intellectiuæ felicitatem hoc in mortali corpore sitam non
esse, vt aliquod accidens ei sit præferendum: sed in Dei cõtuitu, qui est animæ beati- 4.

actus.
tudo obiectiua, formaliter verò ipsa gratia diuinæ visionis. Ad 4. Minor non admit
5. titur, eò quòd intellectiua, destructo corpore, non destruitur, vt anima; sed bene, vt
actus talis corporis. Ad 5. Anima intellectiua non recipit formas cum abiectione
contrarij; sed simplici tantùm receptione, proinde nihil est, quod actus integritatem,
dignitatemq́ labefactare valeat: De illa autem censendum est, Commentatorem lo-
Receptio perfectiua. cutum fuisse. vnde si animæ inest potentia recipiendarum formarum accidentalium
passiua; est ens actu: si verò substantialium; tunc illa potentia receptiua non erit se-
cundùm esse materiale; sed spirituale. Adde, quòd anima recipit sine abiectione con
trarij præexistentis: quæ quidem perfectiua receptio nominatur: atq. in subiecto a-
ctu existente inueniri potest. Et cùm dicis, à materia quodlibet esse passiuum: ve-
rum planè infers de passione, quæ est receptio, & realis, & substantialis formæ: non
autem de receptione formæ accidentalis, seu spiritualis. Vel dic, Animā intellectiuam
6. non esse specierum, quas suscipit; sed corporis actum. De pluralitate autem formarū
postea dicemus. Ad 6. Anima non est actus primus simpliciter, excluso prorsus
omni alio priore actu; sed respectu sequentium primus appellatur in genere actuum,
qui propriè ad naturam attinent animantis. Suffragantur nobis verba Aristotelis di-
dicentis: actus organici, in potentia vitam habentis. Et est sensus, anima est prior acti
Materię actus bus vitalibus, ad quos animatum est in potentia. vel prior dicitur nobilitate, perfe-
ctioneúe. Et cùm dicis, materiam non esse quidem: dico, materiam primam non esse
quidem essentialiter corporeitatem, nec aliquem alium actum: neq. ob id omni pror-
sus corporeitate, ac dimensione denudari. vnde fit, vt forma substantialis, quæ illi con
Corporis. nectitur atq. vnitur, actus primus corporis dici queat. Cæterùm, materia aliarum
formarum subiectum, tot non vestitur organizationibus, cùm illas recipit: hac de cau
Physici. sa huiusmodi formæ actus non appellantur. At verò cùm sese aptat ad animæ rece-
ptionem, multis organis adornatur, ideoq́ animæ actus appellatur: non quidem mate-
riæ; sed corporis, propterea quòd plus aliquid sonat corpus, quàm materia, & habet
etiam corporis naturalis. Natura quatenus est principium, & causa mouendi, essen-
tiale vtiq. principium omnis entis, non distinguitur ab anima, imò sub ipsa contine-
tur, quippe quæ est principium, & causa mouendi, & quiescendi illius, in quo est. At
verò quatenus magis contractè sumitur, nempè vt sit principium motus, ad vnam po
Organici, sitionis differentiam contractus; sic anima non est natura, nec est necesse, vt natura
sic dicta, sit actus corporis naturalis. Organici, si vna fuerit forma vnitate substātiæ,
& virtutis simplex, etiamsi diuersas habuerit virtutes, quarū actus secundi per ean
dem corporis partem se promere queant, veluti sunt elementorum formæ; tunc sim-
plex illi deberetur subiectum. Verùm cùm anima intellectiua multiplex sit virtutū
ministerio, variaq́ studiorū officio, quibus suas possit exercere vires, atq. explicare
virtutes; hinc est quòd corpore opus habet physico, multiformium organorum offi-
cijs distributo; natura enim non deficit in necessarijs. Potentia vitam habentis; vita
Vitam habentis. duobus modis sumitur, primo modo pro actu viuentis: alio autem modo pro actu se-
cundo, qui est operatio, siue motus viuentis: vtpote, speculari, nutrire, generare. Et
cùm dicis, quòd habet vitam &c. verum est eo modo, quo habet vitam pro actu. Cor-
pus autem habet vitam, id est, actum primum viuentis, quod est ipsius esse sub-
stantiale, & primum, idq́ non ex se. cum hoc tamen habet vitam in potentia, quæ est
operatio viuentis. Quare, etsi philosophus actu habeat grammaticæ habitum; est tam
in potentia, vt sese vertat ad Grammaticæ, siue philosophiæ speculationem exercen
dam, cuius iam habitum habet. Anima igitur est actus corporis, naturalis, organici
in potentia vitam, seu vitales operationes habentis. Cæterùm, de potentia & actu
quomodo distinguantur, & actus sit nobilior, & prior potentia in 3. Pymandri disp
taui. Eò ergo accedas, si hanc rem penitiùs scrutari volueris.

Anima est principiũ vitæ.

CAP. XXVII.

Anima est principium intelligendi, sentiendi, mouendi secundùm locum, vegetandi.

Voniam viuere essentialis est animæ actus, fundamentum tutissimum in quouis illius opere; hac de causa principium viuendi iure nominatur in omni quidem viuente. Omnis sanè anima, hunc effluit, atq. influit in corpora actum, siue à corde, siue ab eo, quod vice fungitur cordis. vnde fit, vt viuere in viuentibus sit esse; anima enim vt forma, ei, cuius est anima, esse per vitam largitur. Et quidem quatenus huiusmodi esse ab anima proficiscitur, actus est essentialis eiusdem; quatenus verò à corpore effluit, corpori formaliter adhæret, veluti caro vita, & quælibet pars corporis, quæ ex acepto viuit alimento. Anima autem in seipsa viuit, tùm quia in seipsa vita est, tùm uia causa est vitæ. Ad hunc etiam modum lux, est in seipsa luminosa, & causa luminis: similiter & entia superiora nobiliorem agunt vitam, eò quòd nihil illorum vitæ aduersetur ex parte motoris, neq. ex parte mobilis; non enim in illis est vita, de ua philosophus loquitur in lib: de morte & vita, quæ scilicet est mansio nutritiuæ nimæ cum calido sibi proportionali; sed est potiùs existentia, seu operatio naturæ ouentis seipsam in operationem: quatenus motus est intelligere, velle, appetere, atus sanè perfecti. Anima est vita, quia est principium intrinsecum sui motus: vnde r vita, & principium vitæ nominatur: & viuentia nominantur, quia in seipsis intrin cum habeant motus principium, ita, vt prima radix vitæ, sit mouere seipsum. Cùm item intelligentiæ, & anima intellectiua moueant seipsas, motu vtiq. intelligendi, volendi; haud quaquàm quin vitam agant nobilissimam. Vita est ibi, ait philosoius, semper permanens, semperq; beata; quia semper vult, & intelligit bonum infitum. Itaq;, actus animæ continuus est vitæ, præstans corpori viuo esse vitæ: sicut im esse est actus essentiæ eius, in quo est, & secundùm actum est; ita planè viuere t actus animæ, continuè effluens in corpus, dum adest corpori: quemadmodum & men, quod est actus perspicui, lumine solis assistente, semper influit, seseq; in perspium diffundit. Quare, anima est causa, & principium corporis viuentis, quippe quæ t causa efficiens motus corporis, & causa finalis, propter quam est corpus: denique causa formalis, sicut substantia, dans esse corpori animato. Sanè, si viuere, est esse viuentibus, & continuus est actus animæ in corpus; haud dubium, quin sit forma, principium viuentium eorum, quorum est actus, causa, forma, principium, & vita. mpliùs, anima est actus eius, quod potentia vitam habet. sed actus perfectionem gitur, complementum, & esse: igitur est corporis forma substantialis. Quod verò causa finalis corporis, vel ex eo potest esse perspicuum; quia natura operatur alius finis determinati perficiendi gratia: sicut artifex mouet materiam, gratia for inducendæ: huiusmodi autem finis in animantibus, est anima. hanc ob causam in mantibus tot membra aptauit: organa distribuit: ministeriaq; disposuit, ac per nia sese accommodauit; vt suis commodè officijs anima vti posset. Est præterea sa efficiens corporis animati; propterea quòd nihil mouetur ex se secundùm lo, nisi ab anima moueatur: nihil sentit, mouetur, alteratur, patitur, nutritur, vetur: deniq. inter mortales intelligit, nisi animam habuerit. Materialis autem cau on dicitur; quia non coincidit cum alijs tribus causis iam dictis. Anima igitur est ncipium vitæ, eius, in quo est, causa efficiens corporis, finalis, atq formalis. vnde è dictum est à philosopho: Anima principium est intellectiui, sensitiui, motiui

Anima est vita.

Anima viuit in se.

Vita Dei & angelorum.

1. cæli 100.

Anima est causa, & principium vitæ.

Forma.

Finis.

Efficiens.

1. de anima 18.

atq.

Anima est vita. *atq. vegetatiui. Per principium, inquit Simplicius, formalem causam philosophus in-*
Simplicius. *tellexit; quia nimirum anima rationalis est eorum, quæ dicta sunt, causa formalis.*
Ipsa quippe extrema intra se coniungit, nempè intellectiuum, & vegetatiuum: deni-
que & sensitiuum, & motiuum sua complectitur virtute. Propria ergo, atq. specifi-
ca est, huiusmodi diffinitio; quia nimirum de vna animæ specie, puta de anima ratio-
Auer: com: 12 2. de anima. *nali datur. Auerroes arbitratur hanc esse propriam, & specificam diffinitionem,*
quæ animæ naturam maximè explicat, atq. euiscerat. Proinde prima diffinitio non
demonstratur per secundam, ad mentem Auerrois; sed secunda lucidiorem reddit a-
nimæ essentiam, proprietatemq́. Nonnulli putant secundam demonstrationem esse
prioris demonstrationem, præsertim cùm id philosophus constanter affirmet, dicens:
Oportet, inquit, diffinitionem afferre, quæ causam ostendat: causam, inquam, suffici-
entem ad inferendum, & probandum. verùmtamen annotatione dignum est, prin-
cipium significare posse, aptitudinem, non actum; ita quòd anima non sit actu illarũ
operationum principium; sed aptitudine sola naturali: propterea quia est talis natu-
ræ, quòd talium vt sit operationum principium, essentialiter sibi competat. Ad hunc
enim modum diffinitio posterior, ordine naturæ priorem præcedit, causamq́ dicit
propter quid, non solùm in inferendo; sed etiam in essendo. vnde & prior demonstra-
tur per posteriorem diffinitionem: causa enim propter quam anima informat corpus
Prior demonstratur per secundam. *& perficit, est, quia animæ conuenit, vt sua sponte, atq. ex sui natura, principium sit*
operationum vitalium, quas animatum exercet: atq. hæc est demonstratio propter
quid, quia scilicet per causam secundam. Etenim cui competit ex sui natura esse pri-
mum principium viuendi, augendi, sentiendi, intelligendi; id planè est actus primus
corporis physici, organici. sed anima est talis: igitur est horum principium. Persua-
det hoc idem Mathematica tetragonismi demonstratio propter quid: qua vtitur phi-
losophus huius rei causa astruendæ atq. confirmandæ. Sanè, si perspectum nobis fue-
rit, quòd est essentialiter principium, & causa huius vitæ, quæ habetur in corpore
physico, organico, actum esse corporis eiusdem, pariterque intellexerimus animam
Quomodo est prior. *esse principium, atq. huius vitæ causam; in promptu erit demonstratiuè inferre, a-*
nimam esse actum primum corporis, physici, organici. At si talis sit sensus, anima
est actu talium operationum principium; tunc prior ordine naturæ secundam præ-
cedit: prius enim anima corpus informat, & est actus corporis physici, organici
quàm ab ea prodeaut operationes vitales in hominibus, in animantibus, in plantis. E
demonstratio quidem hæc est, quia, nempè ab effectu, & causam non habens, nisi in
inferendo; in cognoscendo autem, & probando aliquid de causa retinens. Nam apud
nostrum intellectum causæ habet rationem: causa verò, quoàd cognosci, non autem
Propria animæ definitio *quoàd esse habet rationem effectus. Itaq́, anima est principium, quo viuimus, senti-*
mus, mouemur, & intelligimus primùm: primùm, inquam: nam anima formaliter vi-
uimus, corpore autem materialiter. Potentia quoq. animæ est principium operatio-
num vitæ, sed non primum; anima enim per potentiam, sicut per instrumentum ope-
ratur. Iure ergo anima primum viuendi dicitur principium. Ex his etiam facilè erit
colligere varios, ac multiplices esse gradus viuentium; aliquid namq. viuit in se, pe
se, & ex se: vt vita prima, omnem vitam viuificans, Deus scilicet benedictus. vnd
Dionysius de diuin: nom: omnis vita erit vitalis motus, ex vita ipsa, quæ est super om
Gradus viuentium plurimi *nem vitam, quippe quia nulla vita est, quæ non sit ex Deo: aliud viuit in se, & pe*
se; sed non ex se, vtpote angelus, & anima rationalis: aliud viuit in se; sed no
per se, neq. ex se, nempè anima sensitiua, & vegetatiua. Eorum autem quæ viuunt i
se, & per se; quædam alijs vitam communicant, animæ scilicet rationales, à quibus i
Plotinus En. 1. lib. 4. cap. 3 *corpora vita diffunditur: quædam verò minimè, angeli scilicet. Plotinus primũ gra-*
dum viuendi, veram vitam nominat: Sæpè, inquit, dictum est, perfectam, veramqu

vitam

vitam in illa intellectuali natura vigere, alias verò imperfectas esse: neq. perfectè viuere, neq. purè, neq. vitas magis esse quã nõ vitas: omnia ergo ex vno principio viuunt, qui est principiũ viuendi, prima vita, primaq; perfectio; siquidem in ipso entiũ ordine, optimum est, quod verè est in vita, ipsaq; est vita perfecta; nihil enim aduentitij habet, nihilq; ad suam vitam addi, aut abstrahi potest; ideo semper viuit, & perfectè viuit: nostra autem vita, imago est vitæ, vel potiùs non vita. De animæ autem nostræ vita loquens, dicit: Essentiam & vitam in anima vnum esse, ac sola ratione differre: anima enim per essentiam cum inanimatis conuenit, à quibus tamen per vitam discrepat. vita ergo animæ, siue animalis non accedit extrinsecus ad essentiam, sed emicat ab essentia. Quare, in ipsa essentiæ virtute latens vita viget, atq. in ipso vitæ actu, explicatur essentia. Quamobrem, quemadmodum ab anima essentia non abscedit; sic etiam, neq. ab ea vita naturæ abscedere potest: nisi annihilatione penitus destruatur. Est ergo in se vita: & cui inhæret, vitam præstat, modò illi substantialiter incorporetur, efficiaturq; actus ipsius viuificus. Omnis autem vita est actus, non quemadmodum agit ignis; sed ita actus, vt motio quædam sit minimè temeraria. Animæ verò intellectiuæ actus ratione formatur: ideoq; & artificiosus dicitur, ceu si ...is tripudio moueatur; tripudiator enim vitæ sic artificiosæ persimilis est, atq. ars mouet ipsum, & ita mouet: propterea quòd ipsa vita talis quodammodo sit. Hæc Plotinus: ex quo sanè intelligimus animam intellectiuam vitam esse, & actum artificio...um tripudiosæ arti persimilem, atq. conformem. Plato in Rhetorica adducit sententiam Euripidis dicentis: Quis nouit? vtrum viuere quidem mori sit, mori autem viuere? Et nunc fortè reuera mortui sumus: Audiui iam equidem à sapiente quodam, nos nunc mortuos esse, corpusq; nostrum sepulchrum esse nobis, partemq; illam animæ, in ...a cupiditates sunt, perinde se habere, ac si sursum deorsumq; agitetur. Itaq; elegans ...idam vir Siculus, hanc animi partem dolium appellauit: dementes verò profanos, ...q. damnatos. Hæc Plato. In Phædro autem dicit animam esse fontem vitæ, & mo...nium principium. Fontem, inquam, quia illam in se habet: principium verò, quòd ...am effundit in corpora. Anima ergo est vita, & principium vitæ, luci simillima: ...opterea, quòd sicut lumen indiuiduum existens, quamlibet partem aëris calefacit, ...illuminat; ita planè vna anima in toto corpore, & qualibet eius parte operatur. ...men in solem reflectitur; & anima in Deum per voluntatem: lumen implet aërem ...e offensione; & anima implet corpus humanum: patienteq; corruptionem corpore, ...a non corrumpitur; sed sentit & iudicat passiones: lumen habet fulgorem, & ...orem: calorem aëri tribuit, non autem splendorem; nam abscedente sole, splen...r simul abscedit, calor verò ad multam noctem suas exerit vires. Sic anima habet ...es, iudicialem, & vitalem. iudicium corpori non communicat, sed vitam. Quam ob ... iudicat anima sola: viuit autem corpus, & anima: anima decedente, sensus proti... decidit; calor autem, & motus vitæ vestigia aliquantulum permanent. Vnde Dionysius cap. 6. de diuinis nominibus disertissimè, copiosissimèq; dixit, omnium vitam à ...ma vita proficisci. Quemadmodum, inquit, in ente dicebamus, quòd primi entis ...ticipatione, entia omnia existunt; ita & omnis vita, ac vitalis motus, ex illa vita ...ereminente ducitur. habet ergo anima à Deo esse, & viuere, essentiam, & vitam, ...it vita, & principium vitæ. August: de animæ immortalitate cap. 9. Est, inquit, ...na intellectiua vita quædam: vnde omne quod animatum est, viuit. Quare, cùm ...sa anima carere non potest; semper ergo viuit. Et cap. 3. Nullus motus, ait, sine sub...tia: anima autem, cùm ita mouet, vt non mutetur, non potest esse, nisi viua sub...tia. Itaq; anima est res spiritualis, & incorporea, vicina dei substantiæ, inuisibi...iddam, regit corpus, mouet membra, cogitationes præparat, dirigit sensus, præ... vitam, actiones exerit vitales, infinitarum rerum capit imagines. Sanè, anima

Anima est vita.

Enn. 6. lib. 2. cap. 2.

Enn: 3. lib: 2. cap. 6.

Plato.

Euripides.

Siculus doliũ

Anima est lumen.

Dionysius.

Augustinus.

Psal: 145.

forma.

est spiritus intellectualis, rationalis, semper viuens, semper in motu, bonæ maleque vo-
luntatis capax: quæ & anima nuncupatur, dum vegetat: spiritus dum contemplatur:
sensus dum sentit: animus dum sapit: dum intelligit mens: dum discernit ratio: dum
recordatur memoria: dum vult voluntas. Omnia ista vna anima, vna vita, vna essen-
tia, vna substantia. Non est vita sicut Deus: neq. vita sine sensu, qualis in arboribus, &
plantis cernitur: neq. est vita sine mente rationali, sicut est in brutis animantibus:
sed est vita perpetua. Ipsa quippe sua præsentia corpus substantialiter viuificat: car-
nem viuere facit: & de fonte vitæ suæ irrigat vniuersa. Tota videt, tota visorum me-
minit: tota audit, tota sonorum reminiscitur: tota odorat, tota sapores discernit, tota
tangit, tota simul approbat, vel improbat. Est ergo anima principium, quo viuimus,
mouemur, sentimus, atq. intelligimus.

De spiritu & anima cap: 14.

Varia nomina animæ.

CAP: XXVIII.

Anima est forma substantialis.

Necesse est, animam substantiam esse, vt speciem, Aristot: 2. de anima tex. 4.

Actenus ex multorum argumentis, atq. rationibus, persuasum nobi
est, imò demonstratiuè propalatum, & ostensum, animam intellectiuan
substantiam esse, actum primum, atq. vitam, vitæque principiũ; deincep
demonstrare curabimus, formam substantialem esse, quæ non solùm i
seipsa sit substantia: verùmetiam & corpori physico esse substantial
communicet. Necesse est, inquit philosophus, substantiam esse, vt speciem. Quod si
Themistius elucidat: omne id, quo corpus physicum habens vitam in potentia, pe
se differt à non viuente, est substantia sicut species. Sed anima est huiusmodi: igitu
est forma substantialis. Cæterùm, nõ minima apud antiquos extitit de formarũ subs
stentia controuersia; nam quidam solam materiam omnium substantiam posuerum
cætera verò omnia accidentia appellârunt: vnde & Parmenides vnum ens simplici
ter omnia esse putauit, solamque differentiam rerum accidentalem, non autem sub
stantialem prædicauit. Itaque, vetus fuit opinio, omnium compositorum formas acci
dentia esse; non vno tamen eodemque modo: nam & naturales elementorum formas
quæ primarum duarum combinationes erant qualitatum, affectiones vocârunt. E
his autem elementarijs qualitatibus combinationes, quas volebant esse mistorun
formas, dispositiones appellârunt: in rebus verò animatis complexiones; & hæc omni
accidentia vocabant, propterea quòd accedunt, & recedunt: materia verò perpetu
perseueret incorruptibilis. Necesse est ergo ex aliqua abstracta simpliciter, & im
materiali operatione formæ substantialis inferre naturam, ni velimus in errorem an
tiquorum incidere: sicut Alexander, qui intellectum materialem dixit esse mistio
nem: Galenus quoq. animas aliquando complexiones appellauit: de quibus non es
præsentis negotij disputare per singula. Quare, quòd anima intellectiua sit forma su
stantialis, deinceps dicamus. Porrò, forma vno modo intelligi potest de genere substa
tiæ ad differentiam formæ accidentalis, quæ est de genere accidentis, atq. secundùm
hunc modum omnis anima forma substantialis nominatur: alio modo non solùm for
ma est de genere substantiæ; sed præstat etiam esse substantiale, & quidditatem e
cuius est forma. Commentator autem cum suis aiunt, hoc modo animam intellectiuan
formam non esse substantialem; sed solam nutritiuam, & sensitiuam. Quòd verò om
nis anima sit forma, clarissimè à philosopho edocemur secundi de anima, tex: com
4. Quod est, inquit, in subiecto, est forma, quippe quia proprium est formæ esse i
subiect-

Arist:

Them:

Parmenides.

Antiquorum opinio deformis.

Alexan:

Galenus.

Forma substantialis dãs esse.

Anima est forma.

subiecto, authore Commentatore; materia enim & corpus sunt subiectum, & non
in subiecto: compositum autem, quoniam habet esse per se, non est in alio, vt in sub-
iecto. Reliquum est, vt anima sit in subiecto, id est, in corpore, quod animat. Am-
pliùs, ex anima & corpore fit vnum ens in actu, sicut suprà dictum est: ex quibus
vnum est actus, alterum potentia. sed corpus non est actus, quoniam ab anima per- Anima est forma.
ficitur, habetq; rationem perfectibilis; anima verò rationem perfectiui: igitur anima
est actus, & actus est forma: anima ergo est forma. Ampliùs, ex corpore & anima 1.
fit animatum; cuius partes non sunt integrales: quia anima, quatenus est anima, non 2.
est quanta, sicuti sunt partes integrales; alioqui situ distingueretur à corpore: duo
quippe quanta sese non capiunt in eodem situ. Quòd si situ discreparet; proculdubio
non esset tota in qualibet parte animati: quod est falsum: constat ergo animatum ex
partibus essentialibus, quarum vna est materia, altera verò forma. sed corpus est
materia, & subiectum animæ: anima ergo est forma, & actus corporis. Ampliùs,
animatum viuit per animam, operatur, & subsistit: igitur anima largitur illi esse sub 3.
stantiale, quod planè formæ conuenit substantiali: quòd verò anima intellectiua sit
forma substantialis, sic docet philosophus 2. de anima 14. Anima, inquit, est hoc, quo Anima intellectiua est forma substantialis.
viuimus, sentimus, & intelligimus primò: igitur est quædam ratio, & species, vbi ser
mo est de omni anima. Si ergo sensitiuum primò sentit anima sensitiua, & intellecti-
uum intellectiua: igitur, sicut sensitiua, ita & intellectiua est forma substantialis.
Neq. alicubi Aristoteles dixit sensitiuam esse hominis formam, nisi quia ea primò
mouemur, & sentimus. Quòd si ex operatione non licet formã ostendere; confundere
tur prorsus omnis modus demonstrandi formas substãtiales, præsertim cũ huiusmodi
modo philosophus vsus fuerit, 2. de anima 36. & 37. Causa, inquit, ipsius esse omnibus
substantia est: viuere autem viuentibus est esse: ergo viuendi causa est essendi cau- 1.
sa. sed causa viuendi est anima: est ergo substantialis forma corporis viuentis. Ex
operatione ergo arguit formæ substantialis naturam. Sanè, anima intellectiua est
principium vitæ; viuere autem est multiplex, nempè sensitiui, vegetatiui, motiui, in- 2.
tellectiui. sed nobis inest intelligere, & viuimus anima intellectiua; quia vna tantùm
est nobis anima: igitur anima intellectiua est nostra forma substantialis. Ampliùs,
2. met: tex: 16. dirimens causam agentem à formali, ait: causam agentem præcedere 3.
formalem, propterea quòd efficiens præcedit id, cuius est causa: formalis verò simul
comitatur. cùm enim homo sanatur, simul adest sanitas, & figura æreæ sphæræ est si-
mul cum ærea sphæra. Posita autem huiusmodi differentia, mouet dubium, num om-
nis causa formalis simul intereat cum interitu eius, quod priùs informauerat, & re-
spondet in quibusdam nihil prohibere: Non omnis, inquit, sed intellectus: igitur ani-
ma intellectiua est forma substantialis; alioqui frustra ambigeret, & dubius esset:
immò liberè prædicaret, quòd quemadmodum nulla forma substantialis præcedit suũ
compositum; ita planè nulla remanet, recedente composito. Primo quidem aspectu
dubius apparet, quòd remaneat subiecto corrupto; sed postea liberè confitetur intel-
lectum remanere: ergo quod prius. Ampliùs, si anima intellectiua non esset forma
substantialis corporis, quod informat; tunc sanè esset in corpore, non sicut in proprio 4.
subiecto; sed sicut in loco per operationem: substantia enim separata est in loco, vbi
operatur: quod planè nulli probatur verè philosophãti. Etenim æquè intimè & actus,
& potentia viuendi competit viuenti; quandoquidem circa idem fiant. sed viuere se-
cundùm intelligere, homini formaliter cõpetit, vna certè est vtriusq; operatio forma
liter hominis scilicet, & intellectus: posse ergo viuere per intellectum inest homini
formaliter: atq. ita intellectus est forma substantialis hominis. Iterum, si intelligere
est homini extrinsecus adueniens: igitur reponitur in specie per cogitatiuam, & cor- 5.
pus; operatio enim extrinsecus adueniens est accidentalis, quæ speciei naturam non

Anima est forma.

ingreditur. Quare, si homo ex cogitatiua, & corpore speciei humanæ naturam asse-
quitur; haud dubium quin inter ipsum, & beluam nihil prorsus intersit. Nam etsi ali-
quot gradibus sensitiuæ cogitatiua antecellat; non egreditur tamen limites sensitiui.
quæ omnia cùm sint absurdissima; fas nemini esse debet, velle asserere, intellectũ non
6. esse formam substantialem hominis. Item, si intellectus non est forma substantialis
hominis, sed plures aliæ formæ, vtpote cogitatiua, sensitiua, & similes; vnum ergo sim
pliciter substantiale homo non esset: quoniam vnumquodq. est vnum per formam
vnam, à qua habet esse, vt sit ens, & vna hoc quidem argumento vsus est philosophus
3. meth: Si, inquit, alia est idea animalis, & alia bipedis; non igitur esset vnum simpli-
7. citer animal bipes. Ampliùs, quilibet homo certissimo experimento percipit se in-
telligere, idq; formaliter: quod planè haud quaquam experireturi; nisi intellectiuam
substantiam haberet, vnde manat actus intelligendi: nam quemadmodum is qui sen-
tit, intrinsecus, & substantialiter habet animam sensitiuam, actum illum diffunden-
tem; sic profectò homo, ni peioris sortis, conditionisq; hominem dixeris, quàm cæteras
Plotinus. animantes, quas natura abiecit ad pastum: ergo quod prius. Plotinus Enn: 4. lib: 7.
cap. 1. liquidè ostendit animam intellectiuã speciem, siue formam esse corporis: No-
strum, inquit, principale, siue ipse homo, anima scilicet, sic se habet ad corpus; sicut
species ad materiam. sed species materiæ, est forma substantialis: anima ergo est for
ma substantialis corporis. Item, sic potest ratio formari ex ipsius doctrina cap: 8.
8. Quod vitam præstat corpori, est forma substantialis, cui competit esse substantiale
corpori largiri. sed anima intellectiua præstat vitam corpori; sic enim dicit: hæc vi-
Plato. tam animato corpori præstat: igitur est forma substantialis. Plato in Cratylo dicit
animam intellectiuam esse causam vitæ corporalis, qua præsente, corpus viuit: absce-
dente autem, interit, & dissoluitur. sed id, à quo tot beneficia in corpus conferuntur,
non potest esse, nisi forma substantialis: igitur anima est forma substantialis. Quo-
ties, inquit, anima adest corpori, causa est illi viuendi, respirandi, & refrigerandi
vim exhibens: & cùm primùm desierit quod refrigerat, dissoluitur corpus, & inter-
Augu: de cognitione veræ vitæ cap: 5. it. Hæc Plato. Augustinus quoq. dicit animam intellectiuam esse sui corporis vitam;
quod certè ad formam substantialem pertinet: Anima brutorum, inquit, constat ex
aëre & sanguine animalis, inuisibilis, sed sensibilis, memoriam habens, intellectu ca-
rens, cum carne moriens, in aëra euanescit. Anima verò intellectiua est substantia
incorporea, corporis sui vita, inuisibilis, sensibilis, mutabilis, illocalis, passibilis, nec
quantitate mensuræ, nec qualitate formæ vel coloris susceptibilis, memorialis, ratio-
nalis, intellectualis, immortalis. Omne enim quod alijs vitam subministrat; ipsum est
Anima est vita. necesse, vt subsistat. sed anima vitam corpori tribuit: igitur anima realiter subsistit:
hanc verò vitam esse ipsammet probat, dum præsentia sua corpus viuificat: absentia
sua idem mortificat. Est quidem spiritus inuisibilis; sed sensibilis, dum oculis colores
auribus sonos, naribus odores, palato sapores, manibus aspera, vel lenia sentire præ-
Animæ diffinitio. stat: est mutabilis, quia vitijs peioratur: virtutibus melioratur: est illocalis; omne
enim quod in loco includitur, altitudine, latitudine, longitudine aëris circumscribi-
tur: corpus est. sed anima non est corpus: igitur est illocalis: est passibilis, quia mœ-
rore afficitur, dum suæ voluntatis compos non efficitur: non est quanta, dum nec
altitudine, aut latitudine, aut longitudine, aut profunditate metitur: nec sex circum
stantijs scilicet ante, & retro, sursum, & deorsum, dextrum, & sinistrum secludere
patitur. Qualitas etiam formæ vel coloris ab ea secernitur, dum nulla forma vllius
coloratæ rei illi asscribitur: est memorialis, quia præterita recolit: est rationalis, quia
præsentia discernit: est intellectualis, quia futura intelligit: est immortalis, quia me-
moriam sui apud posteros perenniter durare laborat. Hæc August: ex quibus clarè
colligere licet, animæ intellectiuæ viuacitatem, vitam, proprietatem, passibilitatem
immorta-

Anima est forma.

immortalitatem. Sanè, si ipsa (vt dicit Augustinus) mortificat & viuificat corpus; proculdubio forma vt sit substantialis, necesse est omninò. Quòd ergo anima intellectiua sit forma corporũ substantialis, dixi.

CAP: XXIX.

Animam intellectiuam non esse formam substantialem.

POsset aliquis contra prædicta sic arguere: Si anima intellectiua est for
ma substantialis hominis: homo ergo non esset generabilis, & corruptibi- 1.
lis; illud enim non est generabile, cuius nulla pars essentialis est genera-
bilis. sed nulla pars hominis est generabilis: materia siquidem est inge-
nerabilis, similiter & anima intellectiua, vt dictum est. sed cõsequens
est impossibile: ergo & antecedens. Sanè, si totum non dicit tertiam entitatem à Tertia entitas
partibus simul sumptis distinctam; tunc si homo generaretur; huiusmodi profectò
generatio ad esse materiæ terminari non posset; quia est generationis principium:
neq; ad esse formæ; anima quippe rationalis est creationis, non autem substantialis ge-
nerationis terminus: neque ad esse vnionis, siue ad ipsam vnionem animæ cum mate-
ria, eò quòd vnio sit relatio: non ergo est terminus generationis substantialis. neq; ad
ipsum compositum; nam sicut anima est simpliciter vna; ita certè terminus generati-
onis est simpliciter vnus. Totum præterea est partes simul sumptæ: quare si partes
non terminant generationem; neq; etiam ipsum totum terminare poterit: igitur ani-
ma non est forma substantialis corporis. Ampliùs, omne recipiens aliquid, debet es-
se denudatum à forma specifica recepti: & suæ substantiæ non congruit, vt sit sub- 2.
stantia recepti; sensus enim recipiens colorem, caret colore: sic caret sono, sonum re-
cipiens. sed anima intellectiua omnes prorsus recipit formas naturales, & sensitiuã,
& vegetatiuam, & motiuam, & rationalem, & intellectiuam: igitur non potest esse
forma substantialis corporis, puta, quia est immixta & segregata à materia. Iterùm,
si anima intellectiua est forma, & forma impartit subiecto suum formalem effectũ: 3.
igitur materia ab anima intellectiua informata, esse reciperet intellectiuum; atq; ita
materia sic affecta, virtutem haberet intelligendi. Quantitas præterea, cùm subiecti-
uè sit in toto composito primo: per accidens ergo esset in qualibet parte totius com-
positi: vnde fieret, vt per accidens anima rationalis esset quanta, quæ omnia absurda
sunt & falsa: ergo quod prius. Sanè, Commentator distinguit in libro de substantia
orbis, cap: 1. inter cælum & hominem, propterea, quòd cælum non per partem intel- 4.
ligat; homo autem per partem, & non per se: denique, sequeretur hoc absurdũ, quòd
quilibet homo per scientias speculatiuas perfici posset; quod certè Auerroi non pro-
batur in prologo primi, & octaui physicorum. Homo præterea habet esse à forma
substantiali, quæ non est intellectus: igitur intellectus non est forma substantialis ho
minis; in promptu enim est, quod fieri non possit, vt eadem materia numero simul se-
cundùm se, ac quamlibet sui partem, à pluribus formis substantialibus esse recipiat,
teste Commentatore in libro de substantia orbis. Antecedens sic probatur, nempè,
quòd omne compositum ex duobus, quorum alterum potest esse per se, fieri posset, vt
alterum per se existat, nisi fortassis cõpositum constet ex substantia, & accidente: vt
dicitur 12. meth: tex: cõ: 35. & 8. phys: 37. sed intellectus est incorruptibilis, & rema-
net post indiuidui interitũ: indiuiduũ ergo vnã habet formã, qua corpus eius manere
potest sine intellectu. Ampliùs, si intellectus esse largiretur materiæ; ab ea vtiq. depẽ- 5.

deret,quia à potentia materiæ produceretur; & sic simul cum illa interiret. sed non dependet à materia; quia intelligere non dependet: nec plus dependet forma quàm eius operatio: intelligere siquidem non est organicum: igitur intellectus non dat esse materiæ; alioqui esset in materia; sed non est in materia, 3. de anima comment: 6. igitur non dependet à materia. Esset præterea materialis. sed intellectus non est materialis, 3. de anima 4. Insuper esset actus corporis. sed non est actus corporis, 2. de anima tex: comment: 2. denique sequeretur manum intelligere; quia in
6. quibuscunque reperitur intellectio, illa intelligunt. sed in manu & pede non reperitur intellectio: ergo quod prius. Amplius, quod est in potentia, non est forma substantialis;quia est actus:potentia verò & actus,sunt differentiæ valde oppositæ, teste Commentatore de substantia orbis, cap: 10. sed anima non est in potentia, 3. de anima 5. Vlla est ipsius natura,nisi ea sola, qua possibilis est,ait philosophus. Proin-
Intellectꝰ materialis. de, ab antiquis dictum est, materiæ, sensui, ac corpori intellectum persimilem esse: Materia, inquiunt, recipit omnes formas materiales: & intellectus recipit omnes formas materiales: igitur intellectus est materia. Sanè, omnis differentia est per formam. sed materiæ nulla inest propria forma: idem est ergo cum intellectu. Denique,intelligit materiam non per similitudinem,quia similitudo sumitur à forma: materia verò non habet formam: igitur per identitatem ab intellectu percipitur,& ita
7. sunt idem. Cùm ergo intellectus sit talis; nullo modo potest esse forma substantialis. Item, id,post cuius abscessum siue transmutationem,tùm nomen,tùm etiam definitionem subiectũ non amittit; haud dubium,quin formæ substantialis nomen habere nõ meretur,vt docet Commentator 1. phys: com: 63. sed anima humana est huiusmodi, quia eius subiectum est materia prima, 1. de gener: 11. & 24. modo, materia prima, corporis animati, siue animæ transmutatione, nomen non amittit, quippe, quæ perpetuò materia appellatur: semperq; est subiectum, ex quo primò aliquid cum insit, & in quod si corrumpatur, abibit vltimum, 1. phys: 82. ergo quod prius.

CAP: XXX.

Soluuntur Argumenta.

1. AD primum negatur sequela;non enim forma generatur & corrumpitur, sed totum compositum,quod ad aliquorum mentem, dicit tertiam entitatem à partibus simul sumptis realiter distinctam.Etenim,corruptibilitas accidit ex materia prima,quæ transmutatur de forma in formam, vnde & compositum corruptioni subijcitur: anima verò intellectiua est incorruptibilis,& hominis forma substantialis; id enim,quod est ratio, & quod quid erat esse alicuius, est eius forma substantialis. sed anima est quod quid erat esse ho-
Rationes. minis: illius est ergo forma. Amplius,id cuius abscessu compositum non remanet,ni-
1. si æquiuocè,est forma substantialis. sed anima intellectiua abscedente, non remanet corpus humanum, nisi æquiuocè: sicut dolabræ forma remota, non remanet dolabra,
2. nisi æquiuocè: igitur est forma substantialis. Adde,quòd anima non sit ratio, & esse corporis artificialis,sed physici,in se principium motus & quietis habentis. Ad hæc
3. accedit,quòd sicut se habet pars animæ ad partem corporis; ita sanè tota anima ad totum corpus. sed pars animæ videtur esse forma substantialis partis corporis: igitur tota anima est forma substantialis totius corporis. Si enim oculus esset animal; visus esset anima, oculus verò materia. sed visus est forma substantialis, & ratio oculi: igitur pars animæ est forma substantialis partis corporis:oculus namq. carens vi-
2. su,est oculus æquiuocè,veluti oculus lapideus. Ad 2. quod capit,siue recipit aliquid subiectiuè, debet esse denudatum à forma specifica recepti, vtpote oculus à colore,

Anima est forma.

auris à sono, naris ab odore. Quòd si obiectiuè recipiat; huiusmodi denudatio nō exigitur, propterea, quia sunt res mentales, quæ sese capiunt absq. alterius expulsione, præsertim si inuicem non sint oppositæ. Ad 3. sequela non admittitur, forma quippe substantialis, non est instar formæ accidentalis, quæ suum effectum formalem subiecto impendit, ita, vt quælibet pars subiecti prædicationem quodammodo suæ formæ subire valeat; sed suum effectum formalem toti impartit composito. Porrò, Commentator dicit necessariam esse dispositionem ad intelligendum: quia inquit, in capite, & in corde, sunt huiusmodi dispositiones intellectui famulantes; idcircò absque huiusmodi corporis partibus, homo nequit intelligere. Cùm verò in alijs partibus huiusmodi dispositiones non sint; non est mirum, si hoc carent munere, vel si ipsis recedentibus, homo adhuc intelligat, ac suo fungatur munere intelligendi. Ad id, quod obijcitur de animæ extensione, dico quantitatem non esse primo in toto composito specifico; sed primò in toto mixto: & sic non sequitur, quòd anima sit quanta etiam per accidens. Ad vltimam confirmationem respondet Auerroes 3. de anima com: 1. intellectum speculatiuum omnibus passim hominibus communem non esse. Et est sensus: quòd si aptitudo ad scientias comparandas consideretur ex parte formæ substantialis; tunc sine vllo personarum delectu, quilibet homo est aptus ad scientiam speculatiuam habendam. At si ex forma in materia sic existente attendatur; tunc non omnibus datum est adire Corinthum: tunc non omnis homo est aptus, vt sit medicus, phys: com: 3. & 8. phys: contra Auicennam com: 46. & in prologo eiusdem octa-i. Vnde dicitur 1. eth: cap: 5. authoritate Hesiodi: Optimus de se omnia intelligit: bous autem bene dicenti obedit: qui autem non intelligit, neq; à se, neque ab alio; hic est ir inutilis. Ad 4. consequentia non valet, Commentatoris autem sententia congru- formis, à quibus completum subiecto esse impartitur, cuiusmodi profectò cogitaiua censeri non potest. Ad 5. maior non est vera, nisi de his formis, quæ educuntur e potentia materiæ: anima verò intellectiua cùm immediatè creata sit à Deo, non abet hanc ad materiam dependentiam, nisi quoàd suum intelligere in hac vita, quod bsq. phantasmate fieri non potest, 3. de anima 39. Necesse est intelligentem phantamata speculari. Et in libro de sensu & sensato: neque intelligit intellectus, quæ exteiùs, non cum sensu. Et in libro de memoria: intelligere non est sine phantasmate: hantasia autem, licet sit virtus superaddita complexioni; est tamen virtus in corpo, 1. de anima, com: 12. Et cùm instas, animam non esse in materia, concedo non esse nstitutam in esse per materiam; intellectus enim non constituitur in esse per subieum, sicut & aliæ formæ, libro de substantia orbis, & 8. phys: com: 44. Porrò, intellectus dicitur immaterialis, quia non est forma constituta in esse per materiam: ditur etiam materialis, quia materiam informat: non est præterea actus corporis, id t, non est forma educta de potentia materiæ ab agente naturali; & sic intellexit ilosophus: cum hoc stat, esse actum corporis, id est, formam informantem corpus, q; eidem corpori esse largientem. Et cùm vltimò instas, manum debere intelligere, co, mediantibus dimensionibus intellectum non informare subiectum; ideoq; omnis partibus quantitatiuis intelligere ab eodem nequaquam cōmunicari; nam etsi in sit intelligere aut intellectus, quia totus vbiq; adest; non ea tamen denominat, proerea, quòd operatio vitalis, principium vitale, aut compositum ex illo, solam habeaptitudinem denominandi, cuius modi non est materia, aut partes quantitatiuæ. d 6. duplex est potentia, quædam ad actum primum, & est potentia essentialis: al ad actum secundum, & est accidentalis: intellectus autem humanus cùm sit actus teriæ mixtus, benè potest esse in potentia; quoniam, sicut materia prima de se est pura potentia: fit tamen in actu per formam, 1. phys: 81. ita planè forma perficiens teriam, fieri quodammodo potest in potentia per formam. Ad alia argumenta de

materialitate

3.

Quare pes nō intelligit.

Omnis homo est aptus ad sciendum.

Hesiodus.

4.

5.

Phantasia.

Intellectus materialis.

Actus corporis.

6.

Anima eſt forma.

materialitate intellectus reſpondet Auerroes, dirimens intellectum à prima mate-
Quòd non ſit materialis. ria: Intellectus, inquit, poſsibilis diſtinguit, & cognoſcit; prima autem materia no[n]
diſtinguit, neq; cognoſcit. Materia recipit formas particulares; intellectus verò vni-
uerſales. Materia eſt ſubiectum corporalium; intellectus autem intelligibilium: di-
7. uerſarum ergo ſunt rationum. Ad 7. duplex eſt ſubiectum, propinquum ſcilicet, &
remotum: vnde maior vera eſt de ſubiecto propinquo; falſa verò de ſubiecto remot[o].
Animæ autem ſubiectum remotum, eſt materia prima, quæ eadem ſemper permane[t]:
propinquum verò corpus humanum, quæ anima recedente, & nomen, & definitione[m]
amittit; non enim amplius dicitur, neque etiam eſt corpus animæ intellectiuæ, ni[ſi]
poſt reſurrectionem. Eſt itaq; intellectus hominis forma ſubſtantialis eiusdem; ho-
mo enim eſt vnum eſsentialiter: non ergo corpori informato, ſiue compoſito ex intel-
lectu, & corpore exiſtente, per ſolam cogitatiuam (vt quidam dicunt) intellectus a[ſ]-
Vnitas. ſiſtit; vnitas enim eſsentialis præſtantior eſt atq; nobilior vnitate, quæ per ſolam f[it]
aſsiſtentiã. Quòd verò homo ſit vnũ eſsentiale, edocemur à Cõmentatore 5. met: cõ:
Si eſt aliqua differentia ſubſtantialis, inquit, alicuius; tunc aggregatũ ex eis, eſt vn[um]
eſsentiale. Homo autem habet differentiam eſsentialem qua conſtituitur in ſpecie: e[t]
eſt vnus definitione 7. met: 42. & 12. 49. ergo eſt vnũ eſsentiale. Amplius, omne cõpo-
ſitũ, quod eſt aliquo modo idẽ cũ ſua quidditate, habet vtiq; ab ea ſuũ eſse. ſed hom[o]
eſt cõpoſitum ex materia & forma, ex corpore & anima, 7. met: 21. quidditas homi-
nis ergo eſt homo vno modo, non autem alio. Octauo præterea met: cõ 8. Homo & ſu[a]
quidditas ſunt idem actu, & duo in potentia. Et 16. anima eſt perfectio corporis: ne[c]
ſunt duo diuerſa; nam verus homo eſt intellectus, 10. eth: cap: 8. qui principatur i[n]
Intellectus eſt forma ſubſtãtialis hominis ipſo: intellectus ergo eſt forma ſubſtantialis hominis. Sanè, homo intelligit & moue-
tur ab intellectu: igitur eſt illius forma ſubſtantialis: omne enim compoſitum intelli-
gens, habet eſse ab intellectu. ſed homo eſt compoſitum intelligens: habet ergo eſ[se]
Modo intelligendi. ab intellectu; homo namq; intelligendo felicitatem aſsequitur: intelligere ergo eſt il[lius]
actus proprius & eſsentialis, non autem aſsiſtens; quandoquidem ex aſsiſtentibus, n[on]
fiat denominatio eſsentialis. Omne præterea naturaliter potens intelligere, eſt viuen[s]
Potentia. intellectu; potentia ſiquidem intellectus, aut eſt eadem res cum intellectu, aut nece[s]-
ſariò ſequitur intellectũ. ſed homo eſt intellectiuus eſsentialiter: igitur habet vita[m]
per intellectum, eſsentiam, & exiſtentiam. Conueniens eſt opinari (inquit Auerroe[s]
Auerroes. 10. eth: cap: 9.) quòd exiſtentia cuiuscunq; hominis, in quantum homo eſt, per han[c]
ſubſtantiã, quæ nominatur, cùm ſit honorabilius & melius, quod eſt in eo, ſit per intel-
Rationale. lectũ. Amplius, eſse rationale, eſt eſse ſubſtantiale hominis ſumptũ ab intellectu; ra-
tionalitas enim (authore philoſ: 7. met: com: 11.) eſt differentia exiſtens in quidditat[e]
animalis rationalis: intellectus ergo largitur homini eſse formaliter; homo enim (v[t]
ibi dicitur 12.) ex animalitate & rationalitate componitur: nam rationalitas inueni-
tur in corpore hominis, 4. phyſ: 24. vnde rationalitas & corpus ſunt partes homi-
Vita. nis: ergo quod prius. Iterùm, homo habet vitam ſecundùm intellectum, 2. de anim[a]
24. Anima eſt qua viuimus. Et 37. Viuere viuentibus eſt eſse: igitur habet eſse a[b]
intellectu. 10. eth: cap: 9. Intellectus eſt forma exiſtens in homine: neq; vitam pr[o]
operatione accepit, ſed pro eſse eſsentiali vitæ hominis. Cui hæc non ſufficiunt, quæra[t]
ſi lubet alia; nam nos his contenti ſumus. Sed de hoc negotio plus ſatis.

CAP: XXXI.

Anima alijs modis definitur.

Aliorum

 Anima eſt numerus.

Liorum ſapientum ſententiæ, quæ de animæ intellectiuæ præſtantia, digni
tate, atque virtute dictæ ſunt, & quidem eruditè atque eleganter, mihi
adducendæ ſunt in mediũ; vt vel ſic appareat, quantæ curæ, quantæque
ſolicitudini illis priſcis hominibus, rerum humanarum, diuinarum ſcruta
toribus, animæ humanæ extiterit negotium. Plato (ſicut in principio quaſi huius li-
bri dictum eſt) dixit animam eſſe numerum, ſeipſum mouentem. Et hic quidem nu- Plato.
merus ex vnitate componitur, dualitate, ternario, & quaternario: vocans vnitatem In Phædone
intellectum: dualitatem verò ſcientiam: opinionem ternarium: ſenſum autem qua- 10. de legib:
ternarium. Anima ſiquidem eſt vna in eſſentia, atq; ita vnitati eſt perſimilis, com-
poſita ex materia & forma, ſicut dixi; & ſic reſpondet dualitati. Eſt ad imaginem
Dei per memoriam, intellectum & voluntatem; in quo reſplendet ternarij maieſtas:
denique eſt forma corporis, quod ex quatuor conſtat elementis; & ſic habet quater-
nitatem. Platonici ſic arguebant: Quicquid effluit ab aliquo, in ipſo potiſſimùm, vt
ſit, neceſſe eſt; lumen enim effluens à ſole, in ſole maximè eſt. ſed motus effluit ab Platonici.
anima in corpus, vt ſenſus manifeſtè nos edocet: potiſſimùm ergo eſt in anima. Ar-
guunt contra Platonem: Anima eſt ſubſtantia: igitur non eſt numerus; quantitas e-
nim non eſt de principijs actiuis, 4. phyſ: 84. Omne præterea quod in mouendo mo- Ariſtoteles.
uetur, eo motu mouetur, quo mouet. ſed anima in mouẽdo mouetur: ergo eo motu, quo
corpus mouet, mouetur. ſed mouet corpus locali motu: pari ergo motu ipſa mouetur,
quod eſt expreſſè falſum. Verùm aliquod mouere ſe duobus modis poteſt intelligi: Quomodo
aut eo modo, quo animal ſeipſum mouet, dum in mouendo agit, & recipit motum: aut moueat ani-
ſicut ſol, qui in ſeipſo lux exiſtens, in alios lucis ſuæ radios diffundit; eſſentia enim ma.
ſua lucet, & alia illuminat. Sic anima in ſeipſa continuè exiſtens vita, in corpus hu-
iuſmodi motionis vitalis actum effundit; eſt enim motus actus motiui apud Plato-
nem, ſicut & mobilis apud Ariſtotelem. Timæus Locrenſis dixit, animam eſſe ſub-
ſtantiam ſphæricam mouentem ſeipſam, & corpus per ſe; ſed tunc anima eſſet cælũ, Timæus.
vel naturæ cæleſtis; quia motu cæli moueretur. ſed Timæus animam ſubſtantiam Timæi defi-
ſphæricam appellauit, tùm propter modum operandi, qui circularem motum imita- nitio expendi
tur; incipit enim ab eius eſſentia, per extrinſecum corpus ſeſe deuoluens, in eandem tur.
tandem rediens eſſentiam: tùm quia anima Dei eſt ſimilitudo: Deus autem ſphæra
immortalis vocatur à Mercurio, cuius centrum eſt vbiq; circumferentia verò nuſ-
quam, principium, medium, & finis omnium. Anima quoq; eſt principium, & fons
ſuarum motionum, medium & finis; tùm etiam ob nobilitatem figuræ: nam ſicut
figura ſphærica ex eo nobiliſſima putatur, quòd cælo omnium corporum facilè nobi-
liſſimo tributa ſit; ita animæ intellectiuæ nobiliſſimæ formæ nobiliſſimus motus,
nempè circularis erat aſſignandus atq; aſſcribendus. Platonis ergo atq. Timæi defi-
nitiones non diſſentiunt; ſed in vnum coincidunt. Calcidius dixit animam eſſe ſub-
ſtantiam intelligibilem, naturalem, æterno ſemper motu conſiſtentem, ſuſcepti corpo Calcidius.
ris viuificatricem, derelicto iterum ſociandam. Et reuera, tres ſtatus animæ intelle-
ctiuæ tribuuntur, quorum vnus eſſentialis, & inſeparabilis appellatur: ideoq; ſubſtan Tres ſtatus a-
tia vocatur naturalis, in motu ſemper conſiſtens: ſecundus verò corporis ſuſcepti con nimæ.
tio, idcirco corporis vita nuncupatur: tertius reſurrectionem corporum intuetur,
c de cauſa additur in definitione, quòd derelicto corpori ſit iterum ſocianda, ita
òd definitio Calcidij tres animæ ſtatus copioſè, artificioſèq; complectitur. Seneca
xit, animam eſſe ſpiritum intellectualem ad habitudinem in ſe, & in corpus ordina Seneca.
m. Alexander in lib: de motu cordis, ait, animam eſſe ſubſtantiam incorpoream il-
nationum, quæ ſunt à primo ſecunda relatione perceptibilem. Etenim anima re- Alexander.
tur ad optimum, quod eſt in ea, & ad corpus, reſpectu ſui optimi, eſt illuminatio-
n capax: reſpectu verò corporis, ad ipſum regendum, atq. viuificandum habet ha-

Anima est numerus.

bitudinem. Vltima autem dicitur reuelatione perceptiua; quia mediantibus angelis
percipit: vnde post angelos omnes superat naturas in percipiendo lumen diuinæ re-

Oraculũ Chaldaicum.

uelationis. Oraculum Chaldaicum, quod solet à Platonicis proferri: Accelerare opus
est te ad lucem, & patris splendorem, vnde tibi est animus missus, multa indutus men

Psellus.

te: quod sic explicat Psellus: Posteaquam, inquit, non ex seminibus accepit substan-
tiam anima, neq. corporis subsistit temperamentis, sed à Deo supernè habuit esse; ad
illum etiam conuertatur, oportet, & ad lumen diuinum faciat ascensum. magna enim
vestita intelligentia huc descendit, hoc est, induta à creatore, & patre, reminiscenti-
is diuinarum conditionum, quando huc accepit descensum; hinc per easdem illas re-
miniscentias iterum illuc reuertitur. Est ergo anima natura cælestis, multa intelligen

Philo.

tia induta à Deo. Philo Iudæus animum esse dicebat abscißionem, aut radium à deo.

Pythagoras.

Pythagoras, genus diuûm mortalibus adest. Cicero: Tenemus à generatione diuina

Cicero.

genus nostrum. In Tusculanis, & in consolatione: Animorũ, inquit, origo in terris nul
la inueniri potest; nihil enim in animis mistum, atq. concretum, quod ex terra natum
atq. factum esse videatur: nihil humidum, aut flabile, aut igneum; his enim innatum

Animus quid sit apud Ciceronem.

nihil inest, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat: quo & præterita teneat,
& futura prouideat, & complecti poßit præsentia. Animus ergo humanus apud Ci-
ceronem, est origine cælestis, substantia viuens, quæ ex elementis non constat; sed à
Deo immediatè conditus, vel ingeneratus. Ex quo vel agnatio nobis cum cælestibus,

Paulus.

vel genus, vel stirps appellari potest. vnde Diuus Paulus in actionibus Apostolicis,

Seneca.

Arati sententiam adducens, ait: Ipsius, & genus sumus. Seneca ad Lucillum: Quemad
modum, inquit, radij solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, vnde mittuntur; sic
animus magnus, ac sacer, conuersatur quidem nobis; sed hæret origini suæ: Illinc pen-

Plato.

det, illuc nititur, ac spectat. Plato in Timæo vocat animum plantam non terrestrem;
sed cælestem: quòd inde primum animi exordium fuerit: Et in Phædone censet ani-
mum esse simillimum ei, quod diuinum est, & immortale, & intelligibile, & vniforme

Plethus.

Plethus dicit, animam esse ignem clarum, ex virtute paterna manantem, suæ vitæ re-
ginam. vnde alius Chaldæus: Extendes igneam mentem ad pietatis opera, seruabis, &
fragile corpus. Itaq; generatio, siue creatio animæ à Deo, dicitur quasi radiatio, &

Seneca.

scintillatio: velut cùm ex igne excutitur ignis, nitor, aut scintilla. Seneca epistol: 64.
Anima nihil est aliud, quàm in corpus humanum pars diuini spiritus immersa. hinc

Mercurius.

est, quòd hæc, in quibus versatur, humilia iudicat, & angusta. Magnus noster Mercu
rius ad Asclepium: Mens, *inquit*, hominis, non est abscissa ex Dei substantia:

Oraculum Apollinis.

sed quasi explicata, sicùt solis lumen. *Quam ob rem, & oraculum Apollinis*

Moyses.

particulam, Moyses, afflatum, Cicero decerptos ex mente diuina animos dixit. Re-

Cicero.

ctè ergo dictum à sapientiæ cultoribus, animam humanam similitudinem esse prim
agentis; quia non ex materia producitur; sed ab extrinseco accedat: quod enim non
habet materiam partem sui; ex aliquo, veluti ex materia fieri non potest. sed anima

Similitudo primi agentis est anima.

rationalis, cùm sit substantia spiritualis, non habet materiam partem sui: non fit er
go ex materia; sed ex nihilo creatur à Deo. Reuera, cuius operatio fit sine corpore
non producitur, siue gignitur à corpore. sed propria animæ intellectiuæ operatio, nem
pè intelligere, non fit per organum corporale: non ergo generatur à corpore. Non ergo
mistio elementorum potest esse radix animæ intellectualis producendæ; sed lume
intelligentiæ agentis: quæ à philosophis vocatur diuini intellectus resultatio in corp
re physico potentia vitam habente. Interdum verò eiusdem diuini intellectus vmbr
nuncupatur, eò quòd lux quæ ab intellectu agente in naturis producitur, ex inclina
tione ad materiam corporis physici obumbretur. Cùm itaq; anima intellectiua sit ex
tra corporeitatem, & contrarietatem corporalium; non radicatur in materia corpo
rali; alioqui in sua operatione producenda, atq. propaganda, opus illi esset virtute co

porali

Anima ex atomis.

poralis;atq. ita non esset substantia separata. sed intellectus est substantia separata, vt dictũ est:quandoquidem virtus organica debilitatur organo debilitato,& destructo: intellectus verò nequaquam,imò in senibus vigoratur,in quibus emortuis passionibus,viget sapientia.

Virtus separata.

Nulla præterea virtus organica sese apprehendit,siue suum instrumentum;forma siquidem per esse materiale suæ coniuncta materiæ, aliquam animæ virtutem mouere nequit. cùm verò organorum figuræ,viresq; animæ,quæ substantiales sunt organorum formæ, animæ per esse materiale, & naturale coniunguntur;hinc est,quòd neq. se,neq. sua instrumenta apprehendere poßint. at intellectus apprehendit seipsum, & omne instrumentum corporeum : est ergo separatus, & consequenter non constat ex elementis. Democritus & Leucippus, vt quibusdam placet, dixerunt animam ex atomis compositam esse,præsertim ex igne. Dubitat Simplicius, an à corporibus Democritus generabat vitam : vel ostensiuè intelligibilem volebat declarare per sphæram naturalem: non enim oportet Aristotelicæ inniti historiæ: quia vt plurimùm solum exponit apparens:non ergo ex sphæricis atomis conflatus est animus hominis,vt dicit Simplicius:neq. ex igne,vt sentit Themistius. Imò,& ipsemet Democritus per hanc naturam sensibilem , intelligibilem animæ naturam figurauit ; est enim anima nõ atomus corporeus circularis;sed quoddam simile,quod ita se habet inter intelligibilia,sicut atomus circularis inter sensibilia, vtpote quæ vltima sit in sphæra intellectiuorum.

Democritus.
Leucippus.
Anima quomodo atom?

Atomi sunt corpora indiuisibilia:& anima est indiuisibilis:& quilibet eius atomus,seu pars est indiuisibilis: quæ non nisi solis lumine diuino cernuntur,sicut & atomi circulares in aëre,per sphæram istius solis corporalis,volitare videntur. Cæterùm putârunt antiqui , animam mouere secundùm locum totum corpus,& omnia ipsius membra; ipsamq; eodem motu moueri. Neq; enim fieri posse arbitrabantur, vt quis dispositionem alteri communicet,qua ipse caret. Et quoniam causam efficientem,formalem,atq. finalem neglexerunt,materialem solam,atque corporalem retinentes;idcirco in non paruam ignorantiæ,atq. erroris caliginem prolapsi sunt. Cùm igitur id,quod maximè motiuum est in corporibus, animam esse faterentur;hac de causa,eam calorem,& ignem appellârunt:calore enim animal mouetur & viuit:quo planè extincto,extinguitur simul vita animalis.

Anima est calor.

Anaxagoras dixit, animam perse,& essentialiter omne quod mouetur mouere : sed dubius interdũ videtur,dum animam separat ab intellectu:aliquando verò coniungit.

Anaxagoras.

Empedocles, qui dixit sex esse principia,materialia quatuor , & duo agentia : is censuit animam esse ex omnibus compositam ; putauit enim nihil esse potentia omnia fieri, ni ex omnibus constet. sed anima intellectiua est omnia fieri : igitur constat ex omnibus. atqui anima est omnia virtute intelligendi; quia omnia capit : non ergo est omnia elementorum mistione. Est præterea omnia;quia cum omnibus cognationem, & omniũ mores potest induere:esse namq; commune habet cum lapidibus:viuere cum plantis: sentire cum brutis: intelligere cum angelis. migrat in beluam, beluinè viuens:transit in angelos,sobrietatem & pietatem colens :litis & amicitiæ discordia quatitur. hinc vitiorum onere prægrauata:istinc virtutum splendore munita.

Empedocles.

Porrò, antiqui illi putârunt cognitionem non nisi per aßimilationem cognoscentis , & cogniti fieri posse, nihilq; cognosci,nisi à suis principijs: deniq. indubiè aßerebant animam cognoscere omnia.vnde sic arguebant:Cognoscens omnia simile est in forma principijs omnium: omne autem tale est ipsa principia,vel ex ipsis primis principijs.sed anima cognoscit omnia horum principia:constat ex illis ergo. Nescierunt distinguere potentiam cognitionis à potentia materiæ: non viderunt quòd hæc aßimilatio fieret non per essentias; sed per intentiones rerum; intentio enim lapidis, & non ipse lapis est in anima.

Antiquorum fundamentũ.

CAP: XXXII.

Anima ex elementis

Anima ex elementis ſecundùm Platonem.

Plato.

Lato in Timæo dixit animam ex elementis conſtare, nõ quidem ex eiſdem, quæ dixit Empedocles; ſed ex alijs, quæ omnium poſuit elementa: conſentit enim cum Empedocle quoàd modum cognoſcendi, quòd cognitio nimirum fieri non poßit, niſi per principia rerum; quòdq́ neceſſaria ſit cognoſcentis ad cognitum ſimilitudo. Quam ob cauſam dixit ipſum animal, quod eſt forma ſeparata, & genus, animalium in ſe ipſo ſpecies omnium continere, ipſumq́ ex idea conſtare vnitatis: alia verò, quæ in alterius generis coordinatione habebantur, ſimili modo conſtitui. Sanè, in omnibus vnitas eſt à forma: & in quolibet vno genere, fuit vna prima forma ſecundùm intentionem, quæ eſt illud genus. Et hæc quidem forma reduplicata de potentia ad actũ, diuerſas conſtituit ſpecies, quatenus ad diuerſos reduplicatur actus. vnde idea ſiue forma ab eo vocata eſt, quòd omnia ſcilicet informet: ſeparata verò, quòd per eßentialia non dependeat ab aliquo, ex poſterioribus: nullo enim animali in ſpecie, & indiuiduo exiſtente; adhuc tamen remanet ſubſtantia animata ſenſibilis, propterea quòd ab eis non ſumit eßentiam. Cùm igitur omnis cognitio per ſimilitudinem cognoſcentis, & cogniti fiat; neceße eſt, vt & ipſa anima ad quatuor ſimilitudinem habeat, nempè ad ſimplices rerum quidditates, ad ſcientiam, ad opinionẽ, ad ſenſum; ſiquidem omnis prorſus animæ cognitio eſt vniuerſalis, aut particularis: & ſiquidem vniuerſalis, aut ſimplex aut complexa: quòd ſi eſt complexa; aut certè ſtans in vno; aut dilatata ad formidinem oppoſiti. Quam ob rem intellectus eſt principiorum conceptio, quæ ſunt ſimplices rerum quidditates: ſicq́ ſtat in vno, non fluens in aliud, in quo eſt vnitas formæ. Deinde ſequitur ſcientia, quæ eſt concluſionum, effectusq́ demonſtrationis; atq. ita ſequitur numerus binarius; quoniam ex extremorum habitudine ad medium progreditur ad concluſionem habendam. Tertiò ſequitur opinio, acceptio duplicis, ſeſe protendens ad timorem contradictionis, atq. ſic efficitur numerus ternarius. Poſtremò ſequitur ſenſus, corporalis formæ ſuſceptiuus: vnde naſcitur quaternarius. Cùm igitur vnitas formæ, binarius, ternarius, & quaternarius ſpecies ſint ideales, quæ ſunt rerum principia; neceße eſt, vt anima ex his conſtet elementis, atq. iſtorum ſit elementorum ratio elementalis: omnia enim intellectu, aut ſcientia, vel opinione, vel ſenſu iudicantur, vel cognoſcuntur. iſti enim ſunt numeri, primæ rerum formæ, ſpecies atq. principia. Quocirca in Timæo dixit, animam eße quaſi naturam mediam inter intelligentias, & naturam; numerum vtiq. idealem, quodam ordine ante naturæ exiſtentiam productum. Hæc ſunt elementa Platonica, ex quiqus animam compoſitam eße dixt. Simile quiddam dictum eſt à Mercurio in hoc Aſclepio: Vnde, inquit, efficitur, vt quoniam hominis eſt vna compago, parte qua ex anima & ſenſu, & ſpiritu, atq. ratione diuinus eſt, veluti ex elementis ſuperioribus: parte verò mundana, quæ conſtat ex igne, & aqua, & aëre, & terra. Elementa verò, quibus intellectus hominis conflatur, ſunt anima, ſenſus, ſpiritus, & ratio. Anima quidem animat, ſenſu ſentit, ſpiritu intelligit, ratione diſcernit. Satis clarè ergo ex Mercurij atq. Platonis theologia diſcernitur, quæ ſint animæ, quæue corporis elementa. Thales Mileſius quoddam diuinum quod mouetur, ſemper mouens ſeipſum, animam eße dixit: Alcmæon, primũ motus principium: Hiſpus quidam humorem aqueum: Heraclitus Epheſius, vaporem ſubtiliſsimum: Critias ſanguinem: Anaxagoras altiùs volans, intellectum immaterialem eße voluit, nihilq́ commune cum elementis habere: Heraclitus Ponticus, lucem, Pythagoras harmoniam, Diogenes aërem, Hypocras ſpiritum tenuem. Deniq. vt dicit Auguſtinus: Anima eſt ſubſtantia creata, inuiſibilis, immortalis, Deo ſimillima, imaginem nullam habens, niſi

creatoris

Anima cognoſcit per ſimile.

Quatuor modi cognoſcendi.

Simplex conceptio.

Scientia.

Opinio.

Senſus.

Elementa animæ intellectiuæ.

Elementa animæ ſecundũ Mercurium.

Thales Crotoniata.

Heraclitus.

Anima ex elementis

creatoris sui: omnium similitudo, Deiforme spiraculum vitæ: capax æternitatis, appetens bonitatis, particeps diuinitatis, rationalis spiritus semper mouens, semper in motu. Rectè ergo dictum est à magno Mercurio: Animam esse simplicem, non corpus compactum ex elementis, non variam, sed vnam, sed substantiam, sed actum, sed deniq. formam & perfectionem corporis substantialem. Verùm, quia sermo incidit de substantia; operæprecium erit, de prædicamento substantiæ, ac alijs tribus prædicamentis disserere, quomodo ab illis anima distinguatur.

TABVLA SVBSTANTIAE.



DE PRAEDICAMENTO Substantiæ.

CAP: I.

Tex: Arist: *Substantia est quæ propriè, principaliter, & maximè dicitur, &c.*

Triplex ratio — TRiplex ratio reddi potest, quare Aristo: exorsus est loqui à prædica-
mento substantiæ: prima est, quia substantia præcedit cognitione, seu
notitia prædicamenta accidentium; nam etsi quoâd scientiam quia est,
accidentia magnam partem conferant ad cognoscendum quodquid est,
vt dicitur primo de anima; ad scientiam tamen quid est, & propter
quid est, substantia ex suis principijs cognoscitur: accidentis autem quidditas, sin
substantia cognosci non potest. Secunda ratio: Substantia præcedit definitione; quia
ex suis principijs simplicem habet definitionem: accidens verò compositam habet
definitionem ex propria ratione, & ratione substantiæ: partes verò præcedunt com-
positum. Tertia ratio: Substantia est prior tempore; quia substantia in se conside-
rata, est separata ab omni accidente; & etiam à loco, & tempore, quia est vbique &
semper, & solùm ei accidunt accidentia: accidentia autem, sine ipsa substantia ess
non possunt; quia eorum principium est in prima substantia. Rectè ergo Arist: exor
dium sumpsit à prædicamento substantiæ. Porrò, loquens de substantia, non definiui
eam in sua communitate, eò quòd nullum genus habeat supra se: definitio autem con
stat ex genere & differentia: neq. expressè diuisit substantiam in primam, & secun
dam; patet enim diuisio huiusmodi, ex secunda diuisione prædicamētali prius posita
quia scilicet prima substantia non est in subiecto, neq. dicitur de subiecto: secund
verò dicitur de subiecto; sed non est in subiecto. Porrò, substantia capitur tribu
Substantia tribus modis. modis, propriè, communiter, & magis communiter: primo modo dicitur ens per s
quod non est in alio: & sic substantia dicitur de Deo, & de omnibus, quæ ponuntur i
prædicamento substantiæ; quia dicitur à per se stando: nec aduersatur sententiæ Au
gustini 7. de trinit: cap: 5. Deus abusiuè, inquit, dicitur substantia. Secundo modo ca
pitur pro quacunq. re absoluta, quæ dicitur ad se; & sic conuenit Deo, & tribus pri
mis prædicamentis, scilicet substantiæ, quantitati, & qualitati; ens enim absolutum
& substantia, hoc modo conuertuntur. Tertio modo capitur pro essentia cuiuscunq
rei; & sic reperitur in omnibus prædicamentis: hoc autem modo idem est esse sub
stantiale, & esse quidditatiuum. Cæterùm, substantia propriè dicta dicitur à per s
subsistendo; & sic competit Deo: non autem quatenus dicitur à substando alijs, qui
Substantia producens. Deus non substat accidentibus. Præterea, quædam est substantia producens, quæ
dam verò producta: producens autem est triplex: quædam enim producit cùm ali
quo temporis spatio. sicut animal generat animal: quædam in tempore inperceptibi
li, sicut sol producit spendorem: quædam agit in instanti, vt Deus. substantia auten
producta, est omne conditum à Deo immediatè vel mediatè. Aristoteles autem hi
Prima. posuit primam & secundam substantiam: primam dicit ens esse indiuiduum, vt ali
quis homo: secundam verò speciem, vt homo, & genus, vt animal. Nomen autem sub
Secunda sub: stantiæ, priùs dicitur de prima, quàm de secunda, in quantum substantia dicitur
per se substando; quia indiuiduum propriè substat accidentibus: in quantum verò di
citur à per se stando, æquè conuenit vtriq; substantiæ; quia omnes substantiæ per s
subsistunt. vnde substantia potest duobus modis accipi: fundamentaliter; & tunc es

quiddit

quidditas communis, quæ vniuocè, & in quid dicitur de omnibus substantijs: alio modo capitur formaliter; & tunc significat relationem rationis fundatã in tali quidditate communi comparata ad accidentia, quibus debet substare: & sic capitur in prædicta diuisione; quia logici non interest agere de substantia, sicut physicus, aut methaphysicus, cùm ipse consideret respectus rationis, siue secundas intentiones. vnde prima substantia potest intelligi dupliciter: vno modo pro per se denominato; & tunc natura communicabilis, quæ substat accidentibus, dicitur prima substantia: alio modo accipitur pro per se significato, & formaliter; & tunc significat relationem rationis, causatam per actum intellectus comparantis aliquam primam substantiam ad accidentia, penes hoc, quòd illa prima substantia, primò substat accidentibus. Et hoc modo est intelligenda definitio primæ substantiæ: Substantia prima est, quæ propriè, principaliter, & maximè dicitur, id est: Est relatio fundata in aliqua natura, cui propriè, principaliter, & maximè conuenit substare accidentibus. ex quo potest concludi, quòd hæc definitio sit quidditatiua; quia datur per fundamentum, & terminum: fundamentum illius relationis, est substantia prima fundamentaliter accepta: terminus est ipsum accidens, cui comparatur. substantia autem formaliter sumpta tenet locum generis: aliæ verò conditiones, locum differentiæ. Propriè ponitur, per quod differt ab accidentibus, quæ videntur substare; sed non propriè: vt superficies videtur substare albedini; non tamen propriè substat, vt subiectum quod; sed, vt subiectum quo. Dicitur principaliter ad differentiam secundarum substantiarum, quæ non principaliter substant. Dicitur maximè, ad differentiam substantiarum, quæ sunt species specialissimæ, quæ principaliùs substare videntur quàm genera; non tamen maximè substant: cùm hoc spectet ad primam substantiam. Istæ autem particulæ circumloquuntur propriam differentiam definiti. Secunda definitio primæ substantiæ est, quòd non est in subiecto, neq. dicitur de subiecto. Sensus est, prima substantia est relatio fundata in aliqua re, cui repugnat esse in subiecto, vt accidens, & dici de subiecto, vt superius. In hac definitione substantia ponitur loco generis, & reliquæ particulæ loco differentiæ. Omnes prædictæ definitiones declarantur in fundamentis: vt Socrates, vel aliquis homo, aliquis bos: cui propriè, principaliter, & maximè conuenit substare accidentibus. Sed aliquis posset rectè ambigere, quomodo substantia diuiditur in primam, & secundam? Respondetur, quòd si substantia accipitur primæ intentionaliter; tunc id importat quod est communius, in coordinatione substantiæ: hoc autem modo substantia non diuiditur in primam & secundam. Si verò accipiatur secundæ intentionaliter; tunc dicit respectum rationis attributum his, quæ sunt directè in prædicamento substantiæ; & sic substantia diuiditur in primam & secundam, in indiuidua, species & genera. Quæ quidem diuisio est generis in species: nam prima substantia & secunda substantia, quatenus accipiuntur pro respectibus causatis per actum intellectus, sunt species huius, nempè substantiæ secundæ intentionaliter captæ. Cùm autem dicitur, quòd Socrates est prima substantia, est prædicatio denominatiua: sicut si diceretur: Socrates est indiuiduum: nam prima substantia, de per se significato, denotat secundam intentionem attributam indiuiduis prædicamenti substantiæ. De significato autem materiali, importat illa indiuidua, vt Socratem & Platonem: pro quibus supponit. Dicitur prima substantia tripliciter: vno modo, quia existit; & sic Deus est prima substantia: alio modo, quia ab eo non conuertitur subsistendi consequentia, & sic substantia, quæ est genus generalissimum, dicitur prima; quia omne superius est priùs natura suis inferioribus: alio modo; quia sibi primò conuenit subijci respectu accidentium, cuiusmodi sunt indiuidua substantiæ. Et hoc modo Aristoteles hìc intellexit primam substantiam.

Fundamentaliter.

Formaliter.

Prima substã: dupliciter.

Definitio.

Secunda definitio.

Quomodo substantia diuiditur.

Prima substãtia tripliciter dicitur.

CAP: II.

Argumenta contraria.

1. *Ontra prædicta posset aliquis sic arguere: Substantia non præcedit accidens definitione: aut enim præcedit accidens definitione descriptiua, aut essentiali: non quidem descriptiua: nam quemadmodum accidens per substantiam; ita certè substantia per accidens describitur: neq. definitione essentiali: nam iustitia cùm sit accidens; diffinitur tamen definitione essentiali, sine substantia, vt iustitia est bona qualitas animi, quæ rectum facit habentem. Similiter triangulus est figura plana tribus lineis contenta: substantia ergo non præcedit accidens definitione.*

Solutio. *Dici potest, substantiam esse priorem accidente definitione essentiali: & ad probationem respondetur, quòd quamùis triangulus definiatur per figuram; in ipsa tamen figura intelligitur substantia: figura enim cùm sit qualitas, & qualitas sit accidens, accidentis verò esse essentiale, saltem aptitudine, est inesse substantiæ. Præcedit ergo substantia accidens definitione essentiale accidentis.*

2. *Item, quòd substantia non præcedat accidens cognitione: Illud priùs à nobis cognoscitur, quod magis est proximum sensui; quia omnis nostra cognitio ortum habet à sensu, vt dicitur in libro de anima. sed accidens est huiusmodi; quia est obiectum sensus, vt color, siue lux est obiectum visus, & sonus auditus: accidentia enim magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. 1. de anima cap: 1. substantia ergo non præcedit accidens cognitione.*

Solutio. *Respondetur, duplex est cognitio, vna est prior prioritate perfectionis; quia perfectiùs explicat naturam rei: & talis est cognitio rei per substantialia: perfectiùs certè cognoscitur res per sua substantialia, quàm per sua accidentalia. Et sic locutus est philosophus 7. met: Alia cognitio dicitur prior prioritate temporis, ratione ordinis potentiarum; quia nihil intelligimus sine sensu: & hoc modo tribuitur prioritas cognitionis accidenti, à quo primum mouetur sensus.*

3. *Item, substantia non præcedit accidens tempore: quia si secundùm Aristotelem mundus est æternus: nullo ergo tempore substantia præcessit accidens, quia in æternis nō datur prioritas temporis.*

Solutio. *Dici potest, substantiam esse priorem omni accidente tempore, quia Deus qui est substantia, sicut dictum est, tempore præcedit omne accidens; quoniam in Deum nullum est accidens. Quòd si dixeris hoc non soluere argumentū, quia quæstio est de substantia prædicamentali; Respondetur, substantia prædicamentalis dicitur prior tempore, quia propiùs accedit ad Deum quàm accidens. Præterea in tota latitudine accidentium, non inuenitur accidens sine substantia. sed in latitudine substantiarum inuenitur substantia sine accidente: substantia ergo est prior tempore accidente; quia nullum datur accidens, quod eam substantiam, in qua est, antecedat; cùm tamen substantia præcedat multa accidentia; nam intellectus præcedit tempore suum actum intelligendi, & homo præcedit suam deambulationem.*

4. *Item, Deus non est in aliquo genere: non ergo sequitur, neq. concludi potest substantiam, quæ est genus, tempore præcedere omne accidens. Respondetur, quando philosophus dicit, substantiam præcedere omne accidens tempore; non accepit substantiam vt est genus; sed potiùs, vt quoddam analogum, sub quo etiam continetur Deus. sic etiam accidens est analogum ad omnia prædicamenta accidentium.*

Deus præcedit tempore. *Contrà illud dicitur præcedere tempore, quod mensuratur tempore. sed Deus non mensuratur tempore, quia est extra omnem mutabilitatem temporis: igitur non præcedit accidens tempore. Respondetur. Sufficit huic proposito, quòd Deus præcedat aliqua duratione, quæ largo modo dicitur tempus; accipitur enim tempus impropriè. Itaq;, substantia præcedit tempus propriè dictum, tempore impropriè dicto, nempe aliqua duratione, quæ largo modo dicitur tempus.*

CAP.

CAP. III.

Si substantia sit genus generalissimum.

*PRo intellectu istius dubij sciendum, quòd substantia capitur tribus mo- Substantia tribus modis.
dis: vno modo, vt est principalior pars entis; & sic consideratur à me-
thaphysico: ens enim diuiditur in ens per se, & in ens in alio. Ens au-
tem per se, substantia est: ens verò in alio, accidens. Hoc autem modo
ens se extendit ad omne illud, quod non est accidens: & sic substantia
diuiditur in materiam, formam, & totum compositum. Secundo modo substantia est
genus generalissimum, & principium omnium substantiarum: ad quod omnes aliæ
substantiæ reducuntur; hoc enim modo substantia sumitur à proprio esse, quod est
esse per se, & absolutum; & ita substantia vniuocè dicitur de omnibus substantijs.
Tertio modo accipitur substantia, vt est primum subiectum accidentium; & sic dici-
tur à substando: & sumitur ab esse respectiuo, quo est in potentia ad substandum ac
cidentibus: & sic primò dicitur de substantijs particularibus, quia primò substant
accidentibus. Istis duobus modis substantia consideratur à logico: itaq; substantia, in
quantum est primum prædicabile, ad quod fit reductio suæ coordinationis, per diffe-
rentias in suas species diuiditur, & dicitur genus generalissimum. Contra sic arguo: Argumenta
Quia aut substantia simplex, aut composita esset genus generalissimum: sed neutrum
est dicendum; ergo. Non primum, quia substantia simplex, vt materia & forma, non
prædicatur de aliquo: neq. secundum; quia substantia composita habet priora sua
componentia. sed genus generalissimum nihil habet prius. Respondetur, substantia Solutio.
composita est genus generalissimum; quia omne genus est aliquo modo compositum.
[E]t ad probationem respondet Albertus, genus generalissimum non habere propria
componentia ante se; sed potiùs intra se: vel dici potest, quòd substantia, vt est genus
[no]n sit simplex, neq. composita; sed abstrahit ab vtroq. sicut animal, vt est genus, ab-
[st]rahit à rationali, & irrationali. Contra, omnis substantia, de qua agit logicus, aut
[es]t prima, aut secunda; sed substantia, vt est genus generalissimum, neutra illarum
[es]t: non est prima, quia de nulla substantia prædicatur: generalissimum autem
[pr]ædicatur de omnibus contentis sub ipsius coordinatione: neq. est secunda; quia illa
[es]t posterior: ergo non est primum genus, cuiusmodi est genus generalissimum. Re-
[spo]ndeo, secundam substantiam esse genus generalissimum: quæ licet sit posterior pri
[ma] quoàd actum substandi; non tamen quoàd actum substantiandi. Item, genus de 2.
[sui]s speciebus æquè primò prædicatur: alioqui non prædicaretur vniuocè. sed sub-
[sta]ntia de alijs substantijs non prædicatur æquè primò; quia primò dicitur de sub-
[sta]ntia prima, quàm de secunda, vt habetur in textu: Substantia, inquit, prima est
[ma]gis substantia, quàm secunda: igitur substantia non est genus generalissimum. Re-
[spo]ndetur, substantia dicitur generalissimum respectu substantiæ corporeæ, & in- Solutio.
[cor]poreæ: non autem respectu primæ & secundæ substantiæ. Item, genus dicit ali-
[qua]m naturam participatam à suis speciebus: aliter non esset vniuocum suis specie- 3.
[bu]s. sed substantia non est huiusmodi; quia, vt dicit Commentator, quicquid est in
[sub]stantijs superioribus, & inferioribus, totum est in eis æquiuocè. Neq. valet dicere
[sub]stantias corporales, & incorporales conuenire in vno modo essendi, qui est esse per
[se, &] non alteri vniri, atq. ab illo modo essendi, sumi rationem generis; & ita substan-
tia[m] prædicari vniuocè de omnibus substantijs: nam quando aliquid inest causæ, &
ca[u]sato, priùs inest causæ, quàm causato. sed substantiæ incorporales sunt causæ sub-
sta[n]tiarum corporalium: igitur prædictus modus essendi per se priùs inest substan-
tij[s] incorporalibus, quàm corporalibus: & per consequens ea ratione, substantia non*

potest esse genus; quia non æqualiter dicitur de substantijs omnibus. Respondetur,
non opus esse, vt genus logicum aliquam naturam importet; sed sufficit, vt dicat ali-
Solutio. quem conceptum communem omnibus scilicet esse per se, à quo sumitur ratio substan-
tiæ. Ad replicam dicitur: quòd si substantia corporea & incorporea comparentur ad
genus; æquo modo sub genere continentur: si verò comparentur inter se, differunt.
neq. enim est inconueniens quòd vna sit perfectior alia, sicut homo est perfectior
4. boue: licet species æqualiter sint sub genere. Item, sicut se habet accidens ad acciden-
tia; ita se habet substantia ad substantias. valet à simili. sed accidens non est genu-
omnium accidentium, aliter non essent nouem genera accidentium; sed est vnum tan-
Solutio. tùm genus: igitur substantia non est vnum genus substantiæ. Respondetur, quòd con-
sequentia non est bona; quia substantia habet vnum modum communem essendi om-
nibus: omnes enim substantiæ participant suum modum essendi æqualiter: accidenti
verò minimè; sed secundùm magis & minùs, prius & posterius: vt sunt accidentia a
soluta, & accidentia respectiua, sicut videbitur in prædicamentis accidentium. Ita
Substantia est res, & nõ ens substantia, vt est genus, est res, cui conuenit esse, & non in subiecto. Dicitur autem
res, & non ens, quia ens est nomen dictum ab esse: genus verò non dicit esse suorum
inferiorum; sed quidditatem, quæ per hoc nomen res exprimitur. Ratio autem gene-
ris conuenit substantiæ per actum intellectus tantùm; quia non fundatur supra rem
aliquam communem, & quocunq. modo vnam; sed super naturas penitus diuersas
quæ tamen participatione generis erunt vna substantia: sic substantiæ corporeæ, &
Quomodo est genus. incorporeæ conueniunt in substantia, quæ prædicatur de ipsis, in quantum per a-
ctum rationis induit naturam accidentis. Logicus siquidem considerat ipsa prædica-
menta, secundùm quòd sumuntur à ratione, quæ circa substantiam facit acciden-
quod est vniuersalitas; ideo dicitur substantia prædicari de subiecto: apud metha-
physicum autem, quoniam substantia ab eo consideratur, vt ens in se; ideo non dicitur
secundùm eum de subiecto; neq. est in subiecto. Præterea notandum, quòd substan-
tia in sua compositione, complectitur actum, & potentiam, quæ sunt principia omni-
um prædicamentorum; omne enim quod in prædicamento ponitur, est compositum
ex potentia, & actu: & ideo Deus non est in aliquo genere. non autem est necesse,
sit compositum ex materia & forma; alioqui substantiæ incorporeæ, cuiusmodi sunt
Substantia est ens per se. intelligentiæ, non essent substantiæ: ex quo patet quomodo substantia sit genus logi-
cum. Est enim genus logicum, quod est prædicabile de pluribus differentibus speci
siue illud sit corruptibile siue incorruptibile: sunt tamen eiusdem generis; quia con-
ueniunt in substantia. Proinde substantia quæ est genus generalissimum, non est p
se corporea, neq. incorporea, neq. materialis, neq. immaterialis, licet sit vtrumq; per-
missiuè. Et si aliquis dicat, vel substantia est per se corporea, vel incorporea, cùm in-
ter contradictoria non sit dare medium. Respondetur, quòd non sit corporea, neq. in-
corporea: & quòd licet inter contradictoria absolutè sumpta non sit dare medium,
bene tamen inter contradictoria sumpta cum talibus determinationibus scilicet p
Genus physicum. se, quidditatiuè, & in instanti. Alio autẽ modo aliqua dicuntur esse sub genere phy-
co; quia genus physicũ, est qualitas sensibilis, corporalis, generica, habẽs sub se species,
cuiusmodi est color, ita quòd, omnia illa quæ sunt in potentia passiua, seu receptiua,
talis qualitatis dicunt esse generis physici: illa verò quæ non sunt in potentia receptiua
illius, vel alicuius alterius consimilis rationis, differunt genere physico, sicut sunt cor-
ruptibile, & incorruptibile, quæ non differunt genere logico; sed genere physico: v-
de dicuntur differre plus quàm genere scilicet physico; quia non sunt susceptibil-
alicuius qualitatis genericæ. Sed aliquis non temerè dubitabit, quomodo substantia, &
Elementa. alia prædicamenta dicuntur aliorum elementa? Respondetur, cum Alberto genera-
lissimorum conceptũ, esse simplicem conceptum, purum & indiuisibilem, sicut A

conce p-

conceptus formæ simplicis, ideoq; definitorum resolutionem stare in ipsis, atq. huius rei gratia elementa appellari. Respectu ergo illius simplicis conceptus, substantia dicitur genus generalissimum, & elementum eorum, quæ sunt in ipsius prædicamento. vnde dicitur ens per se existens, eò quòd sibi propriè conuenit existere: alijs verò accidentibus, ratione substantiæ. Ens per se.

CAP: IIII.

Argumenta contra diuisionem substantiæ.

Contra diuisionem substantiæ sic arguo: Omne vniuocum priùs est definiendum, postea diuidendum; nam ea ratione adhibetur diuisio, vt vniuocum inueniatur. sed substantia est vniuocum, & non æquiuocum; alio qui non esset genus, quod vniuocè dicitur de alijs substantijs: substantia ergo priùs erat definienda, quàm diuidenda. 1. *Respondetur, vniuocum in quantum vniuocum, priùs debere diffiniri, quàm diuidi: sed substantiã hîc non diuidi, vt vniuocum; sed potiùs, vt analogum, in quantum scilicet dicitur à substando.* Solutio. *Contra, quòd diuisio substantiæ non sit recta & sufficiens, in primam & secundam: quia substantia quæ diuiditur, vel est substantia prima, vel secunda. sed substantia prima non potest diuidi in secundam; quia est indiuisibilis: neq. secunda in primam; quia diuisum est quid vniuersale. Respondetur, quòd quemadmodum quodlibet genus prius est suis differentijs diuisiuis, & etiam speciebus, in quas diuiditur; ita quòd nulla earum actu includitur: quia omne superius potest esse sine suo inferiori; ita substantia, quæ diuiditur in primam & secundam, nulla illarum actu est; sed ad eius rationem spectat, quòd non sit in subiecto, neq. dicatur de subiecto. Et cùm dicitur, omnis substantia est prima, vel secunda. sed substantia quæ diuiditur est substantia: ergo est prima, vel secunda, committitur fallacia figuræ dictionis. Item, sicut sunt aliquæ substantiæ primæ, & aliquæ secundæ; ita sunt aliquæ tertiæ; vt genera subalterna: & aliquæ quartæ, vt genera generalissima: ergo non est completa diuisio, cùm multa sint alia membra, quæ hac diuisione non comprehenduntur.* 2. *Respondetur, in genere substantiæ duplex esse inueniri, esse existentiæ, & esse essentiale, siue diffinitiuum: omnes autem substantiæ, quibus conuenit esse existentiæ, sunt primæ: quibus verò conuenit esse diffinitiuũ, sunt secundæ. Cùm ergo omnis substantia vel prima vel secunda sit; non est necesse quærere tertiam, & quartam substantiam.* Solutio. *Contrà, animal non substat secundò; sed tertiò, quia primò substat indiuiduum, postea species, deinde animal, quia mediante specie specialissima: igitur non est secunda; sed tertia substantia. Respondetur, quòd licet non substet secundò in ordine substandi; substat tamen, secundariò, & ex consequenti. Contra, partes substantiarum sunt substantiæ; & tamen non sunt primæ, neq. secundæ. Respondetur, quòd licet non sint primæ, neq. secundæ; reducuntur tamen ad primas, vel secundas, quarum sunt partes. Item, membra bonæ diuisionis debent esse opposita: cuiusmodi non sunt substantia prima, & secunda; quia substantia secunda prædicatur de prima, vt Socrates est homo: ergo mala diuisio.* 3. *Respondeo, substantia prima, & secunda possunt cõsiderari materialiter, & formaliter: materialiter concedo, formaliter nego. Sicut vniuersale & particulare materialiter non opponuntur; sed formaliter. hoc est, secundùm id quod sunt, non opponuntur; sed secundùm rationes primæ & secundæ substantiæ. Contrà, membra diuidentia non debent excedere diuisum. sed primum, & secundum excedunt diuisum, quod est substantia; quia inueniuntur in numeris, vt primus, & secundus numerus: ergo non sunt membra diuidentia. Dico, membra diuisionis accepta cum inclusione* Solutio.

diuisi non debere excedere diuisum; & sic est in proposito, tametsi absolutè, & se-
4. cundùm se accepta poßint excedere. Item, aut illa diuisione diuiditur substantia, quæ
est genus generalißimum; aut aliqua alia substantia: non secundum, quia diuisio est
communioris in minùs communia distributio. neq. primum; diuisum enim non debet
contineri sub aliquo membro diuisionis. sed substantia, quæ est genus generalißimũ
continetur sub altero membro diuisionis, scilicet sub secunda substantia: igitur non est
Solutio. bona diuisio. Respondetur, substantia, quæ ibi diuiditur non est prima, neq. secunda,
sed abstrahit ab vtraq. vt dictum est: dicitur autem secunda substantia denomina-
tiuè: neq. inde sequitur aliquod incommodum, si membrum diuisionis prædicetur de
5. nominatiuè de diuiso. Item, arguo: Aliqua est substantia, quæ non est prima, neque
secunda: ergo diuisio non est bona. Probatur antecedens, quia Deus est substantia;
& tamen non est prima, neq. secunda: quia nec primò, nec secundò substat acciden-
tibus. Insuper, materia, & formæ, & differentiæ substantiales sunt substantiæ; & ta-
Solutio. men non sunt primæ, neq. secundæ: ergo quod prius. Respondetur, Deum appellari
substantiam à per se eßendo, non autem à substando: differentias autem & paßiones
substantiarum, non eße primas neq. secundas substantias; solùm enim illa, quæ dire-
ctè reponuntur in linea prædicamentali, dicuntur primæ vel secundæ substantiæ.
Deus non est in prædicamento: Contra: Deus est substantia: ergo est in prædicamento substantiæ; omnis enim sub-
stantia, est in prædicamento substantiæ. Respondetur, quòd substantia, quantùm
spectat ad propositum, capitur dupliciter: vno modo pro re, quæ est à se, in se, & per
se; & sic Deus est substantia: alio modo pro re, quæ est in se, vel in alio, sicut pars
integralis, sed non est à se; & ita Deus non est substantia. Contra, quod habet ratio-
nem speciei, est substantia; quia species est substantia. sed Deus habet rationem spe-
ciei; quia prædicatur de pluribus suppositis, nempè de patre, filio, & spiritu sancto
ergo. Respondetur, quòd licet Deus prædicetur de pluribus; non tamen est species
quia ad rationem speciei requiritur, vt sit quid limitatum, & dependens, & habea
genus supra se. sed Deus non est huiusmodi, quia non est limitatæ, sed infinitæ natu-
ræ: neq. naturæ dependentis; sed independentis: neq. naturæ multiplicabilis in su
suppositis, quia Deitas non est multiplicabilis, sicut humanitas in Socrate, & Plato-
ne, & similibus. Contra, aliqua quæ dicuntur de Deo, sunt in prædicamento, vt sapi
entia, bonitas, scientia, paternitas: igitur Deus est in prædicamento. Respondetur
quòd perfectiones simpliciter, sicut bonitas, scientia, tribus modis poßunt intelligi
Transcendẽs. vno modo secundùm suas proprias rationes; & sic sunt quædam transcendentia, e
non sunt in prædicaminto: alio modo poßunt accipi, quatenus sunt in nobis, scilice
sub ratione dependentiæ; & sic sunt in prædicamento: tertio modo, vt reperiuntu
in Deo; & ita non sunt in prædicamento, quia sunt in Deo sine dependentia. Contra
sapientia non dicitur de omnibus: igitur non est transcendens; illud enim videtur eß
de ratione transcendentis. Dico, non eße de ratione transcendentis, quòd dicatur d
omnibus; sed potiùs quòd non sit genus: neq. habeat genus supra se. Deus ergo non es
in prædicamento.

CAP: V.

Argumenta contra definitionem primæ substantiæ.

1. Ontra sic arguitur: Illa sunt priora, à quibus non reciprocatur existend
consecutio, vt si Socrates est; homo est: non è contra: vt dicitur in post
prædicamentis. sed secundæ substantiæ sunt tales, vt patet: igitur ips
sunt primæ substantiæ, & non indiuidua. Respondetur, indiuidua præce

dere ca

dere causalitate, non autem consecutione, genera, & species; causa enim, quare ho-
mo existit, & est albus; quia Socrates existit, & est albus. Præterea, indiuidua pos-
sunt considerari duobus modis: vno modo determinatè; & sic non reciprocatur exi-
stendi consecutio: alio modo in communi; & sic bene valet reciproca illatio: nam si-
cut sequitur, indiuiduum hominis est: ergo homo est; ita quoq; sequitur, homo existit:
ergo aliquod indiuiduum hominis existit. Item, nulla bona definitio debet dari per
negationem, eò quòd omnis definitio ostendat quid est res: negatio verò ostendit, 2.
quid res non sit. sed definitio primæ substantiæ datur per negationem: Substantia, in-
quit, prima est, quæ non est in subiecto, neq. dicitur de subiecto: igitur definitio pri-
mæ substantiæ non est bona. Respondetur, nullam definitionem dari per puram ne- Solutio.
gationem; bene tamen aliquam descriptionem dari posse per negationem, quæ dat in-
telligere affirmationem, in qua fundatur definitio. Quoniam autem substantia prima
est prima in substando; non potuit definiri aliquid quod prius substaret: & quia est
vltima in essendo; non potuit definiri per aliquod, quod esset posterius cui inesset: &
ideo per duplicem negationem est definita; quando enim inter duo extrema est vnũ
medium; tunc illud medium conuenienter definitur per negationem vtriusq; extre- Quare definitur duplici negatione.
mi. cùm autem inter illud, quod dicitur de subiecto, & illud quod est in subiecto, non
sit nisi substantia prima; ideo conuenienter describitur per abnegationem vtriusque
extremi, scilicet quòd non sit in subiecto, neq. dicatur de subiecto. Item, definitio
substantiæ primæ conuenit alijs à definito: ergo non est bona; conuenit enim materiæ 3.
primæ, quæ non est in subiecto, neq. dicitur de subiecto: similiter quælibet forma
substantialis est talis; & tamen non sunt substantiæ primæ: cùm sint substantiæ sim-
plices: substantia autem prima, est substantia composita; quælibet namq. continetur
essentialiter sub specie, quæ constat ex genere & differentia. Respondetur, Proposi- Solutio.
tum philosophi, teste Boetio, fuisse loqui de substantijs mixtis, & compositis ex vtris-
que, non autem de sola materia, siue de sola forma; proinde hæc definitio non compe-
tit materiæ, neq. formæ. Contrà: Vniuersalium est definitio. sed prima substantia est
res particularis: eius ergo non est definitio. Respondetur, substantia prima potest
considerari dupliciter: vno modo pro re subiecta intentioni; & sic est singularis: alio
modo pro ipsa intentione secunda; & sic est vniuersalis. Item, materia prima maximè
& principaliter substat: similiter terra: illis ergo competit definitio primæ substan- 4.
tiæ. Respondetur, materia subiacet formæ, non autem maximè substat accidentibus; Solut:
substare enim est actus alicuius compositi, cuiusmodi non est materia prima. Terra
quoq. bene substat secundùm situm localem, non autem secundùm prædicationem, &
ordinem prædicamentalem. Substare præterea hìc accipitur, vt idem sit, quod subijci
superioribus, & subesse accidentibus, tanquam subiectum inhæsionis, quod terræ ne-
quaquam competit, per respectum ad superiora elementa. Item, aliquis homo prædi-
catur de pluribus: ergo non est prima substantia: antecedens patet; quia iste homo, 5.
est aliquis homo: & iste homo est aliquis homo. Respondetur, aliquis homo potest ca- Solutio.
pi dupliciter: vno modo materialiter pro aggregato ex termino communi, & signo
communi; & sic non est prima substantia; sed potiùs dicitur ens per accidens: alio
modo capitur personaliter pro illo quod repræsentat, nempè pro indiuiduo vago; &
sic est prima substantia. Est autem indiuiduum vagum aggregatum ex quidditate,
& differentia indiuiduali: indiuiduum autem circumstantionatum, aggregatur ex
quidditate, & differentia indiuiduali: pariter etiã cum alijs accidẽtibus, forma, figu-
ra, loco, stirpe, patria, nomine, & tempore. Materialiter ergo aliquis homo, cùm sit
accidens, non prædicatur in quid.

CAP: VI.

De ſecundis ſubſtantijs.

Tex: Ariſt:

Secundo autem loco, ſubſtantiæ vocantur ſpecies, & genera, in quibus ſunt primæ ſubſtantiæ.

Secundæ ſubſtantiæ vnde dictæ.

Oſt notitiam primarum ſubſtantiarum, aggreditur philoſophus explicationem ſecundarum ſubſtantiarum, quæ ſunt genera, & ſpecies, vt homo, & animal. Dicuntur autem ſecundæ; quia ſecundariò ſubſtant accidentibus. Ratio eſt, quia cùm accidens fluat immediatè à principijs indiuidui; primò, & per ſe ineſt indiuiduis. ſed ſubſtantiæ vniuerſales cùm non includant principia indiuidui; propterea primò non ſubſtant accidentibus, ſed ex conſequenti, in quantum ſcilicet eſſe habent in primis ſubſtantijs. Et reuera ſecundæ ſubſtantiæ poſſunt conſiderari dupliciter: formaliter, & fundamentaliter. Primo autem modo acceptæ, fundantur in naturis, ſiue obiectis, quibus tribui poteſt intentio generis comparatis ad accidentia, quibus ſecundariò ſubſtare dicuntur: ideo ſecundæ ſubſtantiæ pro per ſe ſignificato ſunt accidentia intentionalia, ſiue relationes rationis: quæ habent pro fundamento obiecta de prædicamento ſubſtantiæ, quibus poteſt attribui intentio generis, vel ſpeciei, & pro termino habent accidentia, quibus ſecundariò ſubſtant. Itaq; ſecunda ſubſtantia de ſignificato formali importat ſecundam intentionem, attributam generibus, & ſpeciebus prædicamenti ſubſtantiæ,

Quare dicuntur ſubſtantię

ſed de ſignificato materiali importat genus, & ſpecies prædicamenti ſubſtantiæ. Porrò genera, & ſpecies de prædicamento ſubſtantiæ, vt animal & homo, dicuntur ſubſtantiæ, quia prædicantur de primis nomine, & ratione, vt Socrates eſt homo: & Socrates eſt animal: accidentia verò abſtracta, neq. nomine, neq. ratione prædicantur de primis ſubſtantijs; ſed bene concreta denominatiuè ſolùm: non enim dicimus Platonem eſſe ſcientiam; ſed ſcientem. Duobus autem modis conſiderantur vniuerſales ſubſtantiæ: vno quidem modo, quantùm ad eſſe eſſentiæ, id eſt, eſſe per ſe; & ſic ſunt priores ſubſtantijs particularibus, eò quòd ſint cauſæ formales ipſarum dantes ipſis eſſe, nomen, & rationem: alio modo conſiderantur quantùm ad eſſe exiſtentiæ, nempè ſubſtare accidentibus; & ſic ſubſtantiæ particulares præcedunt vniuerſales. ... cauſa eſt, quia ſubſtantiæ vniuerſales non habent eſſe exiſtentiæ: neq. ſubſtant accidentibus, niſi ex conſequenti, & ſecundùm eſſe quod habent in primis ſubſtantijs; ha... de cauſa vocantur ſubſtantiæ ſecundæ. Itaq; genera & ſpecies de prædicamento ſubſtantiæ dicuntur ſubſtantiæ; quia per ſe exiſtunt, & nomine ſimul & ratione de primis prædicantur: nominantur autem ſecundæ; quoniam ſecundò ſubſtant accidentibus.

Dubium.

Sed dices, accidens videtur prædicari nomine, & ratione de ſubſtantia: dicimus enim hominem eſſe album, & coloratum diſgregatiuum viſus: quæ eſt definitio albi.

Solutio.

Dici poteſt, definitionem concreti accidentis prædicari quidem de ſubiecto, non autem vt definitionem, quæ explicat naturam ſubiecti eſſentialiter; definitio enim albi æquè extrinſecè prædicatur de homine, ſicut ipſum nomen albi. Si autem comparentur accidentia non ad ſubſtantias; ſed ad alia accidentia; ſic prædicantur nomine & ratione: nam ſicut iſta eſt eſſentialis, homo eſt animal; ita iſta, album eſt coloratum: & albedo eſt color. 1. top: cap: 7.

Quomodo primæ ſint in ſecundis.

Deinde conſiderandum quomodo ſecundæ ſubſtantiæ ſint in primis, & primæ in ſecundis. Porrò, primæ ſunt in ſecundis virtualiter, & potentialiter: ſicut partes totius vniuerſalis ſunt in toto vniuerſali, & inferius eſt in ſuo ſuperiori. ſed ſecundæ ſubſtantiæ ſunt in primis actu, & intellectu; quia ſunt de eſſentia primarum ſubſtantiarum: & ſolùm habent eſſe exiſtentiæ in primis; non tamen in genere cauſæ formalis; ſed in genere cauſæ efficientis, ſicut à prima cauſa

& natura

& natura. At in genere causæ formalis, habent esse à seipsis; quia sunt formæ quædam, & non habent esse ab alia causa formali. His ergo modis primæ dicuntur esse in secundis, & è conuerso. Tex: Perspicuum est autem ex ijs, quæ dicta sunt, eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse esse, & nomine de subiecto dici, & definitione: vt homo de subiecto quopiam homine dicitur. Ponit quandam differentiam inter ea quæ sunt in subiecto, & inter ea quæ dicuntur de subiecto. Pro cuius rei intellectu sciendum, quòd ea, quæ sunt in subiecto possunt capi dupliciter: concretiuè & abstractiuè: si abstractiuè accipiantur; tunc nec nomine, neq. ratione de prima substantia dicuntur; Socrates enim non dicitur albedo, sed albus. si verò concretiuè; benè prædicantur nomine, non autem ratione, quidditatiuè, & essentialiter de subiecto. Superiora verò quæ dicũtur de inferioribus, in quibus nõ sunt sicut accidentia; sed potiùs sicut actus quidditatiui, & formæ substantiales, dicuntur nomine & ratione. Illud enim dicitur prædicari secundùm nomen, cuius nomen de aliquo prædicatur, seu verificatur: & illud dicitur prædicari ratione, cuius definitio vel essentia includitur essentialiter in inferiori. sed omne superius secundùm nomen eius verificatur de suo inferiori, & includitur essentialiter in definitione sui inferioris; quia eius definitio competit essentialiter suo inferiori. Quæ ergo non sunt in subiecto, sed dicuntur, nomine, & ra prædicantur, sunt substantiæ secundæ.

Esse in subiecto, & dici de subiecto.

CAP: VII.

Argumenta contraria.

Contra prædicta sic arguo: Secundæ substantiæ sunt in primis: ergo primæ non in secundis. Respondetur, non esse inconueniens secundas esse in primis, & primas in secundis; quia secundæ sunt in primis actualiter; primæ verò in secundis potestatiuè. Contra, de ratione substantiæ est esse per se, & non esse in alio; quia hoc spectat ad naturam accidentis: ergo substantiæ secundæ non sunt in primis. Respondetur, de ratione substantiæ est esse per se, ita quòd non sit in alio, sicut in subiecto. & hoc modo secundæ substantiæ non sunt in primis; sed potiùs sicut superius essentiale in suo inferiori. Contra, illud est prius alteri, quod dat alteri esse. sed secundæ substantiæ dant esse primis: igitur secundæ substantiæ dici possunt primæ. Respondetur, quòd quantùm ad actum formæ, & quidditatis, quæ est substantiare, seu esse substantiale habere; sic est verum: non est autem quantùm ad actum, qui est substare. Item, secundæ substantiæ secundariò substant accidentibus; sed substantiæ vniuersales secundariò non substant accidentibus; quia accidens fluit à principijs indiuidui, vt dictum est: igitur genera, & species non sunt substantiæ. Respondetur, quòd quamuis substantiæ secundæ non substent primò accidentibus; substant tamen secundò: nec ex eo dicuntur substantiæ; sed potiùs quia secundùm esse essentiæ sunt priores. Contra, si genera & species sunt substantiæ secundæ; etiam genus generalissimum esset substantia, & prædicaretur nomine, & ratione. sed non prædicatur definitione; quia non habet definitionem: igitur genera & species non sunt substantiæ secundæ. Dico, quòd prædicari ratione potest accipi dupliciter: vno modo definitione; & sic conceditur, quòd genus generalissimum non habeat definitionem quidditatiuam, qua prædicetur de suis inferioribus: alio modo ratione, id est, conceptu quidditatiuo; & sic negatur; quia ad hoc, quòd aliquid prædicetur ratione sufficit, quòd includatur essentialiter in alio, de quo prædicatur. Hoc ergo modo prædicatur nomine, & ratione generalissimum de suis inferioribus. Item, loco definiti, licet ponere suam definitionem: ergo si nomen de aliquo prædicetur; & ratio eius de eodem prædicabitur: & per consequens

1. Solutio.

2.

Genus generalissimum.

si illa,

camento substan: si illa, quæ sunt in subiecto, prædicantur nomine de subiecto; & ratione prædicabuntur. Respõdeo, concedẽdo antecedens, & primã consequentiam; sed negando vltimam; quia non oportet si definitio albi prædicetur de homine, quòd propter hoc explicet naturam hominis. vnde sicut dictum est prædicari ratione, est prædicari essentialiter. sed definitio accidentis non prædicatur essentialiter de substantia: igitur non prædicatur ratione.

4. Item, quæ dicuntur de subiecto, & non sunt in subiecto, dicuntur esse substantiæ; proprium enim accidentis est, esse in subiecto. sed genera & species non sunt substantiæ: igitur non dicuntur de subiecto. Minor probatur; quia sunt in primis: sunt etiam genera, & species, quæ sunt respectus rationis.

Solutio. Respondetur, secundæ substantiæ possunt accipi dupliciter: formaliter, & fundamentaliter: formaliter concedo, quòd non sint substantiæ; sed respectus rationis: fundamentaliter autem nego, scilicet pro per se denominato. Et ad confirmationẽ dico, quòd substantiæ secundæ sint in primis, non sicut accidens in subiecto; sed sicut superius in suo inferiori.

5. Item, omnis forma dans alicui esse, dat etiam sibi nomen, & prædicatur nomine de ipso. sed accidens abstractum dat esse; quia homo albus, albedine est albus: ergo secundùm suum nomen prædicatur de subiecto.

Solutio. Respondetur, verum esse de forma designata per modum totius, quæ dicit totum esse subiecti, non autem de accidente abstracto, cuius forma tenet modum partis; humanitas enim dicit totum esse hominis, non autem albedo, vel sapientia, quæ non conuertitur cum homine.

6. Item, prima substantia non est in secunda: probatur sic: Quod est in alio, est in subiecto. sed prima substantia non dicitur de subiecto, neq; est in subiecto: igitur prima substantia non est in alio, id est, in secunda.

Solutio. Respondetur, quòd prima substantia non est in secunda, vt in subiecto; sed potiùs sicut pars essentialis in suo toto vniuersali essentiali.

CAP: VIII.

Tex: Arist.

CÆtera verò omnia & c. Sensus est, quoniam dictum est, secundas substantias nomine, & ratione prædicari de substantijs primis: accidentia verò abstracta, vt albedo, vt sapientia neutro modo: accidentia autem concreta solo nomine, vt homo est albus, non autem albi definitionem; non enim homo est disgregatiuus visus, quod pertinet ad definitionem albi; inde colligitur, alia omnia aut esse, aut dici de prima substantia. Nam animal de homine prædicatur: ergo de aliquo homine, quia si de nullo aliquorum hominum prædicaretur; nec omninò de homine prædicaretur. Et similiter color est in corpore: ergo est in aliquo corpore, quia si non sit in aliquo singulorum; nec omninò in corpore erit: ex quibus patet, quòd non existentibus primis substantijs, impossibile est, alia permanere.

Dubium. Sed aliquis non temerè dubitabit, quomodo id fieri potest, vt destructis primis substantijs, secundæ substantiæ destruantur; si secundæ substantiæ sint formæ per se consistentes? Præterea, iste modus arguendi non probatur, à negatione inferioris ad negationem superioris, vt homo non est: ergo animal non est.

Solutio. Respondeo, secundæ substantiæ possunt considerari dupliciter: vno modo, quantùm ad esse formale, quod habent per intellectum; & sic possunt esse sine primis, quia illud esse, licet sit imperfectum; nunquam tamen destruitur. vel quantum ad esse fundamentale, & perfectam existentiam, quam habent in primis; & sic non possunt esse sine primis.

Secundæ substantiæ non sunt sine primis. Ad confirmationem dici potest, non esse argumentum à negatione inferioris; sed potiùs à sufficienti partiũ enumeratione. Itaq; primis substantijs non existentibus in actuali existentia, secundæ manent in esse obiectiuo, vel quidditatiuo, quia nullo singulari existente,

existente, adhuc potest quidditas intelligi, & terminare actum intellectus, sicut patet de rosa in hyeme. Aristoteles ergo vtitur duabus consequentijs ad confirmationem, suæ conclusionis, scilicet quòd omnia dicuntur, vel sunt in primis substantijs: quarum prima est, quia animal prædicatur de homine: ergo prædicatur de aliquo homine. Consequentia tenet: ex opposito consequentis, infertur oppositū antecedentis: quia si animal de nullo homine prædicatur; nec omninò de homine prædicabitur. Secunda consequentia: color est in corpore: est ergo in aliquo corpore: & tenet sicut prima. Prædictæ autem consequentiæ sunt sufficientes; quia locus à superiori ad inferius, affirmatiuè benè valet in prædicationibus essentialibus, non autem in accidentalibus: Quicquid, inquit Porphyrius de communitatibus generis, & differentiæ verificatur de genere, in quantum genus est, & de differentia, in quantum differentia; etiam verificatur de quolibet contento sub ipso. Insuper Arist: 2. topicorum docet, terminare problema de specie; sed primò aspiciendum est, si insit generi. Sed aliquis dicet hoc ab Aristotele obseruatum non fuisse; vtitur enim prædicatis accidentalibus, sicut patet de colore in corpore. Ideo ad dubium aliter responderi potest, scilicet quòd vtraq. consequentia valeat, sumendo cōmune, vt habet suppositionem personalem; & tunc talis regula est adhibenda: nihil inest alicui supponenti disiunctiuè pro multis, vt color prædicatur de corpore, vel de isto, vel de illo corpore: nisi alicui illorum indeterminatè sumpto, insit. Contrà, si ista prima consequentia est vera; etiam ista erit vera: Species prædicatur de homine: ergo de aliquo homine, est similis formæ consequentia. Respondetur, speciem non prædicari de homine, vt hîc sumitur prædicari, vt superius; sed vt habet suppositionem personalem: proinde neutra consequentia valet, nisi sic sumendo commune. Contrà, hîc est fallacia consequentis à superiori non distributo, vt ista: homo currit: ergo & iste, & ille &c. Respondeo, non esse fallaciam consequentis; quia nō arguitur ad primā substantiam determinatā determinatè, sed indeterminatè. Itē arguo, vniuersale est incorruptibile, vt dicitur in primo posteriorū. sed secundæ substantiæ sunt vniuersalia: igitur destructis primis, nō destruuntur secundæ: maximè quia destructo posteriori, non est necesse, prius similiter destrui. Respondetur, vniuersale per se esse incorruptibile: corrūpi verò per accidens, scilicet ad corruptionem singulariū. Ad confir: duplex est esse, scilicet essentiæ, & existentiæ: in secundis substantijs, manet esse primum, non autem secundum, primis substantijs non existentibus.

Prima.

Secunda consequentia.

Argumenta. 1.

Solutio.

2.

Solutio.

CAP: IX.

Species est magis substantia, quàm genus.

Porrò secundarum substantiarum &c. In hac parte Arist: probat speciem esse magis substantiam, quàm genus; quia illa est magis substantia, quæ est propinquior primæ, eò quòd illa est maxima substantia. sed species est huiusmodi: probatur, quia illud est propinquius primæ substantiæ, quod euidētiùs assignatur de ea, cùm quæritur quid ipsa prima substantia sit. sed ita res se habet de specie; nam si quæritur quid sit quidam homo; accommodatiùs, & conuenientiùs dicitur esse homo, quàm animal, eò quòd esse hominem, est proprium: esse autem animal, est commune. Similiter, si quispiam quæreret, quid sit quædam arbor; aptiùs dicetur esse arbor, quàm esse planta: & hæc est prima ratio. secunda verò est talis: Iam primæ substantiæ, inquit, sensus est, sicut primæ substantiæ se habent ad omnia alia; ita & species se habet ad genus, eò quòd species subijcet generi, & nō è conuerso, sicut primæ substantiæ subiectæ sunt omnibus, speciei,

Prima ratio.

Secunda rat:

generi, & accidentibus. Cùm ergo illud sit magis substantia, quod pluribus substat, & species pluribus substet quàm genus: igitur species est magis substantia, quàm genus. Minor probatur: quia quibuscunq. prædicatis subijcitur genus essentialiter; subijcitur etiam species: & cum hoc subijcitur ipsi generi, per illam regulam: Quicquid est prius priore; est prius posteriore: & quicquid est superius superiore; est etiam superius inferiore.

Argumenta. 1. Contrà sic arguo: omnis propria passio plus cõuenit vniuersali quã particulari; ideo enim est Socrates risibilis, quia est homo. sed substare est propria passio substantiæ, vt dictum est: ergo priùs conuenit substantiæ vniuersali, quàm particulari, siue primæ.

Solutio. Respondetur, Substare accidentibus posse accipi duobus modis: aptitudinaliter, & actualiter: primo modo concedo: secundo autem modo nego. Prima enim substantia actualiter substat, & consequenter species, propterea dicitur prima maximè, & principaliter substantia. Contrà, Ærist: tradidit met: 8. Tex: 1. genera & species esse magis substantias. Respondeo, substantiam posse accipi duobus modis: primo, vt dicit essentiam: secundo, vt dicit existere, & substare accidentibus. Secundùm autem primum modum, species est magis substantia, quàm indiuiduum: cùm essentia competat indiuiduo ratione speciei. Secundùm verò alium modum, e contrà uerso res eueniet; species enim & genera dicuntur substare accidentibus respectu indiuidui.

2. Item, substantia nõ suscipit magis & minùs, vt postea in sequenti textu patebit: ergo species non est magis substantia quàm genus. Præterea, genus pluribus substat, quàm species; quia substat accidentibus omnium specierum. sed nulla vna species substat omnibus, & tot accidentibus: ergo non est magis substantia quàm genus.

Solutio. Respondetur: Substantia potest accipi duobus modis: vno quidem modo, quantùm ad suum esse substantiale; & sic non suscipit magis & minùs: secundo autem modo, quantùm ad esse accidentale, quod est substare accidentibus; & sic illa dicitur magis substantia, quæ actu & immediatè pluribus substat accidentibus, cuiusmodi est indiuiduum ratione speciei, & species respectu generis. Ad confirmationem dico, quòd illud non dicitur magis substantia, quòd pluribus substet; sed quòd immediatiùs substet. sed species est talis: ergo est magis substantia. Præterea, genus substat pluribus, quantùm ad numerum accidentium, non autem quantùm ad plures modos substandi alijs, quia species substat alteri, vt species accidẽtibus, & vt inferius superiori.

3. Item, genus priùs conuenit primæ substantiæ, quàm species; quia Socrates priùs est animal quàm homo: ergo genus est propinquius primæ substantiæ, quàm species, & per consequens malè dicitur, quòd species sit propinquior primæ substantiæ genere. Præterea, genus magis conuenit cum prima substantia, quàm species; quia sicut indiuidua variantur quasi infinitum; similiter & genus de se est indeterminatum, & confusum. igitur magis propinquat ad indiuiduum quàm species.

Solutio. Respondetur, via generationis, genus priùs concurrere ad esse primæ substantiæ, quàm speciem; non tamen esse propinquius primæ substantiæ, quantùm ad eius modum essendi: nec quantùm ad modum substandi alijs: sed speciem illo modo esse propinquiorẽ primæ substantiæ, quàm genus. Ad confirmationem, licet indiuiduum sit indeterminatum quantùm ad conditiones eius accidentales; tamen quantùm ad esse substantiale, est determinatum, cum illud sit vnum numero: genus autem non habet huiusmodi determinationem, cùm sit quoddam confusum: idcirco hac ratione non dicitur proximius primæ substantiæ, quàm species.

4. Item, nulla forma, quæ non est partibiliter acquisibilis, suscipit magis & minus, vt dicit Arist: 5. & septimo physicorum. sed substantia est forma non partibiliter acquisibilis, vt ibidem dicitur: ergo species cùm sit talis forma non suscipit magis & minus.

Solutio. Respondetur, suscipere magis & minus potest intelligi duobus modis: vno modo, primæ intentionaliter, vt tantùm valeat, sicut formam aliquam habere latitudinem graduum; & hoc modo non conuenit substantiæ: alio modo capitur secundæ in-

dæ intentionaliter, vt tantùm valeat, sicut subijci, & prædicari de aliquo cum hoc aduerbio magis vel minus: & sic substantia secundæ intentionaliter sumpta, suscipit magis & minus; quia pluribus modis substandi, substat species, quàm genus.

CAP: X.

Quòd vna species non sit magis substantia quàm altera.

Tex: Arist:

AT verò species nulla, earum quæ genera non sunt, magis quàm altera substantia. Deinceps ostendit inter species specialissimas, vnam non esse magis substantiam, altera. Nam si quis, inquit, hominem de aliquo homine assignet; non manifestius assignabit, quàm equum de aliquo equo. Deinde addit: inter primas substantias, quòd vna non sit magis substantia quàm altera. Itaq; species specialissimæ de genere substantiæ, æqualiter dicuntur secundæ substantiæ; quia æqualiter appropinquant primis, & æqualiter substant accidentibus. Primæ quoq. substantiæ sunt æqualiter substantiæ, quia æqualiter substant accidentibus; licet vnum indiuiduũ substet pluribus accidentibus, quàm aliud, æqualiter tamen primò substant. sed substantia non dicitur magis substantia, propter numerum illorum, quibus substant; sed potiùs propter plures, & perfectiores modos substandi, quàm aliæ substantiæ: nam species habet modum substandi determinatum, genus autem confusum. species habet modum determinatum per specificam differentiam, indiuiduum autem per numerum: & hoc modo, species est propinquior indiuiduo, quàm genus; non autem quantum ad esse per se: quia cùm genus & species faciunt vnum esse essentialiter cum indiuiduo, & tale esse consistat in indiuisibili; vnum non potest dici magis substantia, quàm alterum; quia tale esse non capit augmentum, aut decrementum. Contrà, si omnes species contentæ sub animali essent æquales; tunc species humana non esset præstantior cæteris speciebus, quod est falsum, vt omnium est propemodum sapientum sententia: non ergo omnes species sunt æquales. Respondetur, licet quòd vna species specialissima sit altera perfectior, quantùm ad gradũ suæ naturæ; quantùm tamen ad modum substandi suis accidentibus, vna non est perfectior alia; sed hoc modo omnes species specialissimæ de prædicamento substantiæ sunt æquales. Contrà, vna species substat pluribus accidentibus, quàm altera: ergo non æqualiter substant. Consequentia patet: antecedens probatur: quia homo substat accidentibus corporeis longitudini, candori, ponderi, & incorporeis vitijs & virtutibus, quibus tamen non substat leo. Respondetur, magis substantia potest intelligi duobus modis: vna species est magis substantia quàm altera, scilicet pluribus substat, & sic concedo: alio modo magis, id est, immediatiùs, & sic nego; ita enim homo, ac leo suis accidentibus immediatè substat. Iure autem tex: 2. Sensus est: post primas substantias, genera, & species esse secundas, duabus rationibus probari potest. Quarum prima est, illæ dicendæ sunt secundæ substantiæ, quæ indicant esse primæ substantiæ. sed huiusmodi sunt genera, & species, probatur: quia si quis assignauerit quid sit aliquis homo; conuenienter assignabit, esse speciem vel genus, id est, hominem, vel animal; aptius tamen ille fecerit, si hominem esse dicat: at si quid cæterorum omnium afferat; alienum erit à natura hominis, vt si assignet album, aut currit, aut aliquid aliud simile. Quapropter ex reliquis rebus omnibus, hæ solæ meritò substantiæ vocantur. Præterea, & hæc est secunda ratio: sicut primæ substantiæ ad omnia alia se habent; ita species & genera primarum substantiarum ad reliqua omnia se habent. sed

Vna species non est maior altera.

Argumenta.

Solutio.

De secundis substantijs.

primæ substantiæ dicuntur propriæ, & primæ: eò quòd omnibus subiaceant: ergo genera, & species substantiarum, dicuntur secundæ; quia cætera omnia de ipsis prædicantur: si enim aliquem hominem dicimus esse grammaticum; hominem quoq. & animal dicemus esse grammaticum.

CAP: XI.

Tex: Arist:

De proprietatibus substantiæ.

Prima proprietas substantiæ

Esse in subiecto.

Oc autem omni substantiæ commune est, nō inesse in subiecto. Pro cuius rei notitia sciendum, quòd hæc negatio, non esse in subiecto, non accipitur purè negatiuè; sed vt per ipsam detur intelligi affirmatio, scilicet quòd subsistit: esse enim per se, est formale, siue proprius modus substantiæ, ad quem sequitur, proprium illius scilicet non esse in alio. Præterea, subsistere importat duo, vnum positiuè, & aliud negatiuè; importat enim actū essendi ipsius substantiæ, & hoc affirmatiuè: importat quoq. quandam habitudinem ad aliud, negatiuè; quia importat negationem habitudinis huius actus essendi ad aliud, cui inhæreat, & hoc actu, & aptitudine, quia repugnat sibi inhærere alicui, tanquam alieno supposito. Substantia ergo non est in subiecto, tanquàm in alieno supposito, sicut est accidens in re completa: & sic solum accidens dicitur esse in subiecto cui aduenit post completā naturā subiecti. Prima ergo est proprietas substantiæ esse non in subiecto. per hoc autem quod dicitur esse, excluditur chimæra, & omnia non entia, quibus non conuenit hæc proprietas, cùm non sint. Et per hoc quod dicitur non in subiecto, excluduntur omnia accidentia, eò quòd illa sint in subiectis: & si proprietas est affirmatiua, quia manet esse affirmatum; sed solùm negatur in subiecto. per hoc autem, quòd dicitur, commune omni substantiæ: hæc proprietas est secundi modi, quia cōuenit omni; sed non soli, quia conuenit differentijs substantialibu quæ non sunt substantiæ, quia non prædicantur in quid; sed in quale, quamuis sint substantiæ secundùm rem, eò quòd ex ipsis fiat substantia: ex non substantijs autem, no potest fieri substantia. Ex quo patet, quòd sicut conuenit accidenti à toto genere a alio subiectiuè dependere; ita cōmune est omni substantiæ in subiecto non esse, qu est ens per se. Duplex est autē dependentia accidentis subiectiua & obiectiua: subiectiua quidē, quia non potest sine subiecto propria virtute subsistere: Obiectiua autē quam habet accidens per comparationē ad aliquem terminū, sicut dicimus, quòd pater sit dependens ad filiū, & dominus ad seruū: talis autem dependentia propria e vni accidenti, quod dicitur ad aliquid. Substantia autem cùm neutro modo dependeat, quia per se potest consistere, & ad aliud non refertur; rectè dicitur non esse i subiecto; quia ipsa est, vt Plato ipse est, & non est in alio sicut accidens in subiecto Hæc autem proprietas conuenit rebus & terminis: conuenit enim omni rei, quæ substantia est, non esse in subiecto, sicut accidens est in subiecto. conuenit etiam omn termino de prædicamento substantiæ, in subiecto non esse sicut accidens. prædicar quoque conuenit non accidentaliter, seu denominatiuè; cùm absolutè significet substantiam rei. neq. denominatiuè denominatione propriè dicta: quia, quod sic prædicatur, est in subiecto. sed nulla substantia est in subiecto: ergo nulla substantia prædicatur denominatiuè.

Differentiæ sunt substantiæ.

Duplex depēdentia.

CAP: XII.

Argumenta.

Contr

Ontra prædicta sic arguo: Partes integrales substantiæ, sunt substantiæ, & tamen sunt in subiecto: ergo male dictum est, commune esse omni substantiæ in subiecto non esse. Respondetur, partes integrales sunt in Solutio.
alio, non tamen secundùm illum modum essendi, in quo aliquid est in subiecto sicut accidens; sed sicut pars integralis in toto, vt digitus in manu, & paries in domo; alius enim est modus essendi, quo pars est in toto, & quo accidens est in subiecto: quia partes constituunt totum, accidens verò non constituit subiectum; sed potiùs constitutū esse consequitur. Contrà: si ita res se haberet; tunc secundæ substantiæ essent accidentia, quia sunt inprimis, quæ sunt entia cōpleta ex materia & forma. Respondetur, quòd esse in ente cōpleto, ita, vt tale ens possit esse completum sine eo; sine dubio, accidens est dicendum. sed substantia secunda hoc modo non est in prima; quandoquidem prima nō possit esse completa sine secunda. Item,
non esse in subiecto, est de essentia ipsius substantiæ: igitur non est proprium ipsius. 2.
Consequentia est manifesta, quia proprietas sequitur principia essentialia. Antecedens patet, quia non esse in subiecto, idem est, quod esse per se: sed per se esse, est de ratione substantiæ, quia substantia est ens per se sicut accidens est ens per aliud siue in alio. Respondetur, ad essentiam substantiæ non spectat nō esse in subiecto; quia Solutio.
non est idem quod esse per se; sed potiùs superaddit ei modum essendi in, quem non habet accidens: & sic secundùm rationem distinguitur ab ea. Contrà, si non esse in subiecto, est proprium: ergo non est commune substantiæ, quia proprium & commune opponuntur. Antecedens patet, quia conuenit omni, soli, & semper: ergo est proprium. Respondetur esse proprium substantiæ in communi acceptæ, & commune substantiæ per comparationem ad ea, quæ sub ipsa continentur. Contrà, proprietates conueniunt speciei, & non generi generalissimo, cuiusmodi est substantia. Respondetur, proprietates propriissimè acceptas competere speciebus: communiter verò generalissimis, & subalternis specierum; vt proprium est quantitati diuidi in infinitū, & sensibile est propria passio animalis. Item, istæ proprietates, non soli, neq. omni 3.
substantiæ conueniunt: ergo non sunt propriæ substantiæ. Antecedens patet, quia forma substantialis est substantia, & tamen est in subiecto, quia est in materia, quæ est subiectum vnicuiq. primum, vt dicitur 1. phys: conuenit accidenti in Sacramento Altaris, in quo est albedo, sapor, qantitas sine subiecto: chimæra quoq. non est in subiecto, & tamen non est substantia: igitur non esse in subiecto, non est proprietas substantiæ. Respondetur, forma substantialis est in subiecto, sicut perfectio eius prima, Solutio.
faciens cum suo subiecto vnum totum compositum simpliciter, & in esse primo. Accidens verò est in subiecto, sicut secunda eius perfectio, faciens solum vnum accidentaliter; quia omne accidens aduenit enti completo, & in actu. Ad primam confirmationem, quamuis talia accidentia virtute diuina subsistant sine subiecto; habent tamen aptitudinem essendi in subiecto. Ad aliam confirmationem: non esse in subiecto, præsupponit esse in actu completo. sed chimæra non est ens completum, nisi tantùm ens imaginabile: igitur ei non competit esse in subiecto. Item, homo est in loco, non 4.
tanquam pars loci, & impossibile est, vt sit sine loco: ergo est in loco, tanquam in subiecto. Respondetur, vt aliquid sit in aliquo, tanquam in subiecto, non sufficit illud Solutio.
non posse existere sine eo in communi, veluti, quia homo non potest esse sine aliquo loco, verùmetiam requiritur, vt non possit existere sine eo, in quo est in particulari; vt albedo, quæ in manu est, non potest migrare ex illa manu ad alteram. Item, vel 5.
esse in subiecto, capitur primæ intentionaliter, vel secundæ intentionaliter. Non primo modo, quia logicus per se non considerat res, vel primas intentiones: neq. secundo modo, quia non esse in subiecto secundæ intentionaliter, est prædicari de aliquo non nominatiuè, vt dictum est. sed prima substantia non prædicatur de aliquo, quia

non dicitur de aliquo subiecto: igitur illa proprietas non conuenit omni substantiæ. Respondetur, quòd licet prima substantia non prædicetur de aliquo, tanquam de subiecto, seu de per se inferiori; prædicatur tamen prædicatione essentiali de seipsa, & de sua differentia indiuiduali, & hoc sufficit, vt ipsa proprietas conueniat primæ substantiæ. Itaq; esse, & non esse in subiecto, est proprium substantiæ, & non accidentis; & omni substantiæ communis est hæc proprietas. Per esse autem, excluduntur non entia, & per non esse in subiecto, omnia accidentia. Tex: Hoc autem omni substantiæ commune est, non in esse in subiecto. Et primò quidem probat de primis substantijs, ex earum definitione: prima enim substantia est, quæ neq. in subiecto est, neque de subiecto dicitur. Idem probat de secundis substantijs inductiuè; homo enim de subiecto dicitur, de aliquo homine, in subiecto autem nullo est: Etenim in aliquo homine, homo non est tanquam accidens in subiecto. Similiter animal de subiecto dicitur, scilicet de homine; non est tamen in aliquo homine: eodem modo in alijs potest ostendi. Idem probat ratione: Eorum, inquit, quæ sunt in subiecto, impossibile est rationem prædicari de subiecto; quamuis aliquoties non prohibeat nomen prædicari. Sed secundarum substantiarum, tùm nomen, tùm ratio de subiecto prædicatur; nam ratio hominis, & animalis de aliquo homine prædicantur: igitur secundæ substantiæ non sunt in subiecto, neq. per consequens nulla substantia est in subiecto. Tex: Sed nõ est substantiæ hoc proprium &c. Sensus est: hæc proprietas conuenit etiam differentiæ: nam bipes & gressibile de subiecto prædicantur, scilicet de aliquo homine, in subiecto verò nullo sunt; non enim est in homine bipes, & gressibile. Ratio etiam differentiæ de illo dicitur, de quo ipsa differentia prædicatur. verbi gratia: sicut gressibile de homine prædicatur; ita etiam & ratio gressibilis. Quare, ea ratione, qua secundæ substantiæ non sunt in subiecto, eò quòd nomine, & ratione prædicentur de subiecto; etiam differentiæ non sunt in subiecto. Porrò, differentia secundùm rem idem est quod genus, & species: differt verò, quoàd modum prædicandi sicut dictum est. Tex: Nec verò conturbare &c. quia posset aliquis dicere, partes substantiarum sunt substantiæ, & sunt in toto, sicut in subiecto: ergo substantia est in subiecto. Sunt, inquit, in toto, vt partes, non autem vt accidentia: aliqui putant differentiam hîc vocari partem, quia est pars speciei: aliqui verò partes integrales, similiter materiam, & formas, quas Arist: dicit esse substantias, & esse in toto sicut partes, non autem sicut accidentia. Hoc autem interest inter partes & accidentia, quòd partes faciunt vnum per se; vt materia, & forma vnam naturam: caput verò & reliquæ partes vnum compositum: accidentia verò neutrum modum habent ad vnum per se constituendi. Insuper, partes separatæ à toto suis officijs priuantur: nõ autem accidentia; quia non sunt vnum cum toto sicut partes.

Solutio.

Non esse in subiecto.

Partes,

CAP: XIII.

Secunda proprietas.

Tex: Arist:

Oc autem essentiis ipsis, & differentijs tributum est &c. Dicit secundam proprietatem substantiæ competere substantijs secundis, & differentijs substantialibus vniuocè prædicari de primis: Quæcunq;, inquit, secundùm nomen, & rationem prædicantur de primis substantijs; illa vniuocè prædicantur; quia vniuoca sunt, quorum nomen commune, & ratio substantiæ eadem. Sed species prædicatur de indiuiduis nomine, & ratione: & genus, & differentia de specie, & de indiuiduis nomine, & ratione prædicantur. Primæ substantiæ suscipiunt rationem specierum, & generum: species verò rationem ge-

nem generis; ea enim quæ dicuntur de prædicato; de subiecto quoq; dicuntur, vt quia rationale dicitur de homine; dicitur etiam de quopiam homine: & substantia animata sensitiua dicitur de homine; dicitur etiam de aliquo homine. Sed aliquis non temere dubitabit, differentiæ non componuntur ex genere, & differentia: non habent ergo definitionem quidditatiuam. Sed simplices conceptus, quomodo de primis prædicantur? vtique per quandam descriptionem, per quam illarum natura explicatur. Tex: De primis substantijs: Per quod excluduntur genera, & species accidentiũ, quæ quamuis prædicentur vniuocè de suis inferioribus; non tamen de primis substantijs. Porrò, vniuocè prædicari capitur tripliciter: primo modo, quando vnum significatum prædicatur de multis; & sic complectitur prædicari denominatiuè: vnde accidens hoc modo prædicatur vniuocè de primis substantijs: secundo modo communiter, pro eo, quod prædicatur vno nomine, & vna ratione, siue descriptiuè, siue quidditatiuè; & sic proprium prædicatur vniuocè de primis substantijs: tertio modo propriè, & illi soli conuenit, quod prædicatur secundùm vnum significatum, quod inest essentialiter substantiæ primæ; & hoc modo intelligenda est proprietas secunda: hoc enim modo accidentia prædicantur contingenter, siue denominatiuè de substantijs primis. Et nota, quòd hæc proprietas est quarti modi, si substantia generaliter accipiatur: si verò specialiter, pro substantia completa; tunc est secundi modi: quia conuenit differentijs quoàd significatum, non autem quoàd modum significandi.

Differentiæ non habent propriam definitionem.

Vniuocè prædicari tripliciter.

CAP: XIIII.

Tertia proprietas.

Omnis etiam substantia quiddam hoc, vel illud significat &c. consequenter ponit tertiam proprietatem: cuius talis est sensus: omnis prima substantia significat hoc aliquid: id est, omnis prima substantia, est vna numero, siue indiuiduum de genere substantiæ incommunicabile. Secunda autem substantia videtur significare hoc aliquid: secundæ autem videntur quidem illæ similiter figura appellationis, hoc est, sub simili formatione nominis, significare indiuiduum; sed non significant hoc aliquid, id est, naturam vnam numero, & incommunicabilem; sed potiùs quale quid, naturam pluribus communem & substantiali qualitate determinatam. verùm quia eadem est natura considerata in specie, & in indiuiduo; ideo etiam idem nomen sub simili formatione significat naturam in specie, & in indiuiduo: & cùm illa in indiuiduo significat hoc aliquid; videtur illud nomen, quod significat naturam in specie, hoc aliquid significare: ideoq; per hanc figuram appellationis sæpè decipimur secundùm fallaciam figuræ dictionis. Quod patet, quia illud quod subiectum est, non est vnum, sicut illud est vnum, quod significatur per primam substantiã. Cùm ergo significare hoc aliquid, sit significare naturam incommunicabilem, significare verò quale quid, sit significare naturam communicabilem; inde sequitur, secundam substantiam non significare hoc aliquid. Porrò, hæc proprietas relata ad substantiam primam, est proprietas 4. modi: relata verò ad substantiam in sua communitate, est proprietas primi modi. Differunt verò inter se: nam prima datur de substantia, quantùm ad modũ essendi, secunda quantùm ad modum prædicandi, tertia quantùm ad modum significandi. Item, prima conuenit primis, & secundis substantijs: secunda inter substantias, solùm conuenit secundis substantijs: tertia solùm primis. Item est notandum, tria esse necessaria ad significandum hoc aliquid: primum est, quod significet rem singularem, quod ostenditur per pronomen hoc: secundum, quod significet rem subsistentem per se: ideoq; acciden tia non

Tex:

Hoc aliquid.

Tres proprietates.

Hoc aliquid.

tia non significant hoc aliquid: tertium quod significet rem perfectam subsistentem: idcirco anima rationalis à corpore separata non significat hoc aliquid. Albertus dicit, quòd debet esse indiuiduum; ideo vniuersale non potest esse hoc aliquid: secundum quòd sit subsistens; propterea accidentia particularia non sunt hoc aliquid: tertium quòd subsistat; idcirco partes integrales, vt partes, non sunt hoc aliquid. Substantia secunda significat quale, quoàd intellectus considerationem; sed quid quoàd rem ipsam. vnde secunda, & tertia proprietates conceptibus deseruiunt; non enim res per se prædicantur, nisi per intellectum conceptæ, & verbis exprimantur.

CAP: XV.

Quarta proprietas.

Tex: Arist:

Quæ sint necessaria, vt aliqua sint contraria.

IAm hoc etiam substantijs insitum est, vt ipsis nihil sit contrarium &c. Pro intellectu quartæ proprietatis sciendum, tria requiri, vt aliqua verè sint contraria: quorum primum est vnitas generis: vnde quæ sub diuersis sunt generibus, non sunt contraria; sed diuersa: secundum, formarum positiuarum conditio; quando enim vnum est positiuum, alterum verò priuatiuum, contraria dici non possunt: tertium formarum ad inuicem repugnantia, sicut caliditas, & frigiditas. Quare ignis & aqua si considerentur secundùm se, & secundùm substantiam suam, non sunt contraria; sed potiùs secundùm proprias qualitates, quibus inuicem pugnant. Hac de causa vnumquodq; corrumpitur à contrarijs qualitatibus, quibus constat: homo autem & equus non sunt contraria, sicut calidum & frigidum. Sed aliquis diceret: Si substantia suscipit contraria, vt dicitur in sexta proprietate; quare non habebit contraria? Respondetur, quòd suscipere contraria, est esse subiectum contrariorum: habere verò contraria, est esse contrarias qualitates sese mutuò expellentes. vnde substantia non habet contrarium secundùm se; sed ratione dispositionis: propterea substantia propriè non corrumpitur; sed dissoluitur debita proportio. Sed nota, quòd contrarietas dicitur tribus modis: vno modo, vt est perfecta distantia oppositarum differentiarum, in eodem genere: cuius subiectum est primum genus, ad quod illa contraria reducuntur, sicut ad vnum genus, & ad vnum subiectum, in quo sunt potestate, vt dicitur 8. met: & sic in omni prædicamento, est vna prima contrarietas, & hoc modo in substantia, vt substat, & quatenus est subiectum, non est contrarietas; sed bene habet contrarium, vt dicitur essentialis forma; quia vna differentia est alteri contraria: sed hoc modo non loquitur philosophus, quia differentia propriè non ponitur in genere: alio modo sumitur pro oppositione priuationis, & habitus, siue formæ contrariæ circa eandem materiã, quæ vtrique substat. sed illi nihil est contrarium, quia materia nulli contrariatur, vt in fine primi phys: dicitur. tertio modo propriè dicitur contrarietas, & illa reperitur in qualitatibus contrarijs, de qua loquitur proprietas ista: Inuenitur autem hæc proprietas in quantitatibus; bicubito enim nihil est contrarium. hoc autem intelligendum est de quantitatibus determinatis, cuiusmodi sunt species quantitatis, puta ternarius, quaternarius, linea, corpus, quæ contraria non habent: secus verò se habet de quantitatibus indeterminatis, cuiusmodi sunt magnum & paruum, quorum non est certa ratio, cùm vnum collatione alterius dicitur paruum: & modò vni speciei, modò alteri indeterminatè insint. vnde in prædicamento quantitatis dicit ista esse ad aliquid. Nota insuper, quòd substantia potest accipi dupliciter: primò pro forma essentiali, quæ est determinatiua generis ad esse speciei: secundùm quem modum, differentia dicitur substantia: & hoc modo aliquid contrariatur substantiæ, id est, formalis di-

Instantia. Nota. Triplex contrarietas. Substantia dupliciter.

stantia

stantia oppositarum differentiarum, qua genus immediatè diuiditur; vna enim alteri opponitur, quia vna expellit alteram, vt sensibile, insensibile, corporeum, incorporeum: alio modo accipitur substantia pro ente completo, & per se subsistente. Hoc modo substantiæ nihil contrarium, cùm subiectum sit omnium contrariorum.

CAP: XVI.

Quinta proprietas.

Llud præterea substantijs conuenit: ponit quintam proprietatem, asserens substantiam non suscipere magis & minus. Pro cuius rei intellectu sciendum, quòd aliquid suscipere magis & minus, intelligitur dupliciter: vno modo per se, quando in suo proprio esse intenditur, vel remittitur: & ita substantia non suscipit magis & minus; quia eius esse est indiuisibile, propterea non potest recipere magis & minus: secundò accipitur per accidens, quatenus magis vel minus accedit ad primam substantiam, vel pluribus substat. Itaq; primæ substantiæ si inter se conferantur, non suscipiunt magis & minus; Plato enim non est magis homo, quàm Socrates: nec vnus equus est magis substantia quàm alius. similiter species specialissimæ si inter se conferantur, & genera, quæ ex æquo à speciebus distant. Aliter, si substantiæ conferantur, suscipiunt magis & minus: Homo, inquit, non est magis & minus homo, sicut album est magis album altero, & bonum magis bonum. Illud enim à se magis & minus, vt corpus cùm sit album, magis nunc album dicitur quàm priùs: & calidum magis nunc calidum. Nullus autem homo magis nunc homo dicitur quàm priùs: igitur substantia non recipit magis & minus, ratione formæ, quæ simpliciter est; sed bene ratione materiæ, & quantitatis. Inde vna substantia non est perfectior altera in ordine ad substantiam, & rationem substantiæ; sed si ad inuicem conferantur, vna est perfectior siue dignior altera. Et vera intensio, siue augmentum fit per depurationem contrarij à contrario; sed remissio, siue decrementum per admixtionem contrarij cum contrario. sed substantiæ nihil est contrarium: igitur quod prius, scilicet quòd vna substantia non sit magis nunc substantia, quàm alio tempore, sicut hoc album, vel hoc honestum.

Tex: Arist:

Suscipere magis & minus.

CAP: XVII.

Sexta proprietas.

Ed hoc substantiæ est proprium maximè &c. Vltima proprietas substantiæ, quòd cùm sit vna numero, recipit contraria; est enim subiectum accidentium: sed quædam accidentia sunt sibi contraria, puta qualitates contrariæ: substantia ergo est subiectum contrariorum. Hæc autem est proprietas substantiæ quarti modi, cum mutatione sui, ad distinctionem orationis, & quantitatis, quæ sine mutatione sui contraria recipiunt: nam quantitas suscipit contraria secundùm mutationem subiecti, in quo est: oratio verò suscipit contraria secundùm mutationem rei: siquidem ab eo, quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Quòd verò substantia suscipiendo contraria, mutetur, probatur: Illud mutatur, quod se habet aliter nunc, quàm priùs. sed ita est res in substantia; Socrates enim aliter se habet, quando est albus, quàm quando est niger: igitur substantia suscipit contraria, secundùm mutationem sui. Ratio autem est, quia illud quod recipit contraria, mutatur, & patitur ab eis. sed oratio vel opinio ex eo, quòd vera vel falsa est, non mutatur, neq. patitur; sed potiùs mutatur res, de

Tex: Arist:

Substantia suscipit contraria.

camento substantię

qua est oratio seu opinio. Cùm ergo substantia suscipiat languorem & sanitatem, candorem & nigredinem, bonitatem & malitiam; maximè proprium est substantiæ, recipere contraria secundùm actum. Tria autem sunt necessaria, vt aliquid sit susceptibile contrariorum, primum est, vt ipsum substet contrarijs: secundum vt ipsum mutetur, & aliquid patiatur à contrarijs: propterea oratio & opinio, quæ absolutè non recipiunt has passiones; sed tantùm respectu alterius, propriè non recipiunt contraria: tertium, vt sit idem & vnum numero; hac de causa secundæ substantiæ non dicuntur suscipere propriè contraria secundùm actum, eò quòd non primò substant illis, nec primò patiuntur ab ipsis: sed solùm ex consequenti, quamuis aptitudo ad suscipiendum primò conueniat secundis substantijs, de veritate. Cæterùm, obseruandum veritatem esse in rebus, & in intellectu: est autem in intellectu duobus modis, veritas simplex: correspondens actui simplici intellectus: veritas complexa correspondens actui complexo. veritas simplex est conformitas actus simplicis ad obiectum intelligibile simplex, & huic veritati non opponitur falsitas; sed tantùm ignorantia, quia simplex actus intellectus non est formaliter falsus. 3. de anima, intellectus circa suum quodquid semper est verus: veritas autem complexa est, conformitas actus compositi intellectus ad obiectum complexum, cui veritati contrariè opponitur falsitas, priuatiuè ignorantia. Ex quo patet, quòd entitatiuè veritas sit respectus, realis quidem, quatenus est in rebus: in quantum verò est in intellectu, ex parte fundamenti est realis: ex parte autem termini, est respectus rationis. Probatur, quia veritas fundatur in actu intellectus, qui est quædam qualitas realis absoluta; sed eius terminus, est obiectum cognitum, quod, vt sic, non habet esse reale; sed diminutum. Porrò veritas fundamentalis, & realis subiectiuè est in rebus: formalis verò est in actu simplici, vel complexo intellectus: comparat autem intellectus actum suum ad obiectum, vtrum sit illi conformis, nec ne: in qua planè comparatione intelligit ipsam conformitatem, quæ est formaliter ipsa veritas: hæc autem comparatio non fit sine compositione, & diuisione. Ex quo patet, quòd in sola compositione, & diuisione intellectus est veritas obiectiuè. veritas in rebus absolutè sumpta, est similitudo rei productæ ad producentem; res enim creatæ imitantur diuinum exemplar, à quo producuntur, & aliquo modo assimilantur: veritas in filio Dei, est summa, & adæquata similitudo ad primum producens.

In quibus est veritas.

In quo subiectiuè est veritas.

CAP: XVIII.

Argumenta.

1\. Contra prædicta sic arguo: Differentiæ substantiales non habent rationem, cùm earum non sit differentia: igitur non prædicantur nomine, & ratione. Solutio. Respondetur, vt aliquid prædicetur vniuocè, siue ratione, non est illi opus, vt habeat definitionem; sed sufficit, vt sit illi essentiale, de quo prædicatur.

2\. Item, secunda substantia significat quidquid significat prima, quia sicut Socrates significat naturam hominis; ita & homo. sed prima substantia significat hoc aliquid: ergo & secunda. Solutio. Respondetur, si maior intelligitur de primario eius significato, est falsa; quia significat naturam communicabilem multis: si verò de secundario, & ex consequenti; tunc est vera, quia etiam homo significat vnam naturam indiuisibilem.

3\. Item, aqua & ignis sunt substantiæ, & vnum elementum expellit alterum: ergo substantiæ est aliquid contrarium. Solutio. Respondetur, illa elementa non habere contrarium secundùm suas formas essentiales; sed bene secundùm formas accidentales: quæ sunt calidum, & frigidum, siccum & humidum. Contra

o mni

omne quod corrumpitur, corrumpitur à suo contrario. sed multæ substantiæ corrum
puntur: ergo habent contrarium. Dico, quod corrumpitur, corrumpi à qualitatibus
contrarijs quibus constat; & sic substantia dicitur corrumpi per accidens, ratione
qualitatum accidentalium. Item, illa, quæ intenduntur in mixto, recipiunt magis &
minus. sed substantiæ in mixto sunt tales, puta aqua & ignis: igitur suscipiunt magis
& minus. confirmatur, quia rationale est substantia; & tamen sucipit magis & mi-
nus. similiter, ignis lux est magis lux, quàm ignis flamma, & ignis flamma, quàm ignis 4.
carbo. Cùm ergo ignis sit substantia completa, sequitur quòd substantia suscipit ma-
gis & minus. Respondetur, quòd elementa in mixto secundùm suas qualitates inten- Solutio.
dantur, & remittantur; non tamen secundùm esse essentiale: ideoq́ non suscipiunt
magis & minus. Ad primam confir: Rationale dupliciter consideratur: vno modo
quantùm ad formam, quam importat, & sic non recipit magis & minus; quia illa
est indiuisibilis: alio modo vt principium operationis ex parte materiæ, non autem
ex parte formæ; & sic recipit magis & minus. Ad secundam confir: de luce &c. Di-
co lucem ignis quantùm ad esse substantiale non habere magis & minus esse, quàm in
flamma; sed solùm quantùm ad eius accidentia, vt sunt raritas, & densitas, luciditas
& similia: quare secundùm proprium esse, non suscipit magis & minus. Contrà Boe-
tius dicit, quòd animal sit magis animatum quàm planta: igitur aliqua substantia su-
scipit magis & minus. Respondetur, quòd aliquid magis animatum dicitur duplici-
ter: vno modo, quia intensius est animatum; & sic negatur: alio modo, quia in suis o-
perationibus vtitur pluribus potentijs animæ; & sic admittitur. Nec tamen inde se-
quitur quòd suscipiat magis & minus; quia non intenditur, neq. remittitur. Item,
impossibile est duo prædicata contraria, vt sedere, & non sedere successiuè denomi- 5.
nare idem, puta eandem orationem, siue opinionem sine illius mutatione: igitur ora-
tio recipiens contraria, mutatur. Respondetur, quòd duplex est mutatio, quædam ad Solutio.
se, quando scilicet aliquod subiectum mutatur secundùm aliquod absolutum, & de
hac loquitur Arist: quia nulla tali mutatione facta in oratione, sed tantùm in re,
oratio dicitur vera vel falsa. Alia est mutatio, quæ est ad aliud, quando scilicet ali-
quid mutatur secundùm aliquod respectiuum; & sic bene oratio mutatur. Item, an-
geli sunt substantiæ, & tamen non recipiunt contraria sicut homines; quia non pos- 6.
sunt peccare. Item cælum est vera substantia, alioqui esset corpus accidentale; & ta-
men non recipit contraria: ergo non omnis substantia recipit contraria. Respondetur, Solutio.
angeli ex propria natura sunt mutabiles: & possunt recipere contraria, mutari de
bono in malum. Quòd verò modò non possint peccare, gratiæ Dei tribuendum est.
Corpora autem cælestia sunt susceptiua differentiarum contrariarum secundùm si-
tum. Contrà: Eadem superficies suscipit album & nigrum, & tamen non est substantia:
ergo. Respondetur, quòd eadem superficies suscipit contraria tanquàm subiectum
quo, non tamen tanquàm subiectum quod, dans eis existentiam, quod facit substantia.
Contrà, mutatio substantiæ vocatur generatio, & corruptio ab Arist: 5. phys: sed per
generationem, & corruptionem, substantia manens eadem numero, non suscipit con-
traria: substantia ergo, cùm sit vna numero, non suscipit contraria. Respondetur,
quòd generatio dicitur esse mutatio substantiæ formaliter, & terminatiuè: sub-
iectiuè autem, & materialiter, est alteratio, siue mutatio, & sic recipit contraria.
Contrà, duo contradictoria non possunt verificari de eodem sine mutatione illius rei,
de qua dicuntur. sed falsum & verum sunt contradictoria: non ergo possunt verifi-
cari de oratione sine mutatione ipsius. Respondetur, verum est de mutatione in ali-
qua forma absoluta, non autem in respectiua, cuiusmodi est falsum, & verum:
ideo bene verificantur de propositione, per mutationem rei, & nulla
facta mutatione in oratione, siue opinione.

COORDINATIO GENERVM ET ſpecierum in prædicamento QVANTITATIS.

Continua	Quantitas	*Diſcreta* { *Numerus* / *Oratio.*	
Habens poſitionem	Continua	{ *non habens poſitionem in partibus:*	*tempus*
Intrinſeca	Habens poſitionẽ	*extrinſeca:*	*locus*
Secundùm plures dimenſiones }	Intrinſeca }	*Secundùm vnam:*	*linea*
Secundũ tres	Secundũ plures	*Secundũ duas:*	*ſuperficies*
Solidum	Secundũ tres	*cubicũ:*	*quantitas taxillaris*
Stopa	Solidum	*Cantharus.*	

CAP: I.

Prædicamentum Quantitatis.

Quare incepit loqui à quantitate.

IN principio iſtius prædicamenti, mouetur quæſtio, quare poſt determinationem prædicamenti ſubſtantiæ, philoſophus diſputationem contexuit de prædicamento quantitatis? Dici poteſt, quia immediatiùs ineſt ſubſtantiæ, quàm alia accidentia: prædicamenta autem accidentium ordinantur inter ſe, ſecundùm quod propinquiùs accedunt ad ſubiectum. ſed quantitas propiùs accedit, & inhæret ſubſtantiæ materiali; quia omnia accidentia ſunt in ſubſtantia materiali, mediante quantitate; hac de cauſa priùs loqui voluit de quantitate. Præterea, quantum coexiſtit enti; omne enim ens, aut eſt vnum, aut plura, quæ ad quantitatem pertinent. Item ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum aliorum, vel primò, vel ex conſequenti ſuſcipit alia per motum: nihil autem mouetur niſi quantum, ideo Ratio ordinis *ſtatim poſt ſubſtantiam, quantitatem poſuit. Item, pluribus in rebus ſibi communicant ſubſtantia & quantitas, ſicut non habere contrarium, non ſuſcipere magis vel minus, per ſe diuidi in partes, quod nulli alteri accidenti conuenit. Item, ſubſtantia* Ratio diuiſionis. *eſt potentia diuiſibilis, & fit actu diuiſibilis per quantitatem. Item de quantitate, tanquam de ſubiecto, & ſubſtantia eſt ſcientia mathematicalis. Iure ergo philoſophus exordium ſumpſit loquendi à quantitate, cùm ſit primum accidens ſubſtantiæ. Hæc de ratione ordinis: deinceps conſiderandus ordo diuiſionis. In principio ponit diuiſionem quantitatis, non definitionem &c. Quantitatis, inquit, aliud continuum aliud diſcretum: ſenſus eſt, generis quantitatis, aliud eſt genus continuum, aliud diſcretum, cuius diuiſionis ſufficientia ſic haberi poteſt: Omnis quantitas denominat ſubſtantiam; & eſt eius menſura: vel ergo denominat eam quantam; & ſic eſt quantitas continua: vel quotam; & ſic eſt quantitas diſcreta. Quantitas continua præponitur in diuiſione: & in definitione ſequitur diſcretam: cuius ratio eſt, quia procedendũ eſt à notioribus nobis. ſed quantitas continua quoâd nos eſt notior diſcre-*

ta. In definitione verò, proceditur à notioribus naturæ; & sic simpliciora sunt notiora: quantitas autem discreta, est simplicior continua: ergo &c. Posuit in neutro genere aliud, & non aliam; vt ostenderet membra huius diuisionis differre essentialiter: aliud enim, quod est neutri generis denotat diuersitatem essentialem. Quantitas in generali non definitur, eò quòd non habeat vnum denominatiuum, sed duo, quantum & quotum: vel quia est genus generalissimum, quod diuisiuè magis, quàm definitiuè cognoscitur: vel quia hîc consideratur sub ratione mensuræ, quæ magis propriè per diuisionem quàm per definitionẽ cognoscitur siue exprimitur. Posset tamen sic definiri: Quantitas est secundùm quam quot vel quoti dicuntur. Vel quantitas est, per quam subiectum redditur mensurabile. Aut quantitas est ens mensuratiuum substantiæ. Quinto autem meth: sic definitur quantum: est, quod diuisibile in ea, quæ sibi insunt, quorum quodlibet natum est, esse hoc aliquid. Sed dices, quare descripsit qualitatem? quia habet vnum modum denominandi substantiam, secundùm qualem: quantitas verò denominat substantiam quantam, & quotam. Proinde, licet quantitas de omnibus quantitatibus vniuocè prædicetur secundùm vnum nomen, & vnam rationem, quæ est, quòd quantitas sit ens mensuratiuum substantiæ; non habet tamen definitionem quidditatiuam à priori: ideo non definitur quidditatiuè. Neq; enim definitio posset notificare quantitatem discretam, quantùm ad diuersos modos, quibus mensurat substantiam: qui planè modi sufficienter notificantur per diuisionem. Propterea à posteriori, & per diuisionem eius notitia meliùs percipitur. Sed aliquis dicet, quare Arist: 5. meth: definiuit quantitatem, dicens, quantum est, quod est diuisibile in ea quæ insunt &c. Respondetur, quòd quantitas consideratur dupliciter: vno modo, vt est mensura substantiæ corporeæ, sicut hîc accipitur; & sic non potest definiri: quia non est vnius rationis mensura discretorum, & continuorum: nec permanentis, & non permanentis: alio modo accipitur in quantum pendet ex ente, & est ens; & sic est vnius rationis, & definitur à philosopho, vt est quædam res absoluta, & non quatenus refertur ad alterã, vt mensura. Patet ergo ratio vtriusq;: cuius definitionis intellectus est, quòd quantum sit per se diuisibile in ea quæ insunt, quorum quodlibet est natum esse aliqua natura: ex quo colligitur diuisibile esse de ratione quantitatis; quia nihil diuiditur, nisi quantum, & hoc in partes integrales. In ea, quæ insunt, propter diuisiones mixtorum; nam corpus mixtum resoluitur in elementa, quæ non sunt actu in mixto; sed tantùm virtute, ideo non est ibi tantùm diuisio; verùm etiam aliqua alteratio. Alia ponuntur propterpartes essentiales materiam & formam, quarum neutra apta est dici hoc aliquid, id est, natura per se subsistens.

Quare non definitur.

Quantũ quid.

Si potest definiri.

Quantitas cõsideratur dupliciter.

CAP: II.

Qua ratione prædicatur Quantitas de suis speciebus.

Voniam quodlibet genus aliquam habet rationem, qua de suis inferioribus prædicatur; deinceps videndum est, quænam sit illa ratio, secundùm quam quantitas de suis inferioribus prædicatur. Accipitur autem ratio non pro definitione, sed pro conceptu; genus enim prædicatur de suis inferioribus vno conceptu quidditatiuo. Cæterùm, quidam sentiunt, mensurare, propriam esse rationem quantitatis; nam philosophus docet orationem esse quantitatem, quia sibi competit ratio mensuræ: sed sententia huiusmo[di] aliis non probatur, propterea quòd mensura de vtraq; quantitate æqualiter non dicitur; sed propriè de quantitate discreta: continuæ enim conuenit per discretam:

Mensurare,

quãtitatis nam continuum mensuratur per numerum; vlna siquidem pannum mensuramus: alij autem arbitrati sunt, diuisibilitatem in partes eiusdem rationis, esse propriam rationem quantitatis: sed pari modo illorum sententia reijcitur, quippe quia nullus respectus est propria ratio alicuius absoluti. Sed quantitas est prædicamentum absolutum, diuisibilitas verò cùm dicat quandam aptitudinem ad diuisionem, est quid respectiuum: non ergo potest esse ratio absoluti. Dicendum ergo est cum Scoto 5.
Habere partes meth: quæst: 5. Habere partes integrales, & quantitatiuas, esse propriam rationem quantitatis, quæ de suis inferioribus vniuocè prædicatur. Neq; valet dicere, substantiæ quoq; inesse partes integrales, cùm id competat substantiæ ratione quantitatis: vnde si Deus separaret quantitatem à ligno; partes entitatiuas, integrales, & quantitatiuas lignum non haberet. Sed aliquis instabit, Aristotelem distinxisse species quantitatis per rationem mensuræ, vt superficiem & locum. Respondetur, philosophum probâsse orationem esse quantitatem per rationem mensuræ: similiter quoq; distinxisse species quantitatis, non quidem per rationem mensuræ, tanquam per primam & essentialem rationem; sed potiùs per vnam eius propriam passionem: itaq; mensurare non est propria ratio quantitatis; sed passio consequens propriam rationem eiusdem. Circumloquitur tamen philosophus propriam rationem quantitatis per diuisibilitatem, tanquam per propriam passionem: proinde ex diuersis quantitatis conditionibus, quatuor elicit ipsius passiones: quarum prima est diuisibilitas in partes eiusdem rationis: secunda, esse finitum vel infinitum: tertia, esse æquale vel inæquale: quarta, est ratio mensuræ. Omnis quippe mensura per se intelligitur esse æqualis, vel inæqualis mensurato. Ex quo sequitur quòd diuisibilitas in partes eiusdem rationis, & ratio mensuræ qua quantitas dicitur commensuratiua substantiæ, non insunt quantitati in primo modo dicendi per se; quia ibi prædicatur
Si quantitas sit genus. passio de suo subiecto. Deinceps videndum erit, si quantitas sit genus generalissimũ ab alijs distinctum, & arguitur quòd non; quia nullum genus prædicatur, denominatiuè de suis speciebus; sed prædicatur in quid: prædicari autem denominatiuè, & quidditatiuè differunt: sed quantitas est huiusmodi, quia ista est vera, linea est quan-
Arg. 1. ta: ergo quantitas non est genus. Respondetur, quòd quando dicitur, linea est quan-
Solutio. ta, dupliciter intelligitur: vno modo, vt sit sensus, linea habet quantitatem tanquam formam sibi adhærentem. similiter superficies; & tunc istæ propositiones sunt falsæ: secundo modo sic, linea habet partes eiusdem rationis; sed huiusmodi prædicatio
2. largè dicitur denominatiua. Item, omne genus habet vnam rationem primam æqualiter participatam ab omnibus illius generis. Sed quantitas non habet vnam rationem talem; quia illa esset ratio mensuræ vel diuisibilitatis: non quidem prima, quia illa priùs competit quantitati discretæ: neq; secunda, quia priùs conuenit continuo, quàm discreto; numerus enim causatur ex diuisione continui 3. phy: Cùm ergo quantitas non habeat vnam primam rationem æqualiter participatam à suis speciebus: igitur
Solut: non est genus. Respondetur, ratio mensuræ, & ratio diuisibilitatis non est propria ratio essentialis quantitatis; sed potiùs habere partes integrales & quantitatiuas.
3. Item, omne prædicamentum habet vnum modum prædicandi de prima substantia:
Solutio. quantitas non habet vnum modum prædicandi, vt patet: ergo &c. Respondetur, concedo maiorem, nego verò minorem; quia habet vnum modum prædicandi secundum scilicet prædicari in quantum: qui planè modus diuiditur in quotum, & in alium modum, cui non est nomen impositum, ideo loco illius, vtimur generali modo prædicari
4. scilicet in quantum. Item, in omni genere est vnum minimum, quod est mensura omnium, quæ sunt illius generis 10. met: sed in quantitate sunt duo minima, punctus, &
Solutio. vnitas: igitur non est vnum, sed duo genera. Respondetur, quòd licet vnitas, & punctum sint minima respectu aliquarum specierum quantitatis; nullum tamen eorum

simpliciter

*ſimpliciter eſt minimum reſpectu totius generis quantitatis ; quia nulli eorum con-
uenit,vt ſit principium omnium ſpecierum quantitatis; ſed potiùs hoc munus conue-
nit eſſentiæ quantitatis,quæ in cõmuni eſt minimum in illo prædicamento , per cuius
eſſentiæ replicationem cauſantur ſpecies in tali genere , quouſque fiat ſtatus in ſpecie
ſpecialiſſima. Item,genus diuiditur per differentias oppoſitas,quarum vna non præ- 5.
dicatur de altera,quia oppoſitum non prædicatur de oppoſito. ſed ſpecies quantita-
tis vna prædicatur de altera, vt linea eſt numerata : igitur quantitas non eſt genus.
Reſpõdetur,nulla ſpecies generis prædicatur de altera in abſtracto, ſecundùm quod Solutio.
includit differentias oppoſitas;bene tamen prædicatur in concreto,in quantum ſpe-
cies,quæ ſubijcitur, ſumitur in materia, & non, vt eſt ſpecies oppoſita. Item, vnius
generis vna diuiſio prima per duas differentias;quia duæ primæ ſpecies: vnde dici- 6.
tur primo topicorum,ipſum eſſe æquiuocum , cuius diuerſæ ſint differentiæ,vt colo-
ris in voce,& in corpore. Et Boetius dicit in lib.diuiſionũ, omnem bonam diuiſionem
generis fieri per duas differentias. ſed quantitas diuiditur æquè primò duplici di-
uiſione,ſcilicet per continuum,& diſcretum,per ea quæ conſtant ex partibus haben-
tibus poſitionem, & non habentibus : neutra autem diuiſio eſt ſubdiuiſio alterius,
alioqui membra vnius diuiſionis continerentur ſub membro alterius diuiſionis : ergo
quod prius. Reſpondetur, duplex eſt diuiſio generis per differentias formales con-
ſtituentes ſpecies:vna per differentias formales: alia verò per materiales;vt corpus Solutio.
n genere ſubſtantiæ,per differentias formales animatũ & inanimatum:per materia
es verò,corruptibile,& incorruptibile; & ſic intelligitur authoritas Boetij de diui-
ſione formali per differentias conſtitutiuas ſpecierum.Item,omne continuum eſt di-
ſcretum, cùm omne continuum ſit vnum in ſe,& diuiſum ab alijs : igitur continuum 7.
& diſcretum coincidunt;& ſic non ſunt duo membra diuiſionis. Reſpondetur,mate- Solut:
ialiter & ſecundùm diuerſas rationes continuum,& diſcretum coincidere, non au-
em formaliter,& ſecundùm eandem rationem, ſiquidem aliquod ſubiectũ,in quan-
um eius partes copulantur per aliquem terminum communem , dicitur continuum:
d in quantum eſt ab alijs indiuiduis diſtinctum & ſeparatum , appellatur diſcre-
um;menſuratur enim quantitate diſcreta: reſpectu verò termini cõmunis, ad quem
artes copulantur,quantitate continua. Item arguitur, contra diuiſionem quantita-
s,quòd non ſit bene data; nam quinto methaphy: quantitas diuiditur in multitudi- 8.
m,& magnitudinem:non ergo diuiditur in diſcretam & continuam. Item, diuidi-
ur in poſitionem habentem,& non habentem,cuiuſmodi non eſt quantitas continua
u diſcreta. Reſpondetur, Ariſto: in meth :ponere ſpecies quantitatis magis eſſen- Solutio.
ales,hîc autem in communi,& logicè,in quantum ineſt ſubſtantiæ per modum men
ræ.verùmtamen ſi magnitudo & multitudo non capiantur in communi; ſed potiùs
quantum multitudo cauſatur ex diuiſione magnitudinis;tunc coincidunt magnitu
& continuum, multitudo & diſcretum. Ad aliud de poſitione, illa diuiſio data
t penes materiam,ſiue ea,ex quibus componitur quantum materialiter. Quantitas
atem continua habet poſitionem in continuo,vt poſtea patebit. Item,ordo membro-
m primæ diuiſionis non eſt bonus; diſcretum enim præcedit continuum,quia prin- 9.
cium diſcreti ſcilicet vnitas, præcedit principium continui, ſcilicet punctum: igi-
tr,quantitas diſcreta erat præponenda , & non continua. Reſpondetur , quantitas Solutio.
cotinua præponitur in diuidendo quantitati diſcretæ , eò quòd ſecundùm eſſe,con-
tiuum ſit prius diſcreto,cùm cauſetur diſcretum ex diuiſione continui. Secus verò
re ſe habet in determinando,& exequendo;tunc enim diſcretum præcedit continu-
u,quia principium diſcreti præcedit principium continui:vnitas enim non eſt ſim-
plior puncto,qui habet poſitionem in continuo.*

CAP.

CAP: III.

Si numerus sit Quantitas.

Numerus.

Rguitur, quòd numerus non sit species quantitatis discretæ: omnis species est vna, quia est distincta ab alijs, & vna in se vnitate specifica: sed partes numeri ab inuicem semper sunt separatæ: igitur non possunt facere vnum; & per consequens numerus non est species quantitatis discretæ.

Solutio.

Respondetur, numerus est vna species quantitatis, & vnus formaliter à sua forma specifica, quæ est propria discretio: vt in numero quinario existens in quinq; vnitatibus, ita quòd quinq; vnitates sint materia quinarij: & propria discretio existens in illis quinq; vnitatibus, est forma specifica ipsius quinarij; verùmtamen huiusmodi forma est sine proprio nomine: potest nihilominùs vocari ratio, per quam conuenit quinario diuisibilitas, & propria forma.

Instan:

Contrà: Omne accidens habet vnum. sed numerus non habet vnum subiectum: igitur non est vnum, nec consequenter vna species quantitatis. Maior patet: Minor probatur, quia numerus est in diuersis subiectis, puta in diuersis vnitatibus materialibus.

Solut:

Respondetur, aliquid esse in diuersis subiectis bifariam potest intelligi: vno modo, quòd secundùm se totum sit in duobus subiectis; & sic fieri non potest, vt vnum accidens numero sit in diuersis subiectis: alio modo ratione suarum partium, ita quòd vna pars sit in vno subiecto, & alia in alio; & sic vnum accidens numero potest esse in diuersis subiectis.

Vnitas accidentis.

Sed dices ex illis vnitatibus non fieri aliquid vnum per se, sicut neq; ex illarum subiectis fit vnum per se. Respondetur, quòd ex illis vnitatibus fit vnum discretum per se, nempè aggregatione, non autem ex subiectis fit vnum per se; ideo nihil prohibet quòd sit maior vnitas in accidente, quàm in subiecto. Contrà: Accidens capit vnitatem suam à subiecto, in quo est: igitur non potest esse maior vnitas in accidente, quàm in subiecto. Respondetur, accidens capere vnitatem materialem à subiecto, nõ autem formalem, proinde maiorem potest habere vnitatem formalem quàm subiectum; non enim necesse est, quòd omne accidens habeat vnum subiectum numero;

Vnitas numeri.

sed sufficit, quòd habeat vnum subiectum aggregatione: est enim numerus multitudo ex vnitatibus aggregata: multitudo, inquam, formalis, quæ ex talibus vnitatibus consurgit; nam multitudo materialis est multitudo subiectorum habentium tales vnitates. Igitur causa formalis numeri, est vnio suarum vnitatum sub forma discretionis, quæ prouenit ab vltima vnitate numeri, quæ largitur sibi nomen, & rationem, vt denarius capiat atq; sortiatur formam, & speciem numeri denarij, à decima vnitate. vnde quamuis illæ vnitates vniantur sub forma discreti; non tamen vniuntur sub forma continui, quia non vniuntur per aliquam copulationem ad aliquem terminum communem.

Numerus numerans.

Itaq; causa materialis, sunt res, vt decem leones sunt res, in quibus est numerus denarius: causa finalis est mensuratio substantiæ: causa efficiens, quantùm ad suum esse formale, est anima numerans. Est ergo numerus numeratus, res ipsæ, quæ numerantur: numerus numerans effectiuè, anima: numerus numerans formaliter, quantitas formaliter existens in rebus numeratis. Contrà: Multitudo non est quantitas sed relatio; multum enim & paucum pertinent ad genus relationis. sed numerus est multitudo: ergo non est quantitas. Confirmatur, quia omne compositum ex indiuisibilibus, est indiuisibile, sed numerus constat ex indiuisibilibus, puta ex vnitatibus, quæ sunt indiuisibiles: igitur numerus est indiuisibilis, & per consequens non est quantitas, quia quantitas diuiditur.

Solutio.

Respondetur, multitudo capitur dupliciter, relatiuè & absolutè, scilicet vt opponitur pauco, vel vt opponitur vnitati: primo modo concedo: secundo modo nego; multitudo enim est in genere quantitatis. Ad

De prędicamento quãtitatis

confirmationem licet compositum ex indiuisibilibus, quantùm spectat ad formam continui, sit indiuisibile; sub forma tamen discreti, est diuisibile: vnde etsi numerus sit diuisibilis; ratione nihilominùs aggregationis, componitur ex vnitatibus indiuisibilibus, quæ manent semper distinctæ, & indiuisibiles: vnitas enim non est quantitas actu, sed potentia; quia per sui relationem causat quantitatem scilicet numerum; numerus enim habet subiectum vnum vnitate aggregationis: quia sicut vnus numerus est vnus, vnitate aggregationis; ita sufficit vnitati indiuiduali alicuius numeri, quòd habeat vnum subiectum, vnitate aggregationis. Contra, vna species vnius generis non fit ex altera; quia species sunt ab inuicem distinctæ. sed numerus fit ex quantitate continua, nempè ex diuisione continui 3. phys: igitur non est species quantitatis. Respondetur, ex vna specie in communi non fieri alteram, quia nulla species recipit aliam sibi æqualem; bene tamen ex indiuiduo vnius speciei, fit indiuiduum alterius, puta ex continuo fit discretũ, continuo non manente, sicut ex aqua fit ignis, aqua non manente. Contra, nulla species conuertitur cum suo genere. sed numerus conuertitur cum quantitate: igitur non est species quantitatis. Maior patet: minor probatur, quia omnis quantitas est numerus; quia est diuisibilis in partes: ergo ipsa est numerus suarum partium. Respondetur, minor est falsa, & ad probationem dicitur, quòd duplex sit numerus, actualis, & potentialis: actualis autem est species quantitatis discretæ, sicut Socrates separatus actu à Platone, facit numerum binarium. Numerus potentialis est aliquarum partium continui in toto existentium, sicut duodecim signa zodiaci, dicitur numerus potentialis; quia est continuus, quemadmodum tempus vocatur numerus motus: huiusmodi autem numeri potentia deducitur ad effectum per separationem partium. Contra, nullum transcendens est species quantitatis; quia transcendentia non continentur sub genere. sed numerus est transcendens; quia componitur ex vnitatibus, vnum autem conuertitur cum ente: ergo numerus non est species quantitatis. Respondetur, vnum accipitur dupliciter: vno modo vt est principium numeri, qui est species quantitatis discretæ; & sic significat aliquid secundùm continuitatem indiuisum: alio modo accipitur transcendenter, in quantum conuertitur cum ente; & sic est aliquid secundùm formam indiuisum; & tale est principium numeri transcendentis, qui reperitur in omnibus generibus, & non in prædicamento quantitatis: nam duo puncta, quæ nullam habent quantitatem, dicuntur habere numerum. Punctum igitur, siue angulus est vnum transcendens, non autem est vnum principium numeri, quantitatis discretæ; quia non habet quantitatem. Contra, si numerus est species quantitatis: aut est numerus numerans; puta anima hominis: aut numerus numeratus, scilicet res extra animam: sed neutro modo est dicendum; quia anima non est quantitas, & res numeratæ sunt substantiæ & nõ quantitates: ergo quod prius. Respõdetur, quòd triplex est numerus, numerans, numeratus, & formalis: tertius est species quantitatis; est enim forma discretionis numeratorum, quo res formaliter sunt numeratæ, vel in numero positæ. Iste autem potest dici numerus numerans per comparationem ad res numeratas: atq; ita duplex est numerus numerans, effectiuus, & formalis. Patet ergo quomodo numerus sit species quantitatis.

Solutio. Solutio. Solutio. Solutio.

CAP: IIII.

Si numerus sit vnus secundùm speciem, si habeat aliquas species, & sit in anima tanquam in subiecto.

Numerus quid. PRo intellectu istius dubij sciendum, quòd numerus est aggregatio vnitatum ad aliquod vnum totum, complens aggregationem ordinatam, & hoc complens est vltima vnitas, vt vltima est: & non quidem, vt vnitas, sicut in quinario quinta vnitas, & in senario sexta: vnde per appositionem & remotionem vltimæ vnitatis, variatur species numeri: propterea dicit philosophus 5. meth: quòd bis tria non faciũt sex; quia oportet formam senarij ab vltima vnitate accipere, quatenus est finis præcedentium vnitatum. Hoc ergo modo scilicet ab vltima vnitate, numerus dicitur vnus secundùm speciem. Contra,
Obiectio. numerus est quantitas discreta, in qua quælibet pars manet discreta, & distincta ab
Solutio. alia parte: igitur non est vnus secundùm speciem. Respondetur, quòd in numero aliquid se tenet per locũ materiæ: aliquid verò per locũ formæ, vt aggregatio vnitatũ se tenet, ex loco materiæ: vltima verò vnitas ex loco formæ, ex qua numerus dicitur vnus secundùm speciem. Contra, bis tria faciunt sex: & ter tria faciunt nouem; & ta-
Solutio. men numerus non constituitur per vltimam vnitatem. Respondetur, quòd bis tria faciunt sex materialiter, non autem formaliter; quia deficit vltima vnitas senarij: numerus enim constituitur replicatione vnitatum, sicut linea ex fluxu puncti. Contra, vna vnitas est eiusdem speciei cum alia: ergo non plus potest vna vnitas esse forma numeri quàm alia: & per consequens numerus non habet suam vnitatem specificam ab vltima vnitate. Respondetur, vnitas consideratur dupliciter: vno modo, vt vnitas
Solutio. est: alio modo vt forma numeri, quæ est vltima vnitatum, & complementum aggregationis vnitatum: primo modo vnitas non est forma numeri, sed secundo: & sic in diuersis numeris, sunt diuersæ formæ, pro diuersitate aggregationis vnitatum. Pro se-
Si numerus habeat species. cundo dubio arguitur, quòd numerus non habeat species, hoc modo: Sicut se habet vna linea ad aliam; ita vnus numerus ad alium. sed maior & minor linea non differunt specie, quia magis & minus non reddunt speciem diuersam: igitur maior & minor numerus non differunt specie: & per consequens numerus non habet species. Re-
Solutio. spondetur, numeros distingui specie, non secundùm magis & minus; sed secundùm diuersas formas. Præterea, illa similitudo non recipitur; quia linea est quantitas continua, cuius quælibet pars seruat formam continui: numerus verò est quantitas discreta, quæ sequitur formam, non quantitatem subiecti, vnde sortitur distinctionem, vt senarius distinguitur à ternario, à formæ diuersitate. Contra, vna species non constituit aliam speciem, vt rationale non constituit irrationale. sed vnus numerus constituit alium, vt ternarius constituit quaternarium, & quaternarius quinarium: igi-
Solutio. tur non sunt specie distincti. Respondetur, vna species non constituit aliam formaliter, sed bene materialiter; tot enim vnitates sunt in bis tribus; quot in numero senario ideoq́ bis tria faciunt numerum senarium materialiter. Contra, illa non differunt specie, ad cuius destructionem sequitur destructio alterius; remoto enim homine, non remouetur equus necessariò: sed remoto vno numero; necesse est alium remoueri: nam non existente binario; non erit ternarius, similiter de alijs: igitur numeri non di-
Solutio. stinguũtur specie. Respondetur, quòd duplex sit destructio, vna specifica & formalis; & sic ad destructionem vnius numeri, non sequitur destructio alterius: alia est materialis, prioris, & posterioris; & hoc modo destructo priori numero; destruitur
Si numerus sit in anima. posterior materialiter, non autem formaliter. Pro intellectu tertij dubij sciendum, quòd numerus est in rebus tanquam in subiecto; omne enim accidens est in illo subiectiuè, quod denominat. sed numerus res numeratas denominat: igitur subiectiuè est in rebus numeratis. Confirmatur, quia numerus realiter causatur ex diuisione continui 3. phys: sed continui diuisio non est in anima; quia nulla anima existente, adhuc continuum posset diuidi in partes: igitur numerus subiectiuè est in rebus numeratis.
Obiectio. Contra, vnum accidens requirit vnum subiectum. sed numerus est accidens: igitur

De prędicamento quãtitatis

requirit vnum subiectum. sed extra animam non est vnum subiectum, sed plura, vt senarius, sex subiecta, puta sex homines: numerus ergo si extra animam est subiectiuè, non habet vnum subiectum. Respondetur, quòd numerus habet vnum subiectum vnitate aggregationis, quia sicut numerus est vnus vnitate aggregationis; ita habet vnum subiectum, vnitate aggregationis. Exempli gratia, sicut parietes, pauimentũ, & tectum absolutè sunt plura subiecta: respectu autem formæ domus, sunt vnum subiectum; ita quatuor boues, absolutè sunt quatuor subiecta: sed respectu numeri quaternarij, sunt vnum subiectum. Contra, ratio numerandi est in numerante, tanquam in subiecto. sed talis est in anima; numerare enim est in anima: ergo quod prius. Respondetur, ratio numerandi actiua est in anima numerante; sed illa non est discreta quantitas: sicut clariùs patet in quarto phys:

Solutio.

Solutio.

CAP: V.

De Oratione.

Ratio, quæ numeratur inter species quantitatis, si capiatur pro secunda intentione fundata super aliquo signo complexo, cùm sit respectus quidam, & non ens reale, non est in prædicamento. si verò accipiatur pro signo mentali vel scripto, primo modo est conceptus; & sic est in prima specie qualitatis: secundo modo est vox; & sic est in secunda specie quaitatis. si verò accipiatur pro mensura syllabarum vocis; sic est species quantitatis, uia est mensura syllabæ longæ vel breuis: mensura verò est quantitas, siue ratio uantitatis. Est autem quantitas discreta, quia eius partes nõ copulantur ad aliquem erminum communem, sed manent separatæ, & distinctæ abinuicem, capientes vniatem, & formam ab aggregatione ipsarum inter se. Conueniunt autem numerus & ratio; quia sicut ille incipit ab vnitate; ita oratio ab indiuisibili litera: oratio autem on est ipsæ literæ; sed ipsarum literarum intrinseca mensura. Contra, omnis quantas est mensura substantiæ, sic vt dictum est, quòd quantitas hîc accipitur prout t mensura substantiæ. sed oratio est mensura vocis, vox autem non est substantia: itur oratio non est quantitas. Respondetur, quòd licet oratio primò non mensuret bstantiam; mensurat tamen aliquid quod tenet locum substantiæ, nempè ipsam vom prolatam, quæ est subiectũ ipsius. Contra, vox prolata est continua; quia passios vocis sunt continuitas, melodia, dearticulatio sonorum, quæ mensura vocis est conua: igitur oratio est quantitas continua & non discreta. Respondetur, licet in vo sit melodia, continuitas quantùm ad eius sonum; in ea tamen est discontinuitas, antùm ad eius figurationem & formationem sonorum literarum, & syllabarum: æ planè mensura prolationis, dicitur formaliter oratio, ideoq; est formalis & dieta. Contra, oratio non est species quantitatis discretæ; illud enim quo mensuratur iquid longũ vel breue, est cõtinuum, & non discretum. sed talis est oratio: ergo &c. aior patet, quia discretum non mensurat continuum. sed longum & breue sunt in ntinuis: minor patet in textu; dicit enim philosophus, quòd oratio mensuratur sylba longa & breui. Respondetur, quòd illud, quo mensuratur longum & breue per est bene continuum, non autem si fuerit per accidens: modò syllaba dicitur longa, l breuis per accidens, scilicet gratia temporis, in quo profertur. Contra, si oratio et quantitas discreta; non esset vna, quia partes manent à se inuicem discretæ. Rendetur, quòd quamuis partes orationis maneant distinctæ; vniuntur tamen sub a forma aggregationis, & ordinationis, qua ordinantur ad vnum totum completũ. Cntra, omnis species debet esse quid incomplexum. sed oratio est quid complexum:

Oratio multipliciter.

Obiectio.

Solutio.

Solutio.

Solutio.

Solutio.

igitur non est species quantitatis. Respondetur, quòd oratio, vt est quædam sonorum aggregatio sub longitudine, vel breuitate prolatorum, abstrahit à complexione, & incomplexione: atq; ita alio modo hîc accipitur oratio, & alio modo in lib: perihermenias. Patet ergo quomodo oratio sit quantitas discreta.

CAP: VI.

De linea, & superficie.

Species quantitatis continuæ. Vantitatis continuæ quinq; sunt species, linea, superficies, corpus, tempus, locus. Est enim quantitas continua, cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem, vt partes lineæ copulantur ad punctum: partes superficiei ad lineam, secundùm quod est in latum diuisibilis, partes corporis ad superficiem: partes temporis scilicet præteritum, & futurum ad instans: partes loci ad eundem terminum communem, ad quem particulæ locati corporis copulantur. Duplex est autem quantitas substantiam mensurans: vna scilicet intrinseca, quia scilicet subiectiuè est in eo, quod mensurat; & sic linea, superficies, & corpus dicuntur quantitates intrinsecæ; quia subiectiuè sunt in substantia, quam mensurant: locus verò, & tempus extrinsecæ. Linea quid. Est autem linea longitudo sine latitudine, teste Euclide, cuius extremitates sunt duo puncta; quia linea, vt dicunt Mathematici, causatur ex fluxu puncti in continuum, & directum. Cùm verò punctus sit indiuisibilis; propterea ex eius fluxu causatur diuisibile secundùm longum, id est, longitudo, sine latitudine: fluxus ergo ille puncti in directum, dicitur lineæ materia: punctus verò terminans per modum finis, & principium alterius copulans, forma lineæ nuncupatur: fluxus autem ille intelligendus est non secundùm motum localem; sed secundùm transumptionem, sicut principium per suam essentiam dicitur fluere in causatum; sic enim dicitur in libro de causis, quòd prima causa plus influit quàm quæcunque secunda: & talis fluxus est accipiendus in proposito. Superficies. Porrò, superficies est longitudo cum latitudine sine profunditate: cuius ratio est; quia superficies causatur imginariè ex fluxu lineæ in rectum: ideoq; superficies habet longitudinem à linea: à fluxu autem lineæ in latum, habet latitudinem. Quoniam autem linea non potest intelligi fluere in profundū; propterea superficies est sine profunditate; cuius extremitates sunt duæ lineæ: fluxus enim ille, à quo superficies causatur, incipit à linea, & terminatur in lineam. Obiectio. Contra, linea & superficies non sunt accidentia: igitur non sunt quantitates. Antecedens patet: quia omne accidens habet subiectum sibi adæquatū: sed ista non sunt huiusmodi; quia non datur aliquod subiectum, quod non habeat longitudinem, latitudinem, & profunditatem. Solutio. Respondetur, non est necesse, quòd omne accidens habeat subiectum sibi adæquatum, ita quòd in eodem subiecto non sint alia accidentia, sicut est de linea, & superficie: nam linea est in eodem subiecto cum superficie, & superficies in eodem cum corpore: & ita punctus in eodem subiecto, cum eo, in quo est. Contra, nulla quantitas est ens priuatiuum; sed positiuum, & reale. sed linea & superficies sunt huiusmodi, probatur per definitionem earundem: nam linea est longitudo sine latitudine: & superficies est latitudo, sine profunditate: ergo sunt entia priuatiua. Solutio. Respondetur, quòd illa dicuntur entia priuatiua secundùm quid, non simpliciter: quia linea dicit priuationem latitudinis, & superficies priuationem profunditatis; vtrumq; tamen est ens positiuum, & reale: nam linea est quantitas vnius dimensionis: superficies verò duarum dimensionum. Contra, omnis terminus est indiuisibilis: nam si posset diuidi; vna pars terminaret alteram: atque ita non nisi gratia partis terminaretur. sed superficies est diuisibilis: ergo non est terminus com

munis

munis, ad quem partes corporis terminantur. Præterea, perfectum & imperfectum non variant speciem. sed linea, & superficies respectu corporis se habent vt perfectum & imperfectum: igitur non distinguuntur specie. Adde, quòd linea includitur in superficie: igitur nō est species distincta; illa enim quæ distinguuntur specie, vnum non includitur in alio. Respondetur, superficies est indiuisibilis secundùm profunditatem, & tali respectu dicitur terminus corporis. Ad primam confirma: linea & superficies secundum perfectionem essentialem variant speciem, non autem secundùm esse materiale; quia alia est definitio lineæ, alia verò superficiei. Ad aliam confir: linea includitur in superficie materialiter, non autem formaliter; quia non se tenet ex parte formæ superficiei, siue corporis. Contrà: Terminare siue copulare, sunt actus ipsius formæ. sed punctus est materiale principium lineæ, & non formale: igitur partes lineæ non terminantur ad punctum. Respondetur, punctus potest considerari dupliciter: vno modo, vt continuat, & terminat partes lineæ inter se; & sic tenet locum formæ: si verò consideretur in suo fluxu causante lineam; sic tenet locum materiæ respectu lineæ. Solutio. Solutio.

CAP: VII.

De corpore.

Corpus, multis modis potest considerari: vno modo pro altera parte compositi viuentis; & sic est pars substantiæ, & reducitur ad prædicamentum substantiæ: alio modo pro toto composito substantiali; & sic angelos non esse dicimus corpora: tertio modo pro trina dimensione, qua mensuratur ipsa substantia; & sic est quantitas. Est enim corpus longitudo, latitudo, cum profunditate: cuius extrema sunt duæ superficies: corpus enim imaginariè causatur ex fluxu superficiei in profundum: ideoq; à superficie habet latitudinem, & longitudinem: à fluxu verò superficiei profunditatem. quoniam autem ille fluxus à superficie, terminatur ad superficiem; propterea extremitates corporis sunt duæ superficies in actu. Ex quo patet, quòd aliquod sit principium quantitatis, non tamen est quantitas, vt punctus: & aliquid sit quantitas, quod non est principiū quantitatis, vt corpus. Deniq; aliquid est quod simul est quantitas, & principium quantitati, vt linea, & superficies. Tres sunt autem dimensiones corporis, longitudo, latitudo, & profunditas; quia sex sunt differentiæ corporis naturalis, sursum, deorsum, extrema longitudinis: dextrum, sinistrum, extrema latitudinis: ante & retro extrema profunditatis. Cùm autem omnis motus, siue fluxus, intelligatur fieri ad aliquam differentiam positionis, & omnis dimensio, ex fluxu intellectuali alicuius indiuisibilis causetur; inde fit, vt ex illis sex differentijs positionis, non nisi tres dimensiones causentur. Contrà, corpus est species substantiæ: ergo non est species quantitatis. Respondetur, corpus duobus modis potest accipi: vno modo pro subiecto trinæ dimensionis; & ita est species substantiæ: alio modo pro actuali trina dimensione; & sic non est substantia, sed quantitas. Contrà, species sunt discretæ ab inuicem. sed superficies & corpus non distinguuntur; quia non inuenitur superficies sine profunditate: igitur corpus & superficies non sunt quantitatis species distinctæ. Respondetur, quod licet illa non sint separata secundùm esse; separantur tamen secundùm rationem definitiuam; superficies enim abstrahit à profunditate, non autem corpus: proinde quū diuersam habeant rationem definitiuam, specie distinguuntur. Quid corpus. Tres dimensiones. Solutio. Solut:

CAP: VIII.

De loco & tempore.

Vòd locus & tempus sint species quantitatis continuæ, patet: quia tum
partes loci, tum etiam temporis copulantur ad vnum terminum com-
munem: nam partes temporis copulantur ad tempus præsens, siue
nunc; partes verò loci copulantur ad eundem terminum, ad quem co-
pulantur particulæ corporis locati. Quòd verò sint distinctæ species
quantitatis, patet ex definitione vtriusq;: Tempus enim est numerus motus secundùm
prius & posterius: locus verò est superficies corporis continentis immobilis primùm.
Habent præterea terminos distinctos, ad quos partes copulantur: partes quo-
que temporis sunt successiuæ: loci autem sunt permanentes. Ex quo patet, quòd tem-
pus & locus non solùm sunt quantitates continuæ, verùm etiam specie distinctæ. Re-
uera tempus est mensura motus secundùm priùs & posterius, id est, mensura prioris
& posterioris in motu: atq; ita est mensuratiuum substantiæ: durationes autem sub-
stantiarum mensurantur tempore; & per consequens tempus est quantitas. Est au-
Tempus. tem tempus nō in rebus, quas mensurat; sed in primo mobili: locus verò in locante, &
non in locato quod mensurat. Porrò locus habet aliquod materiale, quod est vltima
Locus. superficies corporis continentis, & sic non est species quantitatis continuæ distincta
à superficie; quia est vltima superficies corporis continentis: vt dicitur 4. phys: habet
etiam aliquid formale, puta immobilitatem; & sic non est species quantitatis conti-
nuæ: proinde Arist: 5. meth: non enumerauit locum inter species quantitatis, vnde
Commentator dicit apud Aristotelem, locum non esse speciem quantitatis: in prædi-
camentis verò asserit locutum fuisse secundùm illorum sententiam, qui dicebant lo-
cum esse spatium æquale locato: quod reprobatur ab Aristotele 4. phys: Præterea,
particulæ loci & corporis non terminantur ad aliquem terminum communem; quia
particulæ corporis terminantur ad superficiem, non autem particulæ loci; nam locus
est superficies: & partes superficiei non terminantur ad superficiem. Respondent
aliqui, quòd locus sit superficies ambiens, & terminans: quæ continetur sub superfi-
cie in communi. Sed contra prædicta non temere posset aliquis sic arguere, scilicet
quòd tempus non sit quantitas: Species continetur per se sub suo genere; quia genus
prædicatur in eo quod quid de suis speciebus. Sed tempus non continetur per se sub
quantitate, quia est quantitas per accidēs 5. met: eò quòd habeat ab alio scilicet à mo
tu & mobili, à quibus dependet in genere causæ materialis, & efficientis: non est er-
go per se continuum; nec consequenter est quantitas. Confirmatur, quia tempus est
quantum per motum; est enim mensura motus: igitur motus est species quantitatis:
nam si est causa, vt sit tempus quantitatis species; à fortiori ipse erit quantitas, atq;
Solutio. ita essent sex species quantitatis continuæ. Respondetur, tempus formaliter est quan
titas; quia continuitas formalis intrinseca, qua copulatur ad vnum terminum com-
munem, non inest illi à motu, & à mobili; sed secundùm esse & essentiam est, licet
continuitatem accipiat à motu, & mobili: idcirco in genere causæ materialis, & effi-
Tempus. cientis dicitur quantitas per accidens. Ad confirmationem, tempus est quantitas pro
pter motum effectiuè: nec tamen sequitur quòd motus sit quantitas; quia est causa
temporis æquiuoca, & non vniuoca, in qua non habet locum illa regula posterioristica:
Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Contrà, Motus localis primi mobilis,
in quo est tempus subiectiuè, per prius est continuus, quàm sit tempus, à quo accipit
tempus continuitatem. Quare, si ille motus non est quantitas; nec etiam tempus. Con-
firmatur, quia cuius partes non copulantur ad aliquem terminum communem, ne-
quaquam dicitur quantitas. Sed partes temporis sunt huiusmodi, cùm sint successi-
uæ, & non habeant permanentiam, vt præteritum, & futurum: ergo quod prius. Re-
spondetur,

spondetur, Motus localis secundùm esse est continuus, non autem secundùm essenti-
am eius, quæ est vbi; res enim ponitur in genere secundùm eius essentiam. Ad con-
firmationem, licet partes temporis non sint simul in permanentia; sunt tamen simul
in successione, & in fieri: quod quidem sufficit ad hoc, vt copulentur ad aliquem ter-
minum communē; siquidem in successione, absq; interruptione, vna pars sequitur ali-
am, quæ sic conficiunt totum successiuum: partes enim temporis sunt in successione
continua in ipso nunc, siue in instanti, qui est terminus communis easdem partes co-
pulans. Nunc duobus modis accipitur: vno modo, vt est secundùm alterum; & sic est Nunc.
tempus: alio modo secundùm se; & sic dicitur indiuisibile copulans partes temporis:
& hoc modo non est tempus, neq; pars temporis. Itaq; partes temporis non sunt simul
permanenter; sed successiuè: vna enim alteri succedit necessariò: & hoc sufficit quòd
ad terminum communem copulentur. Contra: Numerus est quantitas discreta. sed
tempus est numerus, 4. phys: igitur tempus est quantitas discreta, & non continua.
Adde, quòd numerus non sit sine anima numerante; sed tunc esset ens rationis, & nō
ens reale. Igitur si tempus est ens rationis; nequaquam dicetur quantitas: prædica- Numerus.
menta enim sunt entia realia. Respondetur, quòd tempus non est simpliciter numerus;
sed est numerus motus mensurati per ipsum: cum hoc tamen est simpliciter quanti- Solutio.
tas continua. sicut vlna est numerus panni, vel alterius rei mensuratæ per ipsam, quū
tamen vlna sit quantitas continua. Mobile producit motum, motus tempus, tempus
verò numerat motum: per se autem non competit tempori numerare; sed quatenus
est determinatum ad certum numerum partium. per se verò est quantitas continua,
cuius partes sibi necessariò succedunt in ipso nunc: cōsignificat nihilominùs numerū,
ob determinatam partium ad certum numerum collationem. In motu namq; tria con-
siderantur: indiuisibilis substantia eius, quod mouetur: cuius mensura est nunc, siue Tria in motu
instans: protensio eius continua, quod in spatium continuum mouetur, cuius mensura
est tempus: diuisio prioris partis spatij, quam dereliquit, cuius mensura est præteri-
tum: & mensura adiacens ei, quod abijcitur, est tempus præsens: atq; ita sunt tres
differentiæ temporis, aliter mensura non esset proportionata mensurato; sed huius-
modi mensuræ non sunt intrinsecæ motui formaliter, sicut est vbi, aut quale fluens,
quemadmodum dicitur in physicis. Contra: Quantitas est diuisibilis in partes inte-
grales. sed præteritum, & futurum non sunt partes integrales, sed subiectiuæ; quia
omne tempus præsens, est tempus: & omne tempus futurum, est tempus: igitur non
est quantitas. Confirmatur, quia diuisibilitas per se competit quantitati. sed tempori
competit ratione motus; tempus enim est diuisibile, quia motus est diuisibilis: vt di-
citur 4. phys: ergo quod prius. Respondetur, quòd tempus diuiditur in partes inte-
grales præteritum & futurum: cùm verò sit homogeneum, quælibet pars eius, est
eiusdem rationis cum toto: proinde ita præteritum dicitur tempus, sicut futurum.
Ad confirm: tempus est per se diuisibile essentialiter, & intrinsecè: licet effectiuè
diuidatur ad diuisionem motus, vt dicitur 4. physicorum. Locus accipitur multis mo- Locus multi-
dis: vno modo pro habitudine locantis corporis, vel pro superficie eius ad locatum; pliciter accipi-
& sic est in genere relationis: alio modo pro virtute infusa ipsi loco à primo locan- tur.
te, quæ est generatiua, & conseruatiua locati; & sic est in secunda specie qualitatis:
alio modo pro superficie corporis continentis: Locus, inquit philosophus 4. phys: est
terminus corporis continentis immobilis primùm; dicit enim locus non absolutè su-
perficiem; sed situm, & ordinem ad totum corpus sphæricum cæli, quod habet immo-
bilitatem, & fixionem propter immobilitatem centri, & polorum. Quapropter locus
pro ratione sua formali dicit determinatam distantiam respectu cæli & centri, quæ
penè distantia remanet eadem, & immobilis. Præterea, locus dicit continens reci-
piens influentiam à primo locante. His ergo de causis locus dicitur immobilis. quan-
tum ve-

quãtitatis

tum verò spectat ad suum materiale, locus est mutabilis; sed hoc modo secundùm
Albertum, locus non est quantitas; sed potiùs quatenus est quædam distantia, in
qua distenditur tota corporis quantitas. Contrà, quantitas non agit, non generat, neque
conseruat; quia non est de genere actiuorum. sed locus agit, generat, & conseruat: igi
tur non est quantitas. Confirmatur, quia quantitas est in aliquo subiecto: locus verò
non est in aliquo subiecto; non enim est in locante, quia sic moueretur ad motum lo-
cantis; sed locus est immobilis: neque in locato; quia tunc esset mensura extrinseca. Re-
spondetur, locus vt est generans, & conseruans non est quantitas; sed qualitas, nem-
Solutio. pe virtus desuper delapsa. Ad confirmationem, locus subiectiuè est in locante: & ad
probationem, locus dicitur immobilis rationibus supradictis.

CAP: IX.

De proprietatibus & communitatibus quantitatis.

TRes numerantur à philosopho quantitatis proprietates: quarum prima
est, quantitati nihil esse contrarium: ratio est, quia quantitas in mate-
ria, siue in substantia materiali præcedit omnia contraria: igitur non
habet contrarium. Probatur, quia contraria recipiuntur in materia
per motum, & mutationem; eò quòd ab eodem subiecto mutuò se ex-
pellunt: substantia verò subijcitur motui ratione quantitatis; quia mobile est diuisi-
bile: substantia est indiuisibilis: diuisibilis verò ratione quantitatis, per quam subijci
tur motui. Præterea, quantitas secundùm suam essentiam, non habet motum, neque con
trarietatem: quatenus verò dicitur terminus rei naturalis; sic inuenitur in ea contra-
rietas generaliter accepta, pro quacunque repugnantia perfecti, vel imperfecti. Et sic
in quantitate est motus, cui sufficit contrarietas secundùm perfectum & imperfe-
ctum; non enim necesse est, vt motus semper sit inter formas contrarias: nam de mi-
nus albo ad magis album est motus; non tamen inter formas contrarias. Itaque, si con-
Sursum & deorsum. trarietas accipiatur pro repugnantia formarum actiuarũ, & passiuarũ; sic in quan-
titate non est contrarietas, & hoc modo intellexit Arist: Quòd si dixeris locum cen-
tri, & primi mobilis valde ab inuicem distare: ergo sunt ad inuicem contrarij, & per
consequens quantitati aliquid est contrarium. Dici potest, quòd huiusmodi loci pos-
sunt considerari dupliciter: vno modo absolutè secundùm se; & sic non habent contra
Instantia. rium: nec etiam est motus de vno ad alterum. vnde quamuis maximè distent distan-
tia locali; non tamen distantia formali, quæ est de ratione contrarietatis: alio modo
quatenus sunt informati diuersis qualitatibus; & sic sunt in prædicamento qualitatis
Patet ergo, quomodo quantitati nihil est contrarium. Contrà: In quocunque prædica-
mento est motus; in eodem est contrarietas; quia omnis motus est de contrario in con
trarium. sed in quantitate est motus 5. phys: igitur &c. Cõtrarietas confirmatur, quia
omne quod corrumpitur, à suo contrario corrumpitur. sed quantitas corrumpitur
igitur à suo contrario: et per consequens quantitas habet contrarium. Respondetur
Solutio. quòd potest quantitas considerari secundùm suam simplicem essentiam, sicut consi-
deratur à methaphysico: vel secundùm vnum simplicem conceptum, ad quem omnia
suæ coordinationis reducuntur, sicut consideratur à logico; & hoc modo in quantita
te non est motus, neque mutatio: si verò consideretur in quantum est terminus corpo
rum naturalium; sic in quantitate est motus, & contrarietas, non quidem simplicite
& absolutè; sed secundùm rationem perfecti, & imperfecti, in ordine ad aliquam d
terminatam formam, quæ sibi determinat maximum, & minimũ in quantitate. A
confirmationẽ, quantitas non corrumpitur per se; sed per accidens, secundũ esse quo
habi

habet in subiecto, quod subiectum substat contrarijs qualitatibus. Contrà, Numerus & oratio sunt species quantitatis, & tamen habent contraria; quia numerus par contrariatur numero impari, & oratio vera orationi falsæ, & hyems æstati, & dies nocti, & linea curua lineæ rectæ, & alba nigræ, quæ omnia spectant ad quantitatem: ergo quod prius. Respondetur, numerũ non contrariari alteri numero ratione quantitatis; sed potiùs ratione paritatis, & imparitatis: quæ quidem oppositio spectat ad qualitatem: similiter linea recta & curua ratione rectitudinis, & curuitatis, quæ sunt qualitates. Præterea, verum, & falsum non sunt in oratione, vt est quantitas; sed potiùs vt est qualitas. Item, tempora habent contrarietatem ex accessu, & recessu solis, non autem, vt sunt quantitates: similiter dies, & nox secundùm qualitatem obscuram, & lucidam. Omnia ergo hæc dicuntur habere contrarietatem ratione qualitatis, non autem quantitatis.

Solutio.

CAP: X.

Secunda proprietas.

SEcunda proprietas quantitatis est, quòd quantitas non suscipit magis, & minus. In causa est, quia suscipere magis & minus denotat perfectius esse, vel minus perfectum specificum. Sed esse specificum quantitatis est indiuisibile; quia species se habent sicut numeri, quibus addita vnitate, mutatur eorum species: eodem quoq; modo, addita, vel remota qualibet parte quanti, variatur species quantitatis: quantitas ergo non suscipit magis & minus. Præterea maius & minus, magis & minus differunt; nam maius & minus denotant maiorem partium numerum; & sic bene vna quantitas est maior altera, & consequenter quantitas suscipit maius & minus. Magis autem & minus dicunt intensionem, & remissionem formæ specificæ; & sic quantitas non suscipit magis & minus. Contrà, Quantitas perfectius esse habet in quaternario: ergo suscipit magis & minus; quia magis & minùs perficitur secundùm esse quantitatis. Respondetur, quamùis magis & minùs dicatur perfici secundùm esse diuersarũ specierum, eò quòd vna species sit altera perfectior; in proprio tamen esse vnius speciei non perficitur: quod quidem maximè spectat ad susceptionem magis & minus. Contrà, inæquale suscipit magis & minus; & tamen inæquale est quantitas: ergo quantitas suscipit magis & minus. Respondetur, æquale vel inæquale accipiuntur dupliciter: vno modo pro fundamento, siue fundamentaliter; & sic æqualitas suscipit magis; vna enim res alteri magis æqualis quàm altera: alio modo formaliter pro ipsa æqualitate; & sic non recipit magis & minus. Contrà, vbi reperitur maximum; reperitur magis & minus. sed in quantitate reperitur maximum; quia circulus maximè distat à figuris angularibus: & illæ sunt quantitates: ergo quantitas recipit magis & minus. Confirmatur, quia in quantitate est motus: ergo magis & minus: consequentia patet, antecedens est Arist: sicut dictum est. Respondetur, circuli, anguli, & huiusmodi dicuntur quantitates secundùm extensionem, & capacitatem: proprietas autem quantitatis intelligenda est, quòd quantitas non suscipit magis & minùs intensiuè & specificè. Eadem facilitate soluitur confirmatio; in quantitate enim inueniuntur maius & minus extensiuè, non autem intensiuè: nam per augmentationem, augetur quantitas, per diminutionem verò decrescit, & diminuitur.

Instantia.

Solutio.

Solutio.

Solutio.

CAP: XI.

Tertia proprietas.

Æquale.

Roprium est quantitati secundùm eam æquale, vel inæquale dici. Pro cuius rei notitia sciendum, quòd æqualitas & inæqualitas possunt considerari dupliciter, communiter, & strictè. Communiter autem æqualitas est conuenientia aliquarum rerum in aliqua proprietate: quarum neutra excedit alteram: quæ sanè proprietas indifferenter tribui potest quantitati, & qualitati; nam duo alba æquè intensa dicuntur æqualia: similiter duo grammatici dicuntur æquales: & sic non accipitur in præsenti. Strictè verò æqualitas, est conuenientia aliquarum rerum in quantitate secundùm speciem, nõ autem secundùm numerum: vt secundùm duas longitudines duo corpora dicuntur æqualia vel inæqualia. Similiter secundùm duos numeros duæ res numeratæ dicuntur æquales, vel inæquales; æqualia enim dicuntur, quæ seipsa non excedunt: excessus autem sumitur ex parte mensuræ: mensura verò ex parte quantitatis. Propriun ergo est quantitati dici æquale, vel inæquale.

Instantia.

Contrà, Æqualitates sunt relationes non ergo sunt quantitates, quia prædicamenta sunt ab inuicem distincta. Anteceden probatur, quia secundùm æqualitatem aliquid dicitur æquale, & secundùm inæqualitatem inæquale. Confirmatur, quia duo homines, qui præditi sunt eadem virtute ad aliquid agendum, vel ferendum, dicuntur æquales: virtus tamen non est in prædicamento quantitatis; sed qualitatis: igitur soli nequaquam competit quantitati secundùm eam æquale vel inæquale dici.

Solutio.

Respondetur, Æquale vel inæquale dici secundù quantitatem, intelligi debet secundùm circumstantiam causæ efficientis propinqua non autem causæ formalis; sola enim causa effectiua æqualitatis est quantitas: formalis verò potest esse in prædicamento relationis. Ad confirmat: Qui sunt æquale in virtute, congruentiùs dicuntur similes, quàm æquales. Possunt quoq; dici æquales quatenus ipsa virtus, in qua sunt æquales, per quandam similitudinem, quantitas nominatur.

Instantia.

Contrà, passio non est eiusdem prædicamenti cum eo, cuius est passio, & proprietas. sed æqualitas, & inæqualitas sunt quantitates, vt patet ex earum definitionibus: igitur non sunt propriæ passiones quantitatis. Confirmatur, quia linea non dicitur æqualis numero: igitur hæc proprietas non competit omni quantitati. Adde quòd æquale, & inæquale opponuntur contradictoriè: igitur dicuntur de alijs prædicamentis; & per consequens non est propria passio quantitatis.

Solutio.

Respondetur, quòd maior veritatem habet in prædicamento substantiæ, non autem in alijs prædicamentis, in quibus non est necesse, vt passio sit in alio prædicamento; nam passio qualitatis, est in prædicamento qualitatis: similiter quantitatis. Ad primam confir: non est necesse, vt quælibet quantitas alteri quantitati sit similis; sed ei tantùm, cui comparatur: linea verò non comparatur numero, ideo non est opus, vt sit æqualis numero. Ad aliam confirmationem, inæquale non sonat non æquale, vt sint contradictoriè opposita; sed potiùs id, quod habet quantitatem excedentem, vel excessam: quia scilicet excedit, vel exceditur. Quòd si inæquale dicat non æquale; sic opponuntur contradictoriè, vt dicuntur de omni ente. Sed de quantitate satis.

DE PRAEDICAMENTO RELATIONIS.

De prędicamento relationis

COORDINATIO GENERVM ET specierum in genere ad aliquid.

Prædicamentalis	Relatio	*transcendens, vt diuina.*
Per se	Prędicamentalis	*Per accidens, vt capitis ad animal.*
Realis	Per se	*Rationis, vt generis ad species.*
Secundùm se	Realis	*secundũ dici, vt virtutis ad vitiũ.*
Simplex	secundũ esse	*mixta, vt scientiæ ad scibile.*
Per eadẽ nomina	simplex	*per diuersa nomina, vt patris ad filium.*
Sub eisdem formis	per eadem nomina	*sub diuersis formis, vt inæqualis ad inæquale.*
Simile	sub eisdem formis	*æquale.*

CAP: I.

De nomine istius prædicamenti.

Omen istius prædicamenti dicitur ad aliquid: ratio est, quia eorum natura, quæ sunt in hoc prædicamento, dependet ad aliud, tanquam ad terminum, cuiusmodi dependentia aptè significatur per hoc nomen ad aliquid. Apud alios autem nomen istius prædicamenti, est relatio, non relatiuum, neq; ad aliquid: quorum ratio est, quia genus de suis speciebus, & omnibus sub se contentis, per se, & essentialiter prædicatur. sed hoc nomen relatio est huiusmodi, non autem relatiuum, vel ad aliquid: ergo aptiori nomine vocabitur relatio, quàm relatiuum, vel ad aliquid. Minor patet, quia per se contenta in isto prædicamento, sunt abstracta, cuiusmodi sunt paternitas, filiatio, similitudo, & huiusmodi, de quibus per se, & essentialiter prædicatur hoc nomen relatio: non autem hoc nomen relatiuum, siue ad aliquid. Quòd autem concreta, non sint huiusmodi relatiua, vel ea, quæ sunt ad aliquid in concreto, non sint in isto prædicamento tanquam species, vel per se inferiora, sic probari potest: Quod est aggregatum ex rebus diuersorum prædicamentorum, non est per se in aliquo vno genere; quia quod per se est in genere, est ens per se vnum: 6. met: sed aggregatum ex diuersis generibus, non est per se vnum, neq; per se ens; nam album propter duplex esse quod significat, non est in genere 3. ethicorum; sed quod significatur per terminum concretum accidentalem, est aggregatum diuersorum generum: ergo non est per se in aliquo prædicamento: atq; ita pater, filius, similia, cùm sint nomina concreta, non sunt per se in prædicamento. Item arguo per regulam primi posterioris: Omnis propositio negatiua est vera, in qua species vnius generis, remouetur à specie alterius generis: vt nullus leo est linea. Si ergo pater, & filius sunt per se in prædicamento relationis; ista erit vera: nullus homo est pater: nullus homo est filius: nullus

Ad aliquid.

Relatio.

Regula.

De prædicamento relationis

homo est similis; quia negatur species prædicamenti relationis à specie prædicamenti substantiæ. Dici potest ad hæc, quòd hoc nomen ad aliquid consideratur dupliciter: vno modo, quatenus hæc præpositio, ad, denotat habitudinem termini ad terminum ad quem, sicut paternitas significat habitudinem patris ad filium, tanquam ad terminum ad quem; & hoc modo Ad aliquid, & relatiuum, sunt nomina Synonyma, & neutrum est genus generalißimum: alio modo, potest considerari, vt denotat habitudinem viæ ad terminum. Exempli gratia, paternitas habet habitudinem ad filium, non tanquam termini ad terminum, patris ad filium; sed potiùs tanquam viæ ad terminum: & tunc hoc nomen ad aliquid, est Synonymum cum hoc nomine relatio. Quapropter, sicut relatio prædicatur per se de speciebus illius prædicamenti, & est genus generalißimum; ita & ad aliquid. Virtus & vitium de principali significant habitus; connotant tamen respectum; quia virtus est virtuosi virtus. Distinguuntur autem relatiua sic: quædam sunt relatiua secundùm dici, vt virtutis ad vitium, quæ de suo principali significato non important relationem, sed de connotato, quia competit eis aliqua relatio: alia sunt relatiua secundùm eße, quæ de suo principali significato important relationem; vt pater & filius, duplum & dimidium, dominus & seruus. Secunda distinctio, duplex est relatio: quædam relatio rationis, vt generis ad species, quæ scilicet dependent ab intellectu: alia est relatio realis, quæ scilicet potest existere sine actu intellectus. Ad relationem autem realem quinque sunt neceßaria: primum est substantia, subiectum relationis, vt homo: deinde fundamentum, vt generatio: tertium, terminus à quo scilicet pater: quartum, terminus ad quem, filius: quintum relatio, vt paternitas. Tertia distinctio, relationum realium, quædam sunt reales in altero extremo tantùm; & sunt illæ, quarum alteri extremum dependet ab altero, non autem è contra, vt relatio scientiæ ad scibile non autem scibilis ad scientiam: nam scientia non potest eße sine scibili; sed bene potest eße scibile sine scientia. Similiter relatio creaturæ ad creatorem, non autem è contra; quia creatura non potest eße sine creatore; sed bene creator sine creatura. Aliæ sunt reales in vtroque termino, quarum scilicet extrema dependent à se mutuò vt relatio patris ad filium. Ad realem ergo relationem extrema debent eße realia ideoque relatio generis ad speciem, est relatio rationis. Debent extrema eße realiter distincta, propterea relatio eiusdem ad idem, est relatio rationis. Debent eße eiusdem ordinis: hinc est quòd relatio creatoris ad creaturam est rationis. Ex quo patet quòd aliqua relatio partim realis est, partim rationis. Quando extrema sunt realia realiter distincta, non secundùm eundem ordinem, sicut relatio scibilis ad scientiam creatoris ad creaturam; tunc est relatio rationis: quia creator potest eße sine creatura, & scibile sine scientia. sed è conuerso, scientiæ ad scibile, & creaturæ ad creatorem, est realis. Quarta distinctio, quædam sunt relationes disquiparantiæ, quarum extrema sunt alterius, & alterius rationis, vt paternitas, & filiatio. Aliæ sunt relationes æquiparantiæ, quarum extrema sunt eiusdem rationis, vt similitudo, & æqualitas. Relatiuum æquiparantiæ est, quod sub eodem nomine nuncupatur cum suo correlatiuo, quod ex eo prouenit; quia vtrumque importat relationem eiusdem speciei, atque super eandem formam speciei fundatur, vt similis simili similis: quia quæcunque significant eandem specificam formam; eodem nomine nuncupantur. Sed relatiuum disquiparantiæ est, quod sub alio nomine refert suum correlatiuum; & tale est duplex, suprapositionis, & suppositionis. Primum est, quòd secundùm suum fundamentum, ponitur supra suum correlatiuum, vt pater, quantùm ad generationem actiuum, ponitur supra filium. Sed relatiuum suppositionis est, quod secundùm suum fundamentum ponitur sub correlatiuo; vt filius, quantùm ad generationem passiuam, ponitur sub patre. Quoniam verò illa non significant eandem formam in specie; ideo

Margin notes: Conciliatio. — Prima distinctio. — Dici. — Secunda dist: — 3. Distin: — Relatio rationis & realis. — 4. Distinct: — Æquiparantiæ. — Suppositionis

De prædicamento relationis

rie; ideò non habent idem nomen. Item, quædam sunt relationes aptitudinales, vel fundamentales, quæ scilicet requirunt terminum solùm in aptitudine, & prædicantur de suis fundamentis per se, in secundo modo dicendi per se: nec etiam distinguũtur prædicamentaliter, aut realiter ab ipsis fundamentis, sicut assimilabilitas; nam si non esset, nisi vnum album in mundo; adhuc tamen foret assimilabile alteri albo, quod posset in rerum natura subsistere. Aliæ sunt relationes actuales, quæ requirunt fundamentum & terminum actualiter existere, cuiusmodi est similitudo: si enim solùm esset vnum album, licet ipsum esset assimilabile; non tamen esset simile. Porrò, talis relatio prædicatur contingenter de suo fundamento, à quo etiam distinguitur realiter. Item, relatio actualis est duplex: quædam est intrinsecus adueniens, quæ positis duobus extremis, necessariò immediatè consurgit; vt positis duobus albis, immediatè, & necessariò consurgit similitudo: dicitur autem intrinsecus adueniens, quòd consequitur immediatè naturam fundamenti, scilicet albedinis, & termini. alia est relatio extrinsecus adueniens, quæ posito fundamento, & termino, non necessariò immediatè consurgit relatio; vt posita potentia actiua ignis, & potentia passiua stuppæ, ignis non agit in stuppam, nisi debita eorundem approximatio præcesserit. Item, relationum intrinsecus aduenientium, quædam distinguuntur realiter à fundamento, vt paternitas à generatione siue potentia generandi, & similitudo à qualitate: nam si vna qualitas esset in mundo; non esset similitudo: si verò alia generaretur, eius esset similitudo: igitur realiter distat à fundamento. Alia quæ non distinguitur realiter, vt creatio: nam si poneretur ista relatio, scilicet creatio distincta à suo fundamento, nempe à creatura; tunc fundamentum ipsa creatura posset consistere sine termino scilicet sine Deo, quod est falsum, sicut inferiùs latiùs patebit. Porrò, conditiones relationis realis actualis intrinsecus aduenientis sunt quatuor: quarum prima, quòd extrema sint realia; ita quòd in ratione fundandi, & terminandi, non dependeant ab intellectu: secunda, quòd sint realiter distincta: tertia, vt ex natura extremorum, & non per actum collatiuum fiat intellectus: postrema conditio, quòd inter extrema sit mutua habitudo, nempe quòd mutuam habeant adinuicem dependentiam. Deinde obseruandum est, quæ sint conditiones eius, vt constitui possit in prædicamento relationis. Hæc vtiq; sunt illi opus: inprimis, vt sit relatiuum secundùm esse, & non secundùm dici, per quod excluduntur virtus, & vitium, & alia relatiua secundùm dici: deinde, vt importet relationem realem, & per hoc remouentur omnes secundæ intentiones: postea, vt illa relatio sit actualis: & in hoc separantur relationes aptitudinales, fundamentales: quartò, quòd intrinsecus adueniat, per quod excluduntur sex vltima prædicamenta, quæ important relationes extrinsecus aduenientes. Item, quædam relationes vocantur prædicamentales, quia fundantur super re alicuius prædicamenti: aliæ verò transcendentes, quarum sunt quatuor genera. primum genus earum est relationum, quæ competunt enti, in quantum est ens; scilicet in quantum abstrahit à prædicamentis, & eorum passionibus: & huiusmodi sunt ordinis, & distinctionis, quæ habentur inter ens, & eius passiones, quæ sunt vnum, verum, bonum, res, aliquid. secundum genus est relationum identitatis, & diuersitatis; idem enim & diuersum diuidunt ens. tertium superioris, & inferioris, vt generis, & speciei. Tales autem relationes possunt considerari dupliciter, formaliter, & fundamentaliter: primo modo sunt respectus derelicti in obiecto per actum comparatiuum intellectus; & sic sunt relationes rationis: secundo modo sunt reales transcendentes; quia fundantur ab intellectu super aptitudines rerum: quartum genus continet relationes, quæ sunt in Deo. Relatio originis, quia filius est à patre, non autem pater à filio; solam enim emanationem dicit, ad quam non sequitur essentiæ diuersitas. In diuinis est ordo se-

5. Diuisio. Aptitudinales
Actuales.
6. Diuisio. Intrinseca.
7. Diuisio. Distincta realiter.
Conditiones relationis intrinsecus aduenientis.
Conditiones eius quod ponitur in prædicamento relationis.
8. Distinctio. Prædicamentales. Transcendentes.
Relationes originis.

cundùm productionem; ideò ibi est ordo naturalis originis, qui prouenit ex eo, quod
est vnum producens, & aliud productum. Item, relationis ordo potest haberi ex
9. Distinctio. Ex parte fundamenti. parte fundamenti. verbi gratia, ad relationem similitudinis inter Platonem & So-
cratem, Plato est subiectum, candor est fundamentum, Socrates est terminus: in-
de sequitur similitudo, quæ dicitur relatio; quia Plato est similis Socrati in cando-
re. Positis his tribus, necessariò consurgit relatio realis, actualis, intrinsecus adueni-
ens, quæ propriè est genus generalissimum; quia prædicatur de multis, & habet sul
se species. Porrò, si solus Plato esset in mundo, quamùis esset albus; nemini tamen as-
similaretur. Ex parte subiecti relatio dicitur alia reperiri in substantia corporea: a-
lia verò in substantia incorporea. Ex parte fundamenti 5. metha: ad aliquid tra-
ditur ab Ærist: huiusmodi diuisio, vnum & multa, actio & passio, mensura & men-
surabile. In primo fundamento, id est, in vna quantitate fundatur relatio æqualita
tis. Illi planè sunt æquales, qui habent vnam quantitatem, non quidem numero; se
magnitudine, & extensione. Similiter relatio inæqualitas fundatur in multitudine
Triplex fundamentum. vel diuersitate quantitatum. Secundum fundamentum actio, & passio, est relati
patris ad filium in generatione. Tertium est relatio, quæ est inter scientiam & scibi
le: obiectum enim, siue scibile se habet, vt mensura scientiæ; cùm veritas scienti
petenda sit ex veritate rei, quæ scitur: sed omnes relationes istius tertij fundamen
pertinent ad relatiua secundùm dici. Ex parte termini, alia sunt eiusdem ration
in vtroque termino: vt vicinus, amicus, consanguineus: quæ vocantur relatiua æqu
parantiæ; quia eodē nomine appellantur: alia sunt diuersæ, & dicuntur relatiua di
quiparantiæ: quorum alia sunt superiora, vt pater, & magister: alia inferiora, vt f
lius, & seruus, superpositionis, & suppositionis. Sed de distinctione relationum sat

CAP: II.

Si relatio sit genus generalissimum.

PRo intellectu istius quæstionis sciendum, quòd prædicamenta Accid
tium distinguuntur secundùm diuersos modos prædicandi de prim
substantia. Quoniam verò prædicamentum Relationis specialem hab
modum prædicandi de prima substantia, nempè secundùm mutua
dependentiam, vnius ad alterum; propterea ponitur prædicamentu
distinctum ab alijs prædicamentis. Relatio verò actualis intrinsecus adueniens, e
genus generalissimum; prædicatur enim de pluribus differentibus specie: igitur e
Relatio genus generalissimum. genus generalissimum. Præterea illud est genus generalissimum, quod non habet g
nus superueniens. sed Relatio intrinsecus adueniens, est huiusmodi; quia nihil præd
catur de Relatione quidditatiuè, nisi ens. sed ens non est genus: igitur Relatio intr
secus adueniens est genus generalissimum. Relatio autem extrinsecus adueniens e
communis sex prædicamentis: non ergo est vnius prædicamenti. Relatio rationis pe
det ex opere intellectus: decem autem prædicamenta, sunt extra opus intellectus: i
tur non potest efficere hoc prædicamentum. Neque Relationes reales transcendente
vt idenditas, & diuersitas, quia non sunt alicuius determinati generis: cùm idem
diuersum diuidant quodlibet genus entis. Reliquum est ergo, vt Relatio intrinsec
adueniens, sit generalissimum distinctum ab alijs generibus. Præterea, illud dicit
generalissimum, quod secundùm vnum suum conceptum, seu rationem dicitur de om
nibus suis inferioribus, sicut sæpius dictum est. sed Relatio intrinsecus aduenie
est huiusmodi; dicitur enim de suis inferioribus secundùm vnam rationem vnius a
alterum: quia omnes species relationis habent hunc modum denominandi substant

am, nemp

am, nempè in comparatione ad aliud: igitur est genus generalissimum. Nota tamen, quòd referri ad aliud dicitur dupliciter: vno quidem modo denominatiuè, & accidentaliter, vt sunt Relatiua secundùm dici, scientia & habitus, & similia, quibus competit prima definitio relatiuorum, quam quidam Platoni attribuunt: alio modo essentialiter, quæ scilicet de principali significato important relationem, vt pater & filius; pater enim essentialiter refertur ad aliud: scilicet ad filium: fieri enim non potest vt sit pater, quin habeat relationem ad filium. Et hæc sunt Relatiua secundùm esse, quibus competit secunda definitio, quam dicunt esse Aristotelis: ex quo colligitur, quòd Socrates, qui est pater, accidentaliter refertur ad aliud; quia de suo formali significato, non importat relationem; sed refertur ad aliud, per aliquid quod sibi accidit, puta per paternitatē, vel aliquid huiusmodi. Relatio verò est illud, quo aliquid dicitur formaliter referri; quia pater formaliter refertur ad filium paternitate: & hac de causa relatio dicitur ad aliquid.

Referri ad aliud dupliciter.

Relatio refertur.

CAP: III.

Argumenta.

Primùm arguo, quòd esse ad aliud non sit propria ratio, qua istud prædicamentum ab alijs distinguatur: sicut esse in, nullius prædicamenti est proprius modus; sed aliqua alia res, cuius esse in, est modus; ita & à simili esse ad aliud nullius prædicamenti est modus; sed est aliqua alia res, cui conuenit talis modus. Confirmatur, quia ille conceptus non contrahit ens essentialiter; quia conceptus absolutus non includitur in conceptu respectiuo. sed conceptus entis est absolutus, quia ens potest concipi, nullo alio intellecto: ergo non includitur in conceptu relationis; & per consequens non contrahitur ad hoc prædicamentum. Ad hæc accedit, quòd ratio formalis relationis est ad aliud, ratio verò formalis entis non est ad aliud: igitur ratio formalis relationis non includit ens; & per consequens prædicamentum relationis de suo formali significato, est non ens. sed prædicamenta sunt entia realia: igitur relatio in numero prædicamentorum haberi non poterit. Respondetur, similitudinem non esse bonam; quia esse in aliquo, est quidam respectus aptitudinalis, seu fundamentalis, à suo fundamento, nequaquam distinctus: ideoq; nō potest facere speciale genus prædicamentale. sed esse ad aliud, est quidam respectus formalis actualis, distinctus realiter à fundamento. Ad confirm: conceptus entis abstrahit ab vtroq;, sicut diuisum à suis partibus diuidentibus: & cùm dicitur, ens intelligi, nullo alio concepto, dicitur hoc non solùm competere absoluto, quatenus diuiditur à respectiuo; verùmetiam enti in communi diuiso, quatenus secundùm suam rationem non est ad se, neq; ad aliud. Ad aliam confirmationem, quemadmodum homo ex sua ratione specifica, est homo formaliter, & non per alia priora contenta, in sua quidditate; ita relatio per suam rationem specificam, est ad aliud, licet non omnia priora sua intrinseca sint ad aliud formaliter. Quòd si dixeris, relationem non dicere per se vnum conceptum; quia compositum ex absoluto & respectiuo, non dicit per se vnum. Respondeo, quòd ex potentia essentiali, & actu proprio, fit per se vnum. sed ens, quod includitur quidditatiuè in relatione, sicut & in alijs generibus, dicit entitatem potentialem respectu relationis contrahentis, & determinantis ipsum ens ad certum genus: igitur ex ente & propria relationis ratione, bene fit vnus per se conceptus relationis. Item, nullum æquiuocum est genus, quia genus prædicatur vniuocè de suis inferioribus, non autem æquiuocum. sed relatio est quoddam æquiuocum; quia dicitur de relatione reali, & relatione rationis: igitur non est genus. Respondetur, maior

1.

Solutio.

2.

relationis maior conceditur, minor verò distinguitur; nam relatio potest dupliciter considera-
ri: vno modo in generali, quatenus dicitur de relatione reali, & relatione rationis, in-
trinsecus & extrinsecus adueniente; & sic relatio non est vniuocum, neq; genus: alio
modo capitur pro relatione intrinsecus adueniente; & sic relatio est genus gene-
ralissimum. Contrà: Prædicamentum distinctum, habet distinctas species, & distin
Instantiæ. ctas differentias. sed relatio non est huiusmodi: quia non habet differentias, & spe-
cies, nisi ex altero, vt dicitur 5. met: In quo species & differentiæ relationis assignan
tur secundùm differentias absolutorum. Ad hæc accedit, quòd prædicamentum de-
bet esse primum principium. sed relatio non potest esse primum principium; quia
Solutio. inter omnia prædicamenta, est maximè dependens: ergo quod prius. Respondetur,
relationem habere suas species & differentias distinctas; sed quia sunt minùs notæ
propter tenuitatem ipsius relationis, nobis innotescunt per differentias absolutorum.
Ad aliam confirmationem, non est necesse, vt prædicamentum sit principium simpli
citer in quolibet genere; sed sufficit si fuerit primum in genere esse causæ formalis;
& sic relatio dicitur principium: quia prædicatur de substantia secundùm mutuam
dependentiam vnius ad alterum. Habet autem relatio dependentiam causalem, sub-
Triplex depē iectiuam & obiectiuam: ideoq; minoris est entitatis: prima spectat ad omnem effe-
dentia. ctum: secunda ad accidentia: tertia ad respectiua. Item, essentiæ prædicamentorum
sunt immixtæ. sed essentia relationis non est immixta; quia omnibus rebus inuenitur
relatio: igitur relatio non est prædicamentum. Confirmatur, quia omne principium
debet esse ens reale extra animam: vnde 5. met: ens reale diuiditur in decem prædic
3. menta. sed relatio non est ens reale, sed rationis; quia comparationem quam dicit ad
Solutio. aliud, est opus rationis, quia est actus comparantis: ergo quod prius. Respondetur, mi
norem veram esse in relatiuis secundùm dici, quæ mixta sunt omnibus generibus: no
autem in relatiuis secundùm esse; non enim omnis homo est pater, aut dominus &
Ad confirmationem, relatio quæ est prædicamentum, non est comparatio actuali
siue actus comparandi; talis enim actus situs est in ratione; sed est habitudo & for
ma, secundùm quam vna res comparatur alteri, quam quidem comparationem præ
supponit comparatio, quæ est actus rationis comparantis: sicut pater nullo intellect
existente, est actu comparabilis; sed actu non comparatur, nisi per actum intelle
4. ctus. Item, nullum ens reale acquiritur subiecto de nouo, sine mutatione ipsius su
iecti. sed relatio acquiritur sine mutatione subiecti; nam Petro modò Ioannes no
est similis, deinceps fit similis, Petro remanente penitus immutato: igitur relatio no
est ens reale, & per consequens non est generalissimum. Confirmatur, quia tunc e
sent duo generalissima, scilicet relatiuum & correlatiuum; quoniam sunt simul natu
Solutio. ra. Respondetur, per relationem aliquid acquiritur, quod priùs non erat: puta aliqu
mutatio respectiua, insensibilis; & sic subiectum aliquo modo mutatur: quia alite
nunc, quàm priùs, licet talis mutatio non sit sensibilis. Ad confirm: Respondet Ma
gnus Albertus, quòd relatiuum quatenus est generalissimum, non habet correlatiu
nisi quantum est determinatum in specie; & hoc modo sibi conuenit correlatiuum
sicut pater & filius, & similia. Cùm ergo relatio intrinsecus adueniens habeat speci
lem modum prædicandi de prima substantia, & denominandi ipsam, est genus disti
ctum ab alijs; licet enim commune omnibus prædicamentis accidentiùm esse in sub
iecto; proprium tamen est relationis ad aliud se habere: importat siquidem aliquam
naturam realem ab alijs prædicamentis distinctam. Est autem aliqua habitudo i
rebus, alioqui ordo in entibus non inueniretur; & per consequens essent imperfecta
omnia siquidem desiderant summum bonum: porrò, inter res, quæ desiderant summ
bonum, & rem desideratam, est habitudo, quæ est relatio, & ens speciale. Et reuer
secluso omni opere intellectus, quædam res inter se magis, minusq; conueniunt; na
vnu

vnum album magis conuenit cum altero albo, quàm cum nigro. Est ergo relatio ens reale, faciens vnum prædicamentum. Item, relatio non est substantia, neq; accidens: igitur non est prædicamentum distinctum: consequentia patet, quia omne prædicamentum, aut est substantia, aut accidens. Antecedens probatur; quia relatio non est subiectum, sed accidit subiecto: igitur non est substantia. Non est accidens; quia omne accidens est in subiecto. sed relatio non est in alio, sed ad aliud: igitur non est accidens. Confirmatur, quia omne genus habet distinctas species, & differentias. sed Aristoteles non explicat has species distinctas relationis: igitur relatio non est distinctum prædicamentum. Respondetur, quòd relatiua non solùm sunt ad aliud; verùm etiam sunt in alio, non quidem, vt albedo, & quantitas, accidentia absoluta; sed vt accidentia respectiua, quæ ordinant ipsum subiectum, vt paternitas ordinat patrem ad filium, & similitudo simile ad simile. Ad confirmationem, relatio communiter sumpta, habet genera subalterna, vt relatio disquiparantiæ, sine determinatione alterius extremi: cum alterius verò extremi determinatione accepta, vt paternitas, filiatio, habet species: cum determinatione autem subiecti, vt hæc paternitas, hæc filiatio, hoc duplum; tunc habet indiuidua. Item, prædicamentum debet esse ens reale. sed relatio non est ens reale, probatur: quia quod est medium inter duo contradictoria, non est ens reale; medium enim sapit naturam extremi. sed relatio est medium inter duo contradictoria; quia inter ens, & non ens, est contradictio, quæ est relatio quia sicut ens opponitur non enti; ita vicissim non ens opponitur enti. sed accidens quod est in non ente, vt in subiecto, est non ens: igitur relatio non est vnum prædicamentum. Soluitur, relatio media inter duo contradictoria, est ens, & relatio rationis; non tamen continetur sub relatiuo, quod est prædicamentum. Item, cuiuslibet vnius generis sunt tantùm duæ primæ species, vt substantiæ, alia est corporea, alia incorporea: animalis, aliud rationale, aliud irrationale. sed prædicamenti relationis sunt plures duabus: igitur non est vnum genus. Probatur minor, quia illæ duæ primæ species, vel mutua relatione referuntur, vel referuntur ad alia. Si primo modo, vel ambæ sunt relatiua æquiparantiæ; & sic omnia inferiora erunt relatiua æquiparantiæ: atq; ita relatiua suprapositionis, & suppositionis erunt alterius generis: vel ambæ primæ species erunt relatiua disquiparantiæ, & similis erit ratio, quæ est falsa. si verò referantur ad alia; tunc erunt quatuor species & non duæ: quia illa correlatiua sunt simul natura cum relatiuis: duæ autem sunt species relatiuæ, & duæ correlatiuæ: quatuor ergo & non duæ. Respondetur, Relatiuum æquiparantiæ accipitur dupliciter, propriè, & trasumptiuè. Propriè autem, quando denominatio fit à forma eiusdem speciei, quæ prædicatur de vtroq; extremo relationis: vt simile & æquale. Transumptiuè verò, quando nomen imponitur à forma, non eadem in specie; sed in genere: & hoc modo relatio genus generalissimum, est relatiuum æquiparantiæ; & sic non sequitur intentum. Ex quo colligitur, quòd omnis relatio inferior æquiparantiæ, id est; principium referendi, est secundùm eandem formam in genere, non autem in specie, quia vtrumq; extremum non vocatur eodem nomine eiusdem speciei; pater enim est relatiuum æquiparantiæ secundùm formam sui generis, relatiuum relatiui; non autem secundùm propriam formam patris; quia sic est relatiuũ disquiparantiæ.

Relatio est prędicamentum.

5.

Solutio.

6.

Solutio.

7.

Solutio.

QVAESTIONIS PRIMAE CAP. IIII.

Si relatio differt realiter à suo fundamento.

Rationes.

Vid relatio, & quid sit fundamentum relationis, expressum est in præcedenti quæstione: nunc reliquum est videre, quid de hac re sit tenendum. Dici potest secundùm sententiam Scotistarum: relationem, quæ habetur inter res creatas, realiter distingui à suo fundamento. probatur: Nihil est idem realiter alicui, sine quo illud potest esse, absq; contradictione; quia esse idem realiter, & non esse idem realiter, pugnat contra illam maximam: De quolibet est negatio vera, vel falsa. sed multæ sunt relationes, sine quibus fundamenta possunt esse sine contradictione; quia album potest esse sine similitudine, & quantitas sine æqualitate: ergo relatio differt realiter à fundamento.
2. Item, nullum finitum continet secundùm perfectam continentiam opposita formaliter. sed æqualitas, & inæqualitas, similitudo, & dissimilitudo, sunt correlatiua, & opposita formaliter; possunt enim successiuè perfectè fundari in eodem fundamento: illud ergo fundamentum neutrum istorum continet formaliter, & identicè; qui qua ratione, ambo simul continere non potest; eadem, nec alterum illorum continebit.
3. Item, impossibile est, eandem formam simul & semel intendi, & remitti. sed relatio intenditur, quando suum fundamentum remittitur, & è contra: igitur relatio, & suum fundamentum non sunt vna forma realiter. Maior patet, quia intendi, & remitti, sunt motus contrarij. sed simul moueri motibus contrarijs, est impossibile. Minor probatur: quia supposito, quòd Socrates sit albus magis quàm Plato; si remittatur albedo Socratis; erit Platoni magis similis: si verò intendatur, dissimilior: continuè enim albedo Socratis à gradu recedet albedinis Platonis.
4. Item, friuolum esse videtur, personas in diuinis formaliter constitui ex entibus rationis; cùm sint distinctè realiter. sed personæ diuinæ formaliter constituuntur ex relationibus: igitur relatio est ens reale, realiter distinctum à suo fundamento, relatio realis actualis.

Tria fundamenta.

Porrò, communiter tria assignantur fundamenta, scilicet quantitas, qualitas, & actus, quæ est actio, vel passio: in quantitate fundantur relationes æqualitatis, & inæqualitatis, & proportiones numerorum: in qualitate similitudo, & dissimilitudo: in actione verò, paternitas, filiatio, dominatio, & seruitus: in potentia, actiua, & passiua: fundamentum igitur est causa, sine qua relatio non oritur.
1. Contra posset sic dici: Omnem rem ab alio distinctam realiter, potest Deus facere sine alia. sed relatio est res distincta realiter à suo fundamento: ergo Deus poterit facere relationem sine fundamento, paternitatem sine potentia actiua generandi: similitudinem sine qualitate, & similia, quæ sunt omninò absurda.

Solut:

Soluitur, omnem rem distinctam ab alia; & ipsa priorem, Deus potest separare: non autem ipsa posteriorem. sed relatio est posterior suo fundamento: igitur non potest Deus facere relationem sine fundamento; bene autem fundamentum sine relatione. Contra, licet Deus non possit facere similitudinem sine qualitate; posset tamen facere duo alba sine similitudine. Respondeo, posse facere duo alba sine similitudine actuali; non tamen sine similitudine fundamentali. vel potiùs est dicendum, quòd posito fundamento, & termino, de necessitate consurgit, relatio intrinsecus aduenien. Ideò positis duobus albis, necessariò consurgit similitudo; non quidem prioris ad posterius dependentiæ necessitate; sed naturalis necessitate coexistentiæ: eo modo, quo dicimus, quòd posita totali causa in esse naturaliter agente, effectus ponitur in actu.
2. Item, si ita res se haberet; tunc sequeretur, quòd ignis existens Cracouiæ, & ibi calefaciens aliquod calefactibile, necessariò calefaceret aliquod calefactibile Posnaniæ. Consequentia valet; quia calefacto aliquo calefactibili Cracouiæ, noua similitudo consurgit in calido existente Posnaniæ. sed calefaciens non agit, nisi calefaciendo: ergo ignis existens Cracouiæ, calefaceret calefactibile Posnaniæ; & spatium quod est inter Cracouiam, & Posnaniam: agens enim naturale, priùs agit in propinquum, quàm in re-

motam partem. Soluitur, calefacto Cracouiæ aliquo calefactibili, noua fit relatio in
calido Posnaniæ existente; non tamen est necesse, vt noua in eo generetur caliditas.
Et ad probationem dicitur, verum esse de actione physica, non autem de metaphy- Solutio.
sica; metaphysicum enim agens abstrahit à situ. Item, si relatio realiter differt à
suo fundamento; tunc sequerentur duo maxima absurda: primum, quòd aliquis non 3.
esset pater eius, quem genuit; posset enim Deus destruere talem paternitatem, cùm
sit realiter distincta: secundum, quòd aliquis esset pater illius, quem non genuit;
quia Deus posset de nouo creare paternitatem, qua aliquis vocaretur pater illius,
quem non genuit. Soluitur, patet solutio ex dictis: Relatio non potest destrui, ex- Solutio.
tremis remanentibus, propter naturalem coexistentiam extremorum; neque potest
creari sine existentia extremorum: quia habet naturalem dependentiam ad extre-
ma. Item, si relatio esset alia res à fundamento: igitur cuicunque fundamento ipsa
adueniret de nouo, mutaretur realiter; quod philosopho non probatur 5. & 7. phy: di- 4.
cit ad aliquid non esse mutationem, neque motum. Confirmatur: quia si relatio est a-
lia res à fundamento; esset processus in infinitum in relationibus: nam si ista relatio
est alia res à fundamento; pari ratione, alietas ista, cùm sit quædam relatio, erit a-
lia res à fundamento: & sic in infinitum, quod est inconueniens. Soluitur, à Simpli- Solutio.
cio super prædicamenta: Sicut relatio, inquit, non est forma ad se, sed ad aliud; ita
illud, cui relatio aduenit, non mutatur ad se, sed ad alterum: & sic est mutatio non
ad se, sed ad alterum. Quòd si dixeris solùm illum mutari, quòd aliter se habet nunc
ad se, quàm prius; tunc ad aliquid non est motus, neque mutatio. Ad confirmatio-
nem, non sequitur, quia relatio se ipsa refertur ad fundamentum, sicut se ipsa liga-
tur ad fundamentum, vt dicit Auicenna 3. meth. Et cùm probas de alietate, qua re-
latio, est alia res à fundamento, vtrum sit eadem suo fundamento, vel non: si sic; ea-
dem ratione fuit standum in primo: si verò est alia, & illa alia per aliam; & sic in
infinitum. Respondeo, consequentiam non esse bonam: quia illa relatio non potest
esse sine fundamento, absque contradictione; sed bene fundamentum sine relatione
absque contradictione. Item, quod distinguitur realiter ab aliquo, facit compositio-
nem cum eo. sed relatio non facit compositionem cum fundamento; quia non est ma- 5.
gis compositum album simile, quàm album tantùm: ergo relatio non differt realiter
à suo fundamento. Confirmatur, quia tunc esset conceptus generalissimi non simpli-
citer simplex; quia relatio habet suum inesse, & ad aliud esse; & sic componitur
ex in, & ad: ergo quod prius. Soluitur: concedo, album simile esse magis compositum, Solutio.
quàm solū albū: quòd si velis instare de relatione diuina; non est simile, cùm nihil sit
ibi alicuius generis prædicamentalis. Ad confirmationē: conceptus cuiuscūq; generis,
non est simpliciter simplex; eò quòd includit naturam entis, & naturam determinā-
tem suum gradum intrinsecum. Item, quòd non habet distinctionem, nisi penes distin
ctionem fundamenti, non distinguitur realiter à fundamento; sed quoniam modica 6.
est, innotescit nobis per fundamenti distinctionem. Soluitur, relatio habet propriā en
titatē: sed quia eius entitas modica est, innotescit nobis per fundamenti distinctionē.

QVAESTIONIS SECVNDAE. CAP. V.

Si relatio creaturæ ad Deum sit eadem cum suo fundamento.

PRo intellectu *istius quæstionis sciendum, quòd fundamentum istius relationis, est creatura: terminus, est Deus: relatio, est creatio. Sensus ergo quæstionis est: an creatura possit realiter separari à creatione; ita quòd possit esse creatura sine creatione, sicut potest esse album sine si-*

militudine. Ad hanc autē quæstionem possumus respondere, Scoti rationibus sufful-
Scoti rationes ti, essentialiorem esse comparationem creaturæ ad Deum, quàm materiæ ad formā,
& compositi ad partes. sed inter istas non cadit medium: nec ergo inter creaturam
& Deum, quod minimè verum esset, si relatio, id est, creatio distingueretur realiter
à suo fundamento, nempe à creatura; tunc enim aliquod medium esset inter Deum,
2. & creaturam. Item, illud dicitur propriè esse alicui essentialiter, vel realiter, sine
quo esse non potest sine contradictione. sed relatio creaturæ ad Deum, sic inest cre-
aturæ, quòd impossibile est esse creaturam sine ea relatione, absq; contradictione:
ergo est eadem suo fundamento. Probatur minor: quod potest esse sine relatione,
potest esse sine termino relationis. sed creatura non potest esse sine termino creatio-
nis, id est, sine Deo, qui est terminus creationis: igitur creatio realiter non distin-
1. guitur à creatura. Sed contra hæc sic arguo: Si ita res se haberet; tunc quælibet re-
latio, quæ inesset essentiæ diuinæ per actum intellectus diuini, esset eadem essentiæ:
cùm impossibile sit essentiam esse sine ea; alioqui mutaretur intellectus diuinus. pro-
batur, quia nihil est idem alicui realiter, nisi fuerit ens reale. sed illa relatio est en:
rationis, scilicet relatio Dei ad creaturam; quia Deus potest esse sine creatura: igi-
Solutio. tur illa ratio non cogit. Soluitur: Non est, simile: nam quòd creatura non possit ess
sine Deo, hoc prouenit ex ratione intrinseca; quia eò ipso, quod est creatura, habe
necessariam dependentiam ad Deum. Quod verò essentia diuina non possit esse sin
Instantia. relatione illa, hoc prouenit ex causa extrinseca; & sic non est simile. Contra, si re
latio creaturæ ad Deum, esset eadem cum suo fundamento; tunc omnia alia enti
Solutio. identicè essent relatiua. sed hoc est falsum, quia entia sunt absoluta: ergo. Solui
tur, inconueniens est omnia esse ad aliquid, si creaturæ comparentur adinuicem
quia sunt entia realia absoluta: quòd si comparentur ad primam causam, ad quan
2. habent dependentiam necessariam; bene possunt dici entia respectiua. Item, quæ se
ipsis distinguuntur, non sunt idem realiter. sed relatio & fundamentum seipsis di
stinguuntur; quia sunt prædicamenta formaliter distincta: igitur non sunt iden
realiter. confirmatur authoritate Auicennæ dicentis 5. met: cap: 1. Equinitas es
tantùm equinitas, nec vna, nec plures; pari quoq; ratione, creatura, in quantum cre
Solut: atura, non includit aliquem respectum secundùm identitatem realem. Soluitur, Ist
relatio, qua creatura refertur ad Deum, est transcendens, & non alicuius generi
determinati. Ad authoritatem Auicennæ: dicitur Auicennam exclusisse à quiddi
tate vnum, & multa, potentiam & actum; quia nullum tale est de intellectu quid
ditatis formalis. Ex hoc autem non licet arguere, relationem creaturæ ad Deum, no
esse idem cum fundamento, cùm relatio sit de quidditate fundamenti: nam quem
admodū creatura non potest esse sine prima causa; ita etiam nec potest esse sine crea
tione. Item, nihil manet sine eo, quod est sibi idem realiter. sed angelus manet sin
3. tali relatione; quia manet post primum instans suæ creationis, cùm creatio sit tantùn
in primo instanti: igitur relatio creaturæ ad Deum, non est idem realiter cum crea-
Solutio. tura. Soluitur, Respectus dependentiæ creaturæ ad Deum, non solùm manet in pri
mo instanti, in quo fit creatio; verùmetiam perpetuò durat cum ipsa creatura: quia
creatura nullo vnquam tempore potest consistere sine creatore. Et cùm dicitur, cre-
ationem non esse, nisi in primo instanti, concedo: verùmtamen vltra respectum re-
alem creaturæ ad Deum, quem denotat creatio: dicit etiam respectum rationis ad
non esse præcedens: & ideo fieri dicitur in primo instanti.

QVAESTIONIS TERTIAE. CAP. VI.

Si relatio sit ens extra animam.

Pro intel-

PRo intellectu istius quæstionis sciendum, antiquorum fuisse sententiam, nullam in rebus realem inueniri relationem; sed res per intellectum ad inuicem referri. Huius rei meminit Arist: & suus commentator 12. met: comm: 19. Zeno, teste Alberto, putauit ad aliquid, non esse peculiare aliquod genus; sed multis mixtum, & ex variis congestum. Oppositum sentit Philoso. 5. met: in quo diuisit ens secundùm se in decem prædicamenta: in quorum numero haberi voluit relationem. Item, sicut ens diuiditur in ens in anima, & in ens extra animam; ita & relationes diuiduntur in reales, & rationis. quòd si relationes nullæ sint extra animam; nulla erit huiusmodi diuisio. Item, quod cognoscitur per sensum est reale. sed relatio est huiusmodi; distantia enim solis à terra, est relatio: sensu autem percipimus magnam esse distantiam inter solem, & terram. Item, quandocunque aliquod diuisum est reale extra animam; diuidentia quoque sunt extra animam. sed ens quod secundùm se, est reale, diuiditur in decem genera: igitur ipsa decem genera sunt entia realia extra animam. Item, Auicenna 6. met: cap: vlt. sic arguit, Quod habet esse anima non existente; proculdubio eius esse non dependet ab anima. sed relatio est huiusmodi: Probatur, quia hic pater, est pater: & hic filius, est filius, nullo intellectu cogitante. Bruta quoque nullo existente intellectu, inquirunt alimentum: inquisitio verò est relatio. nullo præterea existente intellectu: cælum est sursum, & terra deorsum, in quibus sunt relationes respectiuæ. Item, Scotus sic arguit: Si ita res se haberet; tunc destrueretur compositio in entibus: quia nihil est cõpositum sine vnione partium. Illa ergo vnio, aut est ens reale; & habetur propositũ: aut ens rationis; & sic est falsum: quia nullum ens reale dependet ab ente rationis. sed compositum dependet ab vnione partium: ergo relatio realis non pendet ab opere intellectus. Confirmatur, quia tunc destrueretur causalitas causarum secundariũ: probatur, causæ secundæ causant proportionabiliter, & approximatè ad primam causam: illa autem approximatio, non est ens rationis, sed reale; quia effectus realis requirit approximationem realem in causis: ergo quod prius. Item, ex ista positione destrueretur realitas scientiæ mathematicæ; scientiæ enim reales demonstrant per passiones reales. sed scientiæ mathematicæ sunt reales: habent ergo relationes reales, & non relationes rationis. Ex his ergo rationibus, & aliis paulò antè recitatis, patet quomodo relationis prædicamentum sit extra animam, propter eius dispositionem & aptitudinem naturalem existentem extra intellectum: licet actualis eius comparatio fiat per actum collatiuum intellectus comparantis relatiuum ad correlatiuum. Contra, relatio, non est, nisi comparatio vnius ad alterum. sed talis comparatio est in intellectu, & fit ab intellectu comparante: ergo est ens in anima, & non extra animam. Soluitur: Duplex est comparatio, actualis scilicet, quam facit intellectus comparando vnum alteri: & talis dependet ab intellectu comparante: Alia est comparatio formalis, quæ consurgit ex formalibus rationibus extremorum; & illa est in re præter comparationem intellectus.

Rationes. 1. 2. 3. 4.

Rationes Scoti. 1. 2.

Instantia. Solutio.

QVAESTIONIS QVARTAE. CAP. VII.

Si prima definitio sit rectè data.

PRo intellectu primæ definitionis relatiuorum sciendum, quòd sola substantia non refertur ad aliquid; substantia enim, quatenus est substantia, non est causa relationis: dicitur autem ad aliud per formam accidentalem, quæ causat relationem in subiecto. Ad aliquid dicuntur: plurali numero vtitur, propterea quòd omne relatiuum habet suum corre-

Ad aliquid dicuntur.

De prędi-camento relationis

latiuum: sunt ergo plura. Natura præterea relationis in pluribus consistit, authore
Boetio. Dicuntur, vel quia relatiua hîc considerentur non sub ratione entium; sed po-
tiùs sub ratione prædicabiliũ, & ordinabilium: vel quia sic definiuntur à Platonicis
Quæcunq;, in quo ostenditur relatiuorum multitudo, & diuersitas; quia quædam sun
secundùm esse, quædam secundùm dici, quædam realia, quædam rationis. Hoc ipsum
quod sunt, aliorum dicuntur: per quod intelliguntur relatiua secundùm esse: quorum
totum esse est adaliud. Huiusmodi autem relatiua sub habitudine genitiui casus re-
feruntur, vt pater filij pater, dominus serui dominus, duplum dimidij duplum: ve
quomodolibet aliter adaliud: per quod denotantur relatiua secundùm dici: quæ non
sunt simpliciter relatiua; quia sunt in alio genere, quia eorum principale significatum
non est entitas absoluta: talia verò referuntur ad inuicem sub habitudine genitiu
Argumenta. casus, datiui, ablatiui, vt disciplina disciplinati disciplina: et scientia scibilis scientia
1. scibile verò scientia scibile: & simile simili simile, & multa huiusmodi. Contra præ
dicta sic arguo: Omnis definitio debet dari per priora, & notiora, vt dicitur 2. poste
sed ista non est talis: ergo non est bona. Minor probatur; quia nihil est notius rela
tione, cùm sit genus generalissimum. Confirmatur, quia omne definitum debet ess
eiusdem rationis. sed relatiua secundùm esse, & secundùm dici, sunt diuersarum
rationum; quia diuersorum generum. Ad hæc accedit, quòd definitio debet dicer
quid vnum. sed ista definitio non est huiusmodi; quia datur per distinctionem: erg
Solutio. quod prius. Soluitur, quamuis relationis prædicamento non competat definitio quid
ditatiua, & essentialis; competit tamen ei descriptio à posteriori, quæ notior est, quàm
nomen sumptum secundùm se. Ad primam confirmationem, duplex est definitio
quædam quidditatiua, quæ cùm dicat tantùm esse rei, illius definitum vnius erit ra-
tionis: alia est potestatiua, cuius definitum potest esse multiplex; hac de causa datu
per distinctionem, qua illa denotatur diuersitas. Ad confirmationem secundam, di-
co illam intelligi debere de definitione quidditatiua, quæ explicat esse definiti secun-
dùm vnam rationem, non autem de definitione potestatiua. Item, si definitio esse
2. bona; tunc sequerentur multa absurda: primum, quòd humanitas, & animalitas e-
sent relatiua, quia dicuntur aliorum; vt humanitas hominis humanitas, & animali-
tas animalis animalitas: secundum quòd album & albedo essent relatiua; albedo e-
nim alterius dicitur, vt albedo albi albedo, & album albedine album: tertium, o-
mne ens diceretur ad aliquid; quia òmne ens est causa, vel causatum. sed causa est
Solutio. causati causa, & vicissim causatum est causæ causatum: ergo quod prius. Ad hanc
obiectionem respondet Albertus. Vt aliquod, inquit, habeatur in relatiuorum nume-
ro, debet esse alterius potentia, vel organum, aut instrumentum: potentia, vt virtu
& disciplina: organum, vt manus, caput: instrumentum, vt securis, remus. Quonia
autem humanitas, & animalitas, non dicunt respectum, vt potentiæ, organa, vel in-
strumenta; sed potiùs vt formæ essentiales. similiter albedo ad album se habet v
forma: & forma ad materiam se habet, vt principium essentiale; hac de causa, hu-
iusmodi non dicuntur relatiua. Ad illud, quòd omne ens mundi sit ad aliquid, conce-
ditur denominatiuè, non autem per se, & essentialiter: vel sicut dictum est, dicun-
tur omnia entia respectiua respectu primæ causæ, non autem absolutè, & essentia-
3. liter. Item, definitio est entis realis, & determinati generis. sed prædicamentum re-
lationis, non est ens reale; quia est comparatio aliquorum adinuicem, quæ plan
comparatio fit à sola ratione: ergo. Item, relatio cùm causetur ex comparation
aliorum prædicamentorum ad inuicem; non est per se vnum prædicamentum, se
Solutio. aliis prædicamentis immixtum: igitur non potest definiri. Soluitur, duplex est com-
paratio vt dixi: actualis, quæ est in anima comparante; & talis non est de quidd
tate relationis: alia ast potentialis, quæ magis propriè comparabilitas dicitur: e

hæc quidem

hæc quidem comparabilitas est in rebus, & in relatione includitur. Ad aliud, licet relatiuum dicatur immixtum aliis prædicamentis denominatiuè; quia de rebus aliorum prædicamentorum dicitur; est tamen vnum genus de ratione sua formali: quatenus est relatio intrinsecus adueniens, habens sub se inferiora, de quibus prædicatur. Cùm ergo relatio suam habeat rationem formalem ab aliis omnibus distinctam; sequitur necessariò, vt sit genus distinctum. Item, similitudo est relatio, & non habet fundamentum; quia si haberet fundamentum, esset qualitas. sed qualitas non 4.
potest esse fundamentum; quia non est mensura, aut mensurabile: non est actio, aut passio: non est vnum, & multa, quæ ad quantitatem pertinent. Soluitur, similitudinis relationem fundari in vno; similes enim esse dicuntur, qui habent vnam qualitatem secundùm rationem, vt albedinem, vel nigredinem: dissimiles verò qui habent multas secundùm rationem, & definitionem qualitates: puta vnus albedinem, alter verò nigredinem. Quoniam verò vnum & multa videntur pertinere ad modum quantitatis; idcirco similitudo secundùm modum, non autem secundùm rem fundatur in quantitate. Item, illa quæ ponuntur supra inuicem, prædicantur de se inuicē, vt genus prædicatur de suis speciebus: genus verò supra ponitur speciebus. sed vnum 5.
relatiuum non prædicatur de correlatiuo, quia pater non prædicatur de filio: ergo non ponitur supra aliud, & per consequens nullum est relatiuum suprapositionis. Soluitur, duobus modis possunt poni aliqua sub, & supra: vno modo secundùm rationē subiicibilis, & prædicabilis; & hoc modo relatiua non ponuntur sub, & supra. alio modo secundùm rationē causæ, & effectus; & hoc modo dicuntur relatiua suprapositionis & suppositionis. Item, omnes species eiusdem generis, æqualiter continentur sub eodem genere. Sed species relationis sunt huiusmodi: ergo nulla est species suprapositionis, & suppositionis. Soluitur, formaliter illæ species consideratæ secundùm suas essentias, vna non supraponitur alteri, vel supponitur; materialiter verò quoad sua fundamenta supponitur vna alteri. Contra, ōnia relatiua sunt simul natura, & dicuntur ad conuertentiam: quæ autem ita se habent, carent ordine causali naturæ, & perfectionis; & per consequens vnum non videtur supra, & reliquum infra. Soluitur, quamuis ex comparatione extremorum relationis ad formam mediæ correlationis, relatiua dicantur ad conuertentiam, & simul natura; si extrema tamen comparentur ad inuicem, non sunt simul natura; quia omnis causa natura præcedit suum effectum. hæc ergo modo dicuntur relatiua disquiparantiæ.

Solutio. Solutio. 6. Solutio.

CAP: VIII.

Quòd relatiua habeant contrarium.

Eperitur entium cum iis, quæ cum aliquo conferuntur & cætera. Ponuntur proprietates relatiuorum, quarum prima est: relationi inest contrarietas. Pro cuius rei notitia sciendum, quòd illud, cuius totum esse, est ad aliud quodammodo se habere, & esse respectiuum & dependens, non habet contrarium; contraria enim sunt formæ actiuæ, & passiuæ, absolutæ ad inuicem. sed totum esse relatiuorum est respectiuum, & dependens: igitur relatiuis non inest contrarietas. Et hoc quidem relatiuis competit secundùm esse: relatiuis verò secundùm dici, conuenit contrarietas secundùm esse absolutum, non autem secundùm esse respectiuum. Illa enim relatiua duobus modis considerari possunt: vno modo secundùm esse absolutum, quod est alterius generis; & sic dicuntur habere contrarium, vt vitium & virtus; quia sunt qualitates actiuæ, & passiuæ, quibus propriè conceditur contrarietas: alio modo quantùm ad respectus,

Textus Arist: Contrarietas in relatione.

relationis respectus, quos includunt, & connotant; & sic nihil est ei contrariũ, nisi per accidens,
Argumentũ. sicut motus per accidens relationi tribuitur. Contra, in quocunq; genere reperitur cõ-
trariũ, siue contrarietas; in eodem reperitur motus, qui est de contrario in contrariũ.
Solutio. sed in relatione non est motus 5. ph: ergo nõ est contrarietas. Soluitur: sicut relationi
competit terminare motum; ita & habere contrarium. sed conuenit ei terminare
motum per aliud, nempe per fundamentũ: per idem ergo conuenit habere contrari-
Ad relationẽ nõ est motus. um. Hoc autẽ modo ad relationẽ non est motus scilicet per se, & primò; relatio enim
acquiritur per accidens, siue consequenter, acquisita nimirum qualitate, vt acquisi-
ta per motum alterationis albedine, vel nigredine, consequenter acquiritur similitu-
do, vel dissimilitudo. Contra, Relatiuè opposita, non opponuntur contrariè; quia sunt
Solutio. species distinctæ oppositionis. Soluitur, relatiua secundùm dici, habent contrarium,
quatenus sunt formæ actiuæ, quæ mutuò se expellunt: in quantum autem includunt
respectus, non habent contrarium; virtus enim virtuoso non contrariatur, neq; sapi-
entia sapienti. Itaq; formaliter non habent contrarium, sed fundamentaliter. Secun-
Suscipiunt magis & minus. da proprietas: relatiua suscipiunt magis & minus; quia in proprio esse intenduntur
& remittuntur, vt de inæquali, simili, & dissimili, vt inæqualior, similior, dissimi-
lior. Verùm, quemadmodum respectus causatur à fundamento; ita etiam ad intensi-
onem fundamenti, sequitur intensio relatiuorum. Ex quo patet, quòd sicut ad aliquid
non est per se primò motus; ita per se primò non suscipit magis & minus, sed ratio-
Argumenta. ne fundamenti. Contra, nulla forma simplex indiuisibilis suscipit magis & minus: pa-
tet: quia suscipere magis, & minus, præsupponit augmentum & decrementum, qu
in re indiuisibili esse non possunt. sed relatiua sunt huiusmodi; quia sunt respectu
Solutio. indiuisibiles: ergo non suscipiunt magis & minus. Soluitur, relatiua secundùm di-
ci habent, siue suscipiunt magis & minus fundamentaliter, non autem formaliter, i
est, respectu fundamenti, non autem respectu relationis. Contra, æquale non susci-
Solutio. pit magis, & minus: ergo nec simile; vtrumq; enim est relatiuũ. Respondetur, conse-
quentia nõ est bona; nõ enim est simile de æqualitate, & similitudine: æqualitas enim
fundatur in quantitate, quæ nõ suscipit magis, & minus: similitudo verò in qualitat
quæ suscipit magis, & minus: propterea non est simile. Contra, inæquale suscipit ma-
Solutio. gis, & minus; & tamen eius fundamentũ est quantitas. Soluitur, inæquale non suscipi
magis, & minus, ratione fundamenti; sed potiùs propter recessum ab æqualitate: re-
cessus verò potest recipere magis & minus; quia pedale, & tripedale magis sunt in-
æqualia, quàm pedale, & bipedale. vnde quamùis æquale dicatur secundùm magis,
& minus; duplum tamen, & dimidium, & triplum non suscipiunt magis, & minu
In causa est, secundùm Albertum magnum; quia quodlibet tale, ponit certam men-
suram, in qua non est magis, & minus: inæquale verò, quoniam ponit mensuram in-
determinatam, cui potest fieri additio, ideò suscipit magis, & minus. Item, respe-
2. ctus correlationis protenditur per modum viæ tendentis ad terminum. sed in tali vi
est accipere magis & minus: ergo & in respectu relationis. Confirmatur; quia rela-
tio non accidit subiecto, sine mutatione: omne autem tale quod fit per mutationem, &
motum suscipit magis & minus. Soluitur, via relatiui, est respectus formalis; & p
Solutio. consequens indiuisibilis, non descensus per prius, & posterius, sicut præsupponit ar-
gumentũ: maior ergo est falsa, quæ dicit: quòd omnis via recipit magis, & minus. A
confirmationem, in relatione est duplex esse, scilicet accidentis, quod dicitur esse i
& relationis, quod dicitur esse ad. Primo modo nihil prohibet relatiuum permuta
secundùm proprietates illius accidentis, in quo fundatur sua inhærentia accident-
lis. secundo autem modo non suscipit magis, & minus. Item, istæ duæ proprietat
3. videntur inutiles, & vanæ: ergo non erant ponendæ. Consequentia patet: antecede
probatur: quia illud dicitur vanum, & inutile, quod non ducit ad cognitionem re

sed huiu

De prædicamento relationis

sed huiusmodi sunt duæ istæ proprietates, quippe quæ conueniunt relatiuis ratione fundamentorum, non autem ratione relatiuorum: vanæ ergo sunt. Soluitur, vanum nominatur quod non proficit per se, vel per accidens ad finem intentum. sed tales proprietates per accidens saltem, & à posteriori notificant naturam relatiui: igitur vanæ dici prorsus non possunt. Tertia proprietas, relatiua dicuntur ad conuertentiam: pro quo sciendum, quòd differunt conuersio, conuertibilitas, & conuertentia: conuersio enim est passio propositionum, in quibus de subiecto vnius fit prædicatum alterius, & è diuerso. Conuertibilitas autem passio eorum, quæ de se inuicem verè & vniuersaliter prædicantur: vt homo, & risibile. Sed conuertentia, est referibilitas secundùm mutuam dependentiam, & hoc solùm conuenit relatiuis. Itaq; si ista proprietas intelligitur hoc modo, relatiua dicuntur ad conuertentiam, id est, referuntur ad se inuicem secundùm mutuam dependentiam, in obliquo, vt pater filij pater, & filius patris filius; tunc est proprietas relatiuorum 4. modi. si verò accipiatur, vt conueniat omni, sed non soli; tunc homo, & risibile dicuntur ad conuertentiam: quia ad esse vnius sequitur esse alterius: non tamen ad conuertentiam strictè; quatenus est referibilitas secundùm mutuam dependentiam; sic enim solis relatiuis competit. Contra prædicta sic arguo: Contraria debent maximè à seipsis distare, vt ex eorum definitione patet. sed virtus, & vitium non maximè distant; vitia enim per superabundantiam & defectum magis distant, quàm virtus & vitium: virtus enim consistit in medio, quod minus distat ab extremo, quàm vnum extremum ab alio. Soluitur, virtus & vitium possunt dupliciter considerari: vno modo secundùm naturas suas proprias; & sic non maximè distant: alio modo possunt considerari secundùm considerationem boni, & mali; & sic plus ab inuicem distant quàm duo vitia: quia illa vitia continentur sub eodem genere, virtus verò & vitium sub diuersis generibus saltem formaliter. Item, quæ sunt potentiarum perfectiones, non suscipiunt magis & minus; quia perfectio consistit in indiuisibili. sed virtus & scientia sunt huiusmodi: ergo. Soluitur, virtus & scientia possunt considerari dupliciter: vno modo, vt sunt quædam habituales perfectiones scientis, & virtute præditi; et sic scientia est cognitio habitualis scibilis, qualitas vtiq; existens in anima scientis: vt virtus autem, est perfectio virtuosi, immediatè in eo existens. hoc autem modo virtus, & scientia non suscipiunt magis, & minus: alio modo scientia respicit actum, quatenus est perfectiua rectæ cognitionis ad agendum, & virtus perfectiua rectæ electionis ad eligendum; & sic suscipiunt magis & minus; quia non insunt absolutè, sed per comparationem. Item, pater & filius sunt relatiua; & tamen non dicuntur ad conuertẽtiam: probatur, quia filiam habet, & non filium. similiter filius non habet patrem, sed matrem; & sic non erit patris, sed matris filius. similiter dominus habet seruam, & non seruum, & seruus non habet dominum, sed dominam. Simile iudicium de ala, quæ non dicitur auis ala: neq; caput animalis caput: neq; remus nauis remus; quia multæ naues non remis, sed velo nauigant. Soluitur, quando filius refertur ad patrem, absoluitur à cognatione sexus; ita quòd omne illud est filius, quod per actiuam generationem ab alio descendit, siue masculus, siue fæmina. eodem quoque modo dominus & seruus, vt sunt relatiua, non important sexum, sed actionem, & passionem. Ad alia, quando aptis nominibus fit comparatio; tunc relatiua reciprocantur; vt ala, alati ala, & alatum ala alatum: similiter caput capitati caput: & remus, rei rematæ remus. Item, homo & risibile dicuntur ad conuertentiam: similiter sol & lumen eius: & Sol est super terram: ergo dies est, & è conuerso: & tamen ista non sunt relatiua. Soluitur, illa non referuntur ad se inuicem secundùm mutuam dependentiam; sed potiùs secundùm simplicem consequentiam vnum sequitur ad aliud: ideò non dicuntur ad conuertentiam. Præterea Aristoteles dicit,

Solutio.

Relatiua dicũtur ad conuertentiam.

Argumenta. 1.

Solutio.

2.

Solutio.

3.

Solutio.

4.

Solutio.

quòd ista proprietas conueniat aliis, quæ per se non sunt relatiua; ideoq; nihil sequi-
tur contra philosophum. Quarta proprietas, relatiua sunt simul natura; quia co-
Simul natura uertuntur secundùm eßendi consequentiam: nam bene sequitur, si pater est: ergo fi-
lius est, & è conuerso: ergo sunt simul natura; quia quæ posita se ponunt, & perem-
pta se perimunt, sunt simul natura. Porrò, relatiua poßunt considerari dupliciter:
fundamentaliter scilicet pro substantia quæ genuit, & substantia genita; & sic re-
latiua non sunt simul natura; imò generans præcedit substantiam genitam natura &
tempore: alio modo formaliter non pro denominatis, sed pro per se significatis, sci-
Argumenta. cet pro ipsis respectibus; & sic omnia relatiua sunt simul natura. Contra, causa, &
1. effectus sunt relatiua, similiter prius & posterius, scibile & scientia, sensibile, &
sensus; & tamen alterum illorum præcedit alterum natura, & tempore: ergo ista
Solutio. relatiua non sunt simul natura. Soluitur, vnum præcedit aliud materialiter, quan-
tum ad id, quod sunt, non autem formaliter, scilicet quantum ad formam relationis:
sed sunt simul natura: scibile autem & sensibile quantum ad potentiam præcedunt;
quia scibile dicitur, quod potest sciri, & sensibile, quod potest sentiri. Quantum
verò ad actum sunt simul natura; sic enim scibile dicitur, quod actu scitur, & sen-
sibile, quod actu sentitur: atq; ita simul est scibile, & scientia, sensibile, & sensus.
2. Item, esse simul natura non conuenit solis relatiuis: igitur non est proprium relati-
uis. consequentia est nota, antecedens probatur, quia illa dicuntur simul esse natura
quæ ex opposito diuidunt aliquod genus, vt dicitur in postprædicamentis. sed talia
inueniuntur in omnibus generibus: ergo esse simul natura, non conuenit solis relati-
Solutio. uis. Soluitur, conuenit solis relatiuis in ordine intelligendi, & eßendi: in quantum
vno posito, ponitur & reliquum; & vno perempto, perimitur & reliquum: & iste est
modus proprius relatiuis: alia verò dicuntur simul natura; quia æqualiter partici-
pant formam vnius generis: vt differentiæ existentes sub vno genere, cum speciebus
ab ipsis constitutis, sunt simul natura: sed vna perempta, non perimitur altera, neq;
posita, ponitur & altera. vel quæ vniuocè participant formam speciei: sicut indiui-
dua vnius speciei absolutè accepta sunt simul natura; quia participatione speciei, plu-
3. res homines, sunt vnus homo. Item, definientia sunt priora definito. sed vnum re-
latiuum ponitur in definitione alterius: igitur non sunt simul natura: nec valet di-
cere, quòd posita, se ponunt, cùm vnum oppositum destruat alterum. sed relatiua
Solutio. opponuntur ad inuicem: ergo quod prius. Soluitur, licet vnum relatiuorum, vt ter-
minat dependentiã alterius, sit aliquo modo prius, nempe materialiter; formaliter
tamen, siue ratione relationis vnum alterum non præcedit. Ad confirmationem, re-
latiua respectu eiusdem subiecti opponuntur, & posita, se non ponunt: sed bene re-
spectu diuersorum subiectorum; vno enim posito subiecto patre; ponitur filius in a-
lio subiecto, non autem respectu eiusdem subiecti; quia idem non est pater & filius
4. respectu eiusdem. Item, genus refertur ad speciem, & è contra secundùm Porphy-
rium, sed non sunt simul natura; quia illud est naturaliter prius, à quo non conuer-
titur subsistendi consequentia. sed huiusmodi est genus, quia à specie ad genus valet
Solutio. consequentia: & non è conuerso. Soluitur, intentiones generis & speciei referuntur
ad inuicem, & sunt simul natura: sed quod subest intentioni generis, in quantum
existit, prius est eo, cui attribuitur intentio speciei. Inter intentiones ergo est conse-
quentia mutua, vt genus est, species est, & è conuerso: subiecta autem harum inten-
tionum sunt relatiua per accidens, quæ non oportet esse simul natura.

CAP: IX.

De secunda definitione relationis.

Definiti

De prædicamento relationis

Efinitio propria relatiuorum, quæ propriè sunt relatiuæ, talis est: Ad aliquid illæ res sunt, quæ per substantialem earum quidditatem, sunt in Cathegoria relationis ordinabiles, quibus supple rebus, hoc ipsum quod sunt, scilicet esse quidditatiuum, & substantiale, est se habere ad aliud, nempe consistit in respectu aptitudinali extra se. Hæc philosoph. Prima autem definitio relatiuorum, non est eis hoc esse, quod sint ad aliquid, quòd ea ipsa quæ sunt, aliorum dicuntur: vt sunt relatiua secundùm dici. Ex hac autem definitione elicit quandam relatiuorum proprietatem, scilicet, quòd si quis definitè sciuerit vnum relatiuum; definitè sciet & alterum: si quis enim definitè sciuerit, quid sit duplum; mox definitè nouit, cuius sit duplum. similiter, si quis definitè nouit quid sit melius; & quo melius sit, nosse necesse est. Ex quibus infertur solutio quæstionis præpositæ, nempe nullam substantiam esse de numero eorum, quæ sunt in prædicamento relationis: Illud enim non est in prædicamento relationis, quod definitè sciri potest, sine cognitione illius, ad quod dicitur. sed caput, & manus, & quæ sunt huiusmodi, possunt sciri definitè, absq; cognitione eius, ad quod dicitur: igitur propriè nequaquam sunt in prædicamento relationis. Itaq; prima definitio nulla est, cùm competat substantiis, quæ apud Aristotelem non sunt in prædicamento relationis. secunda verò propria est relatiuorum; quia indicat eorum rationes, in quantum sunt relatiua. Tria siquidem notanda, seu obseruanda veniunt in isto prædicamento, subiectum scilicet, & subiecti nomen, vt homo: ipsa forma in abstracto, vt relatio: tertium, ipsa accidentalis forma, vt est in subiecto: & ipsius nomen denominatiuum, vt album, nigrum. Vtraq; autē forma accidit subiecto: vnde & subiectū ad aliquid dicitur, non per se, sed per accidens. Nā Aris: annotat 5. met: aliquas cōditiones ca: 15. inquit, dupliciter ad aliquid dici, per se, & per accidens: per se, vt relatio, per accidens verò, vt subiectū relationis: quod dicitur ad aliquid, non tamen est ad aliquid: vt enim dicitur homo albus, homo qualis; ita quoq; dicitur homo ad aliquid, cùm tamen non sit ex sui natura. esse verò ad aliquid, est nomen ipsius relationis, tum in concreto, tum etiam in abstracto: quemadmodum enim dicimus, album esse quale, & albedinem esse qualitatem; ita etiam patrem esse ad aliquid, & similiter paternitatem. Itaq; prima definitio est subiectorum, quæ per accidens dicuntur ad aliquid, secunda verò est relationum, quæ propriè, & per se dicuntur ad aliquid in concreto, & in abstracto. prior verò definitio posita fuit ab Aristotele, tanquam antiquior, & magis communis. secunda verò ex professo, & ex propria intentione. Sed contra prædicta sic arguo: Caput non est verè ad aliquid; & tamen esse eius est quodam modo se habere ad aliud, scilicet ad capitatum: secunda ergo definitio non competit solùm verè relatiuis. Confirmatur; totum enim esse cuiuslibet accidentis, est ad aliud scilicet ad subiectum: ergo si hæc definitio sit bona; omne accidens erit ad aliquid. Soluitur, conceditur maior, & distinguitur minor: vel secundùm suum proprium esse; & sic negatur, vel secundùm esse connotatum, & sic conceditur. Ad confirmationem, esse accidentis absoluti, non est propriè ad aliud, sed in alio, vt in subiecto; esse enim ad aliud, denotat habitudinem termini: esse verò in alio habitudinem in subiecto. Diuersa entia distincta realiter, distinctè cognoscuntur; quia vnūquodq; sicut se habet ad esse; ita se habet ad cognosci. sed relatiuū, & correlatiuum sunt entia realiter distincta: vnū ergo poterit cognosci sine cognitione alterius. Soluitur, licet relatiuum, quatenus est subiectum habeat esse separatū à suo correlatiuo: quatenus tamen est relatiuum nō habet; quia habet esse respectiuum ad suum correlatiuum, propterea dictum est à philosopho, vnum non posse cognosci, altero incognito. Item, si vnum correlatiuorum sit alterius definitiuum; tunc in definitione committeretur circulus: atq; ita, idem esset notius, & ignotius seipso,

[Margin notes: Proprietas relatiuorum. — Tria notanda — Solutio. 2. — Solutio. — 3.]

prius & posterius, quod est expresse falsum. Confirmatur, quia opposita non definiunt se mutuò; sed relatiuum opponitur correlatiuo: ergo vnum non debet poni in definitione alterius.

Solutio. Soluitur, nullum est inconueniens, idem diuersis rationibus esse seipso prius, & posterius: ita quòd relatiuum sub esse principij correlationis, sit posterius secundùm naturam definitiuam, seipso accepto sub ratione terminalis correlationis. Ad confirmationem, relatiua se mutuò definiunt quantum ad formā relationis, non autem in quantum sunt opposita; quia quodlibet definitum conducit ad esse definiti.

4. Item, si vnum relatiuum ponitur in definitione alterius: ergo idem poterit poni in definitione sua: quod est inconueniens: probatur, quia loco definiti, licet ponere ipsius definitionem.

Solutio. Soluitur, quamuis in absolutis, loco definiti possit poni definitio; hoc tamen non contingit in respectiuis. Cuius ratio est, quia definitio, ipsum explicat, in quantum dependet ad relatiuū: ipsum verò ponitur in definitione sui correlatiui, tanquā terminus dependentiæ sui relatiui: Definitio autē nō explicat ipsum eo modo, quo ponitur in definitione alterius.

5. Item, omnis definitio, est de essentia definiti, vt patet; quia continet essentialia definiti. sed vnum correlatiuum non est de essentia alterius: quia relatiui esse, est ad aliud se habere: aliud autem dicit diuersitatem in essentia: igitur vnum relatiuum non ponitur in definitione alterius.

Solutio. Soluitur, maior est vera de definitione, quæ datur sine additamento, quia datur per essentialia: definitio verò relatiuorum datur per additamentum, scilicet per fundamentum, & terminum: ideoq; non est quidditatiua: sed eo modo quidditatiua dicitur, quo definire possumus respectus quidditatiuè. Præterea, in definitionibus aliorū accidentium, tantùm additur subiectum, præter essentiam definiti: in definitionibus verò relatiuorum, subiectum, & correlatiuum, quia relatiuum ad plura dependet, quàm aliquod accidens absolutum.

COORDINATIO GENERVM ET specierum in prædicamento Qualitatis.

Corporalis	Qualitas	*Spiritualis.*
Physica	Corporalis	*Mathematica.*
Sensibilis	Physica	*Insensibilis & occulta.*
Visibilis	Sensibilis	*Inuisibilis.*
Mixta	Visibilis.	*Simplex.*
Extrema	Mixta	*Media.*
Congregatiua visus	Extrema	*Disgregatiua visus.*
Hæc nigredo	Congregatiua	*illa nigredo.*

CAP: I.

Qualitas est, secundùm quam quales esse dicimur.

Voniam qualitas principium est actionis, & passionis ipsi substantiæ inhærens; propterea anteponitur prædicamentis actionis & passionis, & cæteris prædicamentis quæ sequuntur. In principio autem istius prædicamenti simul copulauit quale, & qualitatem; vt ostenderet, nihil aliud per quale, quàm qualitatem intelligi debere, cùm quale significet qua-

De prædi: qualitatis

cet qualitatem, quæ est in subiecto. Cæterùm qualitas, multis modis ab Aristotel: 5.
met: 14. exponitur. Vocatur enim qualitas forma, siue differentia substantialis, quæ
qualificat genus, & constituit speciem; hæc enim qualitas substantialis determinat
potentiam materiæ ad esse substantiale, vt rationale in homine: alia est qualitas, quæ
sequitur principia essentialia subiecti, vt est propria risibile passio: altero modo di-
citur forma accidentalis, quæ est extra naturam subiecti, & sub tali modo compre-
hendũtur 9. prædicamenta: alio modo accipitur pro prædicamento qualitatis; & sic
qualitas facit quale simpliciter, quod vtiq; non sit in aliis prædicamentis, sed potiùs
quandam compositionem efficit. Cùm ergo Arist: dicat, qualitas est, secundùm quã
quales vocamur: quale non accipitur pro quali generis, quod est materiale, neq; pro
quali speciei, neq; pro quali transcendente, scilicet pro quali, quod sequitur esse rei;
hoc enim modo omne accidens prædicaretur in quale, & non distingueretur à præ-
dicari in quantum, & in quotum. Sed sensus est definitionis: qualitas est forma ac-
cidentalis, secundùm quam formam substantiæ denominantur quales simpliciter.
vnde licet hoc sit posterius, & minus notum secundùm naturam, quam ipsa qualitas;
est tamen prius, & notius quoad nos. siquidem qualitas cùm sit genus generalissi-
mum, non definitur per priora, & notiora secundùm naturam; ideoq; conuenienter
describitur per quale, quia est effectus qualitatis, nobis notior ipsa qualitate. Præ-
terea obseruare oportet, quomodo qualitas sit genus, si multiplices habeat modos si-
gnificandi: duplex est multiplicitas, significatorum vna, cum qua nequit vniuoca-
tio consistere: alia est suppositorum, & cum tali stat vnitas rationis formalis, & per
consequens vniuocatio: tali autem multiplicitate dicitur qualitas multipliciter. Cùm
ergo habeat vniuocationem rationis formalis, stat ipsam esse genus, & prædicamen-
tum, ab aliis prædicamentis distinctum. Prætera, qualitas habet suas species, de qui-
bus prædicatur secundùm rationem suam formalem: igitur est genus. Consequentia
patet, antecedens probatur: quia qualitas est modus, siue determinatio illarum re-
rum, quæ indifferenter se habent: inprimis subiecti naturam, male vel benè dispo-
nens, per habitum & dispositionem, quæ est prima species qualitatis: deinde modi-
ficat operationes subiecti, per naturalem potentiam, vel impotentiam: tertiò opera-
tiones, quæ dicuntur passiones sensus, per passibiles qualitates, vel passiones: postre
mò, res in sua qualitate per figuram, & formam, quæ est quarta species qualitatis.
Dicunt tamen aliqui, istas quatuor species, rectiùs modos accidentales qualitatis
appellari debere, quàm species; fieri enim non potest, duas species eiusdem generis
abstractiuè prædicari de eodem colore, vel sanitate; quia omnis diuisio generis in
species, fit per differentias formaliter oppositas: ergo impossibile est, duas species
eiusdem generis de eodem prædicari. sed habitus, & dispositio prædicantur de co-
lore, vel sanitate, sumptis secundùm diuersas habitudines; habitus enim est quali-
tas de difficili mobilis à subiecto: dispositio verò de facili mobilis: sunt ergo opposi-
ti modi qualitatis. Porrò, ipsius qualitatis sunt quatuor species, siue modi, scilicet ha
bitus & dispositio, naturalis potentia vel impotentia, passio vel passibilis qualitas,
forma, & circa hoc aliquid constans figura. Ex quo patet, non esse diuisionem gene-
ris in suas species; sed alicuius communis in suos modos: sumuntur enim illi quatuor
modi ex diuersis habitudinibus qualitatis ad subiectum, vel aliquid aliud. Sed pos-
set aliquis contra prædicta sic arguere: Nullum æquiuocum est genus, vt sæpè dictũ 1.
est. sed qualitas est æquiuocum, quia est de numero eorum, quæ multipliciter di-
cuntur; dicitur enim de qualitate substantiali, & de qualitate accidentali: igitur nõ
competit ei ratio generis. Soluitur, prædicari in quale potest considerari dupliciter:
vno modo communiter; & sic differentiæ & passiones, & omnia accidentia prædi-
cantur in quale: alio modo accipitur specialiter scilicet prædicari in quale acciden-

Qualitas multis modis dicitur.

Definitio explicatur.

Qualitas est genus.

Qualitas quid

Species qualitatis.

Solutio.

taliter, non in quantum, vel in quotum; & sic sola qualitas dicitur prædicari in qua-le: proinde illa præpositio secundum, dicit circumstantiam causæ formalis. Qualita-est, secundùm quam, quales dominamur, re, & nomine; sumus enim quales forma-liter qualitate: sicut formaliter sumus albi albedine. Cùm ergo qualitas habeat su-posita, siue inferiora, de quibus secundùm vnam rationem formalem prædicatur; se-quitur qualitatem esse genus. cùm verò species qualitatis non sint æqualiter perfe-ctæ; propterea ab aliquibus vocata est analogia: quæ tamen Analogia non impedi-quò minus sit genus. 2. *Item, nulla est qualitas, secundùm quam dicimur quales; qui-secundùm qualitatem quæ est in Sorte, non dicimur quales, neque secundùm illam, quæ est in Platone; & sic de aliis: igitur non est bona definitio. Confirmatur, qu-in hac definitione committitur circulus: atque ita idem esset notius, & ignotius se-ipso: probatur, quia quale definitur per qualitatem: ergo qualitas non debet def-niri per quale.*

Solutio. *Soluitur, in illa definitione accipitur numerus pluralis, pro singu-lari, dicimur pro dicitur. Sensus ergo illius definitionis est: qualitas est forma a-cidentalis, secundùm quam supple formam, aliquid dicitur quale. Ad confirma-tionem, qualitas definitur per quale, tanquã per aliquid notius nobis: quale verò p-qualitatem, tanquam per magis notum secundùm naturam.* 3. *Item, definitio const-ex genere & differentia. sed qualitas cùm sit prædicamentum, non habet huiusm-di; quia non habet superiora in sua coordinatione: alioqui non esset genus gener-lissimum: igitur non potest definiri. Adde, quòd talis definitio, quia secundùm quodlibet accidens dicimur quales; & tamen quodlibet accidens non est qualita-*

Solutio. *Soluitur, prædicamenta, vt dictum est, propriè non definiuntur, definitione qui-ditatiua, eò quòd non habeant differentias constitutiuas; definiuntur tamen d-finitionibus descriptiuis. Ad confirmationem, æqualitate dicimur formaliter qu-les, secundùm proprium modum prædicandi ab aliis prædicamentis distinctũ, ab aliis autem accidentibus, communiter & non propriè: à diffe-rentia verò specifica, quales essentialiter, non autem accidentaliter.*

RECIT

RECITA SERIEM PRIMAE SPECIEI Qualitatis.



CAP: II.

Prima species qualitatis habitus, & dispositio.

Ro intellectu primæ speciei qualitatis, sciendum, quòd habitus capitur duobus modis: vno quidem modo pro respectu extrinseco adueniente, de relicto in corpore ex adiacentia vestimenti, vel ornamenti ad corpus; & sic non est species qualitatis, sed vnum prædicamentum distinctum à qualitate: alio modo capitur habitus pro quadam qualitate inhærente potentiæ, ipsam inclinante ad operandum: siue talis sit species intelligibilis, siue actus intelligendi, siue habitus causatus ex talibus actibus. Dispositio quoque accipitur Habitus.

Dispositio. cipitur duobus modis: vno modo generaliter pro omni qualitate subiectum disponente; & sic omnis habitus est dispositio, non autem è conuerso: alio modo, accipitur propriè, scilicet pro qualitate de facili mobili. Porrò habitus & dispositio non sunt vna species, sed bene vnus modus; quia qualificant substantiam ratione formæ. Sub hoc autem modo qualitatis, reponuntur generaliter omnes qualitates disponentes subiectum ad operandum mediantibus naturalibus potentiis: quarum quædam sunt corporales, vt sanitas, ægritudo: quædam autem, intelligibiles, quarum quædam sunt acquisitæ, vt sapientia, intellectus, prudentia, scientia, ars: aliæ infusæ, vt fides, spes, charitas: aliæ sunt concreatæ, vt species rerum in mentibus angelorum. In hac qualitatis specie reponuntur omnes artes, omnes scientiæ, omnesque virtutes morales, & vitia eis opposita. Sed aliquis posset contra sic arguere: Naturalis potentia,
1. vel impotentia non est species qualitatis: igitur non sunt quatuor species qualitatis: consequentia patet, antecedens probatur authoritate Arist: 5. met: vbi inter modos
Solutio. qualitatis non enumerat potentiam, vel impotentiam. Soluitur, Arist: 5. met: ponit primum modum qualitatis, differentiam substantialem: secundum formam, & circa hoc aliquid constantem figuram: tertium, passionem, & passibilem qualitatem: quartum habitum, & dispositionem. Naturalis potentia & impotentia, teste Commentatore ibidem, sunt quædam præparationes, & quædam potentiæ: quatenus verò sunt quædam præparationes, sunt quædam priuationes impedimentorum: nec sunt aliquid positiuum, ideò non enumerantur inter prædictos modos. Sed de hoc copiosiùs in secunda specie qualitatis. Contra, eadem qualitas numero, puta calor, & frigus,
Solutio. continentur sub prima, 2. & 3. specie qualitatis: ergo quod prius. Soluitur: calor si accipiatur in quantum est principium operandi; est secundæ speciei: in quantum verò immutat sensum; est tertiæ speciei: in quantum autem est qualitas permanens perficiens subiectum; est in prima specie qualitatis. Contra, cursor, & pugillator
Solutio. ponuntur in prima & secunda specie qualitatis: ergo non sunt species distinctæ. Soluitur, si denominentur à qualitatibus acquisitis, sunt in prima specie qualitatis: si verò à qualitatibus naturaliter insitis, pertinent ad secundam speciem. Item, habitus
2. est vnum prædicamentum ab aliis distinctum: ergo non est species, neque modus qualitatis. Confirmatur, risibilitas est habitus de difficili mobilis à subiecto; & tamen
Solut: non est qualitas: ergo habitus non est qualitas de difficili mobilis à subiecto. Soluitur, habitus accipitur tripliciter: vno modo pro forma priuationi opposita, sicut cùm dicitur visus, & cæcitas opponuntur, sicut priuatio & habitus: alio modo, vt est tertium prædicamentum, sicut dixi: tertio modo pro qualitate disponente subiectum ad perfectè operandum, sicut accipitur hic. Ad confirmationem, risibilitas, non est propriè qualitas, de qua loquimur, scilicet accidentalis, sed potiùs substantialis, quia prædicatur de subiecto in secundo modo dicendi per se; ideoque à subiecto non potest remoueri: sic etiam rationabilitas dicitur qualitas, accipiendo quale, pro
3. quali generis vel speciei, non autem pro quali accidentali. Item, nullum ens in anima, est in prædicamento; quia quæ sunt in prædicamento, sunt entia realia extra animam existentia: vnde & ens extra animam diuiditur in decem prædicamenta. Sed scientia est in anima, quia est habitus intellectus: ergo non est in prædicamento qua-
Solutio. litatis. Soluitur, ens accipitur dupliciter: vno modo pro ente, quod habet esse in anima, tanquam in subiecto, & tale bene reponitur in prædicamento: alio modo pro ente, quod solum habet esse cognitum; & tale non est in anima, sicut in subiecto; sed potiùs sicut cognitum in cognoscente. Sed scientia est in anima, sicut in subiecto; quia non in sola apprehensione consistit, quantùm ad esse tale; verùmetiam extra animã,
4. quantùm ad suos effectus, quod non competit illis, quæ in sola apprehensione consistunt. hoc modo capitur ens in anima, quando diuiditur contra ens reale. Item, naturalis

turalis inclinatio intellectus ad scientiam est dispositio; & tamen non est de facili mobilis à subiecto: ergo male dicitur, quòd dispositio sit de facili mobilis. Præterea, quæcunque dicunt eandem speciem; dicunt etiam eundem modum essendi. sed habitus & dispositio non dicunt vnum modum essendi: igitur non sunt vna species qualitatis. Soluitur, licet naturalis inclinatio intellectus ad scientiam sit quædam dispositio passiua, & quodam modo subiectiua; non tamen est dispositio formalis, de qua Solutio. dispositione est hîc ad propositum. Ad confirmationem, licet habitus, & dispositio dicant diuersos modos accidentales vnius formæ; bene tamen dicunt vnum modum essendi essentialem, qui est dispositio sui subiecti ad operationem. Item, diuersa nomina important diuersas formas; quia nomen imponitur à forma. sed habitus & di- 5. spositio, sunt diuersa nomina: igitur important diuersas formas, & non sunt vna species qualitatis. Soluitur, quidam dicunt habitum & dispositionem esse quidem Solut: duo nomina, non tamen duas species; quia perfectum, & imperfectum, non variant speciem: alij verò dicunt, non esse speciem, sed vnum modum, vt dictum est. Ad formam argumenti, diuersa nomina non semper significant diuersas formas, sed interdum diuersos modos essendi eiusdem formæ; & sic est in proposito: illa ergo maior est vera, accipiendo formam generaliter pro omni eo, quod habet modum formæ, & determinantis aliud: omne enim nomen imponitur à forma; non tamen est vera, accipiendo formā specialiter pro forma reali. Item, habitus & dispositio diuersas, & 6. oppositas habent rationes: igitur non sunt vna species qualitatis. Consequentia nota est, quia eadem specie sunt, quorum ratio est vna. Confirmatur, quia omnis species debet esse simplex. sed sic non est habitus, & dispositio: ergo non sunt vna qualitas. Soluitur, philosophi ratio procedit de his, quæ sunt vnum specie: non autem de his, Solutio. quæ sunt vna species; illa enim sunt vnum specie, quorum est vna ratio definitiua in communi data secundùm nomen speciei: & hoc modo habitus & dispositio non habent diuersas rationes, quamuis habeant diuersas rationes accidentales, vt dictum est. Ad confirmationem, licet res sit vna secundùm essentiam; est tamen alia, & alia secundùm modum essendi, significandi, & intelligendi; quia alio modo innotescit nobis res per dispositionem: alio autem modo per habitum. Item, prima species congruo ordine non debet præcedere secundam; quia se habet ad secundam per additio- 7. nem: omne autem tale est posterius eo, cui additur. Confirmatur, quia habitus est, quo operamur, dum volumus: potentia ergo naturalis præcedit habitum, sicut perfectibile suam perfectionem: ergo quod prius. Soluitur, naturalis potentia via ge- Solutio. nerationis præcedit habitum: via autem perfectionis, quæ in accidentibus accipitur penes modum inhærendi, habitus præcedit naturalem potentiam: simili quoque facilitate soluitur eius confirmatio. Item, si dispositio est habitu vniuersalior: igitur 8. se habet vt genus: & habitus, vt species; & sic non est in ipsis identitas speciei. Præterea, dispositio dicit qualitatem imperfectam, habitus qualitatem perfectam. sed perfectum non suscipit qualitatem imperfecti: igitur male dicitur quòd omnis habitus est dispositio, sed non è conuerso. Soluitur, dispositio est vniuersalior habitu Solut: denominatiuè, non autem vniuocè. Ad confirmationem, imperfectum non prædicatur de perfecto, prædicatione identitatis secundùm rem, & modum, sed bene secundùm rem tantùm. Nam cùm dicitur habitus est dispositio; prædicatur idem de eodem; sed non secundùm rationem, propter diuersum modum significandi.

CAP: III.

Secunda species qualitatis.

SERIES SECVNDAE SPECIEI Qualitatis.



Naturalis potentia.

Ro intellectu secundæ speciei qualitatis, sciendum, naturalem potentiam vocari qualitatem, secundùm quam aliquis habet potentiam ad aliquid facile agendum: contrario autem modo se habet naturalis impotentia. fundantur autem hæc in principiis naturalibus rei; naturalis siquidem potentia ex victoria formæ causatur supra materiam, nempe, quando forma continet, & terminat materiam; ita quòd in ea est talis dispositio, qualem appetit forma, vt faciliter, & promptè suas queat naturales operationes exercere. Contra, naturalis impotentia causatur ex victoria materiæ supra formam: quod fit, quando in materia inuenitur dispositio, quæ aduersatur formæ, ne materiam totaliter comprehendere valeat, suasq; naturales operationes exerere, promptè & facili-

Naturalis impotentia.

& faciliter. Itaq; naturalis potentia est qualitas inhærens rei à natura, qua ipsa est potens ad operandum faciliter suas operationes, & ad resistendum suis contrariis. naturalis verò impotentia est qualitas rei insita à sua natura, qua ipsa est impotens, vt posit suas naturales operationes proferre, & ponere in actu, suisq; aduersariis resistere; vt sanitas est naturalis potentia, infirmitas naturalis impotentia. Sub hac autem specie continentur omnes aptitudines naturales corporis, & animi: potentiæ quoq; animæ vegetatiuæ, nutritiuum, generatiuum, augmentatiuum. Quinq; quoq; sensus exteriores, & quinq; interiores, omnesq; inclinationes naturales, quæ nominibus habituum nuncupantur: vt liberalitas, iustitia, cursor, pugillator. Porrò, his duobus nominibus naturalis potentia, & impotentia, vnum modum generalem innominatum, ad omnes modos qualitatis accomodatum, quibus sumus potentes, vel impotentes ad naturaliter agendum, circumloquendo denominamus. Etenim cùm huiusmodi qualitates sint innominatæ; per habitudinem ad operationes, quarum sunt principia, nobis innotescunt: ideoq; qualitates huius secundæ speciei, his nominibus nominantur, quæ illas qualitates significant, non quidem absolutè, sed in habitudine ad suas operationes; vt calefactiuum significat qualitatem, quæ est principium operationis. Sed aliquis posset sic arguere contra: Naturalis potentia vel impotentia est genus qualitatis, vt dicitur in textu: igitur non est species. Confirmatur, quia naturalis impotentia importat priuationẽ: ergo non est species qualitatis. Soluitur, naturalis potentia, vel impotentia, dicitur esse genus qualitatis; quia est species subalterna continens sub se alias species. Ad confirmationem, naturalis impotentia, quamuis secundùm vocem videatur importare priuationem; secundùm rem tamen, importat veram naturam positiuam. Item, potentia est ad aliquid, scilicet ad actum: ergo naturalis potentia non est qualitas. Confirmatur, quia risibilitas est naturalis potentia; & tamen non est qualitas accidentalis, de qua hîc est propositũ loquendi. Soluitur, potentia naturalis potest accipi duobus modis: vno modo pro per se denominato, seu primæ intentionaliter; & sic est ens absolutum, scilicet quidam modus accidentalis ipsius qualitatis: alio modo accipitur pro per se significato, secundè intentionaliter, siue formaliter; & sic est ad aliquid. Ad confirmationem, naturalis potentia, si accipiatur pro principio alicuius rei; sic risibilitas est naturalis potentia: si verò accipiatur pro quadam facilitate ad operandum; sic non est naturalis potentia. Item, quæ differunt essentialiter, non sunt vnius speciei, siue non faciunt vnam speciem. sed potentia, & impotentia naturalis sunt huiusmodi: ergo non est vna species. Soluitur, Iste duæ res, si comparentur ad inuicem, sunt diuersæ species: si verò referantur ad superius genus, quod circumloquitur; sic sunt vna species qualitatis: nam in quantum conueniunt in vno genere superiori, ipsum immediatè circumloquentes, eò quòd tale genus est nobis innominatum, faciunt vnam speciem qualitatis subalternam. In quantum verò comparantur inter se, sunt diuersæ species; quia differunt essentialiter: ideoq; explicantur duobus nominibus, hanc diuersitatem significantibus: ponuntur autem ista duo, loco sui generis, quod circumloquuntur: in quibus ostenditur istarum specierum diuersitas. Item, omnis impotentia aduersatur naturæ, vel est præter naturam: igitur nulla impotentia est naturalis; & per consequens, naturalis impotentia non est vna species. Adde, quòd potentia materiæ ad formã, est naturalis potentia; & tamen non est qualitas. Soluitur: Impotentia naturalis dicitur respectu operationũ naturæ; quia se tenet circa principia naturalia rei: nõ autem dicitur naturalis, quòd conferat ad bonum naturæ. Ad confirmationem: potentia materiæ ad formam non consequitur totum compositum substantiale, de qua potentia ad operandum solum est hîc ad propositum; sed est quædam naturalis potentia ad esse naturale; propterea non est necesse, vt qualitas appelletur. Contra, in

Qualitates innominatæ.

Solutio.

2.

Solutio.

3.

Solutio.

4.

Solutio.

qualitatis

Solutio.

quolibet prædicamento eſt motus, qui eſt actus entis in potentia: ergo in quolibet prædicamento eſt ſpecies qualitatis, ſcilicet potentia. Soluitur, in quolibet prædicamento non eſt potentia, quæ eſt ſpecies qualitatis; ſed potentia, quæ opponitur actui.

SERIES OPERATIONVM ANIMAE.



SERIES TERTIAE SPECIEI Qualitatis.



CAP: IIII.

Tertia species.

TErtia species qualitatis est passio, vel passibilis qualitas, quæ in hoc conueniunt, quòd important eandem formam essentialem & specificam; sed differunt dupliciter: primò quia passio importat qualitatem sub esse imperfecto, & non permanente in subiecto, sicut rubedo proueniens ex verecundia: passibilis verò qualitas nominat formam sub esse perfecto, & permanēte. Passio ergo est qualitas citò transiens, inferens passionē, vel Passio. *illata à passione, sicut rubedo ex verecundia: passibilis verò qualitas, est qualitas inferens passionem, vel illata à passione, permanens in subiecto, sicut albedo, nigredo. Præterea, passio denominat suum subiectum, non simpliciter; sed secundùm aliquid tale: vt homo dicitur pallidus; quia aliquid timuit: passibilis verò qualitas denominat suum subiectum simpliciter tale: vt homo niger, vel albus ex permanenti passibili qualitate.* Passibilis qualitas. *Appellantur autem passiones, & passibiles qualitates; quia aliquam ingerunt animæ passionem, vt amor, ira: vel corpori, vt caliditas, frigiditas. Aliquæ verò sunt qualitates, quæ dicuntur passibiles, aut passiones, eò quòd ab aliqua passione sint illatæ: vt pallor causatus ex timore, & rubedo ex verecundia. Sed posset aliquis contra prædicta sic arguere: Omnis species qualitatis est qualitas, & secundùm eam dicimur quales. sed passiones non sunt qualitates, neq; secundùm eas dicimur quales, sed magis passibiles: ergo non sunt species qualitatis. Soluitur, omnis species* Solutio.

qualitatis eſt qualitas, vel ſecundùm eſſentiam, vel ſecundùm denominationem: non autem oportet, vt omnis ſpecies ſit qualitas ſecundùm eſſentiam, & ſecundùm denominationem ſimul: vnde paſſio, quia eſt in quodam tranſitu, non denominat ſubiectum. Contra, ſi ita ſe habent paſſio, & paſſibilis qualitas: igitur non differunt à diſpoſitione, & habitu: & per conſequens, tertia ſpecies non diſtinguitur à prima.

Solutio. Soluitur, quòd licet paſſibilis qualitas ſit de difficili mobilis; non tamen ſecundùm eam ſumus habiles, ſeu habituati ſecundùm habitum, ſimiliter ſecundùm paſſionem non dicimur diſpoſiti. Contra, calor & frigus ſunt huius ſpeciei; & tamen ſecundùm huiuſmodi qualitates dicimur diſpoſiti & habituati. Reſpondeo, vocamur diſpoſiti, & habituati ſecundùm frigus & calorē, quatenus ſunt primæ ſpeciei qualitatis. Neq; eſt inconueniens, idem diuerſis rationibus poni ſub diuerſis ſpeciebus. Itaq;, ſi calor & frigus conſiderantur, prout facilè, vel difficilè remouentur à ſubiecto; ſic ponuntur ſub prima ſpecie qualitatis: ſi verò, vt efficiunt aliquam paſſionem ſecundùm

2. ſenſum; ſic ponuntur in 3. ſpecie qualitatis. Item, paſſio eſt diſtinctum prædicamentum: igitur non eſt ſpecies qualitatis: alioqui prædicamenta non eſſent eſſentialiter diſtincta. Soluitur, paſſiò conſiderari poteſt dupliciter, vt eſt effectus actionis; & ſic eſt prædicamentum diſtinctum: vel vt eſt quædam qualitas citò tranſiens; & ſic eſt ſpecies qualitatis. Contra, omnis qualitas denominat ſubſtantiam qualem. ſed paſſio non denominat: ergo. Soluitur, dictum eſt, qualitatem, quæ dicitur ſecundùm eſſentiam & eſſe perfectum ſimul, denominare ſubſtantiam qualem; non autem qualitatem, quæ habet eſſe imperfectum in ſubiecto, cuiuſmodi eſt paſſio. Item, omne

3. paſſibile eſt aptum natum pati. ſed nulla qualitas eſt huiuſmodi; quia pati propriè conuenit materiæ: igitur nulla qualitas, eſt qualitas paſſibilis. Præterea, quæ dicunt eandem ſpeciem, ſunt eiuſdem perfectionis. ſed paſſio, & paſſibilis qualitas non ſunt æqualis perfectionis; quia vna eſt permanens, alia verò citò tranſit: ergo non faciunt vnam ſpeciē qualitatis.

Solutio. Soluitur, paſſibile dicitur dupliciter: vno modo, vt ſubiectū paſſionis; & ſic eſt aptum natū pati: alio modo, quòd cauſat paſſionē, vel cauſatur à paſſione; & ſic non eſt aptum natum pati: hoc aūt modo aliqua qualitas dicitur paſſibilis: non autem primo. Ad confirm: paſſio, & paſſibilis qualitas differunt ſecundùm modum eſſendi: non autem ſecundùm eſſentiam: ideoq; important vnam ſpeciem; quia eſſe perfectum, & imperfectum non mutant ſpeciem. Item, albedo & ni-

4. gredo ſunt paſſibiles qualitates; & tamen non inferunt paſſiones ſenſibus; quia non tangunt viſum: ideo non agunt in ipſum, neq; poſſunt in eo cauſare paſſiones: paſſibiles ergo qualitates, non ingerunt ſenſibus paſſiones.

Solutio. Soluitur, licet color non inferat viſui corporalem, infert tamen ſpiritualem paſſionem; quia agit & perficit intentionaliter: in quo differt ab obiectis aliorum ſenſuum, quæ corporaliter agunt in

5. ſenſum, vt qualitates tangibiles in tactum: & ſic de alijs. Item, tales qualitates 3. ſpeciei, non fiunt ſine alteratione 7. phyſ. alteratio autem fit in ſubiecto: igitur huiuſmodi qualitates agunt in ſubiectum, & non in ſenſum: quod eſt contra Ariſtot: Præterea, omnis paſſio eſt motus: & omnis motus eſt in tempore: immutatio autem ſenſus à ſenſibili non eſt in tempore; quia omnis paſſio eſt cum abiectione contrarij, ſicut & motus 5. phyſ: ſed immutatio ſenſus à ſenſibili non eſt huiuſmodi; quia ſen-

Solutio. ſus eſt ſummè diſpoſitus ad recipiendum ſpecies ſenſibiles: ergo. Soluitur, paſſibilis qualitas inducitur per alterationem, & ita ſubiectum patitur ab alterante, non à forma quam recipit; ſed ab aliquo habente eandem formam ſpecie. Ad confir: paſſibilis qualitas efficit paſſionem, id eſt, perfectionem in ſenſibus, vt dicitur 2. de Anima. Præterea, inferre paſſionem ſenſibus, non eſt de eſſentia qualitatis, ſicut dicitur 2. de Anima, quòd viſibile eſſe non eſt de eſſentia coloris, ſed paſſio eius. Paſſio igitur, vel paſſibilis qualitas, quæ notat qualitatem, in quantū infert paſſionem ſenſui, dicit modum, & non eſſentiam, vel ſpeciem qualitatis.

SERIES

SERIES QVARTAE SPECIEI Qualitatis.



CAP: V.

Quarta species Qualitatis.

Varta species qualitatis est forma, & circa hoc aliquid constans figu-
ra, scilicet circa corpus, vt rectitudo, curuitas, pulchritudo, turpitudo;
secundùm eas enim dicimur quales, vt rectitudine recti, & curuitate
curui. Porrò, forma accipitur tripliciter: vno modo pro forma substan **Forma.**
tiali: secundo modo transcendenter; & sic potest competere omnibus
prædicamentis accidentium. Sed his duobus modis non accipitur hîc forma: tertio
modo accipitur pro commensuratione partium alicuius totius, secundùm suæ formæ
exigentiam: ex qua planè partium commensuratione consurgit pulchritudo, & de-
cor: vt forma Priami digna est imperio: figura quoque accipitur dupliciter: vno modo **Figura.**
pro quantitate terminata: quæ sic definitur: Figura est quæ termino, vel terminis clau
ditur; & sic est quantitas: alio modo accipitur pro terminatione quantitatis; & sic
nominatur triangulus, quadrangulus, & quæ sunt huiusmodi, omniaque artificialia: si-
militer pulchritudo, decor, rotundum, & sic de alijs. Differunt autem figura & for-
ma, sicut superius, & inferius; figura enim tùm animatis, tùm inanimatis competit re-
bus: forma verò non nisi propriè rebus animatis. Aliqui verò dicunt Aristotelem
accepisse formam & figuram pro eodem, ita quòd coniunctio, &, teneatur exposito-
riè, vt sit sensus: quarta species siue modus qualitatis est forma, nempè figura circum
stans corpus. Sed dicendũ est formã & figuram in aliquo inter se cõuenire: in aliquo
autem ab inuicem differre: conueniunt autem, quia vtraque terminat quantitatem: ve- **In quo conueniunt.**
rùm si talis terminatio comparetur ad formam substantiæ, quam terminat, dicitur
forma: si verò comparetur ad quantitatem quam terminat, vocatur figura. Actus
igitur formæ est determinare illa, quæ sunt ad intra: actus verò figuræ, depingere
actus extra secundùm terminationem quantitatis. Forma ergo & figura, cùm dicant
eandem essentiam, conuenienter ponuntur vna species: & bene coniunguntur per con
iunctionem copulatiuam: quia verò in aliquo differunt, idcirco duobus nominibus ap
pellantur:

1. *pellantur. Sed posset aliquis contra prædicta sic arguere: Forma est altera pars com*
positi substantialis: ergo est substantia, & nō qualitas. Confirmatur, quod termino, ve
Solutio. *terminis clauditur: sed figura est huiusmodi: ergo est quantitas. Soluitur: patet soluti*
ex supra annotatis; forma enim, vt dat esse substantiale, & figura, vt est quantitas c
clusa, & terminata, non sunt in prædicamento qualitatis: sed forma, vt est partium
cōmensuratio, & figura terminatio quantitatis, sic sunt in prædicamento, & efficiun
quartam speciem eiusdem qualitatis. Contra, figura est sensibile commune, à quo im
Solutio. *mutatur, & patitur sensus: ergo est in 3. specie qualitatis. Soluitur, figura materi*
aliter accepta, est in genere quantitatis. formaliter verò, respectu subiecti, est i
quarta specie qualitatis; quia est terminatio quantitatis, vt triangulus, quadrangu
lus. Respectu autem potentiæ sensitiuæ, quam terminat, sic est in 3. specie qualitati
Contra, figura dicit ordinem linearum distinctum inter se ad totum: ergo est in pr
dicamento positionis; nam hac ratione rarum, & densum, asperum & lene Aristo
posuit in prædicamento positionis. Rarum enim est, cuius partes à se inuicem distan
densum verò cuius partes sibi inuicē propinquæ sunt. Asperū est, cuius vna pars e
superior, & alia inferior: lene verò cuius partes in rectum iacent: similiter figur
Solutio. *est, quæ congruo linearum ordine distinguitur. Soluitur, figura propriè non ingre*
ditur ordinem positionis; eò quòd actus ipsius formalis, non sit substantiæ proxim
assistere, & eius partes supponere: imò talem positionem partium supponit, eiq; ad
dit modum, sic, vel sic terminandi quantitatem. Secus res se habet de denso, & ra
2. *ro, & similibus, quæ ex ratione sua formali significant partiū positionē. Item, form*
& figura non differunt; quia constant circa quantitatem, eiq; eadem ratione insunt
igitur non sunt species quantitatis. Confirmatur, quia nihil addunt super quantitatē
Solutio. *nam quòd lineæ in actum vel rectum angulum coniungantur, nihil addunt quantit*
ti, nisi tantùm solum respectum, qui non potest efficere speciem qualitatis. Soluitu
antecedens est falsum: dictum est enim terminationem quantitatis ad intra refer
ad formam; quia est causa talis terminationis: ad extra verò, ad figuram: nam qua
titas in tales, vel in tales angulos terminata, dicitur figura. Ad confirmationem
forma, & figura super addunt super quantitatem terminationem, quæ non est quan
3. *titas, sed qualitas, sicut est acutū, vel rectum, rotundum, & planum: quæ nō tantu*
sunt rationes; verùmetiam & res: eò quòd aliter atq; aliter immutent sensum. Item
nullū superius ad qualitatē, est eius species. sed forma est quoddā superius ad qual
tatem; competit enim omnibus speciebus eius: igitur non est species qualitatis. neq
Solutio. *figura, quia cùm terminet quantitatem; erit de prædicamento quantitatis: terminu*
enim est eiusdem prædicamenti cum suo terminato. Soluitur, forma potest accip
dupliciter: vno modo, pro omni eo, quod dat esse rei; & sic est quoddam superius a
qualitatem: alio modo pro qualitate, quæ dicit determinationem quantitatis secun-
dùm exigentiam formæ substantialis; & sic non est quoddam superius ad qualitatē
sed potiùs eius species. Ad illud de figura, dicitur, quòd si figura accipiatur materi-
aliter, est in prædicamento quantitatis: formaliter verò in prædicamento qualita-
tis. Et cùm dicitur, quòd sit terminus quantitatis: ergo est in genere quantitatis: ve-
4. *rum est de termino intrinseco, non autem de termino extrinseco, cuiusmodi est figu*
ra. Item arguo contra definitionem figuræ, quòd non sit circumstans hoc aliquid;
quia est intra hoc aliquid, cùm sit in eo, vt in subiecto: ergo non est constans circa hoc
aliquid. Confirmatur, quia forma domus est figura; & tamen non est circa hoc ali-
Solutio. *quid, circa vnum indiuiduum: cùm forma domus constet ex multitudine indiuidu-*
orum, lignorum, lapidum. Soluitur, licet figura contineatur in eo, cuius est figura;
non tamen continetur secundùm profunditatem eius, sed secundùm superficiem: quæ
est circa hoc aliquid: ideoq; dicitur constans circa hoc aliquid. Ad confirmationē,

ligna,

ligna, lapides, & huiusmodi domus quamuis sint multa; ratione tamen aggregationis & ordinis, vnum efficiunt indiuiduum, domũ scilicet quæ talem figuram suscipit. Item, contra illam particulam, paßio est inferens, vel illata à paßione: Si ita res se haberet; tunc idem eßet causa suiipsius. sed nihil est causa suiipsius: ergo. Soluitur, paßio capitur dupliciter: vno modo pro actu appetitus sensitiui, sequente cognitionem sensitiuam, nempe pro timore, & verecundia, delactatione, vel tristitia; & sic paßio dicitur inferre paßionem: vnde dicit Aristot: dulcedinem efficere quandam paßionem circa gustum, & calorem circa tactum: Alio modo capitur pro quadam qualitate sensibili, sequente huiusmodi actus appetitus sensitiui: quæ quidem qualitas est de facili mobilis; & sic dicitur qualitas illata: & continetur sub 3. specie qualitatis. Item, inter omnia accidentia, quantitas primò inhæret substantiæ: qualitates ergo, quæ immediatiùs consequuntur quantitatem, sunt aliis anteponendæ. sed tales sunt qualitates quartæ speciei: illæ ergo cùm sint primæ naturaliter, priùs erant ponendæ. Soluitur, species qualitatis non ordinantur, secundùm hoc, quod est immediatiùs consequi quantitatem, vel substantiam; sed potiùs secundùm maiorem communitatem in genere qualitatis, & secundùm naturaliter ineße & disponere, in superficie & in profundo: secundùm quas profectò conditiones, quarta species est postrema. Contra, quod est à natura, est prius 3. topicorum. sed qualitates 3. speciei sunt à natura: ergo. Soluitur, species quæ est absolutè communior in genere qualitatis, est anteponenda, licet non sit à natura. Eadem facilitate solui poßunt obiectiones, quæ poßunt fieri de aliis speciebus qualitatis. Item, species qualitatis non sunt sufficienter enumeratæ: probatur, quia ira & dementia, sunt qualitates; quia secundùm eas dicimur irati & dementes: & tamen non sunt collocandæ in aliqua ex istis speciebus; eßent enim numerandæ inter qualitates 3. speciei, sed minimè cum illis poßunt connumerari: quia cùm sint in anima, & anima non alteretur, quia non est quanta, & secundùm speciem tertij ordinis, fiat alteratio: ergo non sufficienter tradidit species qualitatis. Soluitur, ira & dementia sunt in prima specie: & cùm dicis magis spectare ad 3. speciem, dicitur ea, quæ sunt in prima specie, poße connumerari cum his, quæ sunt in 3. propter quandam conuenientiam specierum inter se; habitus enim est de difficili mobilis, similiter & paßibilis qualitas: dispositio est de facili mobilis, eodem quoq; modo, & paßio. vnde propter hanc mutuam conuenientiam, calor, qui est in 3. specie, numeratur in prima. Contra, pulchritudo & decor, sunt qualitates; & tamen non rectè ponuntur in 4. quia qualitates illius speciei non suscipiunt magis, vt dicitur in textu: hæ autem suscipiunt, vt patet ad sensum. Soluitur, pulchritudo, quæ est congrua membrorum dispositio est in quarta specie qualitatis: Et ad probationem dicitur, Aristot: sententiam eße, non omni qualitati quartæ speciei, nempe Mathematicis, quæ abstrahunt à motu: magis autẽ & minus nõ poßunt fieri absq; motu: cùm autem pulchritudo non sit huiusmodi; potest recipere magis, & minus.

5. Solutio. 6. Solutio. 7. Solutio. Solutio.

CAP: VI.

De quali.

Qualia sunt, quæ secundùm hæc denominatiuè dicuntur: vel quomodolibet aliter ab his. In hac secunda parte Aristo: determinat de quali, tanquam de proprio, & formali effectu qualitatis: Qualia, inquit, sunt quæ secundùm hæc denominatiuè dicuntur. vel quomodolibet aliter ab his. sensus est, qualia sunt, quæ denominatiuè dicuntur, secundùm has

Textus.

Denominatiue. qualitates prædictas: vel quæ dicuntur ab eis nō denominatiuè, sed aliter aliquo mo-
do; nam candidus dicitur à cādore, & grāmaticus à grāmatica, & iustus à iustitia, &
sic in aliis. Quando verò qualitatibus non sunt nomina imposita; tunc ea, quæ dicun-
tur ab illis qualitatibus, denominatiuè non dicuntur; vt cursor, & pugillator, qui
denominantur secundùm naturalem potentiam: à naturalibus potentiis denominati-
uè non dicuntur; quia huiusmodi potentiis naturalibus nomina non sunt imposita. de-
nominantur autem ab arte pugillatoria, & cursoria. Præterea, contingit interdum, vt
qualitati sit nomen impositum: id tamen, quod ab ea dicitur, non differre solo ca-
su: tunc à tali qualitate denominatiuè nequaquam dicitur; vt studiosus à virtute
nominatur: habendo enim virtutem, studiosus efficitur; non tamen à tali virtute de
nominatiuè dicitur: non autem in pluribus hoc tale est. Patet igitur, quòd qua-
lia dicuntur, aut denominatiuè à prædictis qualitatibus; aut aliquo modo aliter ab
eis. Sed posset aliquis contra prædicta sic arguere. A virtute dicitur aliquid virtuo-
Solutio. sum: ergo à virtute denominatiuè aliquid dicitur. Soluitur, concedo antecedens,
& consequens nego; non enim dictum est, aliquid denominatiuè non dici à virtute;
2. sed à virtute studiosum denominatiuè non appellari. Item, si in prædicamento quan-
titatis non est determinatum de ipsius denominatiuo, neq; hîc erat determinandum
Solutio. par enim ratio videtur esse vtrisq;. Soluitur, omnia denominatiua quantitatis, dicun-
tur denominatiuè à quantitate: ideoq; de illis non erat determinandum. sed quali
non semper dicuntur denominatiuè à qualitatibus; propterea fuit necesse, vt de his
3. speciatim loqueretur. Item, qualitas priùs definita est per quale: ergo non debe
Solutio. hîc definiri quale per qualitatem. Soluitur, qualitas priùs definita fuit per quale
tanquam per nobis notius; concreta enim sunt notiora abstractis: hîc autem definitu
quale per qualitatem, tanquam per notius naturaliter; quia abstractum est caus
4. concreti: causa autem est notior suo effectu. Item, cursor, & pugillator sunt in secu
da specie qualitatis: non ergo sunt in prima. Consequentia valet, quia si essent in pr
ma; aut essent vniuocè, aut æquiuocè; quia istæ species non distinguuntur essentiali-
Solutio. ter: ergo æquiuocè: sed æquiuoca non reponuntur in prædicamento. Soluitur, nega-
tur consequentia: & cùm infertur, non sunt reponenda in prædicamento, distingui-
tur, vel secundùm omnia sua significata simul; & sic conceditur: vel secundùm vni
5. in vna specie, & secundùm aliud in alia specie; & sic negatur. Item, simile dicitu
ab aliqua qualitate denominatiuè: ergo sibi conuenit hæc definitio: & tamen non es
quale, sed aliquid. Ista ergo definitio non conuenit soli definito. Præterea, ista datu
per diuisionem; & per consequens non significat aliquid determinatè, quod maxi-
Solutio. mè spectat ad rationem definitionis: ergo quod prius. Soluitur, simile dicitur effe-
ctiuè ab aliqua qualitate, non tamen formaliter; hoc enim intelligitur, cùm dicitu
quale dici à qualitate. Ad confirmationem, ista definitio data est per diuisionem se-
cundùm aliquas partes, propter diuersos modos qualium. Cùm ergo non sit secun-
dùm se totam per disiunctionem; non licet concludere definitionem non esse bonam.

CAP: VII.

Proprietates.

Text: Nest autem, & contrarietas, vt iustitiæ, iniustitia: albedo, nigredini.
Post qualitatis, & qualis determinationem, deinceps agit de proprieta
Contrarietas. tibus qualitatis: quarum prima est, qualitati inest contrarietas, vt iu-
stitia, iniustitiæ. cuius ratio est, quia aliquæ qualitates sunt formæ posi-
tiuæ; quæ simul non coalescunt in eodem subiecto; sed bene successiuè:
ideò ali-

ideò aliqua contrarietate ab inuicem dissentiunt. Habere autem contrarium non conuenit soli neq; omni qualitati: cùm aliquæ qualitates de secunda & quarta specie non habeant contrarium; rubeo enim & pallido, & aliis mediis coloribus nihil est contrarium, licet sint qualitates. Deinde docet contraria esse sub eodem genere. si vnum contrariorum fuerit quale; & reliquum erit quale: nam si iniustitia est contraria iustitiæ, & iustitia sit quale; erit etiam iniustitia quale, nec poterit prædicamento ascribi: vnde dicitur 10. met: quòd contraria maximè distant sub eodem genere. Contra primam proprietatem sic arguo: Contraria sunt sub eodem genere posita. sed qualitas non ponitur sub alio genere; quia est genus generalissimum: ergo qualitati nihil est contrarium. Solutur: licet qualitas in communi non ponatur sub aliquo genere, neq; habeat contrarium; aliqua tamen qualitas sub illo genere contenta habet contrarium: & ipsa cum suo contrario ponuntur sub eodem genere. Contra, quæ maximè distant, non conueniunt in genere. sed contraria maximè distant: ergo non conueniunt sub eodem genere: & per consequens, non est necesse, quòd si vnum contrarium sit quale, quod alterum quoque sit quale. Soluitur: qualitates differunt secundùm suas rationes specificas: non autem ratione sui generis; ideò non maximè distant simpliciter sub eodẽ genere. Item, vbicunq; est contrarietas, ibi est motus; quia est mutatio de vno termino ad alium, quæ sine motu esse non potest. sed in prima specie qualitatis non est motus, puta alteratio, vt dicitur 7. ph: ergo in ea non est contrarietas, & per consequens iustitia, non est contraria iniustitiæ, vt dicitur in textu. Soluitur, maior non est vniuersaliter vera, nisi de ea contrarietate, quæ potest fundare motum. Præterea, alteratio, quæ dicit motum ad qualitatem, est duplex: quædam enim est corruptiua, & propriè dicta, quæ est inter formas actiuas, & passiuas; & hæc spectat ad 3. speciem qualitatis: alia est alteratio perfectiua, & communiter dicta; & hæc est inter priuationem, & habitum, vel inter qualitates oppositas: & talis bene inuenitur in prima specie. Item, mediũ contrariorum, vtriq; eorum contrariatur, cùm motus possit fieri ab ipso ad vtrumq; extremorum, vt de rubeo in album, vel nigrum: igitur non rectè dicitur, nullum medium colorem habere contrarium. Soluitur, medium potest considerari dupliciter: vno modo, vt medium; & sic non habent contrarium; quia non maximè distat ab extremis: alio modo in quantum participat naturam contrariorum; & sic imperfecta contrarietate contrariatur vtriq; extremorum; vt rubeum, in quantum participat aliquid de albo, contrariatur nigro, & è conuerso. Primo ergo modo media non contrariantur extremis.

Argumenta. 1. Solutio. Solutio. 2. Solutio. 3. Solutio.

CAP: VIII.

Secunda proprietas.

QValitas suscipit magis, & minus; album enim magis, & minus album dicitur: similiter & iustum. Pro cuius rei intellectu sciendum, quòd aliquæ qualitates intenduntur, & remittuntur in suo proprio esse realiter, vt album & nigrum, calidum & frigidum, & quæ sunt huiusmodi, similiter & virtus; nam vnus altero est magis, vel minus virtuosus, idq; respectu subiecti, in quo inest, non autem secundùm suum esse specificum: esse enim specificum est indiuisibile: esse verò in suppositis, habet pluralitatem graduum indiuidualium, quæ quidem pluralitas non est de quidditate speciei, sed indiuidui. Alio modo potest intelligi hæc proprietas logicaliter, vt sit sensus: qualitas suscipit magis & minus, id est, prædicatur cum istis aduerbijs magis & minus: vt homo est magis quàm equus. Hæc autem proprietas non conuenit qualitatibus quartæ speciei: nulli tamen conuenit, nisi

Logicaliter.

Causa suscipiendi magis & minus.

per qualitatem. Nota, quòd præcisa ratio suscipiendi magis & minus, est latitud[o] graduum in forma specifica, compossibilium in eadem ex parte subiecti; nihil enim extrinsecum formæ est causa præcisa suscipiendi magis & minus: erit ergo aliquo[d] intrinsecum. sed nō est aliquid quod sit de conceptu eius formali; quia ex quo ille to[-] tus includitur formaliter in quolibet indiuiduo; tunc quodlibet indiuiduum habere[t] omnes perfectiones formæ, quod est falsum: sibi ergo conuenit per aliquod intrinse[-] cum, nempe per gradus formales, vt sit magis vel minus album: Vnde qualitas dicitu[r] participare quandam infinitatem: hæc autem infinitas, non videtur esse, nisi quæda[m]
1. latitudo graduum, vel illimitatio formæ. Contra sic arguo: Vna albedo non est mag[is] alba quàm alia: neq; nigredo: ergo qualitas non suscipit magis & minus. Solutio. Soluitur, qua[-] litas potest considerari duobus modis: vno quidem modo in abstracto, & secundum vnicum conceptum suum formalem; & sic cùm sit vbiq; tota, & indiuisibilis, non su[-] scipit magis & minus: alio modo potest considerari secundùm latitudinem gradu[um,] & illimitationem formæ, quam habet in suppositis; & sic dicitur suscipere magis &
2. minus. Item, qualitas consistit in indiuisibili; quia forma est compositioni contingen[s,] simplici, & inuariabili essentia consistens: igitur non suscipit magis & minus: conse[-] Solutio. quentia patet, quia indiuisibile non capit magis & minus. Soluitur, forma dicitur e[s-] se simplex, in quantum opponitur compositioni, quæ constat ex materia & forma, & non cōpositioni, quæ est ex suis partibus, siue gradibus perfectionalibus; habet enim istas partes perfectionales in eodem loco & situ, se penetrantes ad inuicem: qui ple[-] nè gradus, seu partes, per quas aliquid dicitur suscipere magis & minus, vt hæc albe[-] do est maior altera, sunt eiusdem speciei inter se, & cum forma. Hac de causa aliqui[d]
3. dicitur magis tale, per accessum alicuius partis perfectionalis formæ. Item, nulla for[-] ma dicitur suscipere magis & minus: quia vel esset forma, quæ præfuit ante aduenie[ntes] gradus: vel forma, quæ de nouo acquiritur. sed neutro modo fieri potest: ergo, proba[-] tur, non forma præexistens; quia illa nō habet plures gradus quàm priùs: nec forma, quæ de nouo acquiritur, vt patet. Soluitur, propriè dici non potest, quòd forma in[-] Solutio. tenditur vel remittitur: sed sic est intelligendum: forma composita ex nouo gradu acquisito, & gradibus præcedentibus, est perfectior, quàm forma, quæ priùs fuera[t;] quia forma, quæ præfuerat, non est, nisi pars illius formæ, quæ de nouo secundùm pa[r-]
4. tem acquiritur. Item, forma, quæ intenditur, habet infinitas partes, eò quòd vnum quodq; diuisibile possit diuidi in infinitum: ergo vna non est intensior, neq; perfe[-] Solutio. ctior altera. Soluitur, verum est quamlibet habere infinitas partes proportionales, non tamen infinitas partes æqualis perfectionis inter se, secundùm quas forma dici[-]
5. tur intensior, vel remissior. Item, si dantur isti gradus; tunc variarent speciem: ve[l] eadem qualitas non susciperet magis & minus: probatur, quia aliqua qualitas moue[-] tur de contrario in contrarium, scilicet de perfecto ad imperfectum. sed idem no[n] Solutio. contrariatur sibi ipsi: igitur isti gradus mutant speciem. Soluitur, nullum sequitu[r] inconueniens, idem moueri de imperfecto ad perfectum, sine speciei mutatione; per[-] fecta enim & imperfecta qualitas non variant speciem, vt dictum est.

CAP: IX.

Tertia proprietas qualitatis.

Similitudo.

Roprium est qualitati secundùm eam simile, vel dissimile dici; secun[-] dùm enim albedinem seu nigredinem similes, vel dissimiles dicimur: similitudo namq; est rerum differentium eadem qualitas: dissimilitudo verò rerum differentium diuersa qualitas. Illa autem qualitas non est eadem

eadem genere; alioqui contraria eßent similia, cùm habeant eandem qualitatem in genere: neque eadem qualitas numero; quia non poteſt eße in diuerſis ſubiectis. Eſt ergo eadem qualitas in ſpecie ſpecialißima, quam quidem habentes, ſimiles dicuntur. Cæterùm, ſimilitudo, & dißimilitudo, cùm ſint relationes, non ſunt proprietates qualitatis: neq; ſecundùm qualitatem aliquid dicitur ſimile, vel dißimile formaliter: ſed intelligendum eſt proprium eße qualitati, ſecundùm eam aliquid dici ſimile, vel dißimile effectiuè. Et eſt ſenſus, ſolum ſimilitudinis & dißimilitudinis fundamentum eſt qualitas; quia ſimilitudo in ſola qualitate fundatur: ideoque conuenit omni qualitati, ſoli & ſemper. Sed contra prædicta ſic aliquis arguet: 1. Indiuidua eiuſdem ſpeciei dicuntur ſimilia per ſuam formam ſpecificam: non ergo conuenit ſoli qualitati, ſecundùm eam ſimile vel dißimile dici. Soluitur, omnia illa Solutio. indiuidua dicuntur ſimilia, ſimilitudine eßentiali, quæ vocatur identitas ſpecifica: non autem ſimilitudine accidentali, quæ propriè vocatur ſimilitudo. Contra, ſecundùm ſimilitudinem dicimur ſimiles: ergo non ſecundùm qualitatem. Reſpondeo, aliqua Solut: dicuntur ſimilia dupliciter, formaliter & fundamentaliter: primo quidem modo per ſimilitudinem: ſecundo autem per qualitatem. Sed de prædic: qualitat. ſatis.

ARBOR ANTEPRAEDICAMENTORUM.



CAP: I.

De Æquiuocis.

Equiuocum, alio nomine pluriſicum, ſiue homonymũ appellatur, quod eſt nomen multa ſignificans ſecundùm Ariſtotelem primi methaph: cap: de opinione Platonis. Diuiditur autem in æquiuocans, quod eſt Æquiuocans. nomen plura ſignificans, idq; pluribus rationibus, vt canis: & in æquiuocatum, quæ eſt res ſignificata per nomen æquiuocum, vt animal verum, & animal pictum dicuntur æquiuocata huius nominis æquiuocantis, animal. Alterum, æquiuocum diuiditur in æquiuocum à caſu, & in æquiuocum à conſilio. Æqui Æquiuocatũ. uocum verò æquiuocans à caſu, eſt quod plura ſignificat diuerſis rationibus; æquè tamen, & primò, ſine quacunq; ad alterum habitudine. Dicitur autem æquiuocum à Æquiuocum à caſu. caſu, quia caſu accidit, vt is qui in ſecunda impoſitione inſtituit ipſum ad aliquid ſignificandum, ad primam eius ſignificationem reſpectum non habuerit. Accidit ergo

uocis.
à casu,vt huiusmodi nomen priùs habens aliud significatum,aliud postmodum sortia
Æquiuocum à consilio. *tur:sicut videre est in hoc nomine,canis. Verùmtamen canis,quantùm ad id, à quo no*
men imponitur,est æquiuocum à consilio; quia præcipuè significat animal latrabile,
mordax,& colericũ:quantùm verò ad id,quod huiusmodi nomen multis rebus accom
modatur,dicitur æquiuocum à casu. Porrò, æquiuocum à consilio, quod alio nomine
Analogum. *dicitur Analogum,illud est,quod secundùm prius & posterius plura significat. Di-*
cuntur autem æquiuoca à consilio ex parte prudentiæ ordinantis,& nomen imponen
tis,vt prius id significet,quod magis participat nomen rei de qua dicitur : deinde ad
Quid sit. *alia referatur,vnde Analogum dicitur à proportione secundùm prius & posterius.*
Consilio autem fit,vt talibus rebus vnum nomen imponatur , & ob aliquam causam,
Diuersiuoca. *ad alia referatur:propterea vocantur analoga secundùm proportionem dicta. Sunt*
& diuersiuoca , quibus non est idem nomen , nec eadem diffinitio,vt homo,lapis,&
Multiuoca. *ignis. Sunt & multiuoca,quorum nomina sunt plura,& diffinitio eadem,ensis,mucro,*
& gladius. Cæterum,æquiuoca à consilio multiplicem habent respectum ; nam quæ-
dam eorum dicuntur secundùm similitudinem,sicut homo viuus, mortuus,& pictus
quædam verò per comparationem vel attributionem ad vnum finem , sicut animal,
vrina,medicina dicuntur sana , per comparationem ad vnum finem , quæ est sanitas.
Quædam autem comparantur ad vnam causam efficientem,sicut homo arte medicus
alter verò aptitudine: instrumenta quibus vtuntur medici , medicinalia appellantu
per attributionem ad medicinam : alia per attributionem ad vnum subiectum , v
cætera prædicamenta per comparationem ad substantiam. Et quia in huiusmodi æ
quiuocis ratio non est penitus aliena,siue diuersa,nec prorsus eadem,eò quòd aliquo
vnum in diffinitione omnium ponitur;propterea nonnullis visum est,huiusmodi æqu
uoca medium locum tenere inter vniuoca & æquiuoca absoluta,sicut sentire videtu
Auerroes 4.meth:exponens illud Arist: Ens dicitur multis modis; sed ad vnum a
liquid,& ad vnam naturam,non autem æquiuocè: nihilominùs in hoc loco sine aliqu
delectu loquitur Arist: asserens æquiuocorum diffinitionem,omnibus illis compet
re. Sed operæpretium erit scire,quomodo æquiuoca accipiuntur apud logicum: vt i
Æquiuoca apud logicum *telligatur id,quod in diffinitione æquiuocorum ponitur. Porrò,logicus non intendi*
per se de rebus ; sed circa secundas intentiones negotiatur : quæ sunt formaliter re
spectus declarandi per eorum fundamenta: quia cùm paruæ sint entitatis;non facil
Primæ intentionaliter. *cognosci possunt. Itaq;, æquiuoca æquiuocata possunt accipi duobus modis , scilice*
primæ intentionaliter;& ita sunt res significatæ per idem nomen, diuersis concept-
bus,vt sydus, canis,& piscis, quæ sunt res diuersæ,diuersos conceptus quidditatiuo
habentes,vno tamen nomine signantur ; non tamen conueniunt in aliquo concept
quem nomen commune denotet. Alio modo secundæ intentionaliter ; & sic sunt re-
spectus rationis ipsarum rerum,quæ cognoscuntur relati ad vocem,per quam signif-
cantur: sicut respectus istius stellæ,ad hoc nomen canis,per quem exprimitur: sim-
liter respectus piscis,& canis terrestris,ad illud commune nomen. Eodem quoq; mo-
do æquiuoca æquiuocantia , primæ intentionaliter sunt termini significantes plur
diuersis conceptibus,id est,non significantibus aliquem conceptum illis communem
secundæ verò intentionaliter,sunt ipsorum terminorum respectus rationis ad res si-
Æquiuoca æquiuocantia *gnificatas. Itaq;,æquiuoca formaliter,& pro significatis, sunt respectus rationis,quo*
rum fundamenta sunt diuersi conceptus , qui comparantur ad inuicem , & ad vnum
nomen commune ipsis:vt illa tria quæ enumerauimus,sydus,piscis, & canis, diuerso
rationis habentes respectus;quia etiam diuersos habent conceptus quidditatiuos,qu
sunt illorum respectuum fundamenta. Et hoc modo æquiuoca hîc diffiniuntur,quip
pe quia illud quod significatur in secundis intentionibus,illarum fundamentis applic
tur. Si verò æquiuoca accipiantur pro fundamentis;tunc & ipsi conceptus æquiuoc

ti, i

De æquiuocis.

ti, in aliquo nomine dicuntur esse æquiuoca; quo profectò modo non possunt diffiniri, quia non habent vnum conceptum, secundum illud nomen, in quo æquiuocantur. His ita annotatis, accedamus ad textus expositionem: Æquiuoca dicuntur, inquit, quorũ nomen solum commune est: secundùm nomen verò, ratio substantiæ diuersa: vt animal, homo, & quod pingitur: his autem solum nomen commune est. Sensus est, æquiuoca sunt conceptus, quorum nomen, id est, vox, est illis communis, & secundùm illud nomen, ratio diuersa, scilicet conceptus formalis, & quidditatiuus. Ex quo patet, illa esse æquiuoca, quæ non conueniunt in aliquo conceptu formali denotato per ipsum nomen, in quo conueniunt, licet conueniant in alio conceptu, puta substantiæ, siue corporis, alioqui non possent diffiniri; quia solius vniuoci est diffinitio. Sed dices, quare æquiuoca diffiniuntur in plurali, & non in singulari: dico, in huiusmodi æquiuocis inueniri relationem æquiparantiæ, quæ est vnius vniuocati ad reliquum: nam canis cælestis, non dicitur æquiuocum æquiuocatum, ad nomen illud commune æquiuocum; verùm etiam ad canem latrabilem, & piscem marinum. Relatiua autem æquiparantiæ, teste philoso. 5. met: sicut sunt similia, & dissimilia, diffiniuntur in numero plurali: æquiuoca dicuntur, non autem sunt; quia res per se ipsas non sunt æquiuocæ; sed ex communi vocabulo & diuerso rationis respectu hanc æquiuocationem sortiuntur. Non hîc considerantur res, quatenus res sunt; sed quatenus per diuersos respectus sub vno nomine designantur: Quorum nomen est cõmune, in quo differt à diuersiuocis, quorum diuersa sunt nomina: & à multiuocis, quibus multa sunt nomina, & diffinitio eadem: solum, in quo æquiuoca separantur ab vniuocis. Sensus est, æquiuoca solo nomine conueniunt: secundùm verò diffinitionem quidditatiuam, distinguuntur. Et hoc est quod subditur: & secundùm illud nomen ratio substantiæ diuersa: in quo excluduntur æquiuoca, quæ respectu vnius nominis sunt æquiuoca: respectu verò alterius, sunt vniuoca. Accipitur autem ratio pro diffinitione, siue descriptione: substantia verò pro quacunque essentia, vel entitate: vt homo viuus, siue verus, & imago eius, commune habet hoc nomen, homo, quia de vtroque prædicatur; sed ratio substantiæ diuersa: homo enim verus est actu animal rationale: imago autem est simulacrum quoddam illius in veritate existentis.

Textus exponitur.

CAP: II.

Argumenta.

Ontra prædicta sic arguo: In hoc libro agendum est de prædicamentis; quia liber prædicamentorum dicitur; sed æquiuoca, vniuoca, & denominatiua non sunt prædicamenta: igitur de ipsis non erat hîc determinandum: quòd si determinandum fuerat; priùs de vniuocis, & postea de æquiuocis determinatio erat facienda; quia ordine naturæ, vnum præcedit multa; non enim à multis vnum, sed multa ab vno. Sed vniuoca se habent per modum vnius: æquiuoca verò per modum multorum: priùs ergo vniuoca, quàm æquiuoca erant diffinienda. Item, ad logicum non spectat determinatio rerum; sed secundarum intentionum, vt dictum est. Sed cognitio seu determinatio prædicamentorum, est determinatio rerum; quia prædicamenta sunt res reales: igitur determinatio de prædicamẽtis, non est logici; sed philosophi realis. Quòd si tandẽ quis velit cõtendere ad logicum pertinere; nihilominus non videtur fuisse opus antepredicamenta præmittere: quod sic probo: Prima principia sunt simpliciter nota, etiam quoàd nos. Sed prædicamenta sunt prima principia: ergo sunt per se nota; & per consequens possunt cognosci sine præambulis antepredicamentorum. Item, si Porphyrius sufficienter tradidit

1. 2. 3.

tradidit modos prædicandi, hîc inutiliter repetuntur. sed Porphyrius sufficiente
illa tradidit: ergo non erat necesse tradere triplicem modum prædicandi. Ad hæ
accedit, quòd membra diuisionis coincidunt: ergo insufficiens diuisio: antecedens p
tet, quia homo vniuocè prædicatur de Sorte & Platone, & æquiuocè de homine viu
& picto. Antepraedicamenta igitur, aut non sunt necessaria ad notitiam prædica
4. mentorum: aut non sunt sufficienter tradita. Item, arguo contra diffinitionem æqui
uocorum: Diffinitio est eorum quæ habent eandem rationem, quia dicit vnum con
ceptum quidditatiuum 7. meth. sed æquiuoca non habent eandem rationem, vt dici
tur in diffinitione æquiuocorũ: igitur non possunt diffiniri: confirmatur authorita
5. te Arist: 4. topicorum, æquiuoca non diffiniri. Item, si hîc diffiniuntur æquiuoca, au
eorum diffinitio est de rebus, aut de terminis. sed neutro modo: ergo hîc non diffini
untur. Probatur minor, quia rerum diffinitio non spectat ad logici considerationem
sed potiùs ad philosophũ naturalem: Nec diffinitio est de terminis, quia iste liber es
de decem vocibus primis significantibus decem prima principia rerum Boetio autho
6. re. Item, si diffinitio æquiuocorum est recta, & legitima; tunc sequerentur plurim
absurda. sed illa non sunt admittenda: igitur diffinitio æquiuocorum non est rect
Probatur: Tunc enim verba, & participia non essent æquiuoca; quia æquiuoca sun
quorum nomen est commune: verba non sunt nomina; sed verba sunt æquiuoca, v
pratum ridet, & similia. Item aliud absurdum; canis enim æquiuocum est ad canen
latrabilem, ad sydus cæleste, & canem marinum; & tamen non habet vnum nome
commune, quia ipse est nomen commune. Malè ergo dicitur, habere vnum nome
commune. Aliud absurdum, canis latrabilis & piscis, sunt æquiuoca æquiuocata; &
tamen non solùm habent nomen commune, verùmetiam & rationem substantiæ; con
ueniunt enim in diffinitione substantiali corporis animati: vterq; enim est corpus an
7. matum, siue substantia animata sensibilis. Item, si ratio secundùm illud nomen est di
uersa; hoc profectò contingeret propter diuersas significationes illius nominis. se
fieri non potest, vt vnum nomen ex se diuersa habeat significata; quia vnum, vnu
significat: non ergo rectè positæ sunt illæ particulæ diffinitionis. Confirmatur ad
huc minor, quia significatio est forma nominis: vnius autem nominis, vna est signi
ficatio, & non plures. Nomen præterea dicitur, quasi notamen, id est, nota conceptu
mentis: ratio ergo per quam nomen dicitur, est ipsa significatio: ergo quod prius. Item
8. quæ habent vnam rationem communem, vnitate proportionis, & Analogiæ, non me
rentur æquiuoca appellari; vt patet ex diffinitione æquiuocorum, quibus non est ra
tio communis, sed solum nomen. sed æquiuoca à consilio siue Analoga sunt huiusm
di, quia vnam rationem proportionis habent analogiæ: illa ergo non sunt dicenda æqu
9. uoca. Item, contra particulas diffinitionis sic arguo: Si æquiuoca dicuntur: ergo sun
voces, quia vocis est dici per se. sed voces sunt nomina: ergo non sunt, quorum sun
Solutio. nomina, quod est contra primam particulam. Respondeo, diffinitionem dari de æqu
uocatis: vnde non sequitur. Illa dicuntur: ergo sunt nomina, siue voces; conceptus enim
dicitur, id est, exprimitur per vocem, non tamen est vox: vnde quia hîc diffiniuntu
æquiuoca pro conceptibus; rectè dicitur conceptus, siue æquiuoca dicuntur; quia con
Obiectio. ceptus explicantur per voces: vel dicas dicuntur, id est, concipiuntur. Item, contra
illam particulam, quorum nomen est commune, & ratio substantiæ diuersa: Si solum
Respon: nomen est commune; non fuit necesse addere, & ratio substantiæ diuersa. Respon-
deo, æquiuocata habere rationem diuersam secundùm nomen æquiuocans, in quantũ
æquiuocantur in illo nomine: æquiuocantia verò non habere rationem diuersam quid
10. ditatiuam, quæ non competit nominibus, sed rebus. Item, quæ diffiniuntur, habent ra
tionem substantiæ. sed æquiuoca non diffiniuntur, quia non habent genus, & differen
tiam, ex quibus conficitur diffinitio; non enim videtur, quod sit positum genus in hac
diffinitione,

De æquiuocis.

dissinitione: neq; differentia in hac æquiuocorũ diffinitione. Æquiuoca dicũtur. etc.
Respondeo, quòd hæc intentio æquiuoca, in quantũ sumitur pro æquiuocatis, vniuoca Solutio.
est: & ita diffiniri potest: licet illa, quibus inest hæc intentio, non sint vniuoca, nec dif
finibilia, sicut hæc intentio. Genus autẽ in ista diffinitione, est illud, dicuntur, id est,
concipiuntur, id est, sunt conceptus; & conceptus sunt de essentia æquiuocorum: reli-
quæ autem particulæ tenent locum differentiæ. Item, si animal æquiuocè conueniat
homini picto, & homini vero; tunc nulla propositio esset simpliciter vera. Consequens 11.
est falsum: ergo & antecedens. Probatur consequentia, quia pari ratione quodlibet
nomen esset æquiuocum veræ rei naturæ, & eius similitudini, atq; ita omnis proposi-
tio esset distinguẽda; quia nulla esset vera simpliciter: præterea videtur esse fallacia
secundùm quid ad simpliciter, vt est homo pictus: ergo est homo. Respondeo, Ari- Solutio.
stoteles non intelligit hoc nomen, animal esse æquiuocum ad hominem verum, & ho-
minem pictum: sed si ita esset; tunc solum nomen esset illis commune: nulla autẽ ra-
tio substantiæ secundùm illud nomen: proinde de exemplis non est multùm curan-
dum; sed satis est, vt deseruiant proposito. Item, omnis bona diffinitio competit omni
diffinito. sed ista non competit: ergo non est bona. Probatur, quia corpus est æquiuo- 12.
cum ad corpus cæleste, & terrestre: alioqui esset illorum genus, quia prædicaretur in
quid, de his, quæ specie differunt, quod est officium generis: Arist: verò dicit 10. met:
tex: 26. corruptibilia, & æterna non conuenire in genere: & tamen ista corpora, in
quantum sunt corpora non habent rationem substantiæ diuersam. Respondeo, genus Solutio.
accipitur pro materia, vt sit sensus, materia cælestium & terrestrium est diuersa, ita
vt quæ sit corporis terrestris, esse non possit corporis cælestis: & sic dicuntur dif-
ferre genere. Ad primum dico, in hoc libro principaliter agi de prædicamentis: de Ad primum
alijs verò minus principaliter, quasi de quibusdam præludijs introductorijs ad præ- Argumentũ.
dicamentorum cognitionem habendam. Quoniam verò triplex via est, qua prædica-
menta ordinantur: quarum vna est ad supremum aliquod, vt ens: altera ad idem præ-
dicamentum: tertia ad idem commune subiectum: ideo triplex modus ponitur in
anteprædicamentis: quorum vnus est, quo aliqua reducuntur ad vnum commune no-
men solum, quod secundùm diuersas rationes dicitur; & sic generalissima reducun-
tur ad ens, & vnum: qui planè modus fit per æquiuocationem. Secundus modus est, Simplex modus.
quo aliqua reducuntur ad vnum nomen commune, quod secundùm eandem rationem
dicitur, quomodo omnia ordinabilia in eodem prædicamento reducuntur ad genus
generalissimum: & iste modus secundùm vniuocationem procedit. Tertius verò mo-
dus est, quo aliqua reducuntur ad vnum commune subiectum, quod ab ipsis denomi-
natur: quo modo omnia prædicamenta accidentium ad substantiam reuocantur: qui
profectò modus per denominationem determinatur. Non temerè præmissa est de æ-
quiuocis, vniuocis, & denominatiuis inquisitio. Ad confirmationem, quamùis vniuo-
ca sint ante æquiuoca, secundùm naturam; secundùm tamen ordinem, & intentionem
huius doctrinæ, æquiuoca præcedunt vniuoca; quia secundùm æquiuocationem ipsa
prædicamenta ad ens reducuntur, quod est primum prædicamentum, & ante omne
genus. Cùm verò in hoc libro determinandum sit de prædicamentis; conueniens fuit
priùs agere de æquiuocis: postea de vniuocis, eò quòd secundùm vniuocationem, om-
nia eiusdem coordinationis, ad idem prædicatum siue generalissimum reducun-
tur: postremò de denominatiuis, sub quibus sola accidentia comprehenduntur, quæ
ad substantiam reducuntur. Ad 2. quamùis logicus de rebus secundùm se acceptis
non consideret principaliter; considerat tamen de rebus, quatenus stant sub intentio-
nibus secundis, vt dictum est: conuenienter ergo logicus determinat de prædicamen
tis. Ad confirmationem dico, quòd licet prima principia complexa sint per se nota
simpliciter, etiam quoad nos, vt omne totum est maius sua parte; non tamen prima

principia incomplexa; ſunt enim difficilia intellectu, ſicut ſunt decem prædicamen
3. ta. Ad 3. quamuis in hoc libro non ſit agendum in ſpeciali de modis prædicand
quinq; prædicabilium; in vniuerſali tamen de ipſis agitur, quatenus ſcilicet genu
prædicatur de ſuis ſpeciebus, & accidentia de ſubſtantia. Ad confirmationem, hom
eſt vniuocum ſecundùm vnam acceptionem: æquiuocum verò ſecundùm alteram
nec tamen eſt vniuocum, & æquiuocum, quia non reſpectu eiuſdem acceptionis. A
4. 4. Æquiuoca poſſunt capi dupliciter: vno modo pro per ſe ſignificatis, ſiue ſecund
intentionaliter; & ſic ſunt reſpectus, ſiue intentiones ſecundæ: & important reſpe
ctus æquiparantiæ primò, & per ſe, & reſpectum ſuppoſitionis ad nomen commune
cui ſupponũtur; & ſic poſſunt diffiniri: quia illo modo æquiuoca ſunt vniuoca; quia ſ
cundùm vnum nomen, & eandem rationem prædicantur: alio modo capiuntur pr
denominatis, ſiue pro illis, quibus applicantur illæ intentiones ſecundæ; & ſic non de
finiuntur; quia habent diſtinctos conceptus: ex hoc patet ſolutio ad confirmationem.
Etenim, ſi omnis diffinitio explicat eſſe; diffinitio æquiuocorum non explicat eſ
primæ intentionis, quia eſt diuerſorum in æquiuocatis, quod vna diffinitione non ex-
plicatur; ſed pluribus, vt patet in cane latrabili, marino, & cæleſti, quæ cùm ſint r
diuerſæ, diuerſas habent diffinitiones; ſed explicat eſſe ſecundæ intentionis, quæ ſu
generalitate, & communitate ambit omnia æquiuocata: & ſic in iſta intentione ſ-
cunda conueniunt animal pictum, & animal verum: & ſic poſſunt definiri: quia h-
bent vnam rationem, quæ eſt iſta, quorum ſolum nomen eſt commune, & ratio ſu-
5. ſtantiæ ſecundùm illud nomen eſt diuerſa. Ad 5. patet ſolutio ex ſupradictis; diff-
nitio enim datur de rebus non abſolutè; ſed vt ſubiectæ ſunt intentionibus ſecu-
6. dis, quæ explicantur per voces. Ad 6. Nomen poteſt capi duobus modis: vno mo
formaliter, quod ſignificat per modum qualitatis, ſiue per modum habitus, & quiet,
quatenus eſt pars orationis diſtincta à verbo: & ſic in verbis non inuenitur nome
alio modo accipitur generaliter, vt ſit nota mentis, id eſt, ſignum illius quod men
concipitur; & ſic verbum dicitur nomen. vnde Ariſtot: dicit in primo perihermen-
as, verba ſecundùm ſe dicta, nomina ſunt: & hoc ſecundo modo capitur in diffiniti-
ne. Ad ſecundum abſurdum: diffinitio datur de æquiuocis æquiuocatis, vt ſtant ſ
ſecundis intentionibus: illa autem ſunt plura vnius æquiuocantis, propterea diffi-
untur in plurali numero: vnde etſi diffinitio quæ explicat primam intentionem, ſi
eſſe abſolutum ipſius diffiniti, non tribuatur ipſi diffinito pluraliter ſignificato; d
finitio tamen explicans eſſe ſecundæ intentionale, bene attribuitur in numero plur-
li. cuius ratio eſt, quia omnis reſpectus in eorum pluralitate fundatur quæ ſe reſ-
ciunt: intentio verò prima cùm ſit abſoluta, huiuſmodi caret comparatione; & p
conſequens pluralitate, ac proinde inepta fuiſſet diffinitio, ſi dixiſſet: Æquiuocu
eſt, cuius ſolum nomen eſt commune; nam cùm dicitur commune, mox plura intel-
guntur: cùm ergo hìc diffiniantur æquiuocata, vt ſtant ſub ſecundis intentionibus, a-
gumentum nihil concludit; quia procedit de æquiuocis æquiuocantibus. Ad 3. abſu-
dum, licet æquiuoca æquiuocata conueniant in ratione alicuius ſuperioris, puta co-
poris, vel ſubſtantiæ; diffinitio tamen ſecundùm illud nomen æquiuocum æquiuocan,
quod eſt canis, eſt diuerſa. Ad 7. Vnius nominis plures poſſunt eſſe ſignificatione
& cùm dicis, quia vnum ſignificat vnum, & quòd vnius nominis, vna ſit forma, & f
ma ſit ſignificatio: ergo vna ſignificatio. Reſpondeo, duplicem eſſe formam nomin
eſſentialem, & accidentalem: forma autem nominis eſſentialis, eſt debita articulati,
ſiue debitus modus proferendi: materia verò eius, eſt ipſa vox: ſignificatio verò e
forma accidentalis nominis: proinde ſicut eiuſdem nominis poſſunt eſſe plures form
accidentales; ita planè plures ſignificationes. vnde dicit Albertus Magnus in com
mento Elenchorum, duplicem eſſe diffinitionis perfectionem: quædam enim eius d

vt dicti

vt dictio, & quædam, vt signum: prima est ei substantialis, & non potest ab eo separari, cuiusmodi est continua literarum, & syllabarum in dicendo prolatio, quæ non potest habere plures significationes: secunda, quia est accidentalis; accidit enim dictioni signum esse, potest plures habere, sicut vna materia potest recipere plures formas. Ad 8. licet æquiuoca à consilio habeant rationem communem secundùm modum, non autem secundùm rem. Ad quidditatem verò requiritur vnitas rei, quæ autem habent vnitatem proportionis, simpliciter sunt diuersa, licet quendam habeant modum vnitatis, & ordinis. 8.

CAP. III.

De Analogis.

QVoniam inter purum æquiuocum, & purum vniuocum, mediat analogum; præstat de illo aliquid dicere, antequàm accedamus ad vniuoci elucidationem. Porrò, Analogata sunt, quorum nomen est commune: & secundùm illud nomen ratio substantiæ aliquo modo eadem est: aliquo autem modo diuersa. Exempli gratia, animal, & medicina sunt analogata sub sano; quia habent illud nomen commune, cùm & animal appellemus sanum, & medicinam sanam: eorum tamen diffinitio, in quantum sunt sana, neq; omnino diuersa, nec omnibus modis eadem est. nam animal in quantum sanum, est habens sanitatem: medicina verò, in quantum sana, est causa sanitatis. Itaq;, in ambobus includitur sanitas, sed diuersimodè: & quia medium sapit naturam vtriusq; extremi, & æquiuocum habet multas rationes, seu respectus, vniuocum verò vnum; hac de causa, analogum dicitur habere plures, & vnam rationem. Cæterùm, analogata sunt duplicia; quædam enim determinatũ habent respectũ, siue habitudinẽ vnius ad alterum, vt substantia, & accidens: quædam verò sunt secundùm proportionalitatẽ, vt Deus, & creatura; infinita enim differentia est inter Deum, & creaturam. Analogia autem triplex describitur: & prima quidem, quando analogum dicit plures rationes, eius verò significatum solum in analogato reperitur: sicut sanum, quod alia ratione prædicatur de animali, & alia de medicina, & alia de dieta: suum autem significatum tantùm in animali saluatur: stat nihilominùs analogia; nam dieta, vt cõseruatiua sanitatis, & medicina, vt causatiua sanitatis, & vrina, vt sanitatis ostensiua, animal sanum respiciunt, & obseruant. Hoc autem modo analogum est proximum æquiuoco, redditq; propositionem multiplicem; propterea ista non est contradictio: animal est sanum: medicina non est sana, quia sanum de his prædicatur non secundùm vnam, eandemq; rationem. Secunda analogia est, quando analogum, vnam dicit rationem; diuersum tamen esse, & difforme habet in analogatis: sicut corpus prædicatur de cælesti, & terrestri corpore: quæ tamen licet conueniant in ratione corporeitatis; in esse tamen proprio dissentiunt: quippe quia esse corporis cælestis est incorruptibile, terrestris verò corruptibile. Hic autem secundus modus non aufert, sed contradictionem magis statuit; hæc enim semper est vera: elementum est corpus: & hæc semper est falsa: cælum non est corpus; eò quòd ratio corporis vtrique conueniat, tametsi non conueniant in esse. Tertia analogia est, quando analogum dicit tantùm vnam rationem, in qua analogata non sunt paria, neq; in esse, quod per illam rationem importatur: propterea quòd in vno analogato illa ratio reperitur: & illius esse connexionem habet cum alio analogato: sicut accidens est ens, vt habet connexionem ad substantiam: & non è conuerso: & creatura est ens non ex se; sed, vt participat esse à Deo, cui primò, & per se competit esse. Hoc autem tertio modo

Analogum. Analogia triplex. Secunda analogia. Tertia analogia.

gis.

Analogum reale.

ens dicitur eſſe analogum reale; nam ens dicit vnum conceptum per gradus diſtinctum, & quodam ordine participatum à ſubſtantia, & accidente, ita quòd primò conueniat ſubſtantiæ, & per ſubſtantiam accidenti, & non è conuerſo; quia ſubſtantia non pendet ex accidente. Quòd ſi interdum à nonnullis ens vocetur æquiuocum: per æquiuocum, analogum intellexerunt, propterea quòd magis proximum eſt æquiuoco, quàm vniuoco. Scotus in primo diſt: 3. quæſt: prima, dicit ſufficere, vt aliquis ſit conceptus vniuocus, ſi poſuerit contradictionem: ſed hoc etiam tribui poteſt analogo tertio modo, quia ſi ſubſtantia eſt ens, accidens; non eſſe ens, eſt contradictio. Quam ob cauſam cùm Scotus dicit ens eſſe vniuocum; idem alii exiſtimant eſſe analogum tertio modo nuncupatum. Verùm vt clariùs res intelligatur, ſciendum duplex eſſe vniuocum, reale ſcilicet, & logicum: conditiones autem vniuoci realis ſunt quatuor, quarum prima eſt, vt dicat vnum conceptum, & comparetur ad ſua contenta, de quibus prædicatur: proinde ſi animal conſideretur in ſe præcisè, vt dicit vnum conceptum, antequàm ad ſua inferiora comparetur; non eſt vniuocum, neç analogum, nec æquiuocum, eò quòd conſideratio in illo priori, eſt abſoluta: vniuoci verò, & analogi eſt reſpectiua; quia refertur ad inferiora, quibus attribuitur: ſecunda conditio, vt vniuocum participetur à ſuis contentis ſecundùm vnam rationem, ita, vt ratio, quam habet illud vniuocum in ſe, ſeruetur in omnibus vniuocatis. in quo differt vniuocum ab æquiuoco: eò quòd æquiuocum ſecundùm diuerſas rationes ad ſua contenta refertur: tertia conditio, vt illa ratio æquè omnia contenta repræſentet, & ſine ordine: puta ratio animalis, quantùm eſt ex ſe, æquè conuenit homini, ac leoni; nam ratione animalis, vnum non eſt prius, aut perfectius altero: bene autem ſi comparentur ad inuicem. ſicut videre eſt in numeris, in quibus nulla cernitur diſcretio in quantum ſunt numeri: bene autem in quantum iſte eſt ternarius, & iſte ſenarius; & ſic de aliis: quæ quidem perfectio non impedit vniuocationem, alioqui numerus nequaquam vniuocè prædicaretur de ſuis ſpeciebus, nec animal de homine, & equo; conſtat enim hominem præſtantiorem eſſe equo, aliiſq; animantibus: quarta conditio, vt illa ratio æquè conueniat contentis, quatenus ſunt res, quæ quidem conditio deeſt vniuoco logico; ſufficiunt enim illi tres priores poſitæ. Sanè, ratio animalitatis æquè perfectè, conuenit homini, ac leoni; nam ſi Deus annihilaret naturam ſenſitiuam in homine; tota nihilominùs ratio animalitatis in aliis animalis ſpeciebus ſaluaretur: aliter animal non eſſet vniuocum, ſed æquiuocum.

Vniuocum reale.

Conditiones quatuor,

Quid ſit.

Itaq;, vniuocum reale eſt illud, quòd comparatum ſuis vniuocatis, quatenus ſunt res, ſecundùm eandem rationem ab illis participatur, ſine ordine vnius ad alterum; quia illa ratio æquè eſt omnibus communis: vniuocum autem logicum eſt, quod habet vnũ conceptum communicatum ſuis vniuocatis: & ſecundùm eandem rationem participatur à ſuis contentis, ſine ordine prioris, & poſterioris, vt conceptus generis conuenit omnibus ſpeciebus, & ſpeciei omnibus indiuiduis. Deeſt autem illi conditio quarta; nam remota omni conditione reali, & ſeruato eodem modo prædicandi, adhuc manet vniuocatio logica, eò quòd logicus non conſideret res, quoad ſuas realitates; ſed potiùs, vt ſtant ſub intentionibus ſecundis, & ſecundùm modos prædicandi. Quòd verò ſeruetur vniuocatio logica, ſine conuenientia reali, ſic poteſt probari: Qualitas prædicatur vniuocè de prima, & tertia ſpecie qualitatis, quæ in nullo reali conueniunt; nam in prima ſpecie collocantur qualitates ſpirituales: in tertia verò ſenſibiles, quæ non communicant cum illis cùm ſint primò diuerſa. ſimiliter quantitas prædicatur vniuocè de quantitate continua, & diſcreta, quæ in nullo reali conueniunt. Quarta ergo conditio vniuoci realis, non eſt neceſſaria vniuoco logico; ſed bene tertia, vt ſcilicet dicat vnum conceptum conuenientem æqualiter ſuis contentis, non autem differentiis, quibus contenta ab inuicem differunt: nam genus, neq; conceptus generis

Vniuocum logicum.

Vniuocatio logica ſiue conuenientia realis.

prædicatur

De analogis.

prædicatur per se primo modo de differentiis. Quam ob causam dixit Aristot: ens non esse genus, quia differentia non est de conceptu generis; sed bene est de conceptu entis, cum nihil possit effugere conceptum entis. His visis, sequuntur aliqua notanda: quorum primum est, ens præcisè in se consideratum, etiamsi habeat vnum conceptum communicabilem suis inferioribus; non tamen est vniuocum, neq; æquiuocum, neq; analogum; quia illa dicuntur per comparationem ad sua contenta: secundum notandum, ens comparatum substantiæ, & accidenti, quatenus res sunt, non est vniuocum reale: nam licet conceptus entis illis conueniat, vt res sunt; non tamen æqualiter; & sine ordine conuenit, sicut animal suis speciebus; sed gradatim descendit, primùm in substantiam, deinde per substantiam in accidentia: quare si esset annihilata tota entitas substantiæ; totum etiam ens annihilaretur: eò quòd accidentia non sunt, nisi entis 7. met: Et in hoc libro dicitur, quòd destructis primis substantiis, impossibile sit aliquid remanere, non autem è conuerso; nam destructa tota entitate accidentium, adhuc remaneret substantia, eò quòd præcedit natura, tempore, & diffinitione, vt patebit in prædicamento substantiæ. Cùm ergo conceptus entis non æquè cõpetat suis contentis, sed per gradus, & huiusmodi gradualitas non stet cum vniuocatis, quatenus respiciunt commune vniuocum; sequitur vt ens non sit vniuocum reale, sed analogum tertio modo dictum.

Notanda.

Scotistæ dicunt ens esse vniuocum substantiæ, & accidenti, & habere nihilominùs vnitatem analogiæ, & attributionis, quæ potest simul consistere cum vnitate vniuocationis: nam philosophus 10. meth:, inter species vnius generis, essentialem ordinem statuit, neq; ex hoc sustulit vniuocationem: ita & ens licet habeat vnitatem analogiæ ad substantiam, & accidens; quia priùs de vno dicitur, deinde de altero; hoc tamen non aufert vniuocationem entis, sed cum vnitate attributionis, manet etiam vnitas vniuocationis. Confirmatur exemplo; nam numerus est genus, & tamen inter species numeri, est essentialis ordo prioris, & posterioris. Verùm, non parua differentia est, aliqua conferre ad se inuicem, & ad aliquod commune: primus namq; modus non impedit vnitatem vniuocationis, sicut videre est in speciebus eiusdem generis, quæ æqualiter participant rationem sui generis, quatenus ad ipsum comparantur, licet inter se ordinem essentialem habeant, & vna ab altera specie distinguatur, non autem quatenus participant rationem generis, in qua vniuocantur. Secundus autem modus in ente impedit vniuocationem puram habentem illas quatuor conditiones; quia genus æqualiter descendit ad species: ens autem in substantiam, & accidens, non æqualiter, sed principaliter in substantiam, deinde in accidentia. Præterea, destructa vna specie, imò omnibus, vna duntaxat excepta, genus saluatur in illa specie: destructa verò substantia, non saluatur in accidentibus, sed bene è conuerso. Cùm ergo non æquè participetur à substantia, & accidente; non potest dici propriè vniuocum reale, sed analogum sicut dictum est.

Opinio Scotistarum.

Neque est vniuocum logicum; quia tale vniuocum non prædicatur formaliter, & in primo modo dicendi per se de differentiis, & modis, quibus sua inferiora distinguuntur: sed ens formaliter prædicatur de istis; nam omne quod est, est ens: & quod non est ens, est nihil; non enim datur mediũ inter ens, sumptum in sua maxima cõmunitate, & nihil: igitur ens non est vniuocum logicum, sed analogum.

Vniuocum logicum.

Ex quo patet, analogum medium esse inter æquiuocum, & vniuocum. Vnde Simplicius in prædicamentis refert, mediũ inter vniuoca, & æquiuoca quidam analogum statuunt, ita quòd vtrisq; conueniat, & ab vtrisq; separetur: propterea analoga sic diffiniunt: Analoga ea sunt, quorum nomen est commune, & ratio substantiæ secundùm illud nomen est eadem, sed non æquè primò; sed secundùm prius, & posterius: substantia enim per naturam vocis analogè explicata, licet cunctis quæ sub nomine sunt, conueniat; vni tamen primò inest: & hæc est causa, quare cætera hac natura participent. Sed vtile erit scire,

Simplicius.

De analogis.

Opinio Arist: de analogis.

rit scire, quid Aristoteles de natura analogi scripserit. in quarto met: videtur dice-re, analogum medium quoddam esse ab æquiuocis, & vniuocis separatum. Et 2. de a-nima, quando de Diaphano disputat, dixit naturam quandam esse, quæ perpetuo, & caduco corpori communis est. sed illa natura non competit vniuocè; propterea quòd nihil vniuocum sit perpetuo, & corruptibili: analògè ergo. Itaq;, analogum vltra no-minis societatem, his, de quibus dicitur, naturam quandam communem denotat, i- quo conuenit cum vniuoco: quia verò illa natura est secundùm prius, & posteriu-, separatur ab vniuoco.

CAP: IIII.

Argumenta.

1. Contra prædicta posset aliquis sic arguere: Si inter vniuoca, & æquiuoc- analoga essent media; inter contradictoria daretur medium: nam vni-uoca, & æquiuoca contradictoriè opponuntur; vniuoca enim sunt, quo-rum nomen, & ratio est eadem: æquiuoca verò se habent diuerso mod-, sed inter contradictoria non datur medium; quia vt dicit Aristo: in pr-mo posteriorum, contradictio est, cuius secundùm se non est inuenire medium. Item, quòd analogum non dicat vnam naturam communẽ his de quibus dicitur: nam si h-

2. foret; in Deo, & intelligentiis esset compositio, quod est falsum. De quibus dicuntu- analoga, in illis inuenitur communis natura, vt ipsi dicunt. sed de Deo, & de angeli- quædam dicuntur analogè, puta ens, spiritus, intellectus; nam Deus est spiritus, & angeli sunt, non quidem vniuocè; quia ille est spiritus creator, & infinitus: isti ver- spiritus creati, & finiti. neq; æquiuocè: ergo analogè, atq; ita in Deo esset communi- & propria natura; & sic compositio: similiter, & in angelis: imò tot communes na-turæ, quot sunt ea, quæ de Deo, & aliis rebus analogicè dicuntur. Non ergo Deus es-set summè simplex, si diuersæ naturæ in eo inuenirentur. Item, ea quæ ita se haben-

3. quòd eorum aliquod est causa essentialis, & per se reliquorum, in vna natura nequ- quam communicant. sed ea quæ dicuntur analogè, sunt huiusmodi: igitur non com-municant in natura communi. Maior patet, quia quæ conueniunt in natura commu-ni, propriis differentiis distinguuntur; & sic essent composita ex natura communi & proprijs differentijs. Minor probatur, quia analogum propriùs, & priùs dicitu- de vno, deinde de alio, ratione prioris: atq; ita non videtur rationi consentaneum es-se, vt analogum communem naturam denotet. Item, si analogum est, quod priùs d-

4. vno, & postea de alio dicitur; tunc sequeretur hoc inconueniens, vt nullum genu- esset vniuocum, sed vnumquodq; analogum. Probatur, illa, quæ sub eodem gener- sunt constituta, quia vnum præstat alteri, sunt analoga, vt patet ex diffinitione dat- analogorum. sed species constitutæ sub eodem genere, authore philoso: 5. & 8. meth vna est præstantior altera: igitur non vniuocè, sed analogicè se habent ad genus, quod est falsum; quia genus immediatè, & sine ordine prioris, & posterioris, prædi-catur de suis speciebus. Itaq;, rationi consentaneum esse videtur, analogum sub æqui-

Analogũ esse æquiuocum.

uoco contineri, cuius æquiuoci species sunt, à casu, & à consilio: & æquiuoci à con-silio quatuor sunt species, siue quatuor modi dicuntur: quædam secundùm similitu-dinem, vt animal, homo, & quod pingitur, quibus nomen est commune; sed ratio sub-stantiæ diuersa: secundus modus est secundùm analogiam, seu proportionem, sicut principium dicitur æquiuocè de vnitate, & de puncto; quia sicut vnitas est principi-um numeri; ita punctum est principium lineæ: tertius modus est à cogitatione, ve-luti si fieret prædicatio communis pluribus, & differentibus rebus: vt liber medici-nalis, instrumenta medicinalia, remedium medicinale: quibus nomen est commune,

sed ratio-

De analogis.

sed ratio altera. Quartus modus, quando plura ad vnum referuntur, & ab illo appellationem sortiuntur, veluti cibus sanus, remedium sanum, exercitium, & similia, quæ à sanitate denominantur, veluti à fine. Sed tertius, & quartus modus, simul coniunguntur, vt sentit Auer: & Aristo: 4. meth: qui hos æquiuocorum modos ab vno, & ad vnum nuncupauit. sub huiusmodi autem æquiuocis analoga intelliguntur. Ad authoritatem verò Aristo: de diaphano, dicendũ, quòd diaphanum est apparens secundùm profundum, & secundùm superficiem, quod non est simpliciter in vtroq; corpore; nam corpora cælestia semper sunt diaphana: ista verò corpora interdum lucida: interdum tenebrosa apparent; nam in corpore cælesti est, sicut in causa: in aliis verò sicut in his, quæ ad illud ordinem habent. Illa ergo analogia reducitur ad quartum modum æquiuocorum. Sed aliquis posset arguere: Si analogum æquiuocum est; de eo vtiq; non esset vna ars atq; scientia, sicut docet philosop: 11. met: quòd de æquiuoco nõ est vna scientia, & Auer: docuit 4. met: Præterea 4. & 7. met: Aristoteles loquens de analogo, illud separat ab vniuoco, & æquiuoco. Respondeo æquiuoca à casu, ea esse, de quibus non est vna scientia: quia de his prædicata per se non dicuntur, nisi quæ ex accidenti prædicantur. scientia verò, est eorum, quæ per se prædicantur, vt dicitur primo posteriorum: æquiuoca verò à consilio sunt duplicia; quædam enim secundùm proportionem dicuntur, vt si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, sunt æqualia: huiusmodi æquiuoca ab vna non considerantur scientia, sed à pluribus, ab arithmetica, geometria, & similibus: quædam verò dicuntur æquiuoca ad vnum, vt docet Arist: 4. met: & illa referuntur ad vnam scientiam: & iste est quartus modus æquiuocorum, ad quem reducuntur analoga. Patet ergo quomodo analoga non sint media inter vniuoca, & æquiuoca: & quòd ens sit æquiuocum de quarto modo æquiuocorum à consilio.

Diaphanum.

Obiectio.

Solutio.

CAP: V.

Argumenta alia.

Contra prædicta aliqui sic arguunt: Quod habet vnum conceptum distinctum à conceptibus suorum contentorum, illud est vniuocum, patet ex diffinitione vniuoci: Vniuocum enim est, quod habet vnum conceptum. sed ens est huiusmodi; quia intellectus viatoris potest esse de aliqua re certus quòd sit ens; dubitans tamen, an sit finitum ens, vel infinitum, substantia vel accidens: ergo conceptus entis est distinctus à conceptibus suorum contentorum: & per consequens vniuocus. Respondeo, quòd vniuoco non sufficit vnitas conceptus; sed adhuc opus habet, vt vnitas ipsius æqualiter descendat ad sua contenta, siue inferiora: quæ quidem æqualitas deficit enti, vt dictum est: igitur ens non potest esse vniuocum reale, habens illas quatuor conditiones. Item, si conceptus entis creati, alius est à conceptu entis increati: igitur per ens creatum, non cognosceretur ens increatum, quod est falsum: vt dicitur 12. met: consequentia probatur; quia sicut ens creatum non continet ens increatum, cùm sit posterius eo; ita conceptus entis creati, non continet virtualiter conceptum entis increati. Cùm verò per nullum conceptum proprium alicuius obiecti, cognoscatur aliud obiectum, nisi talis conceptus virtualiter contineat conceptum alterius obiecti; relinquitur, vt si ens non fuerit vniuocũ, per ens creatum non cognoscatur ens increatum. Respondeo, ens dicere vnum conceptum æquiuocum, sicut analogum tertio modo dictum, & non sicut analogum primi modi, quod habet plures conceptus. Procedit ergo argumentum secundùm analogum primi, & non tertij modi, propterea falso nititur fundamento. Sed

1.

Solutio.

2.

Solutio.

Contra hanc responsionem poßet aliquis instare: Quibus est vnus conceptus communis; est etiam vna natura communis, nisi fuerit conceptus logicus, qui potest iis etiam accõmodari, quæ non conueniunt in aliquo communi reali, vt dictũ est. sed enti creato, & increato, non est vna natura communis, aliter in Deum caderet compositio
3. igitur ens non est vniuocum, neq; æquiuocum tertij ordinis. Item, si ens non eßet vniuocum substantiæ & accidenti; substantia à nobis naturaliter minimè cognosceretur. sed cognoscitur: ergo ens est vniuocum. Maior probatur, quia substantia non immutat intellectum ad aliquam intellectionem sui, sed accidens sensibile: de substantia ergo non haberetur aliquis conceptus quidditatiuus, nisi ex conceptu accidentis talis conceptus abstraheretur: sed abstrahi ab illo non poßet, nisi ens eßet vniuocum substantiæ, & accidenti. Quòd verò substantia non immutet intellectum nostrũ ad cognitionem sui, hoc modo probari potest: Quidquid sua præsentia immutat intellectum; absentia illius potest naturaliter cognosci ab intellectu, quando non immutatur, sicut visus cognoscit tenebras, quando lux non adest 2. de anima: eò quòd tunc non immutetur à luce. sed absentia substantiæ naturaliter à nostro intellectu non percipitur, alioqui in hostia consecrata poßet cognoscere non eße substantiam panis
Solutio. quod est falsum: ergo quod prius. Respondeo, quòd quamuis accidentia magnam partem conferant ad cognoscendum quodquid est; ipsa tamen substantia per propriam speciem immutat intellectum. Ad illud autem de Eucharistia dico, accidentia subire locum substantiæ; sicut enim acceperunt modum eßendi substantiæ, quia non sunt in subiecto; ita etiam, & agendi, & patiendi. Ex multis ergo hostiis consecratis generatur species intelligibilis substantiæ panis, & eius quidditatiua cognitio. Itaque, panis absens immutat intellectum, quum non sit omninò absens, quandoquidem ipsius vice suum accidens fungatur, vt dictum est: non ergo neceße est, vt accidentis, & substantiæ sit vnus conceptus vniuocus, sed, vt sit æquiuocus quarto mo-
4. do æquiuocorum. Item, si non eßet vnus conceptus entis vniuocus Deo, & creaturis, tum inquisitio methaphisicalis eßet falsa, quæ perfectiones elicit à creaturis, easq; Deo attribuit, imperfectiones verò ipsis creaturis relinquit: quod planè fieri non potest, vniuoco conceptu vtrisq; non existente. sed inquisitio meth: non est falsa, a-
Solutio. lioqui non eßet certißima scientia: ergo &c. Respondeo non eße vniuocum conceptũ nisi largè, sed æquiuocum quarto modo; & sic alia argumenta solui poßunt. Quoniam verò hæc sine diuisione entis rectè intelligi non poßunt; propterea de diuisione entis aliquid loquar.

CAP: I.

De diuisione entis.

Paßiones entis.

Ro huius inquisitionis intellectu, sciendum est, entis paßiones has eße à methapysicis inuentas, vnum scilicet, verum, bonum, aliquid, & rem. Aliquid autem dicitur, quasi aliud quid, eò quòd alteri comparatum, sit aliud quippiam ab illo distinctum. Res autem dicitur quasi Rata, propterea quòd ens reale, præter opus intellectus sit certæ & firmæ entitatis. Verum est, rei natura, quæ est extra animam, à cuius intellectu cognoscitur. Bonum est, quia appetibile: appetitur autem, quia perficit appetentem: perficit verò, quia habet eße; siquidem eße est prima actualitas, primaq; perfectio entis. sed in tantum habet eße, in quantum est ens: ens ergo est bonum, quia est: vnum verò, quia
Ordo. in seipso indiuisum, & ab aliis distinctum. Porrò, ordo transcendentium bifariam cosideratur: primò quidem quantum ad res significatas; & sic nullus inter eas inuenitur

De diuisio ne entis.

ordo, quia talis ordo cùm sit realis; realem quoq; diceret inter transcendentia distinctionē; sed transcendentia non distinguuntur realiter, vt postea patebit: nam si sunt idem realiter cum ente; sunt etiam idem inter se: alio modo consideratur quantùm ad rationes formales, sic intelligendo, cuius transcendentis ratio priùs apprehenditur ab intellectu, qui ordinatè procedit à conceptu entis, ad aliorum transcendentium conceptum; illud transcendens reliqua præcedit transcendentia. Ordo ergo secundùm rationes formales transcendentium, est talis: vnum præcedit alia transcendentia; primum enim positiuum est, quod post ens, à nobis concipitur. Vnum. *Sanè, priùs concipimus ens, postea non ens; ex opposito enim oppositū cognoscitur. Tertium quod apprehendimus, est diuisio; perceptis enim ente, & non ente, statim percipimus distinctionem inter ens, & non ens. Quartum est indiuisio; omne ens enim est in se ipso indiuisum: proinde rectè dictum est à philosopho 10. meth: tex: 7. Quod non est vnum, non est ens. Vltimum est, conceptus vnius: cùm enim omne ens sit diuisum à non ente, & indiuisum in seipso; necessariò relinquitur, vt post ens, vnum apprehendamus. Post vnius verò conceptum, occurrit immediatè conceptus alterius transcendentis, quod vocatur aliquid; nam si ideò apprehendimus vnum; quia ens indiuisum apprehendimus in seipso, & à quolibet alio diuisum:* Aliquid. *igitur aliquid immediatè occurrit, quod perinde est, quasi aliud quid, nempè ab alijs diuisum, atq; separatum. Post conceptū istius transcendentis, sequitur res aliud transcendens, à sua propria quidditate sic appellatum;* Res. *dicitur enim illud transcendens res, quia ratum est, & firmum, ens positiuum, reale. Postea sequitur verum, quod transcendens ad intellectum spectat. Porrò, sicut intellectus in agendo præcedit voluntatem; quia voluntas non fertur ad incognita, cognitio autem fit per intellectum; ita sanè conceptus veri præcedit conceptum boni. Præterea, verum consequitur ens absolutè, bonum autem ens in actu:* Verum. *priùs ergo venit in mentem verum, quàm bonum. Vltimum atq; postremum transcendens est bonum, quod spectat ad voluntatem; voluntas enim circa bonum versatur.* Bonum. *Primum ergo positiuum post ens, quod apprehendimus, est vnum; diuisio enim, & indiuisio, quæ præcedunt vnum, non dicunt aliquod positiuum; siquidem diuisio dicit negationem vnius de altero: indiuisio verò negationem negationis. Porro, iste ordo non est realis; sed sequitur ordinatam apprehensionem intellectus, inter ens, & passiones suas, & inter paßiones ad inuicem comparatas. vnde Arist: 5. met: diuidit ens* Alia diuisio. *in ens per se, & per accidens. similiter 6. met: vbi Auer: com: 4 ait. Ens simpliciter prima diuisione diuidi in ens per se, & per accidens. Et hæc diuisio videtur esse vniuersalis, cùm nihil per ens significetur, quin aut per se, aut per accidens non dicatur. Auer: 7. met: in proœmio dicit, quòd prima diuisio entis sit in substantiā, & accidens: secunda in actum & potentiam: tertia in vnum, & multa. Alij diuidunt: ens prima* Alia diuisio. *sui diuisione in quidditatem, & modum, siue per quid & quale; omne enim ens, aut quid, aut quale. Deinde subdiuidunt quid per creatum & increatum: & creatum quidem per decem prædicamenta. Quale autem diuidunt per quantum, & non quantum: & iterum quantum per infinitum, & per finitum: finitum verò in decem modos prædicamentorum, qui decem illorum quidditatibus correspondent. Hanc autem positionem talibus rationibus confirmant: ad quid & ad quale stat vltima resolutio cuiusque entis; quia omnis conceptus resolubilis, resoluitur in determinabile, quod est quid, & determinans quod est quale. Igitur prima diuisio entis est per quid, & quale, siue per quidditatem & modum. Præterea, primo conceptui quidditatiuo reali determinabili correspondet conceptus primus qualitatiuus realis determinans; primo enim quid correspondet primum quale. sed est dare primum quid: ergo & primum quale. Hæc autē positio ita se habet de quidditate, & de modo. Cæterùm Scotus 1. Sent: dist:* Positio Scoti. *8. quæst: 3. & in quolibetis: quæst: 5. priùs diuidit ens in quantum, & non quantum:*

De diuisione entis. Ens,inquit,reale vniuersalissimum:deinde per finitum,& infinitum:demum per vn
& multa. Per quantum autem non intelligit quantitatem molis;sed virtutis, quæ est
rei perfectio:& per infinitum,ens infinitæ perfectionis, cuiusmodi est Deus: per fi-
nitum verò intelligit creaturam: opinionis ergo istius sensus est:entium quoddam di-
cit aliquam perfectionem formalem,vt substantia, qualitas: quoddam verò nullam
dicit perfectionem formaliter;sed identicè tantùm. Ratio autem prima huius diui-
Rationes. 1. sionis,est talis: Quod non excedit,neq; exceditur,non dicit perfectionem,neq; imper-
fectionem. sed relationes originis non excedunt,neq; possunt excedi:ergo non dicunt
perfectionem nec imperfectionem: non vtiq; excedunt; quia non dicunt aliquam per-
fectionem:neq; possunt excedi;quia sunt idem realiter cum essentia diuina. Secunda
2. ratio,si relationes originis,paternitas,filiatio,spiratio,dicerent aliquam perfectionem;
illa profectò esset in patre,à quo filius procedit, & non pater à filio : atq; ita perfe-
ctio formaliter esset in patre,quæ non esset in filio; & sic personæ diuinæ non essent
3. eiusdem perfectionis,neq; essent æquales,quod sapit hæresim Arrianam. Tertia ra-
tio: in diuinis non possunt esse plura realiter distincta infinita. sed istæ relationes
sunt realiter distinctæ;quia paternitas constituit personam patris: filiatio verò per-
Relationes originis. sonam filij: spiratio passiua personam spiritus sancti. Si istæ relationes originis sicut
distinguuntur realiter,ita etiam,formaliter essent infinitæ; sic in diuinis essent tria
formaliter infinita: quod est falsum. Itaq; cùm nullum sit ens, quod non contineatur
sub quanto,vel non quanto; rectè ens prima sui diuisione, diuiditur in quantum &
non quantum; nam si alia daretur prima entis diuisio, sub membris illius diuisionis;
relationes originis quæ neq; quantæ sunt,neq; nō quantæ,minimè continerentur. Istæ
siquidem relationes non continentur sub finito, & infinito; quia non sunt formaliter
infinitæ,neq; finitæ,cùm sint idem cum diuina essentia: datur enim aliquid quod non
est finitum, neq; infinitum formaliter, scilicet relatio originis. Hæc autem diuisio
ignota fuit philosophis,qui ignorauerunt relationes originis in diuinis.

CAP: II.

Argumenta.

1. Ontra prædicta sic arguo: In bona diuisione,si inuenitur vnum opposi-
torum;inuenitur & reliquum;quia diuisio datur per opposita. sed in i-
sta diuisione non inuenitur alterum oppositorum; quia non inuenitur
ens quantumlibet minimū,quod aliqua non vestiatur perfectione; quia
omne quod est,in quantum est,habet aliquam perfectionem: igitur ens
Solut: prima sui diuisione non diuiditur in quantum, & non quantum. Respondeo, diuisio
per quantum,& non quantum, non innititur fundamento philosophorum; sed theo-
logorum, cuius authoritas est præferenda alijs doctrinis,& demonstrationibus,cum
innitatur primæ veritati,quæ non fallitur. Contra, in potentiis incorporeis, vna non
potest intelligi maior altera,vt docet commentator 8.phy:com:79.nam magis & mi-
nus solius est quantitatis: igitur perfectio virtutis erit in quantitate molis. Respon-
deo, Commentatorem ibi non soluisse quæstionem; sed in tertio cap. de substantia or-
bis,vbi manifestè concedit infinitum in vigore. Et 2. cæli com:71. expressè dicit,hanc
perplexionem euenisse quibusdam, qui nesciuerunt distinguere inter infinitum in
qualitate,& infinitum in quantitate. Ex quo colligitur ad mentem Auerrois dari in-
2. finitum extra quantitatem. Item,si illa dicuntur diuidi in quantum & non quantum,
quia non excedunt,neq; possunt excedi. sed attributa diuina sunt huiusmodi; quia nō
excedunt,neq; possunt excedi;quia sapientia,quæ est in patre, non excedit sapienti-
am,qua

am, quæ est in filio : similiter bonitas, iustitia, potentia, & similia cùm sit amborum
sapientia: igitur ista attributa , non essent simpliciter perfectissima ; & sic scientia
Dei non esset simpliciter perfectissima. Respondeo, atq; nego similitudinem: nam re- Solutio.
lationes originis, non indifferenter singulis competunt personis, sicut & ipsa attribu-
ta. Contra, si attributa sunt simpliciter perfectissima, & Deus est simpliciter perfe-
ctus: igitur Deus cum attributis est perfectior, quàm sine attributis, quod est falsum;
quia perfectio Dei non intenditur, & remittitur. Respondeo, Deum sine attributis
perfectissimum esse radicaliter, quia radix omnis perfectionis in diuinis, est diuina
essentia: cum attributis verò formaliter. Contra, magnum & paruum sunt passiones
totius entis. sed relationes sunt entia; quia non sunt purum nihil: ergo magna & par-
ua, & per consequens quanta. Respondeo, magnum & paruum esse passiones totius
entis quanti, non autem entis in sua communitate existentis. Item, arguo quòd prima
diuisio entis sit in substantiam, & accidens, & non in quantum, & non quantum: Mo- 3.
dus est posterior eo, cuius est modus. sed quantum, & non quantum sunt modi in-
trinseci, & quantitas est posterior substãtia: igitur ens prima sui diuisione non diuidi
tur in quantum, & non quantum ; sed in substantiam & accidens. Respondeo, ens fi- Solutio.
nitum diuiditur per substantiam, & accidens, tanquam per ambas quidditates fini-
tas. Verùm quia quantum & non quantum, non solùm diuidunt ens finitum ; sed ab-
strahunt à finito, & infinito; ideò diuisio per quantum, & non quantum, iuxta theolo-
gorum decretum, præcedit eam, quæ est secundùm substantiam, & accidens : datur
enim aliquid non quod est finitum vel infinitum, neq; quantum, & non quatum; siqui-
dem paternitas & filiatio nõ cadunt sub ente, quod diuiditur in substantiam, & acci-
dens. Simili facilitate diluitur illorũ obiectio, qui dicunt ens prima diuisione diuidi
in finitum & infinitũ; hoc enim verũ est de ente quanto, non autem de ente in sua com
munitate. Item, illud quo immediatè distinguitur ens, potest esse eius immediata di- 4.
uisio. sed huiusmodi est, causa, & causatum: igitur ens diuiditur immediatè per cau-
sam, & causatum. Respondeo, ens secundùm sui naturam diuidi in Deum, & creatu-
ram; quia omne quod est, aut est Deus, vel creatura: ratio autem istius diuisionis est;
quia modus intrinsecus cùm insequatur quidditatem, & sua sit quidditate posterior,
Deus autem & creatura sunt quidditates ad finitum, & infinitum, quantum & non
quantum. Sic enim diuiditur ens apud intellectum distinctè percipientem, sicut apud
intellectum diuinum: apud nostrum verò, qui non potest hac distincta diuisione vti :
ens diuiditur in ens perfectionale , & non perfectionale: causa autem, & causatum
sunt respectus extrinseci, qui sequuntur perfectionem : itaque ens diuiditur in
causam & causatum tanquam per respectus extrinsecos. Item, per illud ens primò 5.
diuiditur, quod est illi magis proximum. sed ad esse entis magis accedit vnum, quàm
quantùm & non quantum : igitur ens priùs diuiditur in vnum , & multa , quàm in
quantum, & non quantum. Respondeo, vnitatem esse inter passiones entis primam; e- Solutio.
am tamen præcedit quidditas, & modus intrinsecus : modus enim intrinsecus proxi-
mior est quidditati passione eiusdem. Quamobrem, aptiori atq; veriori diuisione di-
uiditur ens in suas perfectionales quidditates, quàm in vnum, & multa; ista enim est
post ens , & prima accidentium communium quæ post ens consequuntur. Item , ar- 6.
guo, quòd quantitas non præcedat vnitatem: Quantitas est demonstrabilis de quiddi-
tate vltima & abstracta, puta humanitas, & equinitas sunt quidditates vltimatè ab
stractæ, de quibus quantitas est demonstrabilis ; quia scilicet humanitas perfectior
est equinitate; magis enim accedit ad summum bonũ: formæ autem sunt sicut nume-
ri 8. met: com: 10. Tunc sic arguo: Quod demonstratur, vel quod potest demonstrari
de humanitate vltimatè abstracta, est illius propria passio, & non modus intrinsecus.
sed quantitas est demonstrabilis de humanitate : ergo est illius passio, & non modus

 intrinse-

Diuiſio entis. intrinſecus. Reſpondeo, quòd quantitas dicitur propria paſſio; quia ſe habet per mo-
Solutio. dum propriæ paſſionis: non autem eſt propria paſſio; ſed modus intrinſecus, præce-
dens ipſum vnum, quod eſt paſſio entis. Contra, quæ ſignificant formaliter eande
naturam, vnum non eſt paſſio alterius; quia paſſio formaliter diſtinguitur à ſuo ſu-
iecto. ſed vnum, & ens ſignificant formaliter eandem naturam 4. met: com: 3. vn
Com: com: 10. & 8. probat quòd eodem modo vnaquæque ſubſtantia ſit per ſe ens, &
per ſe vna: vnum ergo non eſt paſſio entis. Reſpondeo, quòd licet ens, & vnum dica
eandem naturam; non tamen eandem rationem formalem: & cùm dicis, vnũ non eſſe
paſſionem entis, Conſequentia non probatur; nam licet homo & riſibilitas, vnam d-
cant naturam; riſibilitas nihilominùs eſt propria paſſio hominis. Contra, quot ſu
ſpecies vnius, tot ſunt entis, vt in eodem textu citato dicitur: tunc ſic arguo: Quib
eædem ſunt ſpecies, eadem eſt natura. ſed enti, & vni eædem ſunt ſpecies: ergo eade
natura: & per conſequens vnum non eſt paſſio entis. Reſpondeo, licet ens & vnu,
eaſdem habeant ſpecies; quia eandem habent naturam; non tamen ſequitur, vnum n
eſſe paſſionem entis: nam eodem modo de ſpeciebus non dicuntur: ens de ſpecieb
quidditatiuè, vnum autem denominatiuè dicitur. Contra, 4. met: dicitur, com: 5. ea-
dem eſſe paſſiones entis, & vnius: igitur vnum non eſt paſſio entis, ſi eaſdem hab
cum ente paſſiones. Reſpondeo, eaſdem eſſe paſſiones entis & vnius; quia eadem e
illis natura: & cum dicis: ergo vnum non eſt paſſio entis: nego, nam homo & riſib
eaſdem habent paſſiones, puta homo eſt flebilis, ſimiliter & riſibile; & tamen riſi-
le eſt propria paſſio hominis. Patet ergo quomodo ens reale communiſſimum diui-
uum ſit prima ſui diuiſione in quantũ, & nõ quantum, id eſt, in aliquod ens, quod dic
perfectionem: in aliquod verò, quod non dicit perfectionem, neque imperfectionem, t
eſt relatio originis in diuinis, quæ non dicit perfectionem formalem; ſed identica.

7. Item, vnumquodque per propriam vnitatem eſt indiſtinctum in ſe, & diſtinctum b
alio; quia vnitas, eſt fundamentum diſtinctionis. Tunc ſic arguo: Fundamentum na
ra præcedit ea, quæ ſuper ipſum fundantur. ſed vnitas eſt fundamentum omnis d-
ſtinctionis: igitur præcedit omnem diſtinctionem: & per conſequens priùs ens d-
ſtinguitur in vnum, & multa, quàm in quantum, & non quantum. Præterea, ex nat-
ra rei ens diſtinguitur à quanto, & non quanto, ſiue finito, & infinito. ſed quodcu
diſtinguitur ab alio, priùs eſt vnum in ſe: igitur vnũ præcedit quantum & non qu
Solutio. tum. Reſpondeo, quòd cùm diſtinctio importet negationem incluſam, poteſt acci
negatiuè, & poſitiuè: negatiuè autem, vt hoc non eſt illud: & propterea poteſt acci
pro eſſe tam entis, quàm non entis: vt homo non eſt leo, neque eſt non ens, ſiue chimer.
Et ſic non identitas in aliquo ſigno, competit alicui, in quo nõ competit ſibi diſtincti:
probatur, quia idem & non idem ſunt contradictoria: idem autem & diuerſum ſu
contraria; diuerſitas enim fundatur ſuper eſſentiam rei: omne autem ens compar-
tum alteri, aut eſt idem, aut diuerſum 10. met: com: 12. ſed contradictoria oppoſit
præcedit oppoſitionem contrariam; quia contraria præſupponit contradictoriã: ig-
tur antequam adueniat enti vnum & multa, ens diſtinguitur, negatiuè, ſcilicet eſt n
idem, vt ens quantum, idem non eſt non quantum. Et ſic ens ſecundùm ſuam eſſen-
am, non conſideratum, vt vnum, & multa diuiditur per quantum & non quantu;
nam circumſcripta vnitate, & multitudine, qudditas entis, habet ordinem eſſenti-
lem, nempè virtutem, & perfectionem quidditatiuam, qua vna quidditas, differt a
altera, humanitas ab equinitate. Poſitiuè verò eſt diſtinctio inter duo extrema p
ſitiua; & ſic diſtinctio eſt paſſio entis, & omnis ſiue cuiuslibet inferioris ad ens: vn
Vnum preſup ergo non eſt fundamentum diſtinctionis, niſi poſitiuè. Item, vnum præſupponit in en
ponit quanti- te, quantitatẽ virtutis; perfectiùs enim eſt eſſe vnum quàm multa: in primo enim en
tatem. te, quod eſt ſummè perfectum, non eſt multitudo eſſentialiter; ſed ſumma vnitas: v

tas erg

Diuisio entis.

tas ergo cum perfectior sit multitudine, præsupponit perfectionem: ergo est posterior perfectione, siue quanto, & non quanto. Item, quod competit rei in esse quidditatiuo, est illi intimius, eo quod sibi in tali esse non competit. Sed quantitas virtutis cōpetit quidditati & naturæ in esse quidditatiuo, vt equinitas in suo esse quidditatiuo, non secluditur à differentia sua constitutiua, quæ comparata secundùm suam rationem formalem speciei leonis, præstat virtute perfectionis: quæ quidem perfectio immediatè consequitur essentiam equinitatis ratione suæ propriæ differentiæ. Quare, equinitas secundùm esse essentiæ, & quidditatiuum, est perfectior natura asini, siue leonis: in quo quidem priori signo, non intelligitur, vt vna vel plures. In aliquo ergo priori competit tali naturæ quantitas virtutis, in quo sibi non cōpetit vnitas, vel multitudo: & per consequens illa diuisio præcedit quanti scilicet & non quanti, diuisionem per vnum, & multa. Sed de hac prima diuisione satis dictum.

CAP: III.

Diuisio entis in finitum & infinitum.

Finitum & infinitum.

SEquitur alia diuisio entis: ens quantum diuiditur per finitum & infinitum. Et rectè quidem, quia, vt Scotus dicit in quolib: quæsti: 5. omne illud quod habet perfectionem, aut partialem habet, aut totalem: si totalem; sic est ens infinitum, vt Deus: si verò partialem; est ens finitum, vt creatura. Porrò, ens finitum hoc modo, est ens per participationem: non quòd partem capiat à Deo, cùm suum esse sit perfectum, & completum in suo genere; sed quòd aliquid sibi deest, nempè perfectio Dei. Pro cuius rei intelligentia sciendum est, rationem finiti, & infiniti quanto congruere, vt docet philos: 1. phy: comm: 15. quantitas verò est duplex, molis, & virtutis: ex quo licet colligere duplicem infinitatem, molis vnam, virtutis alteram. Prima autem est annexa priuationi, & potentiæ, appellaturq; infinitum potentiale, siue infinitum in potentia 3. phy: comm: 63. Infinitum est, inquit, cuius quantitatem quantumcunq; accipientibus, semper restat aliquid accipere. Infinitum autem virtute, est infinitum in actu, quod excedit omnem proportionem finitam: & in se, non quidem formaliter, sed virtualiter, & eminenter continet omnem perfectionem entitatiuam, quæ in aliis entibus inuenitur: sicut nummus aureus, virtualiter, & eminenter continet nummum ferreum, plumbeum, & argenteū, non quidem secundùm esse argenteum; sed secundū esse aureum potiùs. Quare, sicut aurū præstat argento; sic perfectiori modo, virtutes, & perfectiones creaturarum continentur in creatore: in creaturis autem sunt secundùm esse potentiale, & dependens: in creatore autem secundùm esse actualissimum, & independens. Cùm verò omnes creaturæ possibiles esse sint infinitæ, Deus autem huiusmodi perfectiones eminenter contineat: est ergo actu infinitæ virtutis, atque ita excedit quamcunq; perfectionem finitam. Quòd verò Deus sit infinitus intensiuè, siue in vigore, patet; quia est primum mouens motu infinito 8. phys: com: 78. igitur est infinitæ potentiæ: non autē intelligitur ista infinita potentia, respectu temporis, & durationis; quia in magnitudine non potest esse infinita potentia. Verùm hoc non arguere dicet quis infinitatem Dei, quia licet ex magnitudine, & intelligentia non componatur orbis, in quo formaliter sit infinita in potentia; bene tamen potest dari orbis, habens magnitudinem, cui assistit intelligentia, quæ est infinitæ potentiæ, etiam si non informet magnitudinem. Ex quo patet Aristotelem nequaquam probare Deum esse infinitum in vigore; quia mouet motu sempiterno; sed infinitum in duratione, quæ potest stare cum aliqua quantitate, per assistentiam: non autem per informa-

Duplex infinitas.

Deus infinitus.

Diuisio entis.

formationem. Dico, illa authoritate, Dei infinitatem sufficienter probari: quod potest sic perspicuum fieri: Nulla virtus potest per infinitum tempus mouere; nisi vel à se, vel virtute alterius: sed ad aliquam tandem deueniendum est primam virtutē, quæ mouet ex seipsa. Sed hæc prima virtus est Deus: igitur intensiuè est infinitus. quod enim habet à se potentiam actiuam; habet etiam à se entitatem. Quòd si habet à se hæc omnia; in tota plenitudine possidet; quia non habet ab alio, qui terminum, & gradum aliquem virtutis, & operationis sibi præfixerit. Si ergo in primo motore est plenitudo suæ potentiæ: est ergo illa potentia illimitata, nec aliquibus gradibus conclusa, & per consequens infinita. valet ergo illa authoritas: Deus mouet à se motu infinito: est ergo vigore infinitus. Confirmatur authoritate Auerr: 3. cap. de substantia orbis: vbi posuit aliud infinitum in actione, & velocitate: aliud in actione & passione in se. Item, Deus est entitatis infinitæ, vt quinto met: dicitur, capitulo de perfecto; cognouit enim Deum esse vniuersalissimè, & absolutissimè perfectum; quia habet omnes perfectiones. sed illæ sunt infinitæ: ergo Deus est perfectionis infinitæ Itaq; aliquæ sunt philosophi authoritates, quæ Dei infinitatem clarissimè protestantur 8. phy: 79. Causa effectiua motus infiniti, est infinita in vigore. sed Deus est huiusmodi: ergo est infinitus in vigore. Secunda ratio in eodem textu: Nulla virtus infinita est in magnitudine. sed virtus primi motoris est infinita: nec minor potest intelligi de infinitate durationis; nam cælum duratione agit tempore infinito in hæc inferiora; & tamē eius virtus est in magnitudine, cùm sit corpus. Quare, si maior & minor debent esse veræ; minor intelligenda est de virtute intensiuè infinita. Tertia est in eodem textu: quia si virtus infinita esset in magnitudine, moueret in instanti: consequens est impossibile: ergo & antecedens. Hoc autem non esset verum, nisi intelligatur virtus infinita intensiuè, non autem extensiuè; nam mouere cælum in instanti non nisi virtuti, & vigori competit infinito. Vltima ratio 5. met: posita est, quia scilicet Deus in se continet perfectiones infinitas virtualiter, & eminenter.

CAP: IIII.

Argumenta.

1.
Ontra prædicta sic arguo: Si primus motor est infinitæ virtutis, mouebit in instanti. sed non potest mouere in instanti; quia est contra naturam motus 6. phys: in indiuisibili enim non potest esse successio: ergo non est infinitæ virtutis. Probatur maior, quia virtus finita mouet in

Solutio. tempore: infinita virtus mouebit in instanti. Respondeo, primum mouens posse ex parte sua mouere totum orbem in instanti: sed hoc non patitur natura rei, nec inde vllum sequitur absurdum, cùm ipse philosop: dicat 4. phy: quòd si corpus graue poneretur in vacuo; tunc transiret in instanti, eò quòd in vacuo nulla sit resistentia medij. Sed perspicuum est, virtutem diuinam, cui nullum medium potest resistere, æquè velociter posse mouere per plenū, etiam si esset ferreum, sicut ipsum graue potest transire per medium vacuum: ergo.

2. Item, si Deus esset potentiæ infinitæ, siue vigoris infiniti; aliquid frustra esset in Deo. sed nihil est frustra in Deo: igitur non habet vigorem infinitum. minor patet, maior probatur: Illa potentia est frustra, per quam agens nunquam potest exire in actum 1. cæli 32. sicut ait Commentator, frustra poneretur intelligibile, quod à nullo posset intelligi. sed Deus si haberet potentiam infiniti vigoris; nunquam per huiusmodi potentiam posset exire in actum; produceret enim infinitum effectum, quod est impossibile; quia omnis effectus, eo ipso quod est effectus, est finitæ, & terminatæ naturæ.

Solutio. Respondeo, illud dici frustra,

quod or-

 Diuisio entis.

quod ordinatur ad aliquem finem, quem nunquam consequitur. sed potentia Dei ad nullum finem ordinatur, extra ipsum Deum, sed omnia ordinantur ad ipsum, tanquam ad vltimum finem: igitur est infiniti vigoris, licet effectus non sequatur infiniti vigoris: quod quidem prouenit ex parte passiui, non autem ex parte actiui. Item, 3.
cuilibet potentiæ actiuæ correspondet potentia passiua, 1. cæli 1.24. Et ibidem ait Commentator, frustra est potentia actiua in natura, cui non correspondet potentia passiua. sed ista potentia passiua infinita non est in Deo; quia in Deo nulla est potentia passiua: neque in creatura; quia effectui repugnat infinitas: igitur cùm potentia actiua infinita, non habeat sibi correspondentem passiuam frustra poneretur. Respondeo, Solutio.
illa sententia philosophi, & Commentatoris, intelligenda est de illa natura, quæ est creata, & non creatrix; natura enim creata, agit ex necessitate suæ conditionis, ad quam est determinata: creatrix verò nullis clauditur terminis, sed liberè agit vt vult, cùm non habeat extra alium finem, ad quem ordinetur. Item, nihil debet poni in philosophia, nisi quod ex rebus sensatis statui, atque conuinci potest. sed primum principium esse infiniti vigoris, non potest ex rebus sensatis conuinci: ergo &c. Maior est 4.
Auerrois 8. phy. comm: 22. Minor probatur; hoc enim non potest ostendi ex substantia ipsius motoris; quia non cadit sub sensum: neque ex aliquo suo effectu sensibili; talis enim essent motus, & tempus. sed illa sunt limitata, velocitate, & successione, ad quorum conseruationem non requiritur virtus infiniti vigoris, imò si fieret ab aliquo infinito vigore, fieret in instanti: ergo quod prius. Respondeo, infinitam Dei virtutem posse ostendi ex effectu sensato, nempè ex motu infinito duratione; nulla enim virtus finita posset ex se, & propria virtute, perpetuare motum, nisi virtute primi conseruantis, & influentis. Ex infinitate ergo primi motus, secundùm durationem actu, potest ostendi infinita virtus primi motoris: & hæc videtur fuisse philosophi sententia. Item, arguo quòd illa authoritas philosophi non palam faciat, primum motorem esse infiniti vigoris; quia mouet motu infinito: probo sic: Aut motus infinitus accipitur per se, aut per accidens. si per se; tunc erit mobilis infiniti, quod non mouetur, nisi à motore infinitæ virtutis. sed non datur mobile infinitum in actu: igitur nõ est necesse ponere motorem infiniti vigoris. si per accidens; tunc potest esse motus infinitus successiuè per circulum, cui potest præesse vigor finitus. Respondeo, ex motu finito per accidens, adhuc posse ostendi infinitum vigorem primi motoris, hoc modo: Deus est causa prima infinitatis motus: igitur est causa per se; repugnat enim esse causam primam, & esse causam per accidens; quia causa per accidens, habet causam superiorem ex 2. phy: causæ autem per se non repugnat habere effectum per se, quantùm spectat ad naturam causæ. sed Deus est causa motus per se: igitur motus infinitus per se requirit motorem habentem vigorem infinitum; nam causæ per se, vltra effectum per accidens, debetur, siue assignandus est effectus per se. Contra, effectus per se competit causæ per se; modò talis effectus in rerum natura inueniri posset: cùm autem in rerum natura non patiatur infinitum in actu: sufficit ergo causæ per se, habere effectum per accidens: pro cuius effectus conseruatione, non opus est habere virtutem infinitam. Respondeo, quòd quamuis non inueniatur talis effectus in natura rerum; non tamen est in causa infinitus vigor motoris; sed limitatio naturarum: quæ talem effectum nequeunt capere. Contra, motus infinitus per accidens bifariam consideratur: primo modo, vt determinat infinitum; & sic est per accidens: alio modo, vt effectus primi motoris; & sic est effectus per se. non enim valet hæc consequentia: iste motus est per accidens infinitus: ergo est effectus per accidens; quia illa dictio per accidens determinat infinitum, quod non facit illa dictio effectus. Itaque, causæ per se assignatur effectus per se. sed iste effectus per se, est motus cæli infinitus per accidens. Respondeo, hoc non pugnare contra intentum nostrum: nam cùm

Solutio. (beside "Respondeo, infinitam Dei virtutem")
5. (beside "Item, arguo quòd illa authoritas")
Solutio. (beside "Respondeo, ex motu finito")
Causa per se.

Diuisio entis.

nam cùm Deus sit prima causa, & per consequens, causa per se, quoàd suam virtu-
tem infinitam pertinet, potest habere effectum per se: sed quia limitatio rerum no
patitur hunc effectum infinitum; ob id tamen non est adimenda primo motori vir-
6. tus illa infinita. Item, contra secundam authoritatem Aristot: Nulla virtus infinita,
quæ est ex se, est in magnitudine. sed cæli virtus non est ex se; sed virtute primi m
toris: igitur non est infinita; & per consequens probatio illius sententiæ non conclu
dit. Præterea, Aristot: absolutè non probauit, nullam virtutem infinitam in durati
one esse in magnitudine, sed solùm in magnitudine, in qua sit materia, eò quòd tal
sit corruptibilis secundùm Commentatorem. cùm autem in cælo non sit talis materia,
nihil prohibet, inueniri potentiam infinitam duratione in magnitudine cæli mouen-
Solutio. da. Respondeo, in cælo secundùm Commentatorem 12. met: 41. esse substantiam cæli,
potentiam, motum, & hæc omnia esse duratione infinita. Quòd si substantia cæli es
à se, & esse, & potentia agendi: sunt ergo infinita in duratione: atque ita aliqua vir-
tus infinita in duratione erit in magnitudine. Ad confirmationem patet responsio e
doctrina tradita à philosopho 12. met: Comm: 30. in quo ostendit primum motorem
esse immaterialem: ex quo clarè colligitur ipsum non esse in magnitudine materiai
7. corruptibili. Item, arguo contra illam sententiam: Si esset virtus infinita in magnit
dine; moueret in instanti. virtus motiua existens extensiuè in magnitudine, necessa
riò esset infinita vigore, alioqui non posset perpetuare motum, labore vtique virtus fi
nita affecta, regularem motum non seruaret. sed existens extra magnitudinem, tali
bus non est subdita passionibus; propterea illi sufficit pro functione, & conseruatio
Solutio. ne sui muneris, virtus infinita extensiuè, non autem intensiuè. Respondeo, causam
fatigationis accidere, ex motu contrario, propterea fatigatur anima in corpore, pro
pter grauitatem, quæ inest corpori: ideoque anima non mouet animal motu continuo
& regulari, vt dicitur physicorũ 8. Cùm autẽ in cælo sit vnus motus continuus, & re-
gularis, vt dicitur 2. de cælo tex: 5. non esset opus, vt virtus motiua in mouendo, ali-
quo premeretur labore; sed posset regularem, & perpetuum motum continuare. Con
tra, si virtus infinita duratione esset in magnitudine extensiuè; moueretur per acci-
dens, ad motum corporis, sicut anima mouetur ad motum corporis: quòd si mouere-
tur per accidens; non posset continuare motum, atque ita fatigaretur, etiam si esset in
magnitudine inalterabili: hæc habentur 8. phys: comm: 52. Respondeo, quòd quam-
uis motor non possit perpetuare motum, si moueatur per accidens, non quidem ex la-
bore, cùm hoc tendat ad corruptionem, sed potiùs, quia non haberet, siue quia non
esset debita proportio inter motorem, & motum. vel quia intrinsecè aliter se habe-
8. ret: quicquid autem est tale, non potest perpetuare motum. Item, quòd illa ratio nõ
probat Deum esse infinitæ virtutis; quia in eo sunt perfectiones omnium rerum: per-
fectiones finitæ non efficiunt aliquam virtutem actu infinitam; quia finitum non po-
test facere infinitum. sed perfectiones rerum sunt finitæ; quia species rerum finitæ:
non ergo possunt reddere aliquam virtutem infinitam, licet eminenter existant in pri
Solutio. mo motore. Respondeo, perfectio dicitur, non solùm de re existente; verùm etiam
de possibili; abstrahit enim ab existente, & non existente. In Deo igitur sunt omnes
perfectiones rerum, quæ sunt, & quæ possunt esse. sed illæ sunt infinitæ: igitur in Deo
An õnia sint infinita in Deo. sunt perfectiones infinitæ: & per consequens est infiniti vigoris, siue virtutis. Sed a-
liquis posset non temere ambigere: Si Deus est infinitæ virtutis, & est simplicissi-
mus; nunquid omnia sint infinita in diuinis, & an tot sint infinitates, quot sunt attri-
buta? Breuiter respondeo, quia ista sunt latiùs quærenda ex primo sententiarum.
quòd duplex est infinitas, vna formalis, alia identica. Relationes diuinæ sunt infini-
tæ identicè, non autem formaliter; infinitas enim formalis est tunc, quando est infi-
nitum ex ratione sua. sed ista adhuc infinitas capitur dupliciter: vno modo formali-
ter,

Diuisio entis.

ter, radicaliter; & sic essentia diuina est infinita formaliter radicaliter: alio modo formaliter pullulatiuè, & istud est infinitum ab alio; vt sunt attributa in diuinis, quæ pullulant à diuina essentia. Sola ergo diuina essentia est radix omnis infinitatis. Ad aliud de attributis, quidam dicunt diuina attributa esse infinita, infinitate diuinæ essentiæ, cùm vna sit infinitas in Deo. Alij autem dicunt, cum infinitate diuinæ essentiæ stare infinitates modales, nempè infinitatem diuinæ sapientiæ modaliter distinctam ab infinitate diuinæ iustitiæ. Porrò, istæ infinitates modales non distinguũtur formaliter, sed tantùm modaliter; quia infinitates, quæ sunt modi intrinseci, non dicunt formalitatem. Sed de his ad plenum disputandum erit in primo sententiarum.

CAP: V.

Tertia diuisio entis in absolutum, & dependens.

Aristote: in prædicamentis ponit diuisionem entis in absolutũ & respectiuum: ponens ens absolutum genericum distinctum à respectiuo generico; asserens ens respectiuum esse ad aliud, vt in capitulo de relatione: substantiam verò, quantitatem, & qualitatem non ponit habere esse ad aliud. Patet ergo quomodo diuisio entis in absolutum, & respectiuum non sit aliena à philosophia Aristot: Porrò, omne ens dicitur formaliter absolutum, quod est formaliter ad aliud, sicut est Deus, & omnia attributa in diuinis; & tria genera generalissima, substantia, quantitas, & qualitas: quorum esse quidditatiuum, non est ad aliud, sed ad se. Ens verò respectiuum dicitur, quod formaliter est ad aliud; id est, cuius esse quidditatiuum, est ad aliud: esse quidditatiuum, & formale filiationis est esse ad patrem; formaliter enim hic accipitur quidditatiuè, vt ens absolutum est illud, quod non est formaliter ad aliud; id est, cuius esse quidditatiuum, non est aliud: similiter intellige de esse respectiuo. Quatuor enim modis aliquid dicitur formaliter: vno quidem modo quidditatiuè; vt homo formaliter est animal, id est quidditatiuè: alio modo contra virtualiter distinguitur; vt sol non est formaliter calidus, sed virtualiter: paries autem non est virtualiter, sed formaliter albus: tertio modo sumitur formaliter, id est, vniuersaliter; vt ignis est formaliter calidus, id est, vniuersaliter: quarto modo, idem est, quod habere aliquod principium actiuum; vt homo est formaliter animatus, id est, homo habet animam, qua potest agere; & planta est formaliter animata, quia habet animam, qua potest agere. Deinde videndum est, quomodo in diuinis sit ens respectiuum, cuius esse est ad aliud. Sunt autem in diuinis proprietates notionales, & relationes communes: dicuntur autem notionales à nosco noscis; quia per ipsas noscuntur, & notificantur personæ diuinæ. Differt autẽ proprietas notionalis à proprietate personali; proprietas enim personalis vni soli competit personæ, vt paternitas patri, filiatio filio, spiratio passiua spiritui sancto: sed notionalis non est cõmunis tribus; quia potest per ipsam constitui, & non constitui persona: nam spiratio actiua est communis patri, & filio; non tamen constituit personam patris, neque filij. In patre autem sunt aliqua notionalia positiua vt paternitas, & generatio actiua: quæ idem sunt, & per paternitatem constituitur pater: aliqua sunt negatiua, vt innascibilitas. ista in diuinis sunt entia relatiua: alia quoque septem prædicamenta sunt entia relatiua, scilicet, ad aliquid, actio, passio, quando, vbi, situs, & habitus. Est autem duplex relatio, quædam intrinsecus aduenien, quædam verò extrinsecus: intrinsecus autem est, quæ necessariò ponitur, positis fundamento, & termino; posito enim patre Cracouiæ, & filio Leopoli; necessariò consurgit relatio. siquidem implicat contradictionem,

Absolutum.

Respectiuum.

Formaliter.

Ens respectiuũ in diuinis.

Relatio intrinseca.

 nem,

Diuisio entis.

nem, positis extremis non poni relationem: in causa est; quia eadem productione extrema, & relatio producuntur. talis autem relatio consistere nequit sine ratione fundandi; quia genuisse, vel potentia actiua generatiua, est ratio fundandi paternitatem: ex quo sequitur sine huiusmodi potentia, paternitatem esse non posse. Relatio autem extrinsecus aduenients, quæ positis extremis in actu, necessariò non sequitur; potest enim per aliquam potentiam impediri: vt posito igne, & re combustibili; non sequitur combustio: nec valet dicere, quòd approximatio agentis ad passum sit fundamentum combustionis; illa enim approximatione non denominatur agens, vel patiens. Sed hic aduerte triplicem inueniri respectum; producentis, ad productum; educentis, ad eductum; & agentis, ad passum. Exempli gratia; ignis ad aquam triplex potest esse respectus: primus ignis agentis, ad aquam passam, & è conuerso: secundus est ignis educentis formam de potentia materiæ, & formæ eductæ respectus ad ignem: tertius est ignis producentis totum per accidens. Quidam dicunt, ordinem istorum respectuum ita se habere; vt ordo producentis ad productum præcedat: deinde educentis ad eductum sequatur: vltimum autem locum tenere arbitrantur agentis ad passum. Ratio talis est, quia primò est absolutum in causa: secundò sequitur absolutū in effectu: tertiò respectus effectus ad causam: quartò in causa respectus rationis, vel nullus. Priùs erit caliditas in aqua, quàm respectus agentis ad passum: proinde priùs erit respectus producentis ad productum, quàm agentis ad passum. Præterea, quandocunque ex aliquibus extremis insurgunt respectus; quorum aliqui sunt intrinsecus aduenientes; aliqui verò extrinsecus: intrinsecus aduenientes præcedunt: sed producentis ad productum, & educentis ad eductum sunt tales; agentis verò ad passum sunt extrinsecus aduenientes: illi ergo sunt priores; isti verò posteriores. Alij verò aliter sentiunt; dicunt enim respectum agentis ad passum præcedere alios duos respectus: & ratio eorum est; quia si illi duo respectus præcesserunt educentis ad eductum, & producentis ad productum; actio producentis ad productum, erit respectus intrinsecus; & per consequens non poterit impediri ab aliqua potentia; cuius antea oppositum probatum est. Et ad primum argumentū sic respondent: scilicet illud veritatem habere in illis, quæ se habent vt causa, & causatum. sed quia in Deo non potest de nouo fundari aliqua relatio realis, sicut in creatura; ideò absolutum priùs est in Deo: deinde in creatura; tertiò relatio realis in creatura: etsi aliqua relatio est in Deo, vel rationis, vel nulla. Quòd si in Deo posset fundari relatio realis; priùs in Deo esset respectus agentis ad passum; deinde respectus producentis ad productum. Ad aliud argumentum, nullum sequitur inconueniens, vt inter duo extrema priùs exurgat respectus extrinsecus, quàm intrinsecus: respectus ergo agentis ad passum, reliquos præcedit. Cæterum, rerum omnium dependentiā à primo motore Aristo: describit 12. met: 52. tex: asserens omnia habere ordinem essentialem inter se, & maiorem ordinem essentialem ad vnum primum. sed iste ordo essentialis, est ordo dependentiæ: omnia ergo dependent à primo motore, vt à causa finali atque efficiente: non tanquam à sola causa finali, vt quidam volunt dicere; nam 12. 36. dicitur de primo mouente, quòd mouet sicut appetibile, & intelligibile: si ergo ita mouet intelligentiam, causat intelligere. sed intelligere in angelis, secundùm philosophum, est illorum essentia: igitur angeli dependent à primo ente; non solùm tanquam à fine; verùmetiam vt à causa efficiente. Nec valet dicere, quòd illud mouere sit mataphoricum, & non propriè aliquid causare; quia omnis intellectio, quæ non est eadem obiecto, causatur ab obiecto, & quidem effectiuè, vt dicit Commentator 12. met: 36. Balneum, inquit, in mente mouet, vt efficiens: & vt extra mouet, vt finis: intellectio ergo in angelis effectiuè est à primo motore. siquidem mouet ad actum amandi; quia mouet vt amatum, & desideratum: est ergo cau-

Relatio extrinseca.

Triplex respectus.

Scot. in secūd dist. prim.

rerum dependentia.

go cauſa amoris, & intellectionis in angelis effectiuè. Omnia ergo entia creata dependent à Deo, non ſolùm ſicut à cauſa finali; verùmetiam ſicut à cauſa efficiente. Diuiſio entis.

CAP: VI.

Quarta diuiſio entis in ſubſtantiam, & accidens.

QVarta diuiſio entis eſt in ſubſtantiam, & accidens. Pro cuius rei notitia ſciendum, aliam eſſe diuiſionem, qua ens diuiditur in ens per ſe, & in ens per accidens: aliam verò eſſe diuiſionem entis in ſubſtantiam, & accidens. Prima enim diuiſio ponitur ab Ariſtot: 5. met: 12. tex: ſecunda verò in eodē libro 5. 14. tex: comm. Porrò, ens per ſe, primo modo pro omni eo, quod prædicatur per ſe, poteſt accipi, ſiue ſit prædicatum per accidens, ſiue ſubſtantiæ: color enim, licet ſit accidens, per ſe tamen prædicatur de albedine: ens autem secundùm accidens, accipitur primo modo pro prædicato denominatiuo; vt grammatica, à qua denominatur grammaticus. Coincidunt ergo prædicata in iſta prima diuiſione, non autem in ſecunda; ſubſtantia enim non eſt accidens, neque è conuerſo. Diuidit præterea Ariſto: ens 7. met: in ens in ſe, & in ens ab alio. & 5. met: in actum, & potentiam, de quo agit 10. met: & in idem, & diuerſum 10. met: comm: 12. Cæterùm, iſta diuiſio entis in ſubſtantiam & accidens, propriè intelligitur de ente finito, & creato; quod diuiditur in decem prædicamenta, ex quibus vnum eſt ſubſtantia, nouem accidentia. Datur etiam vndecimum prædicamentum, quod non eſt ſubſtantia, neque accidens; ſicut intentiones ſecundæ. Neque propterea Ariſtoteles eſt diminutus, quandoquidem ipſe locutus ſit de prædicamentis realibus: hoc autem prædicamentum eſt intentionale, quod diſtinguitur ab ente reali, quod poteſt ſine operatione intellectus conſiſtere. Quòd ſi omninò velis contendere, Ariſtotelem eſſe diminutum, eò quòd non poſuerit vndecimum prædicamentum, Dico ab Ariſtotele poſitum eſſe: dixit enim ſubſtantiam eſſe genus generaliſſimum, quæ eſt ſecunda intentio: corpus, corpus animatum, animal, eſſe genera, quæ ſunt ſecundæ intentiones: ſpecies ſubalterna quoque, ſpecies ſpecialiſſima, ſunt ſecundæ intentiones. Poſuit ergo vndecimum prædicamentum. Cæterùm, ſubſtantia tribus modis accipitur, nempè pro ſubſtantia, quæ à ſe, ad ſe, & per ſe; vt Deus. ſic enim docet Ariſtotiles 12. meth: quòd prima intelligentia habeat eſſe à ſe, & quòd ſit ſubſtantia ad ſe, & per ſe, tex: 29. prima enim ſubſtantia eſt per ſe, & ad ſe. Verùmtamen illud à ſe, duobus modis accipitur, poſitiuè, vel negatiuè: poſitiuè autem non datur ens à ſe; quia nullum ens gignit, ſiue producit ſeipſum, & ſic Deus non eſt à ſe: alio modo negatiuè, & hoc dupliciter: vel negatiuè poſitiuè, vel negatiuè effectiuè. Primo modo, prima perſona eſt à ſe. ſed filius, & ſpiritus ſanctus, non ſunt à ſe negatiuè productiuè; quia ab alio producuntur. ſecundo autem modo, omnes perſonæ ſunt à ſe, negatiuè effectiuè; quia nulla illarum efficitur, ſiue cauſatur. Secundo modo ſumitur ſubſtantia, quæ eſt per ſe, & ad ſe, ſed non à ſe; vt eſt ſubſtantia prædicamenti ſubſtantiæ, incipiendo à genere generaliſſimo, vſque ad indiuidua incluſiuè: hoc autem modo ſubſtantia negat dependentiam ad terminum, per quod excluditur omne accidens; per ſe enim exiſtere hoc modo ſignificat ens, quod eſt per ſe exiſtens, & non in alio per inhærentiam. talis autem exiſtentia, omne quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ, eſt per ſe exiſtens; quia eſt per ſe ens, quatenus per inhærentiam non eſt in alio. Tertio modo dicitur ſubſtantia pro eo, quòd non eſt per ſe, nec à ſe, ſed in alio; quia eſt pars ſubſtantiæ perfectæ & completæ, ſicut ſunt formæ ſubſtantiales. Poſuit Ariſtoteles hunc ſecundum modum ſubſtantiæ, in quo vult

Ens per ſe, & per accidens.

Vndecimum prædicamētū

Subſtantia tripliciter.

Deus quomō ſubſtantia.

tis.

primam ſubſtantiam non eſſe in ſubiecto: & ſic eſt per ſe, & ad ſe; quia non eſt ad aliud. Quòd verò non ſit à ſe, poſuit 12. met: 38. vbi docet ex eodem principio pendere cælum, & naturam, & per conſequens ſubſtantiam creatam. Tertium autem modum poſuit in prædicamento ſubſtantiæ, in quo oſtendit, ſecundas ſubſtantias eſſe in primis. Porrò, iſtæ partes ſubſtantiarum, non ſunt entia per ſe, nec à ſe, neque ad ſe: ſed aliquo modo dicuntur reſpectus, vel ratione partis; quia pars relatiuè dicitur ad totum: aut fortè ratione generis, & differentiæ, quæ referuntur: aut generis & ſpeciei, quæ ſunt relatiua. Partes ſiquidem ſubſtantiarum, relatiua dicuntur, denominatiuè, & extrinſecè; non autem quidditatiuè. Cùm ergo aliquomodo ſecundùm quid ſint relatiua, non dicuntur ad ſe. Deus autem dicitur ſubſtantia à ſubſiſtendo, non autem ſubſtando; aptiori vocabulo dicitur eſſentia, quia verè eſt, cuius eſſe ſemper eſt, & mutationis viciſsitudinem non ſuſcipit. Hæc de ſubſtantia: alia dicta ſunt in prædicamento ſubſtantiæ: deinceps dicamus de accidente. Porrò, accidens accipitur multis modis: vno modo pro extraneo, ſicut accipitur in fallacia accidentis; vt homo eſt ſpecies: Sortes eſt homo: ergo eſt ſpecies. Alio modo pro eo, quòd perficit accidentaliter aliquid habens eſſe completum, & ſic diffinitur à Porphyrio in cap: de accidente in communi, quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem: itaque ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidens ſecundo modo acceptum. Præterea, accidens accipitur quatenus eſt nomen primæ intentionis: & ſic eſt æquiuocum, ad duos modos prædictos, vt dicitur 5. met: comm: vltimo. Et ſic loquitur Philoſophus in illo textu: ſimiliter & Commentator, quòd vno modo accidens poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem. Alio modo accipitur pro eo, quòd eſt à ſolo opere collatiuo intellectus: & ſic quinque vniuerſalia dicuntur accidentia. Alio modo ſignificat idem, quod prædicatum nõ eſſentiale: & ſic eſt cõmune duobus vltimis vniuerſalibus; & hoc modo ponitur in diffinitione proprij. Alio modo dicitur prædicatum non eſſentiale, nec per ſe, neque conuertibiliter: & ſic eſt quintum prædicatum vniuerſale. quædam ſecunda intentio, quæ applicatur omnibus accidentibus communibus, ſicut dictum eſt in Porphyrio.

Partes ſubſtãtiarum reſpectus ſecundũ quid.

Accidens.

Accidens multis modis.

CAP: VII.

De partibus ſubſtantiæ.

Voniam in iſta diuiſione dictum eſt, partes ſubſtantiæ in tertio membro contineri, deinde videndum eſt, an ſubſtantia quidditatiuè prædicetur de ſuis partibus. Pro cuius rei notitia ſciendum eſt, multiplices eſſe ſubſtantiæ partes: quædam enim ſunt ſubiectiuæ, vt Socrates, & Plato reſpectu hominis: quædam quantitatiuæ, ſicut ſunt partes integrales: aliæ ſunt eſſentiales, vt animal, & rationale reſpectu hominis, methap: acceptæ: aliæ ſunt phyſicæ, vt materia & forma. Porrò, ſubſtantia directè prædicatur de partibus ſubiectiuis, vt Socrates eſt homo, Plato eſt homo, & ſic de alijs: non autem de partibus integralibus; nam iſta non eſt prædicatio quidditatiua, caput eſt homo, cor eſt homo: neq; prædicatur quidditatiuè, de partibus eſſentialibus phyſicis; vt materia eſt ſubſtantia, forma eſt ſubſtantia. Conſiderandum eſt præterea quòd duplex ſit ſubſtantia: quædam animata, quædam verò inanimata. ſimiliter duplices ſunt partes: quædam homogeneæ, quædam verò heterogeneæ. In ſubſtantijs autem heterogeneis, non quælibet pars ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia; vt manus in caſu non eſt ſubſtantia, vt manus ſeparata à corpore; quia non eſt genus, neq; ſpecies, neq; differentia, neq; proprium, neq; indiuiduũ: in ſubſtantijs autem homogeneis, quælibet pars

Partes ſubſtantiæ multiplices.

Homogeneæ heterogeneę.

ſubſtan-

Diuisio entis.

substantiæ est substantia, vt quælibet pars aquæ est substantia: ista enim est prædicatio quidditatiua, hæc pars aquæ est aqua. Hæc de partibus substantiæ. Nunc restat videre argumenta, quæ possent fieri circa partes substantiæ. Contra prædicta sic arguo: omne superius distinctum in inferiora, de suis inferioribus per se prædicatur. 1. Sed substantia est superior ad suas partes: ergo per se prædicatur. Confirmatur autoritate philosophi 2. de anim: tex: cō: 2. & 7. met: tex: cō: septimi, & 12. met: 12. com: vbi distinguit substantiam in materiam, formam, & compositum. Respondeo, materiam & formam reductiuè poni in prædicamento substantiæ. Et ad Aristo: non valere consequentiam. Arist: diuisit substantiam in materiam, formam, & compositum: igitur quidditatiuè de eis prædicatur. sed tunc bene valere, si substantia directè, & per se descenderet in materiam, & formam; sed indirectè, & lateraliter descendit. Item, Scot: 1. dist: 3. docet, ens per se, & quidditatiuè prædicari de materia & forma: tunc 2. sic arguo: aut forma est ens quantum, aut non quantum. non secundum, ergo primum. Si quantum; aut finitum, aut infinitum: si finitum; aut substantia, vel accidens: non accidens, ergo substantia: & per consequens erit quidditatiuè substantia. Respondeo, Solutio. ens descendere in substantiam analogam, per finitatem, & non per substantiam, quæ est genus generalissimum: Dicitur autem analoga substantia, quæ est communis omnibus, quæ ponuntur in prædicamento substantiæ, tam propriè, quàm reductiuè, vt forma & materia. Hæc autem analoga substantia, descendit in substantiam, Substantia Analoga. quæ est genus generalissimum per modos intrinsecos. Si ens est finitum; aut accidens aut substantia analoga: non accidens, ergo substantia analoga. Substantia verò analoga, aut simplex, aut composita: non composita, quia illa est genus, aut in genere directè, ergo substantia simplex: tum aut directè, vel indirectè in prædicamento substantiæ. forma autem & materia sunt indirectè, vt dictum est: Dico ergo ad Scoti sententiam, ens prædicari quidditatiuè, & per se de materia, & forma: quia in conceptu entis non sunt diuersa; sed in realitate, id est, in substantia, & inferioribus ad substantiam; sed non in conceptu entis. Item, si pars aquæ separatæ est substantia quidditatiuè, aut quatenus est cōiuncta, aut quatenus est separata à toto homogeneo. 3. Si quatenus est separata: igitur per separationē aliquid constituitur in esse indiuiduali, quod est falsum: quia tunc aliquid in esse indiuiduali per relationem constitueretur. Neq; vt est coniuncta, quia indiuiduum est indiuisum à se, & diuisum à quolibet alio. Respondeo, quòd quando est coniuncta, & est indiuiduum. Ad instantiam Solutio. verò, dico, indiuiduum esse, quod est incommunicabile; vt quod, & vt quo, cuiusmodi est pars aquæ coniuncta. Contrà, si res ita se haberet; tunc in quolibet homogeneo essent indiuidua infinita, quod est falsum: pars ergo aquæ cùm est coniuncta, non est indiuiduum. Respondeo, esse quidem illa indiuidua, non tamen per se existentia. Item, 4. quòd ista prædicatio non sit quidditatiua, ista, siue hæc pars aquæ est aqua. Nullum totū quantitatiuum prædicatur verè de partibus diuisim sumptis, sicut totum heterogeneum nō prædicatur de partibus diuisim sumptis: non enim brachium est corpus neq; manus, neq; pes. Sed aqua est huiusmodi, ergo &c. Respondeo, quòd tota aqua Solutio. potest considerari duobus modis: vno quidem modo, vt est totum quantitatiuum, & sic non prædicatur quidditatiuè de suis partibus: aut quatenus recipit prædicationē, siue naturam ipsius vniuersalis, & partes subeunt modum partium subiectiuarum: & sic bene prædicatur quidditatiuè. Contrà, in prædicatione quidditatiua, nunquam inferiùs potest esse sine superiore; vt homo non potest esse sine substantia, siue animali. sed pars aquæ est quid inferius, respectu totius aquæ: igitur, non potest esse sine tota aqua: Et per consequens ista non est quidditatiua, pars aquæ est aqua. Respondeo, verum diceres, si tota aqua esset tantùm totum vniuersale: cùm verò sit etiam totum homogeneum, id est, eiusdem naturæ cum suis partibus; non sequitur tuum intentum.

CAP: VIII.

Quinta diuiſio in ens ſimpliciter & ſecundùm quid.

Secundùm quid.

Ns ſecundùm quid in propoſito eſt illud, quod non eſt, & poteſt eſſe: vt roſa in hyeme non eſt, & poteſt eſſe. Ens verò ſimpliciter eſt illud, quod verè eſt in rerum natura: vt roſa in æſtate, quando actu exiſtit. Porrò, illud ſecundùm quid, non eſt conditio diſtrahens, ita, vt diſtrahat ſignificatum rei, & oppoſitum inducat, ſicut homo mortuus; ſed potiùs eſt conditio diminuens, vt homo albus ſecundùm dentes; ſic enim ens ſecundùm quid, eſt in potentia obiectiua, ſiue in eſſe cognito: & tale eſt ens diminutum; quia non exiſtit in actu: non tamen eſt impoſſibile, vt fiat, ſicut ſunt fictitia. Neq; ſub iſta diuiſione comprehenduntur entia rationis, quæ ſunt ſecundæ intentiones; quia hac diſtinguũtur entia realia, quæ ſunt in actu ab his, quæ ſunt in potentia, vt ſint, præter opus intellectus. vnde Ariſt: 5. met: com: 14. diuiſit ens in illud, quod eſt in anima, & in aliud quod eſt extra animam. Deinde in 6. met: tex: com: vltimi, à ſuo propoſito excluſit ens in anima: & poſtea in 7. & 8. met: inquirere cœpit, & diſputationem texere de ente, quod eſt extra animam, nempè de ſubſtantia, & accidente, quæ ſunt ſpecies entis: in nono de potentia & actu: in decimo de vno & multis. Atq; ita patet, omnes iſtas diuiſiones eſſe entis extra animam exiſtentis. Ideoq; figmenta, & entia rationum ſub aliqua iſtarum diuiſionum, cùm non ſint extra animam, nequaquam cadere poſſunt. Cæterùm, alio modo, ens dicitur diuidi in ens ſecundùm quid, quod ſcilicet eſt in potentia obiectiua, & in ens ſimpliciter, quod eſt in potentia ſubiectiua. Pro cuius rei notitia ſciendum, quòd res, quatenus venit à ratus, rata, ratum, accipitur pro re, quæ ſemper eſt cum actuali exiſtentia: & talis eſt triplex: quædam enim eſt eſſentiæ, ſicut ipſa quidditas abſolutè conſiderata: quædam exiſtentiæ, & talis eſt in omni prædicamento: & quædam eſt ſubſiſtentiæ, & talis eſt in prædicamento ſubſtantiæ ſolùm. Alio modo dicitur à reor, reris, quæ ſunt entia in eſſe obiectiuo: ſicut omnes res fuerunt ab æterno in eſſe obiectiuo, ſiue cognito in mente diuina. Porrò, iſtud eſſe cognitum, vocatur eſſe ideale: & ſic Sortes & Plato habebant eſſe cognitum, & realiter diſtinguebantur in mente diuina, antequam eſſent in actu; non quidem realiter actualiter; ſed realiter potentialiter. Hoc autem eſſe cognitum duobus modis dicitur: vno modo formaliter, vt idea Platonis formaliter in mente diuina, eſt cognitio, qua cognoſcitur Plato; & ſic in Deo eſt vna tantùm idea realiſſima, & actualiſſima. alio modo obiectiuè; & ſic alia eſt idea Socratis, & alia Platonis. Alia ratione, inquit Aug: 83. quæſt: conditus eſt homo, & alia ratione conditus eſt equus. Huiuſmodi autem obiecta, in tali eſſe obiectiuo, non habuerunt aliquod eſſe eſſentiæ verum; ſed ſolùm eſſentiæ cognitum. Potentia autem obiectiua, cum ſuo actu ſunt eiuſdem generis 9. met: 13. potentia, & actus ſunt eiuſdem generis: illud enim idem in genere, in ſpecie, & in numero, quod eſt in potentia, poſtmodum eſt in actu: Socrates enim in actu nõ diſtinguitur à ſeipſo numero, vt eſt in potentia. atq; ita potentia, & actus, non ſolùm ſunt eiuſdem generis; verùm etiam ſpeciei, & indiuidui. Proinde actus correſpondens potentiæ obiectiuæ, eſt actus exiſtentiæ: non autem eſt actus formalis; quia eadem forma ſubſtantialis ignis, non diſtinguitur à ſeipſa, quatenus eſt in potentia, & poſtmodum eſt in actu exiſtentiæ. Alio modo dicitur potentia ſubiectiua, in qua dicitur eſſe omne quod poteſt recipere aliquem actum ſubſtantialem, ſiue accidentalem. De hac autem potentia loquitur philoſophus 7. met: 56. ex actu & potentia vnum fieri, ſcilicet illud quod eſt, & poteſt aliquid recipere, cuiuſmodi eſt materia prima. Et 8. met: ex materia & forma, & ex actu & potentia conſtituit compoſitum, quibus

Potentia obiectiua.

Res eſſentiæ.

Eſſe ideale.

Eſſe cognitũ duplex.

Potentia ſubiectiua.

Diuisio entis.

quibus in locis ponitur potentia subiectiua, quæ est, & potest aliquid recipere. Isti autem potentiæ opponitur actus formalis; quia quod est sic in pura potentia, nullum actum formalem habet. Hoc autem modo, intellectus, & quælibet potentia sensitiua, est in potentia subiectiua, quatenus sunt potentiæ, quibus formaliter intelligimus: & sic potentia & actus non sunt eiusdem generis; nam intellectus est substantia, actus verò intelligendi est accidens: simile quoq; est iudiciũ de potentia sensitiua, & actu sentiendi. Aduerte idem diuerso respectu esse in vtraq; potentia: vt rosa, quæ non est respectu potentiæ ipsam producentis, est in potentia obiectiua: respectu autem materiæ ex qua producitur, est in potentia subiectiua. Itaq;, potentia subiectiua est tunc, quando aliquid est actu, & potest aliquid recipere: obiectiua verò, quando non est, & potest esse. Arist: 9. met: 11. posuit distinctionem inter potentiam subiectiuam, & obiectiuã: Est autem actu, inquit, existere rem, non ita, sicut dicimus existere potentia: manifestè explicat quod dixerat in multis oppositis, in vigilante & dormiente, vidente & claudente oculum: vigilantis autem ad dormientem, non est potentia subiectiua; quia illa manet cum actu, cùm ex actu & potentia fiat vnum: sed vigilans nõ stat simul cum dormiente, ita quòd ex eis fiat vnũ, quia implicat contradictionẽ; & sic distinguitur potentia subiectiua ab obiectiua. Porrò, Plato posuit hanc potentiam obiectiuam in Deo, quia posuit esse ideale: Aristoteles verò, quia dixit mundum esse æternum, non posuit in Deo esse ideale; sed tantùm in agente naturali respectu rei producendæ: vt rosa quæ non est modò, & potest esse, tale esse potentiale, & talis potentia obiectiua ponitur ab Aristotele. Præterea, Diuus Aug: 12. Confessionum dicit: Materiam accepisse à Deo hoc imperfectum esse, quod habet scilicet in potentia: concedit autem materiam à Deo conditam fuisse; sed antequàm conderetur, erat in potentia obiectiua, alioqui Deus creâsset, quod erat impossibile. sed Deus non creat nisi possibilia. Patet ergo quomodo potentia obiectiua sit distincta à potentia subiectiua.

Potentia obiectiua distincta à subiectiua.

CAP: IX.

Argumenta.

Contra prædicta sic arguo: Ens in potentia obiectiua, aut est ens creatũ, aut increatum: non potest esse ens creatũ; quia omne quod est ens creatum, siue terminus creationis, est ens in actu existens: si est increatum, est Deus; quia est esse: nullum ergo est ens in potentia obiectiua. 1.
Respondeo, quòd ista potentia non est creata, neq; increata. Contra, omne ens est creatum, vel increatum: dico verum esse de omni ente existente; sed non de ente non existente, sicut est ens in potentia obiectiua. Contra, si ita res se haberet; tunc inter contradictoria daretur medium: puta ens in potentia obiectiua inter ens creatum, & increatum, quæ contradictoriè opponuntur: dico, nullum ens in actu inter illa duo extrema medium esse; bene tamen ens in potentia: vnde Arist: 1. phy: tex: com: 71. quærens, an illud quod generatur, generetur ex ente, vel ex non ente, respondet, generari ex vno tertio, quod mediat inter ens, & non ens; quia ex ente non fit: alioqui præcessisset suum ortum, & genituram: neq; ex non ente; quia ex nihilo nihil fit: sed fit ex ente in potentia subiectiua: sicut ergo Aristoteles posuit inter ens in actu, & purum nihil, ens in potentia subiectiua; ita inter ens creatum, & increatum mediat ens in potentia obiectiua. Solutio.
Item, ens in potentia obiectiua, aut est genitum, aut creatum: si est genitum, est subiectum generationis: si verò creatum, subiectum creationis; & tunc erit ens in potentia subiectiua; quia illud quod potest aliquid 2.

tis.
quid recipere,& eſſe ſubiectum alicuius,eſt ens in potentia ſubiectiua.Iſtæ ergo dæ
Solutio. potentiæ nullo diſcrimine ab inuicem diſſentiunt. Reſpondeo, illam potentiam nõ
fundare reſpectum generationis,neq; creationis; ſed tantùm ens in actu: ſiquidem
illi reſpectus generationis,& creationis præſupponunt fundamentum realiter exiſte
3. re,ſiue actualiter quod non præſupponit potentia obiectiua. Item, eſſe reale in actu
non eſt idem cum eſſe in potentia, alioqui idem eſſet in actu, & potentia reſpectu
eiuſdem,in quo conſiſtit aperta contradictio: non ergo idem Socrates in eſſe reali,
Solutio. & in potentia obiectiua. Reſpondeo, ens reale in actu cum eſſe in potentia non ſunt
eiuſdem numeri,generis,& ſpeciei; ſed bene idem Socrates numeraliter,& ſpecificè
4. qui erat in eſſe cognito,idemmet numero,eſt in eſſe exiſtentiæ. Item arguunt ſic ali
qui:Oppoſitum exiſtentiæ prædicatur de eſſentia: ergo eſſentia diſtinguitur ab exi-
ſtentia:probatur,quia Ădam habet eſſe eſſentiæ;& tamen iſta eſt vera: Ădam nõ
Solut: exiſtit. Reſpondeo,oppoſitum exiſtentiæ prædicari de eſſe eſſentiæ,non quòd eſt idẽ
cum exiſtentia; ſed eſſe eſſentiæ in eſſe cognito. Contra, illa quæ ab inuicem ſeparari
poſſunt,realiter diſtinguuntur. ſed eſſentiæ & exiſtentiæ ſunt huiuſmodi: probatur,
quia Ăntichriſtus habet eſſe eſſentiæ;& tamen non exiſtit. Reſpondeo eſſe eſſentiæ
verum non ſeparari ab eſſe exiſtentiæ; tale enim eſſe eſt extra ſuam cauſam, & re-
ponitur in re exiſtente. ſed modò Ăntichriſtus non habet verum eſſe eſſentiæ; ſed
tantùm eſſe eſſentiæ cognitum.

CAP: X.

Sexta diuiſio entis in ſimplex & compoſitum.

Simplex. Ro intellectu ſextæ diuiſionis, qua diuiditur ens in ſimplex,& compo-
ſitum, ſciendum, ſimplex vno modo dici,quod non eſt compoſitum,ne-
que componibile; & iſto modo ſolus Deus eſt ſimplex; quia eſt ſummè
ſimplex: cætera verò omnia ſunt compoſita, ſaltem compoſitione ex
priuatiuo, & poſitiuo: alio modo dicitur ſimplex; quia non poteſt ha-
bere, ſiue non habet multitudinem rationum formalium; & ſic ens dicitur ſimplex,
& omnes eius paſſiones,modi intrinſeci,& differentiæ vltimæ:non autem Deus; qui
includit multiplices rationes, quarum vna formaliter non eſt altera. Contra,vbi eſt
aliquorum pluralitas, ibi eſt compoſitio. ſed in Deo eſt pluralitas rationum; qui
alia ratione fecit hominem, alia verò equum, vt dictum eſt: ergo in eo eſt compoſi-
Deus ſimplex tio. Negatur aſſumptum; quia compoſitum eſt ex actu, & potentia. ſed iſtæ forma-
litates in Deo ſunt actualiſſimæ; & nulla eſt potentialis ad aliam: ergo ibi non eſt
compoſitio. Contra, ſaltem iſta multitudo formalitatum faciet vnum,vnitate acerui,
vel cumuli. Reſpondeo in vnitate acerui, partes ab inuicem eſſentialiter eſſe di-
ſtinctas: ſed illæ formalitates in Deo non diſtinguuntur realiter, neque eſſentia-
liter; ſed in perfectiſſima reali, & eſſentiali identitate conueniunt. Contrà,in Deo
eſt eſſentia, & relatio: ergo eſt compoſitio; quia illa quæ diſtinguuntur ex natura
rei, vnum ſe habet vt potentia, alterum verò vt actus, ſicut dicit Scotus in prim: 3.
diſt. ſed eſſentia,& relatio qualitercunq; ex natura rei diſtinguuntur,ex eis conſtat
perſona; vt pater ex eſſentia, & paternitate: igitur in Deum cadit compoſitio. Re-
ſpondeo, Scotum accepiſſe rem, quatenus diſtinguitur contra modum rei; & ſic re-
latio in diuinis non eſt res, ſed modus rei. ſicut latiùs hæc res excutitur in quæſt.
tertia quodlibetica. Et ſic ſequitur quòd ex quibuſcunque rebus, & non ex modis
rei, & qualitercunque diſtinctis ex natura rei, vnum ſe habet, vt actus, alterum ve-
rò, vt potentia. Contrà, nihil eſt ponendum in Deo, niſi fuerit perfectio ſimpliciter,
ſed

 Diuisio entis.

sed simplicitas non est perfectio simpliciter; quia nulla negatio est perfectio simpliciter. simplicitas autem est negatio compositionis: ergo non est ponenda in Deo. Respondeo: Simplicitatem non esse tantùm negationem compositionis; verùmetiam gradum intrinsecum. nam sicut actualitas dicit gradum intrinsecum illius, cuius est positiuum: & vnitas dicit indiuisionem à se, & diuisionem à quolibet alio: & cum hoc dicit aliquod positiuum respectu entitatis, cuius est terminus; ita simplicitas, licet ex consequenti dicat negationem compositionis; dicit tamen aliquod positiuum, respectu eius entitatis, cuius est, per quod positiuum, ei competit negatio compositionis; & repugnat affirmatio eiusdem. Profitetur hanc summam Dei simplicitatem Aristoteles 9. met: 17. Est autem nihil potentia sempiternum. Omnia mota (ait Commentator ibidem) reducuntur ad primum motorem, in quo non est potentia omninò. Arist: *& 3. de anima, comm: 5. Nulla, inquit, intelligentia liberata à potentia, nisi prima.* Com: *nam omnes aliæ intelligentiæ possunt aliquid recipere: & sic ex recipiente, & ex re, quæ recipitur, fit aliqua compositio. Deinceps videndum est, an angeli sint compositi. Pro cuius rei notitia sciendum, duplicem esse compositionem, realem vnam, rationis alteram. Rebus autem, quæ obnoxiæ sunt generationi, & corruptioni, compositio realis competit, scilicet ex actu, & potentia. rationis verò compositio angelis, & corporibus cælestibus, ex positiuo, & priuatiuo. ex positiuo, quia sunt talis naturæ: ex priuatiuo, quia in quantum entia sunt, priuantur perfectione diuina.* Angelorum compositio. *Sic docet Commentator 3. de anima, comm: 5. & 14. quòd intelligentiæ sint compositæ ex priuatiuo: quia deest illis perfectio primæ intelligentiæ: quia non habent entitatem secundùm totam perfectionem entitatis: ideò dicuntur esse priuati illa perfectissima latitudine entis; sicut talpa dicitur priuata oculis, in quantum est animal; non autem in quantum est talpa, 5. met: 27. Sic quælibet priuatur hac perfectione diuina, quæ nata est sibi competere; non in quantum est talis natura, sed in quantũ est ens. hæc autem priuatio non est in essentia rei: quia priuatio non est de essentia alicuius rei positiuæ. Præterea angeli sunt compositi ex sua substantia, & actu intelligendi, siue volendi: volitio enim, & intellectio non sunt substantia in angelo; alioqui esset formaliter beatus, & posset habere essentiam infinitam: quia haberet intellectionem infinitorum: quia intelligentia potest intelligere omne intelligibile. Ad de, quòd sua intellectio non dependeret ab aliquo obiecto, nisi à quo dependet suum esse, cùm idem sint. sed hæc sunt apertè falsa, cùm prima tantùm intelligentia sit suum esse. intellectio ergo in angelis est accidens: & sic omnis intelligentia subiectũ est huius intellectionis: & per consequens in angelis est compositio. Obseruandum autem est, quòd quando Auerr: dicit intelligentias compositas ex actu & potentia; illa potentia non est realis, sed rationis: non physica, sed logica. siquidem illa potentia quæ cum actu diuidit ens, per quæ descendit in 10. prædicamenta; potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam, vt dicit Auerr. 12. met: 26. Illa ergo potentia in angelis non est physica, sed rationis.* Compositio rationis. *Contrà, in compositis per se realibus, ambo componentia debent esse per se realia; sic vt ex materia, & forma constat compositum reale.* Argumenta. *sed omne creatum est compositum reale: igitur constat ex componentibus realibus; non autem ex positiuo, & priuatiuo: quia priuatio non est ens formaliter, vt 1. phys. dicit Commentator comm: 79. priuationem non esse accidens, nedum ens reale, siue substantiam: quomodo ergo poterit componere aliquod positiuum reale? Respondeo: Hanc compositionem non esse realem, qua ex ente in potentia fit ens in actu; sed compositionem rationis; accipiendo priuationem formaliter, quasi angelis aliquid desit formaliter, quod ad proprias naturas spectet; sed quod quatenus sunt entia, non habeant omnem perfectionem entis. Alio modo dicitur simplex, quod habet conceptum simpliciter simplicem; sicut est ens, & eius pas-*

Diuisio entis.

Simpliciter simplex.

siones, modi intrinseci, & differentiæ vltimæ. Est autem conceptus simpliciter simplex, qui non est resolubilis in alios conceptus simplices: quorum quilibet potest actu simplici distinctè cognosci. Talia autem habent conceptum obiectiuum solùm: quia simpliciter nostro intellectui obijciuntur: non autem qualitatiuum. nam quæ habent conceptū obiectiuum, & qualitatiuum simul; sunt genera, & species, & quæ sunt in recta linea. Posuit autem Aristo: ens esse simpliciter simplex, 9. met: tex: vltimo, vbi vult, simplicia, aut totaliter sciri, aut totaliter ignorari. sed si ens aut totaliter scietur, aut totaliter ignorabitur; est simpliciter simplex. Sed ens, vt dicitur 4. met: cap: 3. habet pasiones suas, sicut linea, & numerus: & subiectum ponitur in diffinitione pasionis, vt dicitur primi posteriorum, & 7. met: igitur ens cadit in diffinitione suarum pasionum; non quidem in primo modo dicendi per se. Igitur pasiones entis, non includunt ens, nec aliquod superius, ad quod deberent resolui: igitur sunt simplices. Tertio modo aliqua dicuntur simplicia; vt accidentia, materia prima, & huiusmodi: sic enim docet Philosophus 8. met: 15. quòd compositum sit ex actu, & potentia. sed accidentia non habent actum, & potentiam, similiter materia, & similia: igitur sunt simplicia. Tertio de cælo & mundo, dicit elementa esse corpora simplicia, id est, non mixta. Cælum quoque apud eum non est compositum ex materia, & forma; quia non ponit materiam in cælo, nisi ad vbi, & quo, 12. met: tex: 12. Et Auer: de substantia, cap: 10. Est vnus alius modus dicendi, quo vnum dicitur compositum ex his, videlicet compositum, quod constat ex materia & forma: & aliud cum his, scilicet accidens cum subiecto. De primo loquitur 12. met: tex: 12. De secundo, 1. phys: 62. vbi ponit generationem simpliciter, & generationem accidentium, quæ fit, quando subiectum fit quale, vel quantum.

Ens simpliciter simplex.

Compositum ex his, & cum his.

CAP: XI.

Septima diuisio entis in necessarium, & contingens.

Necessarium.

PRo intellectu septimæ diuisionis entis, sciendum, philosophos dissentire à theologis, & rei veritate: aiunt enim plura esse entia necessaria incomplexa, Deum, scilicet, intelligentias, primam materiam, & tempus. Theologi autem pro rei veritate docent, solum primum ens esse necessarium: cætera verò omnia esse contingentia; quia habent esse à Deo: & possunt ex sui natura non esse. duo enim sunt necessaria ad hoc, vt aliquod sit contingens, quod sit ab alio, & quod posit ex sui natura non esse. Quare, licet filius, & spiritus S. sint ab alio: quia tamen nō possunt non esse; non possunt dici entia contingentia, sed necessaria. philosophi autem ponunt multa necesaria formaliter: vnum tamen independens, alia verò dependentia: dicunt enim intelligentias & cælos esse entia necessaria; quia non possunt non esse: non tamen omnia independentia; sed vnum à quo cælum dependet, & natura. theologi verò sentiunt, omnia esse entia posibilia, & habere causam æternam, à qua dependent, in genere causæ efficientis. Quid enim eset orbis sine intelligentia, inquit Auer: de substantia orbis; nisi sicut motus sine intelligentia? sed motus sine intelligentia non est; sed dependet ab intelligentia in genere causæ efficientis: similiter ergo & orbes. sed cæli sunt æterei, & plures: ergo plura entia necessaria. Posuerunt autem duplex necessarium: necessarium à se, scilicet primum ens: & necessarium ab alio, vt sunt orbes, & intelligentiæ. Quòd si quispiam vellet philosophis obijcere, quòd in æternis non est tempus: igitur non est prioritas, vel posterioritas, quæ sunt differentiæ tēporis. quare prima intelligentia, non potest esse aliarum causa: quia causa semper præcedit effectum. Respondent philosophi du-

Contingens.

Plura necessaria.

Duplex necessarium.

phi duplicem inueniri communiter prioritatem in rebus, naturæ & temporis: in æternis autem non nisi solam prioritatem naturæ, qua prima intelligentia præcedit alias intelligentias. vnde dicit Commentator prim: cæli tex: 105. quod si Plato intendebat partes mundi, natura præcedere mundum; non discrepet ab Aristotele. Duplex autem est necessarium: quoddam complexum, quoddam verò incomplexum. necessarium complexum, est ipsa demonstratio 5. met: tex: 6. vbi vult, quòd quartus modus necessarij sit in demonstratione, vt homo est animal: siue omne animal est corruptibile. necessarium incomplexum est prima intelligentia, quæ est intransmutabilis: 12. met: 38. tex: Et 5. met: 6. Quare primum & propriè necessarium id est, quod est simplex: hoc est, prima intelligentia, quæ est necessaria simpliciter. Theologi ponunt duplex necessarium: necessarium simpliciter, cuiusmodi est Deus: & necessarium secundùm quid, nempe entia creata, quæ habebant esse in mente diuina: cognitum præcisè, & non esse essentiæ: & ideo dicuntur necessaria secundùm quid: dicunt enim creaturas, ante earum creationē habuisse esse in mente diuina. & cùm tale esse præcedat determinationem diuinæ voluntatis, dicitur esse necessarium: & quia tale esse est æternum in mente diuina, dicitur esse creaturarum æternum; secundùm quid tamen; quia erat solùm esse cognitum, non autem esse essentiæ. Post determinationem autem actus diuinæ voluntatis, quæ est prima regula contingentium, tunc habuerunt esse possibile, & non necessarium secundùm quid: multa enim intelligit diuinus intellectus, quæ nunquam erunt. Cæterùm, sciendum pro clariori intellectu eorum quæ dicta sunt, quòd necessarium incomplexum, diuiditur in necessarium ex se, & à se: cuiusmodi est pater in diuinis, qui habet in se naturam simpliciter necessariam, & non ab alio: nam pater in diuinis est principium totius deitatis, authore D. Aug: 4. de trin: cap: 20. Quoddam verò est necessarium ex se formaliter: sed non à se; sed ab alio: non quidem effectiuè; sed productiuè: & sic filius est à patre, & spiritus S. est à patre & filio. Quoddam verò est ex se formaliter necessarium: sed est ab alio effectiuè; vt intelligentiæ quæ habent entitatem intrinsecam necessariam. sed quia illam habent effectiuè à prima intelligentia; non sunt necessariæ ex se, sed à se. neq; ista sunt opposita formaliter: quandoquidem diuersas habeant habitudines, & in diuersis generibus causarum, ad diuersa referantur. Verùm contra prædicta posset aliquis sic arguere: Deus, cùm sit ens necessarium à se, & ex se, dum aliquid intelligit, non dependet ab aliquo; alioqui non esset ens omnibus modis necessarium. sed si intelligit creaturam in esse cognito, dependeret à creatura, quod fieri nō potest, quia maius necessarium non dependet à minus necessario, cuiusmodi est creatura. Probatur: quia quum necessariò intelligat, non poterit esse sine ista intellectione, & ex consequenti sine obiecto cognito. Sed Deus est ens maximè necessarium: creatura verò in esse cognito, vel non est necessarium ens, vel minus necessarium: maius ergo necessarium non dependet à minus necessario. Ergo creatura ante suam creationem non habebat esse cognitum in mente diuina. Respondeo, aliud est, aliquod necessarium exigere aliquid ad constituendum suum esse: aliud verò, quod ad esse necessarium alicuius, aliud necessarium consequatur: Dico ergo, Deum, quoàd constituendum suum esse, non dependere ab esse cognito creaturæ: quia absolutum potest esse sine posteriori. & quantum ex parte sui, potest esse sine esse reali cuiuscunq; non necessarij à se: vnde ex se non præexigit tale esse cognitum; verùmtamen ad Dei esse necessarium, consequitur tale esse cognitum. Nullum autem inde sequitur absurdum, si ad esse alicuius magis necessarij, aliquod minus necessarium consequatur. Item, si intelligentia secunda habet esse effectiuè à Deo, producitur de non esse ad esse, saltē quatenus importat ordinem naturæ. sed quodlibet tale est possibile esse, & distinguitur à necessario: igitur intelligentia secunda erit ens possibile, & non necessarium. Respondeo,

Diuisio entis.
Duplex prioritas.
Theologi.
Necessarium ex se & à se.
Argumenta.
1.
Solutio.
2.

Solutio. spondeo, non esse præcedere esse, & potentiam præcedere actum, duobus modis posse intelligi: vno modo prioritate temporis; & sic in sempiternis non esse non præcedit esse, neque potentia præcedit actum: alio modo prioritate naturæ, & hoc duobus modis, positiuè, & negatiuè. Positiuè nego: quia actu nunquam præcessit non esse, esse in sempiternis. negatiuè concedo: quia ex sui natura poterat nō esse; cùm creatura sua sponte, ex conditione sua naturali, prius habeat non esse, quàm esse. Vnde comment: 12. met: 41. Si potentia est in stellis, & sempiternis; non est modo potentiali, id est, potentia non præcedit actum positiuè.

Instantia. Contrà, si ita res se haberet, quòd secunda intelligentia habeat esse necessarium, & tamen possit non esse: igitur in secunda intelligentia erunt actu duæ potentiæ contrariæ, quarum vna est ad esse sempiternum, altera verò ad non esse, quod est absurdum; quia idem esset necessarium, & non necessariū.

Solutio. Respondeo, intelligentiam secundam, habere naturam suam effectiuè à prima intelligentia necessariam, per quam intrinsecè, & formaliter potest semper esse: & per ipsam naturam quantum est de se, non potest non esse; sed tamen quia talis natura est ab efficiente, ipso circumscripto, per impossibile poterit non esse. sed ista potentia, per quam potest non esse, est extrinseca, non intrinseca: quòd verò aliquod vnum possit semper esse potentia intrinseca, & non esse potentia extrinseca; nullum est inconueniens: neque istæ potentiæ sunt contrariæ; quia non sunt respectu eiusdem, neque ad idem. & hoc modo necessarium, quantum est ex natura sua intrinseca, non potest non esse; sed circumscripto suo efficiente potest non esse: quia effectus necessarius nō potest esse, circumscripto eo, à quo essentialiter dependet.

CAP: XII.

Octaua diuisio entis in dependens & in independens.

Arist: RO intellectu octauæ diuisionis entis, sciendum, Aristo. 12. met: 38. annotasse huiusmodi diuisionem, loquens de primo principio: Ex quo, inquit, principio, cælum dependet, & natura: prima ergo causa est independens. Et in eodem libro 52. ex proposito ponit omnia habere ordinem essentialem in se; sed maiorem ordinem essentialem ad vnum principium. Ex quo colligi potest huiusmodi ordinem essentialem, esse ordinem dependentiæ: quia omnia essentialiter dependent à primo ente. cùm autem nihil sit essentialiter dependens ab alio in essendo, quin ab eodem habeat esse in aliquo genere causæ; vult omnia dependere à Deo, saltem tanquam à causa finali. Cùm igitur secundùm Aristo: Deus sit ens independens: cætera verò omnia ab ipso dependeant, secundùm Aristotelis doctrinam; datur ens dependens, & independens. Verùm nō

Duplex dependentia. ignorare oportet, duplicem esse dependentiam: essentialem vnam, accidentalem alteram. Illa autem est essentialis, qua aliquid sic dependet, quòd non potest esse sine eo, à quo dependet; & sic omnis creatura essentialiter dependet à Deo: quia nulla creatura potest esse sine Deo. Dependentia autem accidentalis est, in qua dependēs potest esse sine eo, à quo dependet: & sic secundùm theologos, nulla creatura essentialiter dependet à causa secunda, puta à causa finali, & efficiente: quia Deus potest illarum vice fungi. Philosophi autem hoc negant. in hoc autem conueniunt, quòd dependentia essentialis, non solùm ad Deum est, verùmetiam & materiam, & formam, quarum vices Deus supplere non potest: nam compositum non potest esse sine materia & forma.

Independens. Independens quoque duobus modis dicitur, scilicet quòd in nullo genere causæ dependet ab aliquo, & sic solus Deus dicitur independens. Et si dixeris, filius habet esse à patre, ergo dependet à patre: Dico, dependentiam esse cum al-

Diuisio entis.

teritate. sed filius non habet aliã naturã quàm habet pater: ergo ab eo non dependet. Alio modo dicitur independens secundùm quid, quòd scilicet nõ dependet ab alio in aliquo determinato genere causæ; sicut in genere causæ materialis angeli non dependent ab alio, quia sunt immateriales. Deinde sciendum est, quomodo dependentia essentialis sit idem realiter cum dependente; quia relatio creaturæ ad Deum, est idem realiter suo fundamento: fundamentum est creatura: relatio est dependentia essentialis: terminus est creator. Probatur, illud dicitur esse alicui essentialiter, vel realiter, sine quo, cùm inest, non potest esse sine eo, cui inest, absque contradictione. sed relatio, siue dependentia essentialis creaturæ ad Deum, ita inest creaturæ, quòd impossibile est, creaturam esse sine illa dependentia, absque contradictione: nam si posset esse sine relatione; posset esse sine termino istius relationis. sed non potest esse: quia si per impossibile Deus non maneret, qui est terminus istius depẽdentiæ, creatura nõ posset consistere. Dependentia ergo illa essentialis est idem realiter cum creatura.

Creatura non potest esse sine dependẽtia

Argumenta.

Contrà, si ita res se haberet, tũc nullũ ens esset absolutum; sed omnia essent entia relatiua, quod est falsum: alioqui sequeretur illud inconueniens, quod ponitur ab Arist: 4. met: 26. Heraclyti, & Cratylli, omnia esse apparentia, & nullum ens esse verum. Si ita esset, inquit Arist: omnia entia esse respectiua; non daretur aliquod ens absolutum.

Solutio.

Respondeo, quòd absurdum sit, omnia esse ad aliquid, scilicet, quòd vna creatura essentialiter referatur ad aliam; non autem est absurdum, vt omnia sint ad aliquid ad Deum, nempè, vt creatura sit ens respectiuum ad creatorem. Contrà, nullum absolutum constituitur per respectiuum. sed quantitas, qualitas, substantia, & alia prædicamenta sunt absoluta: ergo non constituuntur per aliquod respectiuum. Respondeo, quòd duplex sit relatio: vna aduenìens fundamento: alia constituens fundamentum. de prima concedo: de secunda nego. nam si creatura non haberet essentialem dependentiam ad Deum; non haberet esse existentiæ. Contrà, nullum posterius est de essentia prioris, nec potest constituere prius. sed omnis relatio tam aduenìens, quàm constituens, est posterior quolibet fundamento, siue absoluto: ergo non potest constituere absolutum.

Omnia entia relatiua.

Respondeo, verum esse de relatione adueniente; non autem de relatione constituente. Contrà, nulla relatio quomodocunque consideretur, potest esse prior, aut considerari prior absolutò: Aristo: enim posuit absolutum omnem relationem præcedere, verum esse de prioritate naturæ, non autem de prioritate temporis: siquidem in nullo tempore fuit, neque erit creatura sine dependentia ad Deum. Et sic, quamuis multa entia sint absoluta; quia tamen dependentiam essentialem habent ad Deum, ratione istius dependentiæ dicuntur respectiua. Item, arguo contra illam regulam, quæ docet, quòd dependentia creaturæ ad Deum sit eadem realiter cum creatura: regula est Scoti in 2. sent: dist: primæ: Omnis relatio est eadem fundamento, sine cuius termino fundamentum esse non potest: Insto ergo hoc modo: homo est idem realiter cum isto respectu aptitudinali, id est, cũ risibilitate: & tamẽ potest esse sine termino, id est, sine ridere.

Solutio.

Respondeo, quòd homo non possit esse sine ridere in aptitudine, qui est terminus risibilitatis. terminus enim per se primus risibilitatis, non est ridere in actu; sed ridere in aptitudine. Iste ergo terminus, ad quem terminatur respectus aptitudinalis, est in aptitudine, & non in actu.

CAP: XIII.

Nona distinctio entis in vnum & multa.

Diuiſio entis.

ARiſtot:10. met:tex: 9. poſuit diuiſionem entis in vnum, & multa: aſſerens, vnum & multa contrariè eſſe oppoſita: in iſta ergo, ſiue per iſta diuiditur ens. Item 5. met: 12. dicit, quòd multa opponantur vni. Cùm autem ens aliud ſit vnum, aliud multa: ens in vnum & multa diuiditur. Sunt autem iſta oppoſita, quando accipiuntur ſecundùm idem, & reſpectu eiuſdem: ſi verò diformiter accipiuntur, non ſunt oppoſita. exempli gratia

Vnum numero.

Socrates eſt vnum numero: non ergo eſt plura pluralitate numerali, quæ opponitur vnitati numerali: vnum enim numero, & plura numero opponuntur. verùntamen vbi vnum accipitur ſecundùm genus, vel ſecundùm ſpeciem; tale vnum ſtabit cum pluralitate numerali, vt Socrates & Plato ſunt plura numero; ſed ſunt vnum ſpecie: nam licet pluralitas numeralis ſit diſparata reſpectu vnitatis ſpecificæ, ſiue genericæ, quia illa eſt vna, hæc autem eſt multitudo, illi tamen non opponitur; proinde quamdiu aliqua multitudo non opponitur vnitati, non deſtruit illam; ſed poteſt cum illa ſimul conſiſtere. Ex quo apparet, quòd aliqua ſunt vnum tranſcendenter, quæ tamen ſunt plura genere, ſpecie, numero: ſiquidem vnum, vt dicit philoſophus 4. met: 3. multis modis dicitur, ſicut ipſum ens cum quo conuertitur, cùm ſit eius paſſio. ens

Vnum tranſcendenter.

autem dicitur vno modo tranſcendenter: alio modo genericè; ſiue ſecundùm genus generaliſſimum, ſiue ſecundùm genus ſubalternum: tertio modo ſecundùm ſpeciem ſpecialiſſimam: vltimo ſingulariter, ſicut quodlibet indiuiduum dicitur ens. cùm autem tot modis dicatur vnum ſicut ens: igitur, quot ſunt rationes formales ex natura rei in aliquo, tot etiam ſunt vnitates: ſicut entitas ſubſtantiæ, corpus, viuens, animal, homo, hic homo, tot in homine ſunt vnitates ex natura rei, ita quòd iſtæ rationes formales ex natura rei ſunt plures, & diſtinctæ ex natura; ſic etiam & ipſæ vnitates ſunt ſic diſtinctæ. Neq; iſtæ rationes formales conceptibiles fiunt ab intellectu, ſed potiùs, quia ita ſunt conceptibiles, ideo ab intellectu percipiuntur. Ratio eſt, quia actus intelligendi dependet ab iſta ratione conceptibili, ſicut à cauſa: cauſa autem natura præcedit, & non ponitur in eſſe per ſuum effectum. Rationes autem conceptibiles ſunt in ſe, & non per intellectum: multiplicato autem aliquo ſubiecto ex natura rei, cui adæquatur aliqua paſſio, multiplicatur & ipſa paſſio. ſed multiplicatur ens ſecundùm diſtinctas rationes conceptibiles in aliquo indiuiduo ſingulari: ergo

Vnitas rationis.

multiplicatur eius paſſio, quæ eſt vnitas. Porrò, vnitas tranſcendens, eſt vnitas rationis; quia fit per opus abſtractiuum: nam ens non importat aliquam realitatem communem realem perexiſtentiam, ſicut eſt eſſentia diuina; ſed fit per actum intellectus abſtrahentis confusè, ſicut poſtea dicemus. Poſuit Ariſtot: hanc vnitatem

Ariſt:

tranſcendentem entis 5. met: 12. Aliqua, inquit, ſunt vnum proportione: iſta eſt vnitas entis tranſcendens: propterea ipſe dicit in eodem textu, quòd illa quæ ſunt vnum

Vnitas proportionis.

genere, ſint etiam vnum proportione. Illa enim inquit, ſunt vnum genere, quæ habent eandem figuram prædicationis, id eſt, quæcunq; ſunt in eodem prædicamento. Quæcunq; ergo ſunt vnum genere; ſunt etiam vnum tranſcendenter, non autem è contrà vt dictum eſt. Cùm autem non detur alia vnitas ſupra vnitatem generis; neceſſe eſt vt illa vnitas proportionis, ſit vnitas entis tranſcendens: alias autem vnitates, generis generaliſſimi, generis ſubalterni, ſpeciei ſpecialiſſimæ, & indiuidui poſuit 5. metaphy 12. Amplius, inquit, alia ſunt numero, alia ſecundùm ſpeciem, alia ſecundùm genus numero quidem, quorum materia eſt vna: ſpecie autem, quorum ratio eſt vna: genere verò, quorum eſt eadem figura prædicamenti. Vnitas autem maior infert minorem: vt ſi ſunt vnum numero, ergo & ſpecie, non è contrà: ſic enim loquitur Ariſt: in eodem textu. Semper poſteriora anteriora ſequuntur: quæcunq;, enim numero ſunt vnum

Vnitas ſuperior minor.

ea ſunt & ſpecie vnum. ſed quæ ſpecie ſunt vnum, omnia non ſunt numero vnum: igitur vnitas, quanto eſt ſuperior, tanto eſt minor: quia magis habet de potentialitate,

inferior

Vniuocatio entis.

inferior verò magis habet de actualitate; substantia siquidem continet potentialiter corpus, corpus animatum, animal hominem indiuiduum: homo verò continet actu animal, corpus substantiam. sed vnitas actualis est potior: igitur vnitas minor siue inferior est maior. Cæterùm, quia ista vnitas transcendens non potest rectè intelligi absque vniuocatione entis; deinceps agendum est de vniuocatione entis; vt completa habeatur de ente disputatio.

CAP: XIIII.

De vniuocatione entis.

IN primis scire oportet, triplicem esse vniuocationem, scilicet physicam, logicam, & methaphysicam. Est autem physica vnitas, vnio naturæ, ex natura rei circumscripto, omni opere intellectus, sicut loquitur Aristoteles 7. phys: 24. In specie specialissima, inquit, est comparatio, & non in genere: quia species dicit vnam naturam, & vniuocam, non autem genus. sed latent æquiuocationes in genere: genus enim dicitur æquiuocum, quatenus sibi opponitur vniuocatio physica; quia sibi non correspondet vna natura, sed plures. Vniuocatio logica est vnitas alicuius realitatis, vel intentionis primæ sub vna intentione logica conceptæ, nempè sub intentione generis, vel differentiæ, aut alicuius similis, vel alterius secundæ intentionis: logicus enim considerat secundas intentiones. ex quo patet, quòd aliquod transcendens, puta ens, sit vniuocũ, vniuocatione logica: Enti enim competit ista intentio secunda, scilicet vniuersale, & similes: & ita fieri potest, vt aliquid sit vniuocum logicè, & æquiuocum physicè. Vniuocatio verò methaphysica est vnitas alicuius primæ intentionis, quæ abstrahitur per intellectum à pluribus ex natura rei, circumscripta quacunque intentione secunda: & hoc modo transcendentibus non repugnat vniuocatio: & sic ens non est vniuocum physicum, sed methaphysicum: & iste est primus modus Scotistarum. Secundus verò ponit quatuor gradus vniuocationis: quorum primus constat eadem ratione, modo, ordine, & perfectione: & sic sola species specialissima est vniuoca: homo enim eadem ratione dicitur de omnibus hominibus, modo, ordine, & perfectione. secundus gradus est minor isto: constat enim eadem ratione, eodem modo, & ordine; sed non eadem perfectione: & sic animal dicitur de suis speciebus eadem ratione, modo, & ordine; sed non eadem perfectione: perfectiorem enim gradum animal habet in homine, quàm in bruto. Et hoc modo latent in genere æquiuocationes graduum perfectionis, manente vnitate rationis, modi, & ordinis. Tertius gradus, est minor secundo, & primo: constat enim ex eadem ratione, & modo; non autem eodem ordine & perfectione: & sic numerus dicitur de suis speciebus eadem ratione; quia omnibus competit eadem definitio, & modus essendi, non tamen omnibus par gradus perfectionis; quandoquidem vnus numerus sit altero perfectior: neque idem ordo essentialis; quia prius descendit in vnam speciem quàm in aliam, puta, prius in binarium, quàm in ternarium. Iste autem gradus, accedit ad analogiam, quæ quidem analogia manet cum vniuocatione rationis & modi. Quartus gradus est omnium infimus: ex sola enim ratione constat, non autem ex eodem modo, ordine, & perfectione: & sic ens descendit in substantiam, & accidens: ratio enim entis est eadem in substantia, & accidente, non tamen idem ordo; quia prius in substantiam descendit quàm in accidens: manente enim substantia potest esse accidens, non autem è conuerso. In substantia existit independenter, in accidente verò dependenter: igitur non eodem modo existit in vtroque: in substantia est perfectiùs, in accidente minus perfectum: non ergo eadem perfectione de vtroque dicitur.

Triplex est vniuocatio.

Logica vniuocatio.

Metaphy. vnitas.

Quatuor gradus vniuocationis.

Vniuocatio entis.

dicitur. Iste gradus vniuocationis habet multum de æquiuocatione: ideoq; dicitu vniuocum ratione, quia communi ratione de omnibus dicitur: æquiuocum perfectio ne, & modo essendi, ordine autem analogum. Tertius modus est, qui asserit ens ess

Ens vniuocũ analogum, æquiuocum.

vniuocum, & æquiuocum: æquiuocum autem, quia maximè recedit à specie specia lissima, quæ est maximè vniuoca; vniuocum verò minima vniuocatione. Ex quo se quitur, quòd conceptus entis non sit communis communitate reali per inexistentiã sicut est essentia diuina: neq; per indifferentiam, sicut natura hominis, quæ indiffe renter est in isto, & in alio homine; sed est communis per intellectũ abstractiuum vnde Scotus in primo dist: 8. voluit ens esse conceptum rationis; quia est per opu abstractiuum intellectus, non autem rationis, quod fit per opus collatiuum. & sic con ciliantur illæ opiniones, quarum vna dicebat, ens esse conceptum communem com munitate reali, ne videretur esse opus tantummodo intellectus: alia verò diceba esse conceptum rationis. Iste autem conceptus entis, est prima, & non secunda inten

Conceptus entis.

tio; quia non fit ab intellectu solùm; sed etiam ab illis rebus, à quibus abstrahitur ideò non est secunda intentio; quia non causatur per actum collatiuum nostri intel lectus. vnde bene dicitur, quòd talis conceptus sit realis, & rationis simul: realis, qu non per opus collatiuum: rationis, quia per opus abstractiuum. Præterea notandu est, quòd vniuersale, de quo egit Porphyrius, erat applicabile ad primam intention vt genus ad animal: species ad hominem: differentia ad rationale: proprium ad r sibile: accidens ad proprium, vel commune. vniuersale autem transcendens, non e applicabile ad aliquid; sed est extra omne prædicamentum: quod quidem vniuer sale competit enti, in quantum est ens, & suis passionibus: & tali vniuocatione ex stenti extra omne prædicamentum, ens dicitur vniuocum; non autem vniuocation applicabili ad rem; sed potius est æquiuocum. Et ad hũc modum locutus est Porphy rius in cap: de specie, quando dixit: Si quis omnia entia vocet; æquiuocè nuncupa

Quomodo est æquiuocum.

bit. vnde dicitur prædicatum vniuocum; non tamen vniuocè prædicari. Est autem prædicatum vniuocum, conceptus vnus vniuocus ad illa, de quibus prædicatur, siu prædicetur quidditatiuè, siue denominatiuè: idem enim significat apud omnes: & si ens dicitur vniuocum prædicatum; quia vno conceptu prædicatur de omnibus enti bus. Non autem prædicatur vniuocè. vniuocum enim vniuocè prædicari, est cuiu

Vniuocũ prædicatum. Vniuocè prædicari.

conceptus est ita in se vnus, quòd includitur in ratione subiecti; de quo dicitur, modo quo animal est vniuocum homini, & leoni: & sic ens non est vniuocum; qu prius descendit in substantiam, quàm in accidens: & independenter est in substan tia; in accidente verò dependenter: & perfectiùs in substantia. igitur non potest vniuoce prædicari, licet vniuocum sit prædicatum, ratione vnius conceptus, pe quem de omnibus prædicatur. Præterea, conceptus de vniuocatione entis, est conce ptus confusus. nam qui intelligit omnia, sicut Deus, non habet conceptum entis vni uoci: apud intellectum ergo nostrum confusè concipientẽ, datur vniuocatio entis. Es

Conceptus entis confus⁹.

autẽ conceptus confusus, & inadæquatus, quando intelligitur confuso & imperfect modo; vt albedo, non vt octo, aut quatuor graduum: distinctus verò, vt albedo, v octo, vel vt quatuor. ens autem, cùm non accipiatur vt substantia, neq; vt accidens neque pro solo Deo, aut pro solis creaturis; sed confusè pro omnibus; rectè dicitu

Instantia.

concipi confusè apud nostrum intellectum. Contrà, conceptus confusus competit re quæ non est simpliciter simplex; quia non totaliter scitur, neque totaliter ignora tur. sed ens est simpliciter simplex, vt dictum est: igitur non competit ei conceptu confusus. Respondeo, duplicem esse notitiam: vnam adæquatam, quando definitur cognoscitur per suam propriam definitionem; vt homo est animal rationale, & hæ vocatur distincta: aliam verò inadæquatam, & confusam, quæ fit per remotissim prædicatum; vt homo est ens; aut ens inquantum plura sub se continet. Conceptu

igitu

Vniuocatio entis.

igitur entis dicitur esse in se simpliciter simplex; sed comparatione ad aliud dicitur esse confusus. nam si ens concipiatur per comparationem ad Deum, & creaturam; est confusus conceptus: quia potentialiter plura confundit, tamen si in se, respectu entitatis, sit distinctus. Sed aliquis dubitabit, quomodo conceptus entis sit distinctus ex natura rei, à conceptu Dei, & creaturæ: sequeretur enim magnum absurdum; nempè aliquid ex natura rei esse priùs natura ipso Deo; & sic posset ex natura rei priùs intelligi: atque ita Deus non esset prima entitas simpliciter ex natura rei; quod videtur sonare magnam absurditatem. Probatur consequentia: Conceptus enim entis quidditatiuè, & vniuocè dicitur de Deo, & de creatura: ergo se habet ad illa, sicut superius ad sua inferiora. sed superiora possunt esse sine inferioribus: & sic posset esse ens, Deo non existente; sicut potest esse animal, sine homine. Respondeo, conceptum entis apud nostrum intellectum confusè concipientem, esse supra Deum, & creaturam; non autem in se: vnde apud intellectum diuinum distinctè omnia concipientem, non datur talis conceptus. Contrà Scotus dicit 3. dist: primi, ens prædicari in primo modo per se; & sic est prius Deo: similiter dicit hanc prædicationem esse quidditatiuam: Deus est ens: ergo, &c. Respondeo, conceptum entis dici priorem conceptu Dei, & creaturæ, conceptibiliter; non autem de se, & quidditatiuè: ex Deo enim & creaturis per opus abstractiuum nostri intellectu abstrahitur huius modi conceptus; sed non est de se talis prior Deo. Porrò, prædicatum vniuocum, & prædicari vniuocè, posita sunt ab Aristotele in prædicamento substantiæ: In aliquibus, inquit, nomen nihil prohibet aliquando de subiecto prædicari; vt album de corpore: ecce prædicatum vniuocum: album enim est vniuocus conceptus, & prædicatur de corpore. ratione verò impossibile est prædicari: quia definitio, & quidditas albi non prædicatur de corpore vniuocè, & quidditatiuè; & sic distinguit prædicatum vniuocum, à prædicato vniuocè dicto. Posuit etiam Aristoteles vniuocationem transcendentem, 2. met: tex: 4. dicens, principia sempiternorum esse verissima: quia in aliis sunt causa vniuoca veritatis, & exemplicat de igne. sed comparatio fit in vniuoco, vt dicitur 7. phys: & illa sunt causa sempiternorum, ipsa sunt verissima: ergo veritas dicitur vniuocè de sempiternis, & de principijs sempiternorum, quod principium est Deus: ergo ens, quod est subiectum veritatis, vniuocè dicitur de Deo, & de sempiternis. Datur ergo vniuocatio transcendens apud Aristo: Datur etiam & vniuocatio limitata, primi posteriorum cap: de modis per se: vbi dicit prædicatum per se, primi modi esse, quando prædicatur tota definitio, vel pars de definito: & sic manifestauit prædicationem vniuocam limitatam. Contrà, si iustum est bonum: ergo quod iustè fit, benè fit. Valet à casibus, vt dicitur 2. topicorũ. Quòd si ita res se habet, valebit etiam dicere: prædicatum est vniuocum: ergo prædicatur vniuocè; vnum enim infert alterum. Respondeo, consequentiam per locum à casibus valere affirmatiuè in prædicatis essentialibus. Ideò non sequitur, album est dulce: ergo quod albè fit, dulciter fit. similiter non valet lignum est album, est prædicatum vniuocum: ergo prædicatur vniuocè: quia talia prædicata sunt accidentalia, & non essentialia.

Conceptus confusus.

Conceptus entis distinctus à cõceptu creaturæ & Dei.

Solutio.

Arist:

Instantia.

Solutio.

CAP: XV.

De vniuocatione transcendentis.

Quoniam dictum est, quænam sit vniuocatio entis: deinceps dicendum quæ sit vniuocatio transcendentis; vt sic clariùs intelligantur ea quæ dicta sunt, & quæ erunt dicenda. Vniuocatio transcendens est vnitas alicuius conceptus, ex natura rei, potentis de multis generibus generalissimis prædicari: vel de vno generalissimo, & de aliquo, quod non est in

Vniuocatio transcendens.

Vniuocatio entis.

est in prædicamẽto. Exempli gratia: sapientia est vniuoca sapientiæ, quæ est in præ-
dicamento qualitatis: & sapientiæ, quæ est in diuinis.

Instantia.

Contrà, si ita res se habere,
tunc idem contineretur sub diuersis prædicatis, quæ non essent subalterna: & tame
prædicãtur in quid de aliquo, quod est inconueniens apud Scotum in primo disti:
8. quæst: 2. Antecedens patet: quia sapientia diuina, & sapientia quæ est in prædic-
mento, non subalternantur: proinde sapientia de vtraq; prædicari non potest.

Solut:

Dic,
sapientiam transcendentem posse prædicari de vtraq; sapientia: quia sapientia nostr
est indiuiduum diuinæ sapientiæ, simul & qualitatis. Et ad probationem responde,

Sapientia duplex.

quòd duplex sit subalternatio: vna est generica; & sic sapientia, vt est qualitas, no
subalternatur sapientiæ transcendenti: alia est subalternatio transcendens, extr
genus; & sic bene nostra sapientia subalternatur sapientiæ transcendenti. Deinde v-
dendum, quomodo ens transcendenter acceptum commune Deo, & creaturæ sit pr-

Obiectum primũ, obiectum intellectus.

mum obiectum nostri intellectus ex natura potentiæ: non primitate originis; hoc -
nim spectat ad indiuiduum vagum, & inter vniuersalia ad speciem specialissimar;
sed bene primitate adæquationis: quia intellectus & ens isto modo adæquantur. Ex
natura potentiæ: quia ens non est obiectum adæquationis, intellectus coniuncti; qu
huiusmodi obiectum dicatur esse quidditas rei sensibilis. neq; ens est obiectum i-
tellectus, naturaliter in actu intelligentis: hoc enim dicitur esse ens finitum, cuius te-
minus non est Deus; sed dicitur esse ens isto modo obiectum intellectus ex natura p
tentiæ, quia intellectus est omnia fieri, & istud est commune Deo, & creaturæ. Po-
rò, circa hoc duplex consideratur primitas quædam perfectionis, quædam verò a-

Duplex primitas.

æquationis. Illud autem censendum est esse primum obiectum nostri intellectus pr-
mitate perfectionis; quod eminenter continet omnem entium perfectionem, & huis
modi est Deus. Et sic Deus est primum obiectum primitate perfectionis. Alia et
prioritas adæquationis, sicut sonus dicitur adæquare potentiam audituam: quia n-
hil potest apprehendi ab auditu, quin sit sonus, vel sub sono. & sic obiectum adæqu-
tum intellectus nostri, est ens transcendenter captum: quia nihil potest apprehe-
di ab intellectu, quin sit sub ratione entis, ex natura potentiæ: proptẽrea intellectu,
vt coniunctus, pro obiecto habet quidditatem rei sensibilis. Triplex est autem obi-

Triplex obiectum intellectus.

ctum intellectus: vnum est ens, in quantum ens commune Deo, & creaturæ, & hc
est ex natura potentiæ: aliud est intellectus naturaliter intelligentis, & sic est es
finitum. Tertium est intellectus coniuncti, & sic est quidditas rei sensibilis secu-
dùm Scotum: secundùm Thomam verò quidditas rei materialis. Primum autem, -
cundùm Theologos, ex puris naturalibus non possumus attingere; sed bene secundũ
philosophos, vt dicitur 3. de anima com: 18. quia intellectus agens, & intellectus p-
sibilis adæquãtur; ita, vt sicut intellectus possibilis est omnia fieri, ita agentis sit om-
nia facere: & sic ens, transcendenter acceptum est obiectum adæquationis. Sed e
diuisionibus entis, & vniuocatione satis dictum. Deinceps disputandum erit de paso
nibus entis, si ens habeat passiones.

CAP: XVI.

De passionibus entis.

Ens habet passiones.

Ost diuisiones entis, necesse est scire passiones eiusdem, & quomodo i
passiones cum ente conuertantur. Ens autem habere passiones, sic pr-
bari potest, & inprimis authoritate philosophi 4. met: com: 1. Est, inqu,
scientia quædam, quæ speculatur ens, in quantum ens: & quæ huic i-
sunt secundùm se, scilicet accidentia essentialia, vt dicit Commentato,

nem

Pasio entis.

*nempè passiones. Et textu commenti 6. quod quidem igitur vnius scientiæ, est ens, in
quantum ens, & de accidentibus eius, ait Commentator. Et com: 5. esse quidem, ait,
enti propria in quantum ens, veluti numero inest par vel impar. Subdit Commenta-
tor, ens secundùm quòd ens, habet propria accidentia, quæ per se sibi insunt. Constat* Rationes.
*hoc etiam ratione: nam si metaphysica est sapientia, & ens est subiectum in meta-
physica, si ens non haberet passiones demonstrabiles; in metaphysica nulla esset de-
monstratio, quod est falsum; cùm sit verè scientia, siue sapientia: vocatur enim sci-
entia, quando procedit per causas inferiores: sapientia verò, cùm procedit per cau-
sas altissimas. Probatur, quia, vt dicitur in primo posteriorum, in omni demonstratio
ne includitur primus, & secundus modus per se: eò quòd conclusio demonstrationis* 1.
*est in secundo modo per se; concluditur enim passio de subiecto per definitionem sub
iecti, siue passionis. si ergo ens non habet passiones; de ente non formabitur conclusio
demonstrabilis: & per consequens, in metaphysica non fieret aliqua vera demonstra* 2.
*tio. Item, quod est commune omni subiecto scibili, negandum non est, imò tribuendũ
subiecto metaphysicæ, cùm sit subiectum nobilissimæ scientiæ. sed habere passio-
nes demonstrabiles, est commune omni subiecto scibili, vt docet philosophus in pri-
mo posteriorum cap: 22. Vna, inquit, est scientia, quæ est vnius generis subiecti, cuius
sunt principia, partes, & passiones: igitur enti suæ passiones sunt tribuendæ. Sed for-
tè aliquis diceret: ista accidentia essentialia entis, non esse passiones entis, in quantum
est ens; sed inferiorum ad ens. Contrà, quia metaphysicus non demonstrat aliquam
passionem de subiecto suo, scilicet de ente, nisi per principia simpliciter entis, in quan
tũ ens est. sed talia principia sunt propter quid passionis particularis entiũ particula
rium: igitur metaphysicus non demonstrat aliquam passionem alicuius entis parti-
cularis; sed demonstrat aliquam passionem entis, in quantum est ens de ipso ente in
se; nisi velis dicere metaphysicam nullam habere demonstrationem. Item, certissi-* 3.
*ma scientia continet passionem probatam de suo subiecto, propter quid, & à priori.
sed metaphysica est certissima scientia, vt dicit Aristoteles in prologo meth: & Cõ-
mentat: in primo de anima com: primo: ergo quod prius. Quòd si dixeris, metaphy
sicam non esse scientiam propter quid; quia non est scientia per causam in inferendo,
& causandum: Contrà, quia omne priùs naturaliter, potest esse causa essendi secundi,
quod est posterius naturaliter. sed ens est prius naturaliter suis passionibus, quia ab
ipso dependet omnis certitudo suarum passionum; quia ab ipso, tanquam à fundamen-
to & radice fluunt omnes passiones metaphysicales: igitur, stante identitate earum
ad ens, poterit ipsum ens esse principium, & ratio sciendi ipsas passiones. Quòd ens
habeat passiones demonstrabiles, nulli dubium est: quòd autem illæ passiones sint
reales, vertitur in dubium. dicunt enim Thomistæ, passionem realem realiter differ-* Controuersia
*re à subiecto: Scotistæ verò formaliter. Arguunt enim sic primi: Causa productiua
realis, & effectus eius realis distinguuntur realiter: nihil enim seipsum producit.
inter effectum autem, & causam, est relatio realis, ex 5. met: cap: de ad aliquid, &
in 2. modo relatiuorum: ergo est distinctio realis: eiusdem enim ad seipsum est rela-
tio rationis: quoniam idem non distinguitur realiter à seipso. sed subiectum est cau-* Rationes pri-
sa productiua realis suæ passionis: ergo realiter distinguitur passio à suo subiecto. mę opinionis
*Probatur minor: quia omnis potentia purè passiua est potentia contradictionis, vt di-
citur 9. met: sed subiectum non est in potentia contradictionis ad passionem; aliter* 1.
*inesset ei contingenter; & per consequens non esset scibilis per aliquam demonstratio
nem: habet ergo subiectum aliquam potentiam actiuam, respectu suæ passionis: &
per consequens realiter distinguitur à sua passione. sed bonum, vnum, verum, res,
aliquid, realiter non distinguuntur ab ente: igitur, licet ens habeat passiones demon-
strabiles; non tamen sunt reales. Item, passio realiter multiplicatur, eodem manen-* 2.

 te sub-

tis.

Subiectum distingui realiter à sua passione.

te subiecto: igitur realiter distinguuntur. Probatur: quia si duo sint idem realiter,
& finitæ sint entitatis, implicat vnum multiplicari, sine multiplicatione alterius.
Probatur: in igne est caliditas, & leuitas in tanto gradu, quæ sub tali gradu sunt
passiones ignis: leuitas autem est principium motus localis: caliditas verò principi-
um motus alterationis. cùm ergo sint principia diuersarum entitatum, etiamsi non
separentur subiecto; distinguuntur tamen realiter, propter diuersas entitates: non
enim ex sola separatione subiecti concluditur distinctio realis; sed potius, quia re-
moto omni opere intellectus, vnum non est aliud. Item, quæ sunt eadem vni tertio,
3. ea vnitate qua sunt eadem in tertio, sunt eadem inter se. sed risibile, & flebile sunt
eadem homini secundùm se: ergo sunt eadem realiter inter se, quod est manifestè
falsum: quoniam sunt contrariorum actuum, principia scilicet ridendi & flendi.
nam etsi idem possit esse causa contrariorum, vnius quidem per se, alterius verò per
accidens; vtriusque tamen per se, & in potentiis naturalibus nequaquam potest.

Aliæ opiniones rationis.

passio ergo realis, & subiectum distinguuntur realiter. Dicunt ergo isti, enti qui-
dem inesse proprias passiones, monstrabiles, non autem reales, quia non reali-
1. ter differunt ab ente: passio autem realis, realiter differt à suo subiecto. Alij autem
dicunt, passiones entis esse synonima cum ente, sicut vestis, & tunica: nam prima, in-
quiunt, vni æquè primò inesse non possunt. sed plures dicuntur passiones: igitur ali-
quis erit ordo. sed nullus ordo, nisi tantùm secundùm modum dicendi inueniri potest:
igitur non sunt propriæ passiones entis: passio enim saltem formaliter differt à suo
subiecto. Item, vna esset medium, quo alia passio posset demonstrari. sed hoc fieri
2. non potest; cùm omnes æquè conuertantur cum ente, & vna non sit superior, notior,
aut vniuersalior altera, quod pertinet ad rationem medium: sunt ergo synonima, &
non passiones entis. Præterea, quando plures vni insunt passiones, quælibet illarum
3. differt ab altera, & à suo subiecto, cui profectò aliquid addit, vt risibile, & flebile
de homine. sed passiones entis non sunt huiusmodi: ergo quod priùs. Contra prædi-

Argumenta contraria cũ solutionibus.

cta, sic solent aliqui arguere: sicut ex separatione aliquorum concluditur distinctio
realis inter ea, alioquin contingeret eidem simul esse, & non esse; ita ex inseparabili-
1. tate aliquorum, concluditur indistinctio realis. sed passio non separatur à subiecto:
quia risibile non potest esse sine homine: igitur passio realiter non distinguitur à sub-
iecto. Respondent aliqui, ex sola separabilitate non concludi distinctionem realẽ; sed
potiùs ex diuersa entitate, quæ consistit sine opere intellectus: sic causa, & causatum,
cùm sint diuersæ entitates, licèt subiecto non separentur, distinguuntur tamen realiter.
Item, si passio distinguitur realiter à subiecto; tunc esset processus in infinitum in pas-
2. sionibus, quod est falsum. Consequentia probatur: Si sumatur homo rescissus, siue se-
paratus ab omni accidente, & qualitate; tunc quæro in illo priori, aut est aptus reci-
pere risibilitatem, aut non? si non: ergo ei repugnat, quod est absurdum; quòd pro-
pria passio repugnet subiecto. si autem sic; aut aptitudine media est aptus, aut seipso.
si seipso: ergo est aliqua aptitudo in homine, quæ est ipse homo; & perconsequens ea-
dem ratione potest dici, quòd homo sit ipsa risibilitas, quæ est aptitudo ridendi. si apti-
tudine media; quæro vt priùs, an homo est aptus recipere aptitudinem mediam, per
aliam aptitudinem, aut seipso, & sic in infinitum? Quare, vel homo distingueretur re-
aliter à seipso, vel daretur in infinitum in passionibus; quorum vtrunque est absur-
dum. Respondent aliqui, hominem in illo priori esse aptum, ad recipiendam risibilita-
tem aptitudine non repugnantiæ: quia non repugnat ei recipere aptitudinem illam
positiuam. Hæc autem non repugnantia, non distinguitur realiter à rei substantia; sed
ipsa considerata, quòd sit talis naturæ. Sed de his latiùs disputatum est in prædica-
mento relationis, & in Porphyrio circa finem quarti prædicabilis, posita sunt argu-
menta. Sed tempus est, vt redeamus ad textum Aristotelis.

CAP.

CAP. XVII.

De vniuocis.

Vniuoca sunt, quorum nomen est commune; & secundùm illud nomen, ratio substantiæ eadem. Text. Arist.

POstquam Aristoteles locutus est de æquiuocis, tanquam de his, quæ reijcienda erant à coordinationibus prædicamentalibus; consequenter loquitur de vniuocis, eò quòd per se sunt coordinanda in genere: quia genera de speciebus, & species de indiuiduis vniuocè prædicantur. Duplicia autem sunt vniuoca: quædam enim sunt vniuoca vniuocantia, quædam verò vniuoca vniuocata. Duplex vniuocum. *vniuocum autem vniuocans, est aliquis conceptus obiectiuus communis, qui eadem ratione dicitur de pluribus suppositis contentis, sub illo conceptu communi; vt animal, quatenus est vniuocum vniuocans, est vnus conceptus obiectiuus communis: quia vno conceptu formali, & vno nomine dicitur de suis speciebus, & de indiuiduis earundem. vniuoca autem vniuocata, sunt plures conceptus speciales, significati per vnum conceptum generalem, in quo illi conceptus speciales vniuntur; sicut conceptus hominis & bouis vniuntur in vno conceptu generali animalis: qui planè conceptus, est alius à conceptibus aliorum vniuocorũ; tametsi in eis quidditatiuè includatur. Cùm ergo Arist. dicit, vniuoca sunt, quorum nomen &c. Nomen, non accipitur pro voce, quia logicus non intendit per se de voce; sed accipitur pro conceptu. Itaque, quoniam logicus solùm intendit de secundis intentionibus, quæ applicantur primis, & eas denominant; vt genus applicatur animali, & illud denominat; non animal genus nominatur: vniuoca à logico, non pro rebus accipiuntur; sed pro conceptibus, & intentionibus secundis, quæ sunt formaliter respectus: & quia sunt paruæ entitatis, & per consequens cognoscibilitatis; nobis innotescunt per eorum fundamenta. Homo & bos, communi nomine animalia nuncupantur, & secundùm illud nomen ratio substantiæ est eadem: ideóque definitio vniuocorum, quidditatiuè dicitur de definito; datur enim per genus & differentiam. genus autem tangitur in illo verbo, Dicuntur, id est, sunt conceptus speciales dicibiles, vel significabiles, sub aliquo conceptu communi. Quorum nomen est commune, correlatiuum exprimit, ad quod isti respectus referuntur: quia vniuoca non solùm referuntur ad seipsa, verùmetiam ad conceptum communem. Propria verò differentia tangitur, cùm dicitur: Et secundùm illud nomen, ratio substantiæ est eadem .i. definitio, vel conceptus quidditatiuus, & formalis. Definitum est autem nomen vniuocum, ab Arist: in numero plurali: quia vniuoca sunt relatiua æquiparantiæ, quæ respiciunt extrema, quæ sunt eiusdem rationis. Cùm enim comparantur vniuoca, puta bos & homo, ad ipsum nomen commune vniuocum, siue conceptum, puta ad animal; tunc est respectus suppositionis ad illum conceptum vniuocum, tanquam ad proprium correlatiuum. quando verò vniuocum vniuocans comparatur ad ipsa vniuocata, sub eo contenta, est relatiuum suppositionis: omnes autem huiusmodi respectus, in definitione vniuocorum sunt expressi. Præterea, notandum est, quòd si vniuocum vniuocans primæ intentionaliter accipiatur; tunc est terminus, significans aliquod pluribus commune primariò, plura verò illa secundariò.* Primæ intentionaliter. *Exempli gratia: ista vox homo, relata ad homines particulares, dicitur vniuocum vniuocans primæ intentionaliter: particulares autem homines vniuoca vniuocata primæ intentionaliter capta: secundæ autem intentionaliter, est respectus rationis vocis significantis, ad commune vel ad illa plura, quibus est commune; vt respectus rationis ipsius vocis homo, ad Socratem & Platonem, dicitur vniuocum vniuocans secundæ intentionaliter.* Secundæ intentionaliter. *vniuocum autem vniuocatum secundæ intentionaliter captum, est respectus rationis eorum, quæ secundariò significantur ad*

tur ad vocem; vt respectus rationis Socratis, & Platonis, ad istam vocem homo, vniuoca esse dicuntur secundæ intentionaliter capta: & sic accipitur in textu. In definitione igitur nomen accipitur pro voce: & ratio, pro conceptu, tam formali, quàm obiectiuali; magis autem propriè pro obiectiuali. Est autem conceptus formalis subiectiuè in intellectu; obiectiualis verò includitur in inferioribus. Porrò, ad vniuocationem alicuius vocis, non sufficit vnitas conceptus formalis; sed adhuc necesse est, vt talis vox primariò significet aliquid commune ipsis vniuocatis; sicut homo primariò suo significato significat humanitatem omnibus hominibus communem; aliter nomen canis esset vniuocum ad canem terrestrem, piscem marinum, & sydus cæleste; omnia enim illa vnico actu intelligendi concipi possunt. Patet ergo, quomodo intelligitur definitio vniuocorum. Porrò, contra prædicta sic arguitur: Bos & homo, vniuocantur in animali, & tamen ratio animalis non est eadem: quia ratio animalis, secundùm vnumquodque animal, est altera & altera. Respondeo: rationem animalis, secundùm vnumquodque animal, esse alteram & alteram, posse intelligi dupliciter: vno quidem modo, quod per nomen animalis importatur; & sic negatur: alio autem modo, secundùm quod per nomina specialia animalium significatur; & sic conceditur. Contrà, pro diuersitate formarum, diuersa nomina imponuntur: quia omne nomen imponitur à forma. sed diuersarum rerum, diuersæ sunt formæ: ergo diuersa nomina. Respondeo: quòd quamuis diuersarum rerum, diuersæ sint formæ & nomina; diuersarum tamen rerum, inquantum conueniunt in aliqua forma, siue natura communi, idem habent nomen, formam, & definitionem communem. Item, quòd hîc non definiantur vniuoca vniuocata. res non definiuntur à logico, sed à philosopho naturali. sed vniuoca vniuocata sunt res: igitur non definiuntur à logico. Respondeo: maiorem posse intelligi dupliciter, formaliter, & fundamentaliter: formaliter nego, fundamentaliter concedo: hîc enim definiuntur vniuoca formaliter, non fundamentaliter capta, id est, pro conceptibus rerum, non autem pro rebus. Contrà, quæ sunt nomina, non habent aliud nomen commune; alioqui si nominis est nomen commune, tunc esset processus in infinitum. sed vniuoca sunt nomina: ergo non habent nomen commune. Quare non rectè dicitur, vniuoca sunt, quibus nomen est commune. Respondeo: quòd vniuoca apud logicum sunt conceptus, quorum sunt aliqua signa: quia sicut conceptus sunt signa rerum; ita voces sunt signa conceptuum; quorum conceptuum, potest esse vnus conceptus generalis, sicut supra dictum est. Præterea, quorum substantia, id est, ratio essentialis, est eadem, ipsa sunt eadem essentialiter. sed vniuoca vniuocata, habent eandem rationem substantiæ vniuocantis: ergo omnia essent eadem essentialiter, quod est falsum: quia sic homo & leo, essent eadem essentialiter. Respondeo: quorum est ratio substantiæ propria & completa, illa sunt eadem inter se. sed vniuocatorum, non est eadem ratio propria; licet ratio vniuocantis, sit eadem eis: quia vniuocato est propria. Adhuc, vniuoca sunt, quæ vniuocantur in aliquo nomine, & ratio substantiæ secundùm illud nomen est eadem. sed homo & brutum, vniuocantur in hoc nomine animal; ratio tamen nominis secundùm illud nomen non est eadem, docente Philosopho 1. de anima. Ratio, inquit, animalis, secundùm vnumquodque animal, est altera & altera. Respondeo: definitio animalis contracti ad suas species, est altera & altera; sicut nomina specierum sunt alia & alia. Sed ratio animalis incontracti, & secundùm suam rationem genericam considerati, eadem est in omnibus speciebus: itaque ratio animalis, secundùm vnumquodque animal, relata ad proprias differentias animalium, est altera & altera. Amplius, illud est æquiuocum, quod æqualiter plura significat: quia æquiuocum est, quod æqualiter plura vocat. sed animal est huiusmodi, quia æqualiter dicitur de suis speciebus: ergo est æquiuocum, & non vniuocum, quod est contra exemplum positum ab Aristotele. Respondeo: animal primario suo significato, significare naturam genericam, consequenter verò

Margin notes: Argumenta cum solutionibus. — 1. (beside "mal, esse alteram & alteram") — 2. (beside "finitionem communem. Item") — 3. (beside "est. Præterea") — 4. (beside "uocantis, sit eadem eis") — 5. (beside "ad proprias differentias")

verò suas species: non ergo est æquiuocum, si ex parte vocis referatur ad multa, cùm interim vnico significato referatur ad illa. Denique, exemplum, quod posuit Aristoteles, ad manifestandam vniuocorum naturam, vt animal, homo, & bos, non videtur satis aptum ad propositum: quia apud logicum animal accipitur pro genere. in genere autem non potest fieri comparatio, quod sic probatur. Comparatio debet fieri in eo, in quo non latent æquiuocationes, vt dicitur 7. phys. 24. sed in genere latent æquiuocationes, vt ibidem dicitur: igitur in animali non potest fieri comparatio. Confirmatur, quia vniuocum in multis, non est secundùm se diuersum in illis. sed genus secundùm se, non secundùm accidens est diuersum in illis, vt docet Arist. 5. metaph. cap. Diuersa sunt autem, &c. ergo quod priùs. Respondeo: in omni vniuoco naturali fieri comparationem, nempè in specie specialissima; non autem in vniuoco logico, quod est genus: vniuocum siquidem logicum, per vnam rationem deuenit ad intellectum. Ad confirmationem dico, illam Philosophi authoritatem sic esse intelligendam: Genus est diuersum per differentias, quæ planè differentiæ sibi non accidunt: quia differentiæ cum genere non faciunt vnum secundùm accidens, sed vnum essentialiter. Hæc dicta sint de vniuocis.

Denominatiua. 6.

CAP XVIII.

De denominatiuis.

Denominatiua dicuntur, quæ orta ab vno, variè commutantur, vt à grammatica, grammaticus, & fortis, à fortitudine.

Text: Arist.

Postquàm Arist. egit de æquiuocis, & vniuocis, consequenter agit de Denominatiuis, quæ sunt prædicata accidentalia, quæ dicuntur de suis subiectis; vt homo dicitur grammaticus, propter grammaticam per exercitium acquisitam, sibiq; inhærentem: inhærere autem propriè conuenit formis accidentalibus, quæ cũ subiectis, quibus inhærent, nõ faciunt per se vnum. Agit autem de denominatiuis: quia intendit in hoc libro assignare reductionem omnium accidentium, ad sua subiecta, de quibus denominatiuè prædicantur. Porrò, denominatiua dicuntur dupliciter: vno modo pro per se significato, siue secundæ intentionaliter; & tunc significant respectum rationis causatum per actum intellectus comparantis aliqua, quæ differunt in finali terminatione dictionis, & conueniunt in principio; habent tamen in illo nomine appellationem, id est, pulsionem ad alienam naturam: nam grammatica significat formam abstractam à subiecto: grammaticus autem formam concretam. grammatica verò, & subiectum sunt diuersæ naturæ: quia vnum est accidens, alterum verò substantia. Alio modo accipiuntur fundamentaliter, siue primæ intentionaliter: & ita concreta dicuntur denominatiua, vt grammaticus, & fortis: vnde dicitur in textu, Denominatiua dicuntur, id est, concipiuntur, quæ orta ab vno, puta ab vno conceptu accidentis, variè commutantur, pro vario modo significatorum, atq; modi significandi. Tria autem sunt necessaria denominatiuis, quæ voce simul & significatione sunt denominatiua: primum est, vt talia denotent formam accidentalem concretam: secundum, vt habeant abstracta, à quibus deriuentur: tertium, vt denominatiua conueniant cum principalibus in significato. ex quo patet, quòd hic definiantur denominatiua formaliter accepta, quæ fundantur super illa denominatiua, fundamentaliter accepta. Duplex præterea est prædicatio denominatiua: quædam enim sumitur à parte essentiali, quæ non excludit prædicationem quidditatiuam; & hoc modo genus prædicatur de specie denominatiuè, & differentia de specie, vt homo est animal, & homo est rationale. de hac autem prædica-

Denominatiua dupliciter.

Tria sunt necessaria denominatiuis.

Duplex prædicatio denominatiua.

Denominatiua.

prædicatione denominatiua loquitur philosophus 2. topicorum: In omnibus, inquit
prædicatis, excepto accidente, est conuertere eam denominationẽ, quæ est ab in esse
ad esse. Vnde bene sequitur, homini inest animal: ergo est animal. non autem valet
Æthiopi inest albedo, ergo est albus. Alia est prædicatio denominatiua sumpta à for-
ma accidentali inhærente subiecto, quæ excludit prædicationem quidditatiuam: de
qua quidem prædicatione in eodem textu loquitur philosophus ad hunc modum: Ag
nere, inquit, nulla prædicatio denominatiua est de specie: quia fieri non potest, vt il-
lud, quod inest vt genus, insit vt accidens. Ad hanc autem prædicationem denomi-
natiuam spectat; vt abstractum, & concretum conueniant in principio, differant ve-
rò in fine, cũ alijs cõditionibus: & sic dicitur propriissima prædicatio denominatiua
Hoc modo stricte prædicatio proprij de subiecto, non dicitur denominatiua: quia n
est forma extrinsecus adueniens. nam appellatio ad quam conueniunt denominatiua
secundùm magnum Albertum, significat pulsionem ad aliam naturam: ita quòd na-
tura denominantis sit quasi extrinsecus adueniens subiecto, & non emanans à prin-
cipijs essentialibus subiecti. Sed aliquis non temere posset ambigere: si nomen deno-

Si denominatiuum significet formam vel subiectum

minatiuum significet formam, vel subiectum, vel aggregatum ex vtroq;: dico, nomen
concretum, puta grammaticum significare subiectum communiter, siue ex consequen-
ti, proprie autem, & principaliter solam qualitatem: Album, inquit Arist: in cap: de
substantia, solam qualitatem significat: Commentator quoq; primo: met: concretum

Triplicia denominatiua.

significat solam formam. Amplius sciendum, triplicia esse denominatiua: quædam
in sola voce conueniunt cum suis abstractis in principio dictionis; differunt verò in
fine; sed non important eandem formam, vt studiosus à studio: quædam sunt denomi-
natiua sola significatione, quæ bene conueniunt in re significata, non autem in princi-
pio dictionis cum suis abstractis, vt studiosus à virtute: alia verò conueniunt tum in
voce, tum etiam in significatione, & etiam in principio dictionis cum suis abstractis

Argumenta cum solutionibus.

differunt verò in fine, & talia hic definiuntur. Contra prædicta sic arguo: quæ signi-
ficant vnum, possunt definiri: quia definit, id est, explicat naturam rei: vnius autem
1. rei, vnum esse formale, & per consequens vna definitio. sed denominatiua non dicunt
vnum esse, vt grammaticus, dicit esse hominis, & esse grãmaticæ: igitur denominatiua
non possunt definiri. Respondeo, denominatiua fundamentaliter accepta, non signifi-
care aliquod vnum, & hoc modo non definiri: formaliter verò capta, significare ali-
quid vnum secundùm significationem formalem, quamuis supponant pro pluribus, &
2. sic definiuntur. Item, album, & albedo, sunt denominatiua, & tamen non dicuntur
denominatiuè; cùm albedo de nullo prædicetur denominatiuè verè, & affirmatiuè
ergo definitio non est bona. Respondeo, sola concreta esse denominatiua, ac proinde
albedinem non prædicari denominatiuè. Contrà, abstractum deriuatur à concreto
ergo concretum non habet denominationem ab abstracto: Dico, deriuationem posse
accipi bifariam: vocalem scilicet, & sic abstracta deriuantur à concretis: & realem
& sic concretum deriuatur ab abstracto: siquidem abstractum dicit formam se ab-
3. strahendo à subiecto; forma verò præcedit seipsam, vt est in subiecto. Item, si defi-
nitio esset vera; tunc sequeretur, quòd homo, & alia nomina substantiua essent deno-
minatiua. Consequens est falsum. Consequentia patet, quia homo ab humanitate differt
solo casu, & similiter animal ab animalitate: & sic de alijs. Respondeo, quod talia
non sunt denominatiua voce & significatione, sed voce tantùm, de quibus hic non agi-
tur: siquidem denominatiua voce tantùm, conueniunt cum suis abstractis in princi-
pio, & differunt ab eis in fine. Humanus dicitur ab humanitate, à qua differt solo casu,
sed non dicit aliam naturam à subiecto, quod pertinet ad conditiones veri & proprij
denominatiui. Denominatiua voce & significatione sunt, quæ conueniunt cum suis ab-
stractis in principio, & differunt in fine: & illa definiuntur in proposito, quæ conue-
niunt

Diuisiones duæ.

niunt in principio, differunt in fine, & sunt diuersæ naturæ, vt grammaticus & grammatica. Adde, Denominatiuum, & suum principale, non differunt solo casu, sed etiam differunt in significatis principalibus: ergo malè dicitur, quòd sunt solo casu differentia. Antecedens probatur: quia denominatiuum, vt album, significat substantiam. sed suum principale, vt albedo, significat accidens: quia concretum significat formam & substantiam: abstractum verò significat solam formam. Respondeo, non differre in significatis. Et ad probationem dico, concretum non significare substantiā, sed formā accidentalem, connotando subiectum, in quo talis est forma: sic enim docet Philosophus in prædicamentis, album solam qualitatem significare, ex principali suo significato, licet subiectum connotet. Postremò, illa, quæ differunt in modo significandi, non differunt in solo casu. Sed denominatiua sunt huiusmodi, quia album & nigrum sunt denominatiua, & differunt in principali significato: ergo non differunt in solo casu. Respondeo, differre solo casu, non solùm intelligitur de cadentia vocis; sed etiam de cadentia, quæ est in modo significandi concreti & abstracti. Spectat etiam, quantum ad modos essendi, qui importantur per illos modos significandi. Vnde, licet album & nigrum non solo casu non differant; respectu tamen abstractorum, albedinis & nigredinis, solo casu differunt. Et sic intelligitur, quòd denominatiua solo casu differunt à suis abstractis. Denominatiua ergo illa sunt, quæ à suo subiecto, siue nomine principali, solo casu, id est, similitudine terminationis differunt; & secundum illud nomen abstractum habent appellationem. In hac definitione, pro definito ponuntur denominatiua in plurali, propter multitudinem accidentium denominatiuè dictorum de eodem subiecto. Dicuntur, eò, quod hîc res non definiantur; sed conceptus, & voces, in quantùm sunt signa conceptuum. Quæcunque, non accipitur distributiuè, sed infinitè, ab aliquo scilicet nomine principali, siue abstracto. Solo casu discrepant: per quod excluduntur illa, quæ non conueniunt in principio dictionis, vt studiosus à virtute. Et in re significata, & secundùm nomen habent appellationem, id est, alienam naturam, ad differentiam eorum, quæ eandem rem important cum re denominata, vt humanus & humanitas: Natura enim denominans, est realiter distincta à natura denominata, quia extrinsecus ei applicatur. Ex quo patet, quòd tria sint necessaria ad denominationem vt dicit Boetius, & Simplicius: Primum est, quòd participent eadem re cum suis abstractis; alioqui non participarent nomine: Secundum, quòd participent nomine; ideo studiosus non est denominatiuum à virtute: Tertium, quòd in finali terminatione.

4. (margin, beside "Adde, Denominatiuum")

5. (margin, beside "Postremò")

Expositio textus.

CAP. XIX.

De diuisionibus duabus.

Text: Arist.

Eorum, quæ dicuntur, quædam dicuntur cum complexione, vt homo currit: quædam sine complexione, vt homo, vel currit, bos vincit.

Postquàm egit de tribus Antepræaedicamentis, nunc agit de duabus diuisionibus, quarum notitia necessaria est ad distinctionem eorum, quæ ponuntur in genere, ab his, quæ non ponuntur in genere. Eorum, inquit, quæ sunt, quædam sunt composita, vt homo albus: quædam simplicia, vt homo. Triplex autem est compositum, voce tantùm; vt Marcus Tullius: significatione sola; vt canis, & verba, vt curro, quod significat ego curro. Tertium, voce & significatione; vt homo albus. Porrò, quæ sunt voce composita, similiter & simplicia, aut significatione à prædicamentis excluduntur. Vnde homo albus, in nullo prædicamento ponitur. sed homo ponitur in prædicamento substantiæ, albus verò in prædicamento qualitatis.

Triplex compositum.

Diuisiones duæ.

litatis. Illa verò quæ voce composita sunt, vt corpus animatum, intellectus agens, & similia, quorum vsus frequens est; propter vocabulorum penuriam, à prædicamentorum consideratione non sunt aliena. Alia verò complexa, quia non habent per se vnũ conceptum, neq; significant vnam quidditatem, non ponuntur in prædicamento. Cùm ergo Aristoteles intendat agere de primis & simplicibus dictionibus primarũ & simplicium rerum significatiuis; ea quæ cum complexione dicuntur, non sunt prædicamentis inserenda, nisi simplicia, quibus respondet vna res, & vnus conceptus. Deinde, an-

Quatuor diuisiones,

te secundam diuisionem, per quam diuiduntur ea quæ sunt simplicia, præmittit ipsorũ diuisionem in quatuor, quibus pauciora inueniri non possunt; scilicet in substantiã vniuersalem, substantiam particularem, accidens vniuersale, & accidens particulare; quæ per suas descriptiones sic explicantur: Illud quod de subiecto dicitur, in subiecto autem nullo est; est substantia vniuersalis, siue secunda: illa enim ex eo, quòd vniuersalis est, de subiecto dicitur; vt animal de homine: quia verò substantia est, & non accidens, non est in subiecto; esse enim in subiecto, conuenit accidenti. Quod autẽ est in subiecto, & de subiecto nullo dicitur; est accidens particulare, vt hoc album: ex eo enim, quod est accidens, est in subiecto: & quia est particulare, de nullo subiecto dicitur. Illuc autem, quod neq; de subiecto dicitur, neq; est in subiecto, est prima substantia, siue particularis: non est in subiecto, quia est substantia: neq; dicitur de subiecto, quia est particularis. Illud autem, quod in subiecto est, & de subiecto dicitur; est accidens vniuersale, vt color: quoniam enim est vniuersale, dicitur de subiecto: & quia est accidens

Dici de subiecto.

est in subiecto. Cæterùm, dici de subiecto, est de inferiori, vniuocè, & in eo quod quic est prædicari. per quod excluduntur indiuidua & singularia, & quæ non habent in-

Esse in subiecto.

feriora, & quæ denominatiuè & æquiuocè prædicãtur. Esse autem in subiecto, est ess in aliquo; non sicut est pars in toto, sed potius, quod impossibile est, esse sine eo, in qu est; sicut color non potest esse sine superficie. Per hoc excluditur forma substantialis quæ non est in materia, sicut in subiecto, sed sicut actuans materiam. Excluditur totũ quod non est in partibus, sicut in subiecto, cùm non est in aliquo, sed in aliquibus. Aliquid hîc accipitur pro substantia composita, cui quicquid aduenit præter ipsius com positionem, vocatur accidens. Et per hoc, quod dicitur; non sicut quædam pars, excluduntur ea, quæ sunt in aliquo, secundùm illum modum essendi, in, sicut pars est in su toto: pars enim non est, sicut in subiecto. Et per hoc, quod dicitur, impossibile est esse sine eo, in quo est, excluduntur ea, quæ sunt in aliquo, secundùm illum modum essendi secundùm quem aliquid dicitur in loco esse, vel in vase, vel in tempore, vel in mouente vel in fine. Ex quo patet, non eodem modo accipi esse in subiecto, & dici de subiecto siquidem subiectum, de quo aliqua dicuntur, est inferius essentia alicuius superioris, v homo respectu animalis: subiectum verò, in quo illa sunt, est substantia composita. I hoc autem conueniunt, quòd vtrumq; substat prædicato, quantum ad verum esse, quoc est esse actualis existentiæ, & vtrumq; eorum est aliquod singulare. Itaq;, prima diuisio valet ad cognoscendam eorum conditionem, quæ per se reponuntur in prædicamẽto: quæ quidem conditio est incomplexio; oportet enim quodlibet reponibile in prædicamento esse incomplexum. Secunda verò valet ad cognoscendam distinctionem eorum

Argumenta contraria cũ solutionibus.

quæ reponuntur in prædicamento substantiæ, & quæ in prædicamento accidentis. Contra prædicta sic aliquis instabit: Aliquod est nomen, puta canis, quod non est compositum, neq; simplex: ergo insufficiens diuisio. Antecedens probatur: quia canis non includit plures dictiones, siue voces: ergo non est vox composita. sed plura includit significata: ergo est composita. Consequentia patet: quia datur aliquod nomen, quod est compositum, neq; simplex. Respondeo, quòd canis propriè non est vox composita, cũ non habeat plures voces significatiuas. Vnde quamuis significet plura; quia tamen illa non significat per modum determinantis, & determiuabilis; ideo non est vox cõplexa,

nec pro-

Diuisiones duæ.

nec propriè incomplexa: quia non significat, mediante vno conceptu, sua significata cõ-
plexè, vel incomplexè. Contrà, omnis vox est incomplexa, quia significat vnum. Sed
canis est vox: ergo est incomplexa. Dico, verum esse de vnitate aggregationis, non au-
tem de vnitate simplici. Contrà, corpus animatum non dicitur cum complexione, 1.
quia ponitur in linea prædicamentali: nullum autem complexum ponitur in linea
prædicamentali, neque sine complexione, quia continet pluras voces: ergo quod
priùs. Dico, quòd licet corpus animatum secundùm vocem sit complexum; sibi tamẽ
in mente correspondet conceptus incomplexus, & à parte rei quidditas simplex: i-
deo talis compositio non prohibet simplicitatem necessariam, vt aliquid sit in prædi-
camento. Contrà, omnis res in se est incomplexa; quia est vna: vnum autem est incom-
plexum: igitur nulla res est complexa. Dico, quòd licet omnis res sit in se incom-
plexa; benè tamen potest esse significatione complexa. Contrà, si ita esset, sequere-
tur, quòd res reponerentur in prædicamento: nam illa, quæ dicuntur sine composi-
tione, sunt res; & hæc tantùm incomplexa reponuntur in prædicamento. Dico, repo-
ni in prædicamento, posse intelligi dupliciter: vno modo sic, quòd subijciantur &
prædicentur, ita quòd ex ipsis fiant propositiones; & sic non reponuntur in præ-
dicamento: alio modo, quòd concipiantur in ratione superioris, & inferioris; &
sic reponuntur in prædicamento. Item, omnis dictio complexa est ex literis, & sylla- 2.
bis, & voce, & modo significandi: ergo nulla dicitur sine complexione. Respondeo,
quòd hîc complexio non accipitur pro compositione ex literis, & syllabis; sed pro
compositione ex pluribus vocibus significatiuis. Dicitur autem illud cum complexi-
one, cuius partes aliquid significant, quod est de intentione totius; vt homo currit:
nam hîc res significata, non est vna, neque conceptus vnus, & simplex; sed quali-
bet pars aliquid significat, secundùm vnum conceptum, qui est de intentione totius.
Illud autem dicitur sine complexione, cuius nulla pars significat, quòd sit de inten-
tione totius; sicut homo per se, & currit per se: cuilibet enim illorum correspondet
vna res, & vnus conceptus. Contrà, Arist: in hac diuisione nõ seruauit bonum ordi-
nem; quia præposterè egit, præponens compositiora simplicioribus; cùm tamen sim-
pliciora sint priora, & illa erant præponenda. Dico, simpliciora esse priora simplici-
ter, compositiora verò priora, quoad nos: quia sunt magis sensibilia, quàm simplicia:
vel quia intendebat illa relinquere, tanquam ea, quæ non spectarent ad considera-
tionem huius libri; propterea priùs posuit composita, postea simplicia. Præterea, 3.
contra secundam diuisionem sic arguo: quæcunque dicuntur de subiecto, sunt in sub-
iecto; eò quòd dici de, præsupponit in: non ergo rectè dixit Arist: aliqua dici de
subiecto, & non est in subiecto. Respondeo: illa dictio ablatiua, capitur dupliciter:
quando enim construitur cum ista præpositione In; tunc significat subiectum acci-
dentis: cùm verò cum præpositione De; tunc significat inferius alicuius superioris.
Esse autem in subiecto, capitur dupliciter: vno modo primæ intentionaliter; & tunc
valet, sicut inhærere alicui, tanquam subiecto, vel tanquam supposito; sicut dicimus
naturam habere esse in supposito: hoc autem modo dici de, præsupponit in. alio
modo capitur secundæ intentionaliter; & tunc significat prædicationem denomina-
tiuam alicuius accidentis de subiecto: & sic non est necesse, vt illa, quæ dicuntur de
subiecto, sint in subiecto. Contrà, dici de subiecto, est prædicari nomine & ratione:
esse autem in subiecto, est prædicari nomine tantùm. Sed impossibile est aliquid
prædicari nomine & ratione, & non prædicari nomine: & per consequens, quæ di- Prædicari nomine.
cuntur de subiecto, sunt in subiecto. Respondeo: prædicari nomine, vno modo capi
præcisè; vt tantùm valeat prædicari nomine, quod non prædicatur ratione: & sic
prædicari nomine, & prædicari ratione, distinguuntur ex opposito. alio modo ca-
piatur permissiuè: quia scilicet, quæ prædicantur nomine, & ratione; prædicantur

Instantiæ cõtra solutiones

Diuisiones duæ.

& nomine. Primo modo conceditur: secundo autem modo negatur: & non sequitur consequentia. & ratio, est, quia dici de, capitur æquiuocè, & non eodem modo: cùm enim dicitur de, capitur ratio superioris de suo inferiori: cùm verò dicitur esse in, capitur ratio accidentis in subiecto. Contrà, subiectum est priùs prædicato. sed inferius non est primo superiori: ergo non rectè dicitur, quòd dici de, significet naturam superioris de suo inferiori. Dico, subiectum accidentis naturaliter præcedere id, cuius est subiectum: non autem subiectum alicuius superioris; sicut homo non præcedit animal. Amplius, arguo, quòd idem non prædicetur de aliquo essentialiter,

4. & accidentaliter: quia est prædicatio opposita. sed si accidens vniuersale, vt color, est in subiecto, & dicitur de subiecto; opposita prædicatio dicetur essentialiter, quia dicitur de subiecto: dici enim de subiecto, est superius dici de suo inferiori; esse autem in subiecto, est prædicari accidentaliter: igitur accidens vniuersale, non est in subiecto, & dicitur de subiecto. Respondeo: idem de diuersis dici essentialiter, & accidentaliter; vt coloratum prædicatur de homine accidentaliter, vt homo est coloratus: de albo essentialiter, vt album est coloratum. Adhuc, hoc est album, est in

5. subiecto, quia est accidens: & dicitur de subiecto, vt Socrates est hoc album, quod est contra secundum membrum. Dico, prædicari de subiecto, prædicatione indirecta, & inordinata. Contrà, quicquid est in subiecto, potest prædicari de subiecto. sed hoc album, vel nigrum, est in subiecto: ergo prædicatur de subiecto. dico, posse quidem prædicari de subiecto accidentaliter, non autem essentialiter. Contrà, nullus processus artificialis debet esse æquiuocus. sed huiusmodi processus est æquiuocus; quia subiectum æquiuocè accipitur, esse in subiecto, & dici de subiecto, vt dictum est: ergo quod prius. Dico, quòd licet specialis subiecti ratio sit alia, & alia: vniuersalis verò, siue generalis est eadem; subiectum enim dicitur, quasi subtus iactum, & hoc

6. sufficit, vt dicit Albert. Adde, singularia, puta primæ substantiæ, vt Socrates & Plato, dicuntur de subiecto, dicendo Socrates est Socrates, Plato est Plato; & tamen non habent inferiora sub se: ergo mala diuisio. Respondeo, quòd illa benè prædicantur de seipsis, sed non tanquam de per se inferiori: ideo propriè non dicitur de inferiori. Contrà, anima de subiecto dicitur, puta de hac anima, & est in subiecto: quia est in materia, quum sit actus corporis organici; & tamen anima est substantia, &

Esse in subiecto & in materia.

non est accidens. Dico, animam quidem esse in materia, non autem in subiecto: quod enim est in subiecto, est in substantia composita: quod verò est in materia, est sicut forma in re informi. Adhæc, quod est in subiecto, accipit esse à subiecto: quod autem est in materia, non accipit esse à materia; sed dat esse materiæ. Contrà, aliquis homo est substantia particularis; & tamen dicitur de subiecto, scilicet, de suo inferiori, vt Socrates est aliquis homo, ibi aliquis homo, est superius ad Socratem: non rectè ergo dicitur, quòd substantia particularis, non sit in subiecto, neque dicatur de subiecto. Respondeo, quòd aliquis homo prædicetur de Sorte; non dicitur quasi de aliquo inferiori, considerando ipsum ex parte signi contrahentis naturam; hoc enim modo, Socrates est aliquis homo: idem prædicatur de seipso, & non aliquod superius, de suo inferiori. si autem accipiatur aliquis homo, ratione prædicationis speciei, & Socrates ex parte naturæ contractæ; sic prædicatur de Socrate, vt de inferiori, non autem prædicatione indiuidui. Denique, omne, quod est in subiecto, vel est in essentia, vel in esse eius. sed accidens vniuersale, non est in essentia, cùm non sit de essentia subiecti: neque in esse subiecti, quia illi aliena natura non permiscetur: igitur accidens vniuersale, non est in subiecto. Adde, quòd omnis forma communicabilis, dicitur de subiecto, id est, de inferiori. sed accidentia particularia, sunt formæ particulares & sunt cõmunicabiles, quia forma, vt forma est communicabilis: ergo accidentia particularia, dicuntur de subiecto. Respondeo,

accidens

Duæ regulæ.

accidens vniuersale non esse de essentia subiecti, tanquã principium illius essentiæ; ex consequenti tamẽ, vt est in toto subiecto, & sub esse totius, dicitur esse in essentia sui subiecti: per se ergo primò inhæret toti composito, non essentiæ, siue esse, & hac ratione esse in subiecto. Ad confirmationem dico, quòd verũ sit de forma secundùm se accepta; non autem de ea forma, quæ contracta est in aliqua materia: quamobcausam, hæc grammatica, non est communicabilis, neque dicitur de aliquo subiecto.

CAP: XX.

De duabus regulis.

Quando alterum de altero tanquam de subiecto dicitur, quicquid de prædicato dicitur, id omne &c. Text: Arist.

Postquàm Aristoteles locutus est de diuisionibus; nunc ponit regulas, quibus cognoscuntur, quæ ponenda sunt in prædicamento. Est autem prima regula: Quando alterum de altero prædicatur, vt de subiecto, quæcunque de eo, quod prædicatur, dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur. (Prima regula) *Sensus est: Quando sunt duo, quorum vnum prædicatur de alio, vt de suo inferiori per se, & vniucè, quicquid prædicatur essentialiter de prædicato, prædicatur etiam de subiecto; modò sit prædicatio essentialis & directa: quia nulla prædicatio indirecta, est essentialis: dici enim de subiecto, hic accipitur, prædicari essentialiter de suo inferiori. Per hanc regulam, cognoscuntur illa, quæ sunt superiora, & quomodo superius superiori, sit etiam superius inferiori; vt quoniam animal superius homine, & corpus animatum superius est animali; erit etiam superius homine: vt si ista sit vera, animal est corpus, & ista, homo est animal; ita etiã vera est ista, homo est corpus animatum. Secunda regula. Diuersorum generum, & non subalternatim positorum, diuersæ sunt species & differentiæ.* (Secunda regula.) *Cuius ratio, quia differentiæ exeunt de potestate generis: ergo ad diuersitatem generum, sequitur diuersitas differentiarum & specierum. Aliqua autem subalternatim posita, intelliguntur duobus modis: vno modo, quòd vnum continetur sub alio, vt animal sub corpore: alio modo, quòd illa duo continentur sub vno tertio, vt planta, & animal sub corpore. Hæc autem regula intelligitur de generibus non subalternatim positis vtroq; modo: ita, quòd neq; ambo contineantur sub tertio: neq; vnum sub altero; vt animal, & scientia, quorum differentiæ & species sunt omninò diuersæ: nam animal & planta, quæ ponuntur sub corpore animato, habent differentias corporeum, & animatum. Valet hæc regula ad cognoscendum, quòd decem prædicamenta sint impermixta, & diuersa genera. Et vniuersaliter valet ad cognoscendum, quæcunque sunt diuersa genera, & non subalternata: nam quorum sunt diuersæ species & differentiæ; illa sunt diuersa genera. valet ad cognoscendum, quòd nulla species, neq; differentia potest poni in diuersis prædicamentis vniucè: & quòd etiam genus, & species, & differentiæ, ad idem prædicamentum reducantur. Posset aliquis contra prædicta sic arguere:* (Argumenta.) *Si prima regula esset vera; tunc valeret ista: homo est albus, album est coloratum:* (1.) *ergo homo est coloratus. & tunc vltra, sicut coloratum est superius essentialiter ad album; sic esset superius essentialiter ad hominem, quod est falsum: quia coloratum, nõ est de essentia hominis. Respondeo, prima regula valet his conditionibus obseruatis,* (Solutio.) *vt prædicatio sit vniuoca, essentialis, ordinata. sed coloratũ non prædicatur vniuocè de homine & de albo: ideo nihil concluditur. Prædicatio inordinata est, vt homo est animal, animal est leo: ergo homo est leo; leo enim inordinatè prædicatur de animali: quia*

Duæ regulæ. ordinata prædicatione genus prædicatur de specie, & non è contra. Deinde, stante
2. veritate primæ regulæ, sequetur hoc absurdum. Socrates est simus: simus est nasus curuatus in medio: ergo Socrates est nasus curuatus in medio. Maior est affirmatiua: & minor æquiualenter est vniuersalis; quia prædicatur definitio de definito. Similiter, vas est locus: locus est superficies concaua corporis cõtinentis: igitur vas est superficies concaua. Respondeo, prædicatio non est æqualis: nam Socrates est simus: ibi simus

Solutio. respicit subiectum remotum, Socratem, qui dicitur simus gratia partis: in minore verò concernit subiectum propinquum nasum: non ergo est æquè ampla prædicatio. Similiter dici potest ad confirmationem: quia in maiori locus accipitur concretiuè, quatenus concernit corpus continens: in minore verò abstractiuè. Item accipiam termi-

3. nos concretiuè hoc modo in Disamis: Quidam homo est generandus: omnis homo generandus est non viuus: ergo quidam homo est non viuus. Item, homo est corpus: corpus est quantitas: ergo homo est quantitas. Respondeo, non seruari debitam ampliati-

Solutio. onem; quia arguitur ab amplo, ad non amplum; nam in maiori, homo tenetur amplè pro præsentibus, & futuris; in conclusione verò, stat pro præsentibus. Ad confirmationẽ, est fallacia æquiuocationis: corpus enim accipitur, vt est in prædicamẽto substantiæ, cùm dicitur, homo est corpus: in prædicamento autem quantitatis, corpus est quantitas. Cum ergo sit prædicatio æquiuoca, & non essentialis, & directa: regula non seruatur. Contra secundam regulam sic arguo: Substantia & quantitas sunt diuersa

4. genera, & tamen habent easdem species & differentias: corpus enim est species subalterna substantiæ, & species quantitatis continuæ. Dico esse fallaciam æquiuocationis:

Solutio. corpus enim vno modo accipitur, vt est substantia apta nata dimensionari, tribus dimensionibus; & sic est in genere substantiæ: alio modo pro trina dimensione, longitudine, latitudine, & profunditate; & sic est in prædicamento quantitatis. Contrà, ad aliquid, siue prædicamentum relationis, & prædicamentum qualitatis, sunt diuersa prædicamenta, non subalternatim posita, & tamen habent easdem species & differentias: quia scientia est in prædicamento relationis: refertur enim ad scibile, & est in prædicamento qualitatis: quia est habitus intellectualis; habitus autem est qualitas. Pari facilitate soluitur: scientia enim in se est habitus, & est in prædicamento qualitatis: quatenus verò refertur ad scibile, dicitur esse in prædicamento relationis. Simili quoque facilitate possunt solui aliæ obiectiones, in quibus committitur fallacia æquiuocationis; vt quadrum est figura, & etiam est numerus quadrus. vnde non sequitur, figura est quadrata, quadratum est numerus: ergo figura est numerus. nam primo modo accipitur propriè; quia est differentia figuræ: secundo

Quare diuersarum generũ diuersæ sint species. transsumptiuè. Sed aliquis nõ temerè dubitabit, quare diuersorum generum diuersæ sint species? Quia sicut essentiæ prædicamentorum sunt impermixtæ; ita & genera diuersa sunt impermixta: & per consequens, necesse est species impermixtas esse: species enim sub generibus continentur, & differentiæ in genere, tanquam in principio inchoationis. Quare, si fuerint diuersa genera; erunt quoque diuersæ differentiæ, & species, per differentias constitutæ. Contrà, diuersa constituenda, possunt concurrere ad vnum constitutum, sicut sol & homo, ad constitutionem hominis. Respondeo, verum esse de causis extrinsecis subordinatis, vt dictum est de sole & homine; non autem de causis intrinsecis: nam isto modo differentia est principium speciei. Ex his ergo, quæ longo sunt repetita principio, patet, in quo prædicamento anima sit reponenda. Sed tempus est redeundi ad textum sapientissimi Mercurij.

TEXTVS

Anima imago Dei

TEXTVS MERCVRII.

Anima est diuinæ similitudinis forma. Mundanũ dicimus, ex quo factum est corpus, quo circumtegitur illud, quod in homine diuinum esse, iam diximus: in quo mentis diuinitas recta sola cum cognatis suis, id est, mentis puræ sensibus, secum ipsa conquiescat, tanquam muro corporis septa.

Commentum VIII.

CAP: I.

Voniam animus hominis est rationis capax, & particeps iudicij, quo nihil in hisce rebus mortalibus, ab optimo & sapientissimo genitore, melius est procreatum; hinc est, quòd non temerè à Mercurio, diuinæ similitudinis forma nominatur. Sanè, animi lineamenta pulchriora sunt, quàm corporis: ideoque rectè solus liber, nec dominationi cuiusq; parens, neque obediens cupiditati: rectè inuictus, cælestis, & immortalis, ex mente diuina decerptus: Deus enim virtute nobiliorem genuit animum, eumque vt dominum atque imperantem obedienti præfecit corpori, in quo patris sui gestat imaginem, cuius nutui obediunt omnia. In primo Pymandri, clariùs ac lucidiùs hanc diuinam exprimit imaginem: At pater omnium intellectus, *inquit,* vita & fulgor existens, hominem sibi similem procreauit; atque ei tanquam filio congratulatus est: pulcher enim erat, patrisq; sui ferabat imaginem. *Ex quo patet, hanc imaginem fulgoris esse, & vitæ. si enim Deus est fulgor & vita, & hominem sibi similem procreauit; homo quoque est fulgor & vita: sed opaco & caduco corpori hæc tribui non possunt: animæ ergo hominis concedenda sunt, qui est verus homo. Anima patris sui gestat imaginem, ex fulgore & vita compositam, id est, ex intellectu & voluntate: intellectus enim, est fulgor & lumen animæ: voluntas verò, est vita, quæ semper vult, mouetur, & agit: velle namq; est actus voluntatis: actus verò est vita: igitur velle est vita. Rectè ergo dixit Mercurius, animã esse diuinæ similitudinis formam. Hebræi, nempè Rabi Moyses, Zelem, dicit, significare imaginem substantialem, quam philosophi, Idos siue Ideam vocant; non illam, quæ lineamentis, atque coloribus, quæ thoras, id est, corporis qualitas vocatur. Propterea, ad imaginem Dei factus est homo, quòd ratione & intelligentia sit homo; quam opinionem refert Plutarchus, etiam Homeri fuisse. Idem postea sensit & Socrates, quem Cicero secutus, pronunciauit corpus esse quasi animi receptaculum. Sic & noster Mercurius in textu, vocat corpus, amictum, & murum animæ:* Mundanum, *inquit,* dicimus, ex quo factum est corpus: *id est, corpus hominis, ex elementis huius mundi formatum,* quo circumtegitur illud, quod in homine est diuinum, *anima scilicet. Corpus autem à Mercurio vocatur animæ amictus, tum, quia instar vestis, animus sub eius velamine latet: tum, quia diuersæ sunt naturæ, sicut corpus & indumentum natura distinguuntur; tametsi vnus homo, non sicut ex carne & amictu, sed verè substantialis fiat. Denique, quia in morte animus exuit se huiusmodi vestem, eandemmet nouam resumpturus: Et omnia sicut vestimentum veterascent, ait Dauid de veteri indumento: De nouo autem Iob sic proloquitur: Et*

Animæ dignitas.

Imago Dei.

Conflat ex fulgore & vita.

Zelem apud Hebræos.

Amictus animæ corpus.

Anima imago Dei rursus circumdabor pelle mea. Rectè ergo à Magno Mercurio, corpus vocatur animi indumentum. Idem, & murus: Tanquam muro corporis septa, *ait*. Murus,
Murus animæ corpus. inquam, quia animam munit; siue animæ munitio, & propugnaculũ. de sensibus autem mentis postea dicemus. Sic etiam Epictetus Stoicus, & Simplicius: Mens, inquiunt, quæ in nobis est, propriè homo est. Cùm igitur homo, id est, ratio, & intellectus humanus, ad imaginem intellectus diuini factus traditur; ineptè profectò Manichæi intelligebant, id de corporea imagine dici. Vnde Psellus in Chaldaicis oraculis, aut sententiis, de hac re etiam scribit fuisse & Chaldæorum eam opinionem: Quemadmodum, inquit, liber Moysis, ad imaginem Dei fingit hominem; sic & Chaldaica hæc sententia pronunciat, mundi huius opificem & patrem, suæ ipsius naturæ quædam symbola animis humanis inseruisse. Proclus, & Plotinus ait: Mens quæ in nobis est, est imago primæ mentis. Alibi quoque scripsit, nostrum animum, diuinum esse simulachrum. Plotinus Ænnead: 5. lib: 8. cap: 3. Ratio in anima existens, est imago primæ rationis. Ipse verò author intellectus est, qui & semper est intellectus: nec intellectus aliquando, quoniam ipsi non aliunde aduenit intellectus. Quomodo ergo imaginem ipsius intellectus accipiemus? Imago igitur intellectus, est
Imago intellectus. ab intellectu quærenda. Quasi expressè dicat Plotinus, nostrum intellectum primi & diuini intellectus imaginem esse. D. Aug. li: 24. contra Faustum Manichæum, ca: 2. Paulus, inquit, Apostolus, interiorem hominem per spiritum mentis, exteriorem verò in corpore, non duos homines, sed vnum intellexit: & id quod interius est, ad imaginem suam fecit; non solùm incorporeum, verùmetiam rationale, quod pecoribus non inest. Hunc vnum hominem ad imaginem suam fecit; non secundùm id, quod habet corpus, corporalem vitam; sed secundùm id, quod habet rationalem mentem, qua cognoscat Deum, & omnibus irrationabilibus eadem rationis excellentia præponatur. Qui renouatur, inquit Paulus, renouatur in agnitione Dei, secundùm imagi-
Coloss. 3. nem eius, qui creauit eum. Verùm, quia rerum creatio filio Dei tribuitur: Quia per
1. Cor: 2. ipsum facta sunt omnia: & per modum imaginis gignitur à patre; sæpè in scriptu-
2. Cor: 4. ris sanctis, filius vocatur imago Dei; vt non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi. &: Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Item, Con-
Colos: 1. formes fieri imaginis filij sui. August: lib: 1. de Incarnat: cap: 11. Imago interdum
Filius imago patris. dicitur ea, quæ in materia aliqua, id est, ligni, vel lapidis depingi, vel sculpi solet. Interdum, imago dicitur eius, qui genuit, is, qui natus est; quum in illo similitudinem
Rom: 8. lineamenta eius, qui genuit, in eo qui natus est, mentiuntur. Secundæ comparationi imago filij Dei persimilis est: Character substantiæ patris, verbũ, & substantia eiusdẽ.
83. Quæst: Et alibi idẽ ait: Imago, & æqualitas, & similitudo, distinguenda sunt: quia vbi ima-
In: 74. go, continuò similitudo; non continuò æqualitas: vbi æqualitas, continuò similitudo;
Æqualitas. Similitudo. non continuò imago: vbi similitudo continuò, non continuò æqualitas; vt in speculo est imago hominis, quia de illo expressa est. est etiam necessaria similitudo, non tamen æqualitas: quia multa desunt imagini, quæ tamen insunt illi rei, de qua expressa est. vbi æqualitas, continuò similitudo; non continuò imago, velut in duobus ouis paribus, quia inest æqualitas, inest & similitudo. Quæcunque asunt vni, asunt & alteri; imago tamen non est, quia neutrum de altero expressum: vbi similitudo; non continuò imago, non continuò æqualitas: omne quippè ouum, in quantum ouum est, simile est. sed ouum perdicis, quamuis in quantum ouum est, simile est ouo gallinæ; imago tamen eius non est, quia de illo expressum non est: nec æquale, quia breuis est, & alterius generis animantium. Cùm ergo filius Dei expressam in se habeat substan-
Intellectus imago Dei. tialiter totam naturam patris, rectè dicitur imago patris. Intellectus verò humanus, quia expressus est ad imaginem Dei, benè à Mercurio vocatur diuinæ similitudinis forma. Verùm, quia non est ipse substantia Dei tota, nec eiusdem pars quidem; propterea

Anima imago Dei

pterea dicitur, ad imaginem Dei. Quamobrem, magnus ille Moyses, nulli creatæ rei, formam animæ rationalis dixit esse similem; sed diuini & inuisibilis Dei illius imaginem: Faciamus, inquit, hominem ad imaginem nostram. Et inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. in faciem, vel in nares; vtrumque enim nomen hebraicum significat. sed in nares, fortasse magis consentaneum est, quòd in his respiratio sit posita, & inde halitus hauriatur, & eò diuina penetrârit afflatio: atque ideò Symmachus & Aquila, verterunt nares. Philo, vt dixi in prologo huius libri, dixit hominem factum esse ad imaginem verbi, id est, ad similitudinem eius, qui esset imago patris: patrem esse in altissima sede, & caligine diuinitatis existentem dicebat: filium esse imaginem, & characterem paternæ substantiæ, quem alterum Deum esse dicit: non quidem, quòd duo essent natura distincti; sed quòd veterum illorum ea esset consuetudo loquendi, nondum propter hæreses, distinctionibus verbis repertis: nam aliâs prædicat patrem cum filio vnum Deum. Hoc Græci filium Dei vocant hominis prototypon, siue exemplum. Lætetur igitur homo, quòd tantus sit factus, quantus fieri potuisset. Latitat ergo sub hisce Mosaicis verbis, sublime reconditumq; mysterium diuinitatis. Basilius Mag. hom: 10 opificij: Imago Dei in nobis, est ille homo internus, qui tectorio corporis istius conuelatus delitescit, ille interclusus, & arcanus homo muro corporis septus. Corpus organum est illius hominis, deniq; organum animæ: Faciamus ergo hominem ad imaginem, hoc est, homini impartiamur, ac prærogemus affluentem rationis copiam: ratio ergo in nobis, est diuinæ similitudinis forma. Ambro: Hexameron: lib: 6. cap: 7. & 8. Anima nostra est ad imaginem Dei, in hac totus es homo: quia sine hac nihil es, sed terra & cinis. Hæc anima est libera, quæ diffusis cogitationibus & consiliis, considerando spectat omnia. Ea est ad imaginem Dei, quæ non corporeo æstimatur, sed mentis vigore: quæ absentes videt: transmarina visu nouit, percurrit aspectu: scrutatur abdita: Deo iungitur: Christo adhæret: descendit in infernum, atque ascendit: libera versatur in cælo. Pictus es ergo ô homo, & pictus es à domino Deo tuo: bonum habes artificem atque pictorem: noli bonam delere picturam, non fuco, sed veritatem fulgentem, non cera expressam, sed gratia. Hæc Ambr. Cyrillus lib. 5. de Trin. in duobus sitam esse dicit in nobis Dei imaginem: in charactere nobis primitus impresso; & in morũ conformitate, vitæque societate cum Christo: Tanquam, inquit, habentes in nobis filium inhabitantem, & characterem diuinum in nobis possidentes. Conformes per illum efficimur Dei: species autem super omnes, & summa, quæ est filius, signatur per spiritum sanctum in animabus nostris. Dionys. 9. de diuinis nominibus, dicit eadem cum Cyrillo, quòd scilicet vera similitudo in his consistat; vt creatura ad suum conuertatur creatorem: Est, inquit, diuinæ similitudinis virtus, per quam quæ producuntur omnia, ad authorem conuertuntur. hæc denique Deo simillima sunt, & ad diuinam imaginem ac similitudinem; non autem illis similis dicendus est Deus: quia neque homo est imagini suæ similis. Et est sensus, quòd hæc imago in homine sit per participationem, non per æqualitatem substantiæ; hoc enim indicant verba, quæ sequuntur: In iis, inquit, quæ sunt æqualia, possunt & ipsa inuicem sibi esse similia. Hac de causa Theologia Deum dissimilem prædicat, & extra ordinem omnium nihilq; illi simile. Et certè non aduersatur propositæ similitudini: nam eadem duo & similia sunt, & dissimilia: illud quidem, quia pro viribus ei participat, qui non potest participari: hoc autem, quia causalia authore suo multùm inferiora sunt, & infinitis, & non comparandis mensuris, ab eo longè absunt. Hæc Dionys. Gregorius Nissenus, in animi expiatione, eam imaginem positam esse asserebat: Hæc, inquit, est puritas, beatitudo, carere affectibus. Cui consentit Empedocles, & Plato; homines probos esse Dei simillimos, & post vitam fieri deos, dicentes. Porrò, sancto Cyrillo,

Spiraculum vitæ.

Philo de mũdo lib: 4.

Basilius.

Ambros.

Cyrillus.

Dion. Areop.

Simile & dissimile in Deo quid.

Nissenus.

Empedocles.

Plato.

rillo, idem visum est, esse ad imaginem & similitudinem. Cæteris autem aliud, vt a imaginem significet ipsam intelligendi vim, & ipsius intellectus libertatem, & imperium: at similitudinem referri ad virtutes, quantum natura datur ad eas homini attingere: sunt enim hæ diuinæ naturæ similitudines. D. Hiero. in cap. 1. Ezech. Imago & similitudo Dei in homine, non est in corporis forma, sed mentis: Descripta, inquit, ad similitudinem veræ imaginis Christi, qui est imago Dei inuisibilis. Sunt scripturarum testimonia, palàm hæc omnia protestantia: Faciamus hominem, inquit, ad imaginem nostram. Et post ducentos triginta annos, Adam genuit Set, iuxta imaginem eius. Et post annos bis mille, ducentos, sexaginta duos, vindicans Deus imaginem suam, ait: Ad imaginem Dei feci hominem. Et post vigintiquatuor generationes, id est, bis mille, centum, decem & septem annos, Dauid 38. Psalmo dicit: In imagine sua perambulat omnis homo. Et Salomon dicit in Sapientia: Creauit Deus incorruptum hominem, & imaginem suæ proprietatis dedit ei. Itaq; credimus sanctis scripturis, & scimus, quòd in cunctis hominibus imago Dei permaneat, in qua parte homo ad imaginem Dei conditus est. Hæc Hieron. Chrysos: hom: 8. cap: 1. Genes: & hom: 2. in epist. ad Hebræos, & ad populum Antioch: vocat imaginem regiam menti humanæ impressam, & similitudinem dominandi. Itaque faciamus hominem ad imaginem nostram, qui trinæ operationis nostræ in semetipso habeat euidentiam: faciamus hominem viuentem, rationalem, Deo similem. Imago rationalitatem, similitudo tum animi tum corporis rectitudinem ostendit; vt sit rectus corpore & affectu: quia rectum fecit Deus hominem, vt iustitiam sectaretur. rationalitate carere non potuit; sed rectitudinem peccando amisit. non dixit Deus: Fiat homo ad imaginem nostram: quia non repentè, sed operosè agendum erat; vt consummatus homo, staret ad creatoris sui imaginem & similitudinem. Quòd ergo animus hominis sit conditus ad imaginem Dei, & vt dicit Mercurius, diuinæ sit similitudinis forma; tam doctißimorum virorum auxilio fretus, quàm sanctorum Doctorum testimonijs fulcitus, breuiter dixi. Reliquum ergo est, vt hæc penitius, atque subtilius secundùm Theologos expendantur.

Hieron.

Scripturæ.

Chrysost.

Imago. Similitudo.

CAP: II.

Anima imago Dei, secundùm Theologos.

Nimus hominis, non temerè imago Dei, siue diuinæ similitudinis forma nuncupatur: eò enim creatura aliqua, cæteris nobilitatis præstat magnitudine, quò efficaciùs atq; eminentiùs diuinam exprimit imaginem. Cùm verò angelus & homo, hoc munus diuinæ similitudinis exprimendæ, feliciùs ac copiosiùs reliquis omnibus creaturis obtineant; iure diuini vultus simulachra, atq; Dei filij nominantur: Signatum est super nos lumen vultus tui, dicit Dauid. Et Iob, Cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Creatura autem irrationalis, Dei imago nequaquam dicitur; sed vestigium: sicut disputaui circa principium 2. libri Pymandri, vbi de imagine Trinitatis & animæ potentijs nonnulla dicta sunt. Filius autem Dei, vt dictum est, est imago Dei inuisibilis, idenditate naturæ; homo autem proportionis similitudine, ac participationis societate. Vnde August. in lib. de decem chordis, huiusmodi vtitur exemplo: Sicut, inquit, imago imperatoris, aliter est in numo, aliter autem in filio: in filio quippe impreßa est secundùm conuenientiam naturæ; in numo autem, secundùm exteriorem effigiem; sic & in Filio Dei est imago, quia eadem est in vtroq; natura. in numo, id est, in homine, est proportionis, non æqualitatis imago: in filio præterea homini,

Psal. 4.

Vestigium.

August.

et

Anima imago Dei

est imago patris, & ex hoc est pater eius: in speculo autem imago, non est hoc, quod ipse homo, & ex hoc non est pater eius. Itaque in filio regis, est imago secundùm æqualitatem substantiæ; in speculo autem longè abest à substantia. Quamobrem, filius est imago patris, & nunquam ad imaginem, ob naturæ expressæ identitatem, quã filius substantialiter habet: homo verò imago Dei dicitur, propter identitatem similitudinis: ad imaginem autem, propter eiusdem similitudinis imperfectionem. Imago attenditur in naturalibus: similitudo autem in gratuitis. Naturalia sunt tres animæ potentiæ, memoria, intellectus, & voluntas, quibus anima capax sui efficitur creatoris: ipsis enim Deum meminit, intelligit, & amat; sicq; supra seipsam conuertitur, atq; suo creatori conformis redditur: eo enim ipso, mens est imago Dei, quo potest capax & particeps esse Dei. Sed Deus ab anima capi non potest, nisi timeatur: neq; potest amari, nisi intelligatur: nec potest intelligi, nisi præsens habeatur: primum quidem voluntate perficitur, secundum intelligentia, tertium verò memoria: retentio namq; speciei in memoria, ad intelligendum, intelligentia ad amandum disponit; quatenus id, quod amatur, bonum esse iudicatur: in his ergo potentijs, ad vnitatem essentiæ relatis, Dei imago in homine est obseruanda; in quibus sanè & distinctio, & ordo, & habitudo, & origo, clarè, lucideq; conspicitur: intelligentia siquidem, instar prolis, ex memoria nascitur: tunc enim intelligimus, cùm eorum, quæ in memoria habentur, in acie intellectus, similitudo resplendet; quæ aliud est nihil, quàm verbum mentis. ex memoria autem & intelligentia, spiratur amor nexus amborum: itaque, anima potentialiter est ad imaginem Dei; quia potest meminisse, intelligere, & amare Deum: actualiter verò, quando meminit, intelligit, & actu diligit Deum. Videt ergo anima Deum directè, in se ipsa: indirectè verò in speculo creaturæ; siquidem dum seipsam considerat, per se, tanquam per speculum, ad diuinarum assurgit cognitionem personarum, patris, verbi, & amoris: propterea, & actus habet sese circumincedentes, meminisse, intelligere, & velle. Sanè, quod meminit, intelligit & vult: & quod intelligit, meminit & vult: & quod vult, meminit, & intelligit. Memoria est vnitatis, & primi principij specimen: vnitatis verò authoritas, & primi principij dignitas, patri tribuitur: propterea rectè hominis memoria, patris præ se fert imaginem. nam quemadmodum memoria principium est intelligentiæ, in cognoscendo, & voluntatis in amando, principium sine principio intellectuali; ita pater in diuinis est principium sine principio, à quo fluit omne posse, & omne esse. Intellectus autem veritatis & claritatis simulachrum prætendit: nam proprium intellectus obiectum est veritas; ideoq; aptissimè filij Dei similitudinem prætendit: filius enim in diuinis est veritas, & claritas: nam veritas promissionum antiquarũ, & vitæ præsentis & futuræ, per Iesum Christum facta est. ab hac prima veritate, procedit omnis veritas: deniq; ipse illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Porrò, voluntas est bonitatis, & charitatis, siue amoris domicilium: voluntas enim non fertur, nisi in bonum, aut verum, aut apparens: amor verò est voluntatis pabulum, & nutrimentum. Quare, congruentissima ratione, Spiritui Sancto attribuitur, qui est amor & bonitas: à quo profectò amore, amor iusticiæ & bonitatis emanat in vniuersam prorsus creaturam. Non abs re ergo, anima rationalis est imago Dei, cùm suarum virtute potentiarum, ordine, distinctione, atq; origine viuacissimè, atq; efficacissimè exprimet illius sacrosanctæ indiuiduæ Trinitatis secretum, sanctumq; mysterium. Cæterùm, August. in lib. de spiritu & anima, hanc ponit inter imaginem & similitudinem differentiam: Spiritus, inquit, dicitur factus ad imaginem, & similitudinem Dei, in quo cognitio veritatis est, & amor virtutis: imago siquidem in cognitione est; similitudo autem in dilectione: siquidem imago sita est in potentia cognoscendi, & est in cognitiua; similitudo autem in potentia diligendi, & est in affectiua. Memoria &

In quibus cõsistit imago.

August: de Trin. 14.

Ordo potentiarum.

Verbum mentis.

Visio animæ directè.

Memoria.

Intellectus.

Voluntas.

Imago in cognitione.

Similitudo in dilectione.

Anima imago Dei

ria & intelligentia cognitiuam obseruant & tuentur; voluntas verò affectiuam: & is quidem potentiarum ordo in imagine situs est creationis, non recreationis, siue iustificationis; in quo planè duæ virtutes, nempe, spes, & charitas, affectiuam custodiunt: quia nimirum irascibile & concupiscibile temperant, & moderantur. vna verò, fides scilicet cognitiuam, quia respicit rationale; quamuis spes reformatrix irascibilis, memoriā consequenter reformet; sunt enim ambæ tenacitatis cupidæ. Ponitur quoque à Theologis triplex imago, creationis, recreationis, glorificationis. Et de prima quidem dictum est, quòd sit vnitas essentiæ, cum trium potentiarum distinctione, & ordine: de secunda verò dicunt, in spe, fide, & charitate positam esse, cum vnitate gratiæ gratum facientis: tertiam autem consistere aiunt in tribus dotibus gloriosis, nempe in secura tentione, in aperta visione, & in perfecta fruitione.

Triplex imago.

Porrò, prima imago est creaturæ à Deo per creationem exeuntis: secunda est eiusdem per iustificationem ad Deum redeuntis: tertia est Deo per glorificationem fruentis. Insuper, quædam imago dicitur abolita, veluti apparet in mente captis: quædam deformata seu obliterata, vtpotè in peccatoribus: quædam clara & lucida, nēpe in iustis, & virtute præditis: quædam perfecta, veluti in angelis, & beatis spiritibus; imago siquidem intellectualem consequitur naturam. Quare, vbi perfectius inuenitur; ibi magis splendet diuinæ similitudinis radius. sed in angelo subtilior, dignior, atque perfectior, quàm in homine, intellectualis inuenitur; natura, puta, quia sunt astra matutina, lucida specula, mentesque purissimæ: homo autem astrum vespertinum, speculum ænigmaticum, mens peccatorum concretione labefactata: magis ergo in angelo, quàm in homine nitet diuinæ imaginis specimen, & pulchritudo. Tu signaculum similitudinis, inquit Ezechiel 28. in quo subtilior natura ostenditur. Verùm, si quasdam in homine peculiares spectes conditiones; angelo videbitur in hoc præferendus, vtpotè, qui perfectius diuinæ imaginis præ se fert rationem: ex patre enim filius gignitur, & homo ex homine; non autem angelus ex angelo: Deus prætere a in toto vniuerso dominatur; & homo præfectus omnium inferiorum est institutus, quia omnia subiecisti sub pedibus eius: Deus est simpliciter omnium finis; & homo quodammodo est omnium finis: Deus est totus in qualibet parte vniuersi; & homo, id est, anima, quæ est verus homo, est in qualibet parte corporis. Magna igitur animæ rationalis dignitas: imprimis, quia facta est ad imaginem beatissimæ Trinitatis, vt memoria Deum recoleret, intellectu cognosceret, voluntate diligeret: deinde à summo artifice & mundi parente, condita est immortalis substantia, incorruptibilis, duratione interminabilis, vita perpetua; imago enim æternitatis non esset, si durationis aut mortis termino claudi posset: tertiò, tanta pollet simplicitatis & innocentiæ virtute; vt nulli fas sit secreta illius ingredi cubiculi, nisi soli architecto, & omnium opifici Deo: postremò, ad Deum appetendum creata est, ita quòd quicquid infrà Deum appetit, minus illi est, & iure ei non sufficit, quicquid Deus non est. Rectè ergo dictum est ab illo sapiente, quòd omnis nostra vis in animo & corpore sita est, atque alterum nobis cum diis, alterū verò cum beluis nobis commune esse. vnde rectiùs est, ingenij, quàm virium opibus gloriam quærere: munus enim animi, humanique ingenij, est vti ratione; qua nihil est, non dicam in homine, sed in omni cælo atque terra diuiniùs. Hac præstat homo cæteris animantibus, & cum diis cognationem habet: hæc summa animi dignitas, quæ domina est omnium & regina, quæ ritè nominatur sapientia: hanc alta capitis fundauit in arce, mandatricem operum, prospecturamque labori. O felix imago, diuinum simulacrum, Deifica similitudo! O ter quaterque beatus animus: sigillum summi regis: vexillifer sanctæ Trinitatis: figura non fuco, sed veritate depicta, in quæ licet sacrosanctæ Trinitatis incomprehensibilem imaginem conspicere! O felix, inquam, anima, quam Dei pietas respicit: humilitas subijcit: potentia

Quadruplex imago.

Imago in angelis.

Quomodo in homine sit maior ratio imaginis.

Animæ dignitas.

Salust.

Cic. 3. Tuscu.

Claud. 4. hō. Conf.

Laus animæ.

Anima imago Dei

tentia reducit: obedientia conducit: perseuerantia perducit: deuotio introducit: charitas vnit. Hæc pro sole intellectum habet: pro luna voluntatem: pro astro virtutes. Hæc est insignita Dei imagine: decorata similitudine: desponsata in fide: dotata in spiritu: redempta sanguine: depurata cum angelis: capax beatitudinis: hæres bonitatis: denique rationis particeps. Hæc est anima, dum viuificat corpus: dum vult animus: dum scit mens: dum recolit memoria: dum rectum iudicat ratio: dum spirat spiritus: dum aliquid sentit sensus. Qui ergo miraris, ô homo, syderum altitudines: maris profunditatem: terræ longitudines: animantium varietates: plantarũ viuacitates: lapidũ virtutes: hominũ ingenia; animi tui abyssum intra, & ibi multa mirare si potes. Hæc est illa musices magistra, quæ in hoc corpore, tanquã in fidibus musicis, cum summis, vt ita dicam, digitis, velut neruorum sonos, ita pulsat carnis passiones; vt consonum reddat morum, atque virtutũ consentientem concentũ. Anima enim, vt dicit Plato in Timeo, est media rerum, & ex omnibus quodammodo componitur, atque omnibus similis fit, & concorditer cuncta deuincit: propterea concordiæ musicæ comparatur: musica enim, fit in elemento medio per motũ orbicularem, ad aures perueniens; ex quo animæ conuenit, quæ media rerum est, ac in circuitum reuoluitur. Hæc est oculus hominis: quod enim est oculo sensibile lumen, hoc est animæ Deus, verbum. Oculus, si lux non adsit, visu vti non poterit; sic anima, non illuminata, intelligere non potest. Plato in conuiuio: Anima, inquit, lumen habet geminum: naturale alterum, siue ingeneratum: diuinum alterum, & infusum; quibus vnà coniunctis, ceu duabus alis, in sublimem potest volare regionem. Hæc est templum domini, in quo sunt Cherubim obumbrantia, & thronus Salomonis: quia anima iusti, sedes est sapientiæ. Hæc est aurum electum, & probatum: aurum terræ defossum, & nominis admittit dignitatem, & splendoris claritatem. cùm verò ab humo separatur, aurum quidem dicitur; sed non probatum. si autem per ignem excoctum fuerit, & purgatum; tunc auri splendorem, & ornatus sui accipit dignitatem: ita & anima inter humum & ignem, id est, inter carnem spiritumque consistens, quando carnis adhæret affectibus, caro dicitur; quando verò spiritus sese subdidit sensibus, spiritus appellatur: quòd si proprio se crediderit cogitatui, aurum sordidum efficitur; in quodam enim meditulio posita est, vt omnia fieri possit, si velit. O igitur præclaram, sanctamque imaginem: sponsam veritatis: tabernaculum summi regis: thalamũ Trinitatis: tabernaculum Dei: musices magistram! ô, inquam, optimam musices consonantiam: oculum luce candentem: templum spiritus sancti: cælum syderibus plenum: aurum ex Ophir veniens: denique, vt vno verbo complectar omnia, diuinarum atque humanarum rerum sacrarium. Est ergo anima imago Dei.

Encomiæ animæ. Musices dissimilitudo. Oculus animæ. Plato. Templum. Aurum. Caro. Spiritus.

CAP. III.

De animæ potentiis.

QVoniam quidem visum est, tum hîc, tum etiam circa principium secundi Pymandri, animam rationalem conditam esse ad imaginem Dei, eamque in ordine & origine potentiarum animæ positam esse; hac de causa ritè nobis de animæ potentijs erit disputandum: tametsi, cùm de imagine Trinitatis in secundo Pymandri ageretur, dixerim nonnulla, quæ ad huiusmodi negotium spectant; quòd scilicet non sint animæ accidentia, & quomodo ab ipsa anima dissentiant, & discrepent. Deinceps ergo ex professo, de hac re non paruæ vtilitatis, ac minimæ speculationis, pro virili verba faciamus: est enim locus amplissimus ad dicendum, & ad docendum ei, qui prompto animo erudiri desiderat.

Anima imago Dei

rat. In tertio Pymandri, de potentia & actu, longo sermone disputatum est; veruntamen, quæ ad animæ potentias nunc spectant, distinctiùs eloquamur. Pro huius negotij clariori intellectu habendo, illud venit in mentem, quod à Dionysio in libro de cælesti Hierarchia præclarè scriptum est: in omni scilicet creato, tria inueniri, nempè substantiam siue essentiam, virtutem, & operationem; in quibus planè indiuiduæ sanctæ Trinitatis splendet imago: nam substantia patris, virtus verò filij, operatio autem spiritussancti similitudinem gerunt. Operatio præterea in trinario consistit; nempe principio, medio, & fine. Hoc idem 1. cæli philos. innuere videtur: Omnia, inquit, supra tria ponimus; nempè esse, posse, & agere; siue essentiam, potentiam, & actionem. Ponuntur & à Theologis alij ternarij, de quibus in secundo Pymandri disputaui; vnitas, scilicet, veritas, & bonitas: item, modus, species, & ordo, vel mensura, numerus, & pondus: quæ omnia ad diuinas illas personas aptissimè referuntur, de quibus modò non est dicendum per singula. Quoniam autem anima intellectiua est creatura, & quidem nobilissima, vtpote summi regis imago, & diuinum simulacrum; rectè cum suarum ternario potentiarum, parentis sui gestat imaginem: Deus namque, pro suæ bonitatis abundantia, pro captu cuiusque, vniuersas prorsus replens creaturas, diuiniori quodam modo, virtutibus animam repleuit humanam; quò agiliùs atque paratiùs ad operandum atque agendum prodiret. nam cùm nihil, Deo duntaxat excepto, per suam agat, & operetur essentiam, sed virtute siue potentia, de ipsius substantia immediatè manante, ritæ animæ ingeneratæ sunt potentiæ, quarum adminiculo in exercendis, complendisque actionibus vteretur; hinc est, quòd potentia primum & immediatum nominat operationis principium, potestatem, & virtutem substantiæ creatæ; quam, veluti instrumento, anima prodit foras ad operandum: anima enim reminiscitur; sed per memoriam: cognoscit per intellectum: diligit verò per voluntatem. sic dicitur videre per potentiam visiuam, audire per auditiuam, nutrire per nutritiuam. Sanè, quædam res sunt infimæ fecis, in rerum ordine, infimum locum obtinentes. Et hæ quidem, paucis atque paruis motibus, paruam certè perfectionem assequuntur; veluti, qui paucis remedijs, modica fruuntur sanitate. aliæ verò multis motibus, multam sibi comparant vitæ felicitatem; velunt sunt hi, qui multis laboribus, multam possident sanitatem. Et iste gradus secundus, maioris est dignitatis & virtutis. Aliæ res, hoc est, tertius gradus, rerum paucis, perfectam retinet sanitatem. Postremus gradus, absque alio auxilio, sine remedio, perfectam sanitatem possidet. Itaque, primi, siue infimi ordinis entia, paucis quidem, sed imperfectam bonitatem participant: ideoque, quia paucas habent operationum virtutes, paucis potentiarum instrumentis vtuntur; vtpote bruta animantia rationis expertia: secundi verò ordinis, est homo: tertij angelus: postremi autem Deus. Homo igitur, quoniam multis opus habet operationibus, vt suæ perfectionis gradum assequi queat; propterea ab omnium satore Deo, inditæ illi sunt multarum potentiarum species, atque genera: de quibus paulò pòst erit mihi disputandum. Itaque, potentia creaturæ arctata si esset ad vnum, essetque absque potentiarum multitudine; ex quarum collectione, mutuum adinuicem propagaretur ministrandi officium; profectò perfectum posse minimè haberet: nam, quemadmodum corporis membra, & sensuum ministeria, sese mutuo fouent, & tuentur obsequio; ita planè multitudo potentiarum adinuicem est solicita, vnaque alteri est auxilio, pro totius hominis administratione complenda. Animæ ergo intellectiuæ, est necessaria potentiarum multitudo. Sed deinceps dicamus, an animæ potentiæ fluant, & causentur ab essentia animæ: vtrumnè sit anima causa efficiens, formalis, & finalis potentiarum, quæ ipsi attribuuntur? Ingerit enim menti humanæ non paruam difficultatem, quonammodo à substantia simplici, huiusmodi substantiæ produci possint: à sim-

Margin notes (in order down the page): Dionys. — Tria in omni creato. — Philos. — August. — Quid potentia. — Philo. 2. cæli. — Quatuor gradus. 2. 3. 4. — Quare datæ sint potentiæ. — Potentiæ an ab anima causentur.

Anima imago Dei

à simplici siquidem multitudo aliqua fluere non potest: fluens namque, & id quod fluit, eodem in subiecto esse nequeunt. proinde Æuerroes 8. phys: ait, huiusmodi potentias ab agente produci: Agens, inquit, quantum dat de forma, tantum dat formæ accidentibus. Verùmtamen non ignorare oportet, potentias animæ, qualitates innuere interdum, quæ animæ vnionem ad diuersas corporis partes consequuntur; veluti sunt complexiones membrorum, quæ corporis & animæ vnionem sequuntur; nonnunquã verò aptitudines ostendere, ita, quòd per tales quidem potentias, anima aptitudinem habet, diuersas operas producendi. Affectionum præterea aliæ subiecto insunt, quatenus à suæ formæ principiis proficiscuntur; veluti sunt formæ principia, genus scilicet & differentia, quæ sumuntur à forma. aliæ verò insunt subiecto, quatenus à principiis materiæ descendunt; vtpotè materiæ principia, nempè dispositiones, complexiones, & qualitates materiales, quibus fit, vt materia sit formæ subiectum. Insuper, fluxus vnius ab altero, non vno modo, sed multis modis dicitur: communiter, propriè, & magis propriè. & communiter quidem, quamcunque rei alicuius dependentiam indicat, qua à sua per se causa dependet: propriè verò, est vnius generatio partis post alteram: magis propriè autem, est motus localis humidi; veluti cùm dicitur mare fluere & refluere. Potentia itaque animæ, fluunt ab anima, primo, non autẽ secundo, & tertio modo: etenim, omne quod motu locali mouetur, est corpus 6. phys. 32. sed potentia animæ non est corpus; alioqui duo corpora in vno eodemq; loco simul essent, quod est falsum. neq; vt generatio vnius formæ partis post alteram; propterea, quòd naturalis animæ potentia, in quo primò est anima, tota simul in instanti; veluti virtus visiua, tota simul cum anima visiua. His ita dilucidatis, dici potest: potentias complexionales, siue qualitates materiales, ex principiis materialibus rei animatæ fluere, nempè ex diuersis organorum complexionibus, anima nihilominus mediante. Sed de his non est modò sermo. Quòd si potentias velis intelligere, aptitudinales qualitates; dubium esse non potest, quin principaliter fluant ex genere, & differentia, formæ vtique principiis. Cæterùm, licet potentiæ qualitatiuæ, seu materiales, ex animæ corporisq; vnione animato insint; aptitudinales verò, soli animæ attribuuntur, atque animæ mediante animato insunt; propterea, vt materia, in qua & subiectum, anima illarum principium dicitur: quia in ipsa recipiuntur. Est etiam causa, vt finis, cuius gratia: potentiæ enim sunt propter animæ operationes; operationes autem propter animam, quatenus scilicet anima diuino esse participat. Accidentia quoque sunt gratia subiecti: qua ratione fit, vt alia sit materia in qua, & finis, gratia cuius illæ datæ sunt homini. Non est autem suarum potentiarum causa efficiens: propterea, quòd si animæ substantia per se, & immediatè, suam produceret potentiam; tunc proculdubio, vnum & idem, & secundùm idem, denique & eiusdem actiuum esset, & receptiuum principium: constat siquidem animam absque aliquo principali medio, suarum esse potentiarum immediatum principium receptiuum. Quare, si principium esset actiuum; simul esset actiuum & receptiuum, quod planè fieri non potest, indiuisibili existente animæ essentia. neque illa ratio probatur, quæ dicit, pro diuersarum respectu seu ordine virtutum, receptiui actiuiq; principij rationem, animam subire posse: nam huiusmodi ab anima effectiuè procedunt, aut non: si non; nec primæ: si procedant; redit iterum difficultas rei intelligendæ; aut profectò processus in infinitum in virtutibus inuenietur naturalibus animæ, vt vna alteram producat mediante altera, quod est absurdum. neq; est causa, vt forma perficiens: non enim potest esse forma perficiens, nisi eius, quod, vt subiectum illius est & materia. sed nullum accidens proprium, vel commune, respectu proprij subiecti, materia potest esse, vel subiectum: non ergo est causa, vt forma perficiens. neque vt forma declarans: eò, quòd eiusmodi forma ad mentem Auerrois

Principia formæ.

Principia materiæ.

Quomodo potentiæ fluunt ab anima.

Vt materia.

Vt finis.

Causa efficiens.

Vt forma perficiens.

Declarans.

Potentia ab essentia.

rois sit definitio, quæ indicat essentiam definiti. Sed essentia & forma, secundùm Auerroem idem sunt. Quoniam autem subiectum, seu differentia aut genus, in definitione à forma, seu à parte formæ non accipiuntur; inde fit, vt subiectum definitio dici non possit; tametsi, vti deferens definitionem accidentis, in definitione ponatur: igitur subiectum non est suorum accidentium perficiens, seu declarans forma. Secundùm hanc igitur sententiam, anima est suarum causa potentiarum; vt materia in qua, & finis gratia cuius.

CAP: IIII.

Argumenta contraria.

1. Contra prædicta, multorum fretus auxilio, sic arguere tentabo. Quod dat animam, dat naturalem potentiam, mediante ipsa anima: sic enim docet Commentator 4.cœli 25. & 8.physi. 32. Generans, inquit, quantum dat de forma, tantum largitur de accidentibus formam per se consequentibus; veluti generans formam ignis, leuitatem simul largitur, & caliditatem. Igitur anima est principium effectiuum suarum certè potentiarum.

(4.Cæli 25. & 8. phys: 32.)

2. Item. Communis propemodum est doctissimorum sententia, subiectum propriorum quidem accidentium causam esse, & materialem, & efficientem: ergo quod prius.

3. Amplius, si subiectum sit solùm causa materialis, & non effectiua: erit ergo in potentia contradictionis, teste philosopho .9. met: atq; ita suis accidentibus posset denudari, quod est falsum: propria enim accidentia, à suo subiecto, non habent propriam subsistentiam discretam. Destrueretur præterea demonstratio, per modum causæ efficientis, quod peripatheticis minimè placet; à quibus clarè docetur, per omnia causarum genera demonstrationem fieri posse. Est etiam forma saltem declarās: propria enim accidentia definiuntur in abstracto; subiectum verò in eorum definitione positum, causa est, vt definiantur in concreto, quod est formæ declarantis.

Responsio. Verùm animaduersione dignum est, quoddam efficiens ei, cuius est principium, esse quidem largiri; sed per mediam operationem, instar ignis calefactionem, aquam calefacientis. Aliud verò, ad cuius positionem illicò aliud sequitur, & quidem naturaliter, sine actione media: quod quidem contingit, quando ab agente duo producūtur, sed per primum secundum, instar mouentis, partes remotas per propinquas. Ex hac distinctione, facilè est hasce sententias conciliare adinuicem: non enim primo, sed secundo modo, sui quidem proprij accidentis, causæ efficientis locum subiectum obtinet: generans enim non attingit proprium accidens geniti, nisi prius attigerit essentiam geniti: quæ profectò suapte natura præcedit proprium accidens. Sanè, si subiectum in proprium accidens vim non haberet causæ efficientis; nec ergo ei necessariò inesset, sed contingenter; atq; ita posset à subiecto abesse, quod naturæ ordo nō patitur: neq; accidentia propria perinde agerent, ac si essent ipsæmet primæ substātiales, nisi ab eisdem producta fuissent. Quamobrem si intellexeris, nullum inde sequetur absurdum, vt idem sit productiuum & receptiuum principium: non enim est efficientia propriè dicta, sed resultantia potius. Esset autem absurdum non paruum, si iuxta primum sensum res se haberet: quippe, quia tunc idem esset in potentia, & actu. Itaque propriorum accidentium emanatio à subiecto, non fit per aliquā actionem siue motum medium, sed per naturalem potiùs resultationem: seipso enim & non alia media actione, à subiecto proprium accidens producitur; eadem quippe actione subiectum producitur ab agente. Ex hoc soluitur illa ratio de animæ indiuisibilitate: anima enim componitur ex potentia & actu: proinde, ex vno est potentiæ productiua: ex altero autem eiusdem receptiua. Sed dices fortassis, accidentiū prædica-

(Quòd sit causa efficiens.)

(Quomodo productiuum & receptiuū.)

(Obiectio.)

Potentia ab essentia.

dicamenta substantiæ attributa esse, non tanquam agenti, & fini, vt dicit Auer: 4. met. com: 2. sed potiùs, quia per eorum constituuntur subiectum. Sed Commentator de communibus, non autem de proprijs ibi loquitur accidentibus. His ita dilucidatis, ad primum argumentum dico, illud posse intelligi hoc modo: generans priùs naturaliter generat formam: & mediante forma, propria accidentia, quod quidem nobis probatur. sed ex hoc non sequitur, vt forma sit propriorũ effectrix accidentium causa: etenim forma non est causa, sed effectus medius, quo vtitur agens in productione accidentium; præsertim, cum quodam ordine, atq; vnica productione, vtrũq; à generante in esse actuali producatur. Sed ille diceret, hoc verum esse, de vera efficientia, non autem de ea, quæ resultantia nominatur. Auerroes præterea loquitur de accidentibus, quæ mediante aliqua potentia receptiua, realiter sunt in subiecto, sicuti sunt motus ad vbi. sed potentia animæ non recipitur in anima aliqua potẽtia mediante; alioqui in huiusmodi potentijs procederetur in infinitum. Ad secundum, nõ valet argumentum in substantijs simplicibus, quæ diuersarum partium multitudine carent: quarum vna agant, altera verò recipiant. Ad tertium. Anima respectu suarum potentiarum, & subiectum suorum accidentium, est potentia mere passiua: quia est ens simpliciter in actu, & secundùm quid in potentia: propterea non est in potentia contradictionis. Arguit præterea Auerroes in lib. destructionum contra Algazelem, nullum subiectum suorum esse accidentium causam propriorum effectiuam: quoniam, inquit, quicquid est per se causa alicuius; est etiam per se causa omnium, quæ illum effectum necessariò comitantur. Quare, si subiectum causa esset, causa propriæ formæ, esset etiam causa sui: similiter anima se habet ad suas potentias: proinde, neutrum illorum suorum est propriorum accidentium causa effectiua; siquidem effectrix causa propriorum accidentium, est etiam causa effectrix ipsius subiecti, cuius sunt illa accidentia propria: agens enim quantum dat de forma, tantum dat de proprijs accidentibus: non enim largitur accidentia, nisi largiatur & subiectum; propterea, quòd eadem generatione generentur, & corruptione corrumpantur. Ad quartum. Quanquàm medium esset definitio subiecti; definitio nihilominus subiecti, causa esset formalis, non accidentis, quod demonstratur, sed subiecti de quo demonstratur; siquidem definitio subiecti, aut forma est, aut ratio sumpta à forma. atq; ita est causa formalis subiecti, non quæsiti siue accidentis. Porrò, qui volunt, animam esse subiecti, & propriorum accidentium causam effectricem, his rationibus nituntur: anima cùm sit forma substantialis, est prima actualitas subiecti, & accidentium, quæ illud consequuntur: quia primùm est causa in quolibet genere. sed anima causat esse in actu in suo subiecto: igitur ipsa est causa effectiua & subiecti & propriorum accidentium. Ab anima ergo, veluti à principio effectiuo fluunt, tum subiectum siue compositum in actum, tum eius propria accidentia. Hæc quidem dicta sint, quomodo potentiæ ab animæ essentia fluant & proficiscantur.

[margin: Auer: 4. met: com: 2. — Solutio. — Ad primum argumentum — 2. — 3. — Auer: — Subiectum causa sui. — 4. — Aliorum rationes.]

CAP: V.

Potentiæ animæ, sintné realiter idem cum ipsa anima.

Potentiæ pro subiecto.

IN secundo Pymandri, vbi de imagine Trinitatis sermo fuit, de hac quæstione disputatum est; hac de causa paucis me absoluam. Inprimisq; illud annotandum puto, quòd si potentia pro subiecto potente intelligatur; tunc anima est essentialiter sua potentia, id est, subiectum, quod potest: illud enim quod est principale receptiuum actus, est vtiq; subiectum, quod potest. sed anima est principale actus receptiuum siue productiuum,

Potentiæ quomodo differunt ab anima.

compositum namq; non recipit, aut efficit animæ operationes, nisi anima mediante. Quòd si volueris intelligere, potentiam pro immediato operationis principio actiuo, seu paßiuo; tunc planè (ad aliquorum mentem) potentia eßentialiter ab anima dirimi
Rationes. *tur seu distinguitur: quæcunque enim in diuersis posita sunt prædicamentis, distinguuntur eßentialiter. 1. post. & 12. met: sed anima & potentia naturalis, quæ est immediatum principium naturalis operationis, sunt huiusmodi; anima enim est in gene-*
1. *re substantiæ, potentia autem naturalis in secunda specie qualitatis: eßẽtialiter ergo distinguuntur. Sanè, si potentiæ animæ eædem eßentialiter eßent cum ipsa anima;*
2. *profectò eßent eædem inter se: nam quæ vni & eidem numero sunt eßentialiter eadem; inter se similiter se habent. sed consequens est absurdum omninò, nempe, quòd memoratiua potentia sit intellectiua, & visiua, & olfactiua: ergo quod priùs. Vna*
3. *præterea potentia nobilitate alteri non antecelleret: anima enim non est seipsa nobilior. Atqui inter potentias est nobilitatis & excellentiæ delectus. Adde, quòd ani-*
4. *ma, & eius actus siue operationes, sint res multùm diuersæ; anima quippe est substantia, operatio verò accidens; illa indiuisibilis, hæc autem diuisibilis. sed natura*
Forma accidentalis immediatius agit, quàm forma substantialis. *ordo non tendit ad multum longèq; dißimile: quare non videtur fieri poße, vt potentia, quæ est immediatum principium operationis actiuum, siue paßiuum, eßentialiter sit idem cum ipsa anima. Sed dices, animã per se sine aliquo principio immediato, suas operationes agere: nam si id præstat forma accidentalis, veluti calor, qu est immediatum calefactionis principium; quanto magis anima, quæ est forma substantialis præstantior, & nobilior? Nam si minus videtur ineße & inest; & maius*
Solutio. *magis. Dici potest, quòd in istis inferioribus immediatum operationis principium a causam spectet instrumentalem, vel organicam: hinc est, quòd in artificum operibus conficiendis, immediatum operationis principium, est instrumentum; ars ver principium remotum. Cùm igitur forma substantialis sit causa principalis, quia natura est principium motus primum per se, id est, principaliter; non est neceße, v sit immediatum operationis principium. Secus autem est de forma accidentali, qu non est principale, sed organicum principium: ideoq; absque aliqua virtute mediante, est principium operationis immediatum. nam si ageret aliqua virtute media; au illa virtus est substantia, & ita eßet immediatum principium; aut accidens, & it habetur propositum. In istis ergo materialibus forma substantialis, non est immediatum principium actionis, vel paßionis. Adde ad propositum quæsitum, quòd si po-*
5. *tentia eßentialter non separetur ab animæ eßentia, anima semper ageret: quod enim agit per eßentiam, semper agit. sed anima non semper agit: igitur potentia non ea-*
6. *dem cum eius eßentia. Item, in omni ente creato, eße & poße distinguuntur, vt iam dictum est. sed anima est ens nouum creatum: eius ergo potentia eßentialiter differt à sua eßentia. Verùm, si potentiæ animæ sunt eius aptitudines, modò aptitud realiter à suo subiecto non separetur: proindè, pro vtriusq; conciliatione opinion dici potest, potentias ab animæ eßentia differre; non re quidem existentiæ, hoc es*
Re existentiæ *quòd in proprijs existentijs seorsim existant; sed re eßentiæ, hoc est, quòd in diuersis sint prædicamentis, aut quòd non in eodem prædicamento formaliter collocentu Itaque, intellectus, & voluntas, re existentiæ, ab anima nequaquam separari possun sed benè re prædicamenti; sunt enim in prædicamento qualitatis, seu relationis: anima autem in prædicamento substantiæ. Hac distinctione posita, soluitur primum ar-*
Soluuntur argumenta. *gumentum: verum enim est de re eßentiæ, non autem de re existentiæ. Secundu quoq; verum est de agente totali: anima autem non est agens totale, sed pars agentis totalis, compositi scilicet, quod agit per se, & totaliter. Eadem facilitate solui po sunt & reliqua.*

CA

Potentiæ distinguũtur per actus.

CAP: VI.

Potentiæ distinguuntur per actus, & obiecta.

Ensitiuum, & opinatiuum sunt diuersa ratione, id est, diuersa definitione; siquidem sentire, ab ipso opinari, alterum est. Sanè, animæ potentiæ per proprios, & propinquos fines distinguuntur. sed actus potentiarum animæ, sunt earum fines proprii, & propinqui; veluti est videre ipsius visus, & audire auditus, & intelligere intellectus; sic enim docet philosophus de somno, & vigilia: quòd sentire, & sapere sit omnibus finis: & 9. met: 16. Actus vniuersaliter est finis potentiæ ordinatæ ad ipsum actum: potentiæ ergo animæ per actus distinguuntur. Verùmtamen pro huius quæstionis clariori intellectu, non est silentio tegenda Auicennæ doctrina, quæ in 6. de naturalibus ab eo posita est: quinque enim modis in actibus animæ diuersitas inueniri potest. Vno quidem modo, secundùm fortitudinem, & debilitatem; veluti est, opinari, & credere. Alio modo, secundùm velocitatem, & tarditatem; vt currere, & moueri. & his quidem modis actuum diuersitas, non opus habet potentiarum diuersitate; alioquin tot essent animæ potentiæ, quot in actibus inueniuntur gradus fortitudinis, debilitatis, velocitatis, & tarditatis. Tertius autem modus, est secundùm habitum, & priuationem; vt quiescere, & moueri. Quartus verò, secundùm comparationem ad contraria eiusdem generis; vt sentire album, & nigrum. & de his quoque duobus modis simile est iudicium: eiusdem enim potentiæ est comparari, siue comparatio ad vtrunque oppositorum. Porrò, quintus modus, ad actus pertinet diuersorum generum, vti est apprehendere, mouere, vel sentire; & in hoc quidem modo, actuum diuersitas potentiarum denotat diuersitatem: proinde actus genere diuersi sunt, qui obiecti ratione dissentiunt. Deinde, non ignorare oportet, potentiarum diuersitatem intelligi posse bifariam; nempè quoad notitiam, quam de ipsis habemus; siue quoad esse, quod in se ipsis habent. Item, & quando sunt actibus informatæ, & quando actibus carent. Itaq; potentiarum distinctio à nobis cognoscitur per actuum distinctionem: ita, vt quoad cognosci, sint nobis prius nota obiecta; deinde actus; postremò autem potentiæ: quoad verò ad esse, contrario modo se habent. Ex hoc ergo modo dicendi, potentiæ non distinguuntur per actus, & obiecta à priori, sed posteriori; siquidem obiecta, & actus magis cadunt sub sensu, atque ita per notiora, cognita nobis fiunt minus nota, primi phys. 2. & 1. poste. Reuera, quilibet effectus proprius est aptus; vt non solùm suæ causæ existentiam, verùmetiam & proprietatem notificet; alioquin proprij effectus nomine posset priuari. sed actus est proprius potentiæ effectus: ad se ergo spectat, siue illius est naturæ, suam causam notã reddere. Potentiæ præterea actibus coniunctæ, actus distinguunt, vt fines: aliqua enim ordinata ad distinctos fines, per ipsos quoque fines distinguuntur. sed potentiæ existentes sub actibus, ad eos, vt ad fines, à quibus sunt perfectionem accepturæ, ordinantur: quando ergo sunt actibus coniunctæ; vt fines actus distinguunt. Est & alius modus dicendi, potentias scilicet, & ex natura sua per actus distingui: non quòd actus sint principia distinctiua essentialia; sed ob id potiùs, quòd ab actibus huiusmodi principia sumuntur; quò discernerentur ab ente absoluto, cui inest intrinsecum essentiale, & distinctiuum principium. quoniam ergo concipi nequit potentia, nisi conceptu relatiuo; propterea quòd ordinatur ad alterum, ad actum scilicet; propterea licet suum formale, & distinctiuum principium sit intrinsecum, & à priori; sumitur tamen ab extrinseco, vt dictum est, in quo differt ab ente absoluto, cuius esse formale accipitur ab intrinseco; sicut rationale in homine est distinctiuum intrinsecum, à forma sua, siue ab intrinseco sim-

Arist: 2. de anima 22.

Auicenna. Diuersitas actuum.

1. 2. 3. 4. 5.

Cognoscitur per actus distinctos.

Distinguunt vt fines.

Potentiæ specificè distinguuntur per actus.

Potentiæ distinguũtur per actus.

co sumptum. Itaque potentia, quatenus est potentia, ordinatur ad actum: propterea potentiæ ratio ab actu accipitur, & pro actus diuersitate, redditur diuersa. actus verò diuersitas, dependet à diuersitate obiecti: omnis siquidem actio, passiuæ est, vel actiuæ potentiæ. obiectum verò se habet ad actum potentiæ passiuæ, sicut principium, & causa mouens: color enim, in quantum mouet visum, est vtique visionis principium; ad actum verò actiuæ potentiæ, se habet, vt terminus & finis; veluti quantum perfectum, quia est terminus, & finis augmentatiuæ virtutis, illius dicitur obiectum. Porrò, ex principio, seu ex fine actio sibi speciem comparat. Rectè ergo dicitur, potentiarum diuersitatem, tum actuum, tum etiam obiectorum diuersitatem comitari: non autem, quæcunque obiectorum diuersitas, diuersificat animæ potentias; sed ea tantùm, ad quam per se potentia respicit; sicut sensus respicit passibilem qualitatem, quæ per se diuiditur, in colorem, sonum, & similia: ideoque alia est potentia sensitiua coloris, alia verò soni. Accidit autem illi passibili qualitati, musicum esse, seu quicquam huiusmodi talium. Potentiæ ergo animæ penes proprias differentias distinguuntur actuum, atque obiectorum. Reliquus est tertius modus dicendi, extrema concilians in vnum; asserens potentias materialiter quidem à priori, formaliter verò à posteriori distingui: hoc est, quatenus sunt qualitates absolutæ; per principium intrinsecum, & à priori: quatenus verò habitudinem, & respectum habent ad actus, & actus ad obiecta; per extrinsecum, & à posteriori distinguuntur. siquidem distinctio est ad aliud secundùm se, propterea dicit respectum: nam idem, & distinctum sunt in eodem respectu diuersorum. Quomodo ergo potentiæ distinguantur per actus, & actus per obiecta, breuiter dixi.

Tertius modus.

Distinctio quid.

CAP. VII.

Argumenta contraria.

1. Rguet aliquis contra superius dicta, hoc modo: potentiæ essentialiter, & specificè, distinguuntur, iuxta secundum modum dicendi: igitur nõ distinguuntur per actus & obiecta: illa enim distinctio obiectorum non est realis; siquidem bonum, & verum non distinguuntur realiter in ente. Erit ergo distinctio rationis, quæ minor est distinctione specifica: ideoq; non potest esse causa distinctionis intrinsecæ.
2. Amplius, eiusdem speciei potentiæ, non essent actus diuersi secundùm speciem: diuersitas enim actuum, diuersitatem potentiarum specie distinctarum denotat; si potentiæ per actus distinguantur. Cuius contrarium, sensus, visus, palàm ostendit: vna enim cum sit animæ potentia secundùm speciem specialissimam; actus nihilominus parit specie distinctos, vtpote videre album, & videre nigrum: non ergo per actus potentiæ distinguuntur. Adde, quòd id, quod est principium distinguendi, sit etiam principium essendi. sed actus non sunt principium essendi; alioquin ipsis recedentibus, pariter & potentiæ recederent, quod est falsum: multoties enim anima non habet actus extrinsecos, & intrinsecos, habet tamen potentias.
3. Item, si distinguerentur per actus, distinguerentur etiam per obiecta, quod est falsum: vna enim secundùm speciem potentia potest esse diuersorum obiectorum secundùm speciem, sicut dictum de visu albi, & nigri. Consequentia verò patet: actus enim per obiecta distinguũtur. Reuera contraria sunt, quæ maximè distant. sed si potentiæ pro obiectorum diuersitate distinguerẽtur; profectò eadem esset contrariorum potentia, quod in omnibus propemodum falsum esse cognoscitur; siquidem eadem est potentia visiua nigri, & albi; & gustus idem dulcis, & amari.
4. Amplius, idem obiectum ad diuersas quidem potentias nequaquam perti-

Potentiæ distinguũtur per actus.

pertineret, si potentiarum differentia, ex obiectorum differentia sumeretur. atqui idem obiectum cognoscitiua cognoscit, & appetitiua appetit potentia: ergo quod prius. Ad hæc accedit, quòd causa per se, vbicunq; fuerit, idem semper causat. sed diuersa obiecta, quæ ad diuersas spectant potentias, ad aliquam unam etiam spectant potentiam: nam sonus, & color, licet ad visum, & auditũ spectent, diuersas vtiq; potentias; ad sensus nihilominus cõmunis potentiã pertinent: ex obiectorũ ergo differentia non pendet potentiarum distinctio. Iterùm, res quæ ad perfectiones tendunt, per suas perfectiones distinguuntur. sed potentiarum perfectiones, sunt habitus generati, siue infusi, quibus potentiæ aptius, & fortius agunt: non ergo per actus, sed per habitus potentiæ distinguuntur. Nihil præterea determinatur ad speciem per rem posteriorem, & extrinsecam. sed actus est posterior potentia, & obiectum est res extrinseca: ergo quod prius; alioquin colore non existente, potentia visiua non distingueretur ab auditiua. deniq; intellectus poßibilis, & agens sunt diuersæ potentiæ, & idem est eorum obiectum. Hæc ergo, & similia dici poßunt, ab arguente in hoc negotio.

CAP. VIII.

Soluuntur Argumenta.

AD primum dico, in potentijs subordinatis, cuiusmodi est appetitiua, quæ subordinatur cognoscitiuæ, distinctionem realem inchoari quidem à distinctione obiectorũ: verùm, quia complere nequeunt distinctionẽ realẽ; propterea illã compleri ordine naturæ, qui inter has potentias inuenitur. nã sicut actus supponit actum; ita planè potentia appetitiua supponit cognoscitiuam. quoniã verò nihil seipsum supponit; alioquin eßet posterius, & prius seipso: propterea ex tali ordine inter potentias, distinctio completur realis, quæ initium sumpsit ex distinctione rationis obiectorũ. Ad secundum, vnius potentiæ sunt actus diuersi, quo ad spectat ad primaria obiecta: secus verò res se habet, si ad alia referantur, quæ secundaria obiecta nominantur. cùm enim videre, sit actus visus, respectu sui primi obiecti, scilicet visibilis, & audire audibilis; hinc est, quòd visus ab auditu, pro visionis & auditionis diuersitate distinguitur. Cùm autem visio albedinis, & visio nigredinis ad primum non spectent obiectum, sed ad eorum potius habitudinem, quæ sub primo obiecto continentur; hac de causa, respectu albi & nigri, diuersi visus, seu uidendi actus, minimè distinguuntur. Ex hoc soluitur confirmatio: actus enim non sunt simpliciter principium eßendi, sed informandi potiùs, seu manifestandi potentiarum diuersitatem. Ad tertium dictum est, potentias per obiecta primaria distingui, non per obiecta secundaria, & communia, qualia sunt album, & nigrum, respectu visus; continentur enim sub visibili, quod est primarium obiectum. Quòd si dixeris, visibile, & audibile contineri sub sensibili, atq; ita obiecta eße secundaria; non est simile: album enim, & nigrum, sunt species specialißimæ; propterea sub eis non cadit sensus diuersus. audibile verò & visibile, sunt genera diuersa, ex quibus vnumquodq; plures sub se species habere potest: ideoq; nata sunt diuersificare sensum secundùm speciem. Ad confirmationem dico, animæ potentiam propriam contrarij rationem per se non respicere; sed communem potius contrariorum rationem; sicut visus non respicit rationem albi, sed coloris: in causa autem est, quia vnum contrariorum est quodammodo ratio alterius; propterea quod se habeant sicut perfectum, & imperfectum. Ad quartum, Id quod est subiecto idem, potest eße diuersum secundùm rationem: hinc est, quòd ad diuersas potest pertinere animæ potentias. Sed dices, ens reale non causari ab ente rationis; quoniam effectus non est perfectior causa finali, & effectiua:

Potentiæ distinguũtur per actus.

minor quoq; distinctio, non est sufficiens causa maioris: deniq; nullo ente rationis existente, adhuc essent reales rerum distinctiones. Respondeo, quòd si velimus propriè loqui; procul dubio, nulla causa effectiua, vt ratio causandi, potest esse propria causarum distinctio: diuersitas enim non est forma actiua, tametsi interdum sit necessaria causarum conditio; bene tamen respectu finis, potest esse ratio causandi. Verũtamen potentiarum distinctio, non ordinatur ad obiectorum distinctionem, vti ad finem; sed potius, quoniam talis potentia, ad talem proprium finem ordinatur, & talis ad talem; qui quidem fines, cùm sint diuersi, potentias exigũt necessariò diuersas. Itaq; sermo est de distinctione virtuali & fundamentali, non autem de actuali. diximus enim, non ideò intellectum, & voluntatem realiter distingui, quia ens & bonum actualiter distinguantur; sed potiùs distinctione formali virtualiter; non quidem per opus intellectus, sed ex ipsa natura rei: quare distinctio obiectorum virtualis, non est ratio causandi; sed conditio causæ distinctionis potentiarũ: ex quo patet, quomodo ens reale non pendeat ab ente rationis.

Distinctio obiectorum qualis.

5. Ad 5. Quemadmodum artificialia penes fines, & non penes accidentia distinguuntur; ita planè potentiæ penes obiecta, & non penes habitus; propterea, quòd habitus non sint causa potentiarum effectiua, sed dispositiones potiùs ad obiecta; quò faciliùs, & expeditiùs ad suos fines mouere se possint. Ad confirmationem dico, actum posteriorem esse potentia in esse, priorem verò in intentione, & secundùm rationem, sicut finis agente. Itaq; licèt obiectum sit extrinsecum; est nihilominus principium, & finis actionis: principio siquidem & fini proportionantur ea, quæ sunt extrinseca rei. Ad aliam confirmationem: si remouerentur obiecta, quo ad esse actuale, habituale, siue aptitudinale simul; tunc necesse esset omninò, & potentias similiter remoueri: si verò manserit esse aptitudinale, manebit quoque & potentia: sufficit ergo potentiæ huiusmodi esse pro sui esse conseruando. Ad vltimam confirmationem dico, idem intelligibile in actu ad intellectum quidem agentem comparari, vti ab eo in actu iam factum: ad intellectum verò possibilem, vt mouens ipsum: atque ita diuersa ratione ad vtrunque comparari, constat satis.

Potentia Passiua & actiua animæ.

Cæterùm, pro clariori intellectu eorum, quæ dicta sunt, non est prætereunda illa potentiarum distinctio; quòd scilicet aliquæ animæ potentiæ sint passiuæ, aliquæ verò actiuæ; veluti sunt potentiæ animæ vegetatiuæ: obiectum quippè illius potentiæ actiuæ, in genere causæ finalis ad potentiam comparatur: nam & potentia actiua in obiectum, sicut in finem, & terminum ordinatur; vtpotè potentia digestiua in cibum digerendum, sicuti in eius finem. Aliæ verò sunt potentiæ passiuæ, nempè sensitiuæ & intellectiuæ: sensus enim est virtus passiua, similiter & intellectus, authore philosopho in lib. de anima. Quare, obiectum potentiæ passiuæ, vicem gerit causæ efficientis, dum illi rerum imprimit species: siquidem intellectus noster, est pura potentia ex sui natura, respectu intelligibilium: & in actum progreditur per speciem intelligibilem; sicut materia prima in actum prodit per formam.

2. de anima & 3.

Est quoque notatu dignũ animæ potentias, non solùm distingui per actus, & obiecta; verùm etiam per organa, & materias: vitalis siquidem differentia, naturalis, & animalis, per organa discernuntur: organum namque naturalis virtutis, est epar, siue id, quod loco eius fungitur: vitalis verò, cor: animalis autem cerebrum. tres autem vires vegetatiuæ, secundùm materias distinguuntur: nutritiua enim operatur super alimentum: augmentatiua super quantum in alimento: generatiua verò super residuum vtriusque. Sensus autem distinguuntur secundùm organa actus, & obiecta: potentiæ rationales per actus, & obiecta; sed immediatius per actus, quàm per obiecta. Quomodo autem potentiæ distinguantur, dixi.

Potentiæ differunt per organa.

CAP.

Potentiarum numerus.

CAP. IX.

Potentiarum ordo.

Ostquàm visum est, quonammodo potentiæ ab ipsa anima exeant, atque distinguantur: denique, quomodo per actus, & obiecta discerni, seu dijudicari possint; post hac, rationi consentaneum esse iudico, vt de ordine potentiarum & numero, sermo decurrat. Siquidem secundo de anima, partes animæ à philosopho figuris comparantur; in quarum proportione, atque concinnitate componenda, maximus cùm vigeat ordo artis; fieri non potest, vt in potentiarum animæ concinnitate seruanda, maximus non vigeat ordo naturæ: ab vno enim ad multa, sine ordine progredi non potest. sed anima vna est, eius verò potentiæ multæ: propterea ordo est ibi necessarius; vt multa referantur ad vnum, & conseruentur ab vno. Est autem in huiusmodi potentiis ordo dependentiæ, & obiectorum; dependet enim vna potentia ab altera, idq; dupliciter: ordine quidē naturæ, perfecta imperfectis naturaliter priora existunt: ordine autem generationis, & temporis; quatenus ex imperfecto ad perfectum venitur. Porrò, primo ordine potentiæ intellectiuæ priores sunt sensitiuis, ad quas se habent ad modum dirigentis, & imperantis: eodem quoque ordine sensitiuæ dominantur, & præcedunt nutritiuas, quæ ordine generationis priores sunt sensitiuis, similiter & sensitiuæ intellectiuis. Porrò, ordine obiectorum, visus præcedit auditum, auditus verò olfactum; visibile quippè priùs est naturaliter; est enim cum inferioribus, tum etiam superioribus commune corporibus. sonus verò audibilis fit in àëre, qui elementorum commixtionem naturaliter præcedit, quam consequitur odor. Verùm, quemadmodum animæ essentia sese habet ad suas potentias, vt principium actiuum, & finale, tum etiam vt principium susceptiuum; ita quoque se habent potentiæ ad inuicem: nam intellectus respectu sensus, rationem habet actiui principij, & finalis; sensus namq; est propter intellectum, & non è conuerso: proinde sensus est quædam participatio intellectus: sensus autem locum tenet susceptiui principij: quia imperfectiores potentiæ sunt priores via generationis; priùs enim animal generatur, quàm homo. Quoad verò spectat ad numerum potentiarum, operæpretium fuerit scire; quasdam habere animam rationalem operationes, seu potentias proprias; quasdam verò communes cum cæteris animantibus. Ex propriis autem quædam mouent ad appetendum, & operandum, vtpotè voluntas: quædam verò ad intelligendum, & id quidem dupliciter: actiuè; & sic est intellectus agens: passiuè autem; & est intellectus possibilis: atq; ita tria sunt genera potentiarum animæ: voluntas, intellectus agens, & intellectus possibilis. Ex communibus autem cum animantibus, sensu præditis, si sint potentiæ apprehensiuæ, sunt exteriores sensus, visus, auditus, gustus, olfactus, & tactus: interiores verò, si sint cognoscitiui, est sensus communis, & phantasia, sub qua comprehenditur cogitatiua humana, & æstimatiua in brutis. si verò retineant formas sensatas, sic est imaginatiua: si autem proprietates, seu intellectiones non sensatas, sic est memoratiua, vel reminiscentia, quæ non est alia à cognoscitiua realiter, vt dicitur in libro de memoria, & reminiscentia. Ex communibus verò omnibus aliis animalibus aliorum viuentium, si fuerit potentia principalis; tunc tria habet genera, nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam: si verò deseruiens principali, sic sunt quatuor, attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. Commentator addit in suo Colliget, distinctiuam virtutem, quæ seperat nutrimentum purum ab impuro: alij verò comprehendunt eam sub digestiua; atque ita huiusmodi sunt septem genera; & nouem genera potentiarum animæ sensitiuæ, cogitatiuæ, & apprehensiuæ: si autem fuerint potentiæ mo-

Ordo in potētiis animæ.

Qualis ordo in potentiis.

Ordo naturę.

Generationis

Obiectorum.

Vna potentia ex alia.

Numerus potentiarum.

Rationales.

Sensitiuæ.

Animales.

Motiuæ.

Potentiarum numerus. tiæ motiuæ, aut est imperans motum; & sic est appetitus sensitiuus: aut exequens motum; & sic est virtus motiua, quæ est infusa in musculis, & neruis. omnes ergo animæ potentiæ sunt 22. Tres enim sunt rationales: 12. animæ sensitiuæ; scilicet quinque sensus exteriores, sensus communis, imaginatiua, phantasia, memoratiua, appetitus sensitiuus, & virtus motiua: & septem animæ vegetatiuæ, nutritiua, augmentatiua, generatiua, attractiua, retentiua, digestiua, expulsiua. non sunt ergo infinita potentiarum animæ genera. Vnde Aristoteles 2. de anima, tex: c. 27. ponit quinque potentias, tres animas, & quatuor gradus animæ: Potentias, inquit, dicimus vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum secundùm locum, & ratiocinatiuum. Quinque potentiæ, tres animæ, & quatuor modi viuendi. Causa autem huius diuersitatis, est animæ operatio, quæ naturæ corporalis operationem supergreditur. nam intelligere, & velle, corporeo non indigent instrumento: sentire verò, per organum quidem corporeum fit; non tamen per corpoream qualitatem: vegetare autem, & corporeo indiget organo, & corporeæ qualitatis virtute. vincit nihilominus corporeæ operationem naturæ, eò quòd corporum motiones ab extrinseco proueniant principio, vegetatiuæ verò, ab intrinseco; quod quidem omnibus animæ operationibus commune est: omne enim animatum aliquo modo mouet seipsum; cuiusmodi est vegetatiuæ operatio: digestio enim, & similia, fiunt per actionem caloris. Potentiarum autem genera, per obiecta distinguuntur: nam potentia perfectior, vniuersalius; minus autem perfecta, minus vniuersale obiectum possidet. hinc est, quòd vegetatiuæ obiectum, sit corpus animæ vnitum: sensitiuæ verò, corpus sensibile: intellectiuæ autem, vniuersaliter omne ens. Quare sensitiua, & intellectiua, non solùm rem corpori coniunctam respiciunt; sed & extrinsecam, quæ vnitur animæ per suam similitudinem: nam & anima suaptè natura ad rem exteriorē tendit, ex quo appetitiua nascitur, quatenus anima ad rem extrinsecam comparatur; sicuti ad finem, qui est primus in intentione. Inde motiua secundùm locum prouenit: anima enim tendit ad rem extrinsecam, veluti ad terminum comparationis, & motus: omne siquidem animal mouetur, alicuius rei desideratæ gratiæ consequendæ. Modi autem viuendi, distinguuntur secundùm gradus viuentiū: in quibusdam enim est tantùm modo vegetatiuum, sicut in plantis: in quibusdam verò vegetatiuum, & sensitiuum; sed carent motiuo secundùm locum, sicut sunt immobilia animalia, conchilia scilicet: perfecta autem animalia, habent tres illos gradus viuendi. Postremò, in homine sunt plenissimi gradus viuendi, sentiendi, mouendi, & intelligendi. Appetitiua autem non constituit gradum viuentibus, propterea quòd in quibuscunque viget sensus, viget quoque & appetitus. Sunt autem tres animæ: quia anima est principium operis in quadam circulatione consistentis: cùm verò tres sint circulationes inuicem non miscibiles, nempè intelligere, sentire, & vegetare; moueri enim cognitioni obsequitur. his ita enumeratis, auspicemur in nomine Domini Iesu Christi à potentia intellectiua.

Vegetatiuæ. Arist: Quinque potentiæ. Tres animæ. Quatuor modi viuendi. Appetitiua. Motiua secundùm locum. Appetitiuus non constituit gradum.

TEXTVS MERCVRII.

In quo mentis diuinitas recta sola cum cognatis suis, id est, mentis puræ sensibus, secum ipsa quiescat.

Commentum IX.

Quemad-

Animæ apex.

Plato primo Alcibiadis.

Vemadmodum oculus corporis, inquit Plato, seipsum in speculo, vel in altero oculo videre non potest, nisi perfectißimam portionem intueatur, quam pupillam vocamus; ita planè intellectus humanus Deum nequaquam videre, seu cognoscere poterit; nisi perfectißimam mentis portionem conspexerit, in qua viget sapientia, atque prudentia, & Dei simile, ac diuinum omne. Est autem hæc mentis portio, apex, vnitas intellectus, centrum, flos, & caput: denique, vt semel dicam cum Mercurio, Diuinitas mentis, recta, & sola. *Et rectè quidem illa portio, diuinitas nominatur, propter cognationem, quam habet cum diuinis: est enim pura, simplex, mobilis, immixta, immortalis, diuinæ capax naturæ, scientiæ, & veritatis indagatrix. Recta, vtpotè rebus superis suaptè natura semper intenta: rectitudinis, & ordinis debiti; semper amatrix. Ad huius autem præstantißimam speciem pertinges, si primò separaueris corpus ab anima: deinde ab anima corporeas paßiones: postea imaginationes à mente: adhuc à ratione discursus: quinto, ab intellectu intellectualem multiformitatem: sexto, ab intelligentia intellectualem conditionem, & animalem: postremò, in septimo gradu quiesces ab omni separationis opere, vti Deus in septimo die. Tunc peruenies ad mentis diuinitatem cum Mercurio, ad animæ vnitatem cum Dionysio, & ad pupillam oculi cum Platone. Tunc percipies diuinæ vnitatis characterem, qua sola, summo intelligibili vnimur, & hæremus: propterea à Mercurio vocata est diuinitas, recta, & sola.* Diuinitas, *inquam, quia pura, simplex, & immixta:* recta *verò, quia ad supernarum rerum contemplationem mouetur:* sola *autem, quia ipsa sola Deo nos vnit, & coniungit. Propterea dicit, quòd sit* cum suis cognatis, cum sensibus puræ mentis, *nempè cum puris intellectibus, & intellectionibus, de quibus abundè copioseq; disputarunt antiqui sapientes, & mihi quoque disputandum eße censeo pro libri grauitate, & dignitate. Iamblicus in lib: de mysterio Ægyptiorum ait: Immobile motu attingi non poße, neque numero vnitates: idcircò neceßaria est illa mentis vnitas ei, qui Deum cognoscere cupit. Plotinus enn: 6. lib: 9. cap. 10. per proprium characterem, & caput eius, ait animam vniri. Proclus etiam de hac animæ portione pulchrè philosophatur, vocans eam florem, & animæ existentiam: Scientia, inquit, non est summus cognitionis apex, sed super eam est intellectus. Non intellectus, inquam, ab anima separatus; sed ipsa quoque illustratio animæ illinc infusa, quam in nullo vnquã alio præterquàm in anima fieri, Timæus dixit. Ad intellectum igitur hunc ascendentes, vnà cum hoc intelligibilem eßentiam comtemplemur, perceptionibus videlicet indiuiduis, atque simplicibus; indiuisa simpliciaq; entium genere speculantes. At verò post venerabilem intellectum, ipsam denique summã animæ, (vt ita dixerim) existentiam, per quam vnum sumus, & sub qua vnitur multitudo nostra, suscitare fas est. Quemadmodum enim per intellectum nostrum, diuinum tangimus intellectum; sic & primum vnum, à quo omnibus inest vnio per vnum, & tanquam eßentiæ nostræ florem, attingere licet; per quod sanè nostrum vnum, diuino maximè iungimur: simili namque simile vbique comprehendi potest: scibilia quidem scientia, intelligibilia intellectu, vnitißimæ entium mensuræ, animæ cognoscuntur vnitate. Hæc est vnitas, & actio intellectus nostri, imò actionum nostrarum summa, per quam diuini efficimur; quando videlicet omnem multitudinem fugientes, in ipsam vnitatem nostram confugimus, vnumque efficimur, & vniformiter agimus. Quamobrem Plotinus enn: 6. lib. 9. cap: 1. & sequentibus, commendans hanc animæ vnitatem, dicit: Omnia entia ipso vno eße entia: tum quæ primò entia sunt, tum etiam, quæ quo modo in rerum ordine numerantur. Quid enim nã forent, nisi vnum forent? siquidem priuata vno, non amplius sunt quod eße antè dicuntur. Nam quem-*

Diuinitas mentis.

Dionysius de mystica theologia cap: 1.

Mercurius.

Iamblicus.

Plotinus.

Proclus.

Timæus.

Flos essentiæ nostræ.

Plotinus.

Vnitas valet in omnibus.

Animæ apex.

admodum exercitus diu esse non poterit, nisi fuerit vnum: neq; etiam chorus, grex, domus, nauis, respublica, regnum, denique ipse mundus, nisi potiantur vno; ita certè, neque intellectus erit humanus aptus, qui Deum contempletur, nisi suam obtinuerit vnitatem, summam animæ existentiam, caput, florem, & centrum. vnde fit, vt minùs quidem entia, minus vnum habeant; maiora verò, magis, seu maius vnum. Cùm tota igitur anima mentis diuinitati, vt dicit Mercurius; siue pupillæ, vt dicit Plato; aut summæ existentiæ, vt dicit Proclus, committitur; tunc est magis vnum & exinde maius ens; tunc intellectus est nobis nuntius, eorum quæ in eius sunt potestate. Potest verò intellectus inspicere, vel quæ sunt super ipsum, vel sua, vel quæ aguntur ab eo. Pura quidem sunt, quæ sunt in eo: puriora verò, atque simpliciora, quæ ipso superiora sunt, imò quod est intellectu superiùs, Deus videlicet optimus maximus. Deus verò non est intellectus, non anima, non mouetur, non quiescit, non est in loco, non est in tempore; sed ipse secundùm se, est vniformis, imò super omnem existens formam, super motum, super statum: hæc enim circa ens versantur, quæ quidem ipsum multa conficiunt. neque stare dicitur, propterea, quòd ipso stante stans, non sit idem penitus atq; status: ideoq; accidit ipsi, neque simplex vlterius permanet. at ipsi propriè vni nihil accidit, sed nobis: itaque, si res ita se habeat, operæpretium fuerit, animum ab omnibus exteris deducere, & ad suam vnitatem conuertere; si mentis suæ diuinitatem, Deumq; videre desiderat. nam, quemadmodum tradunt, materiam omnium qualitatibus vacuam esse oportere, si modò sit figuras omnium susceptura; sic, & multò magis animam oportet esse informem, & omni deformi vacare figura; si à prima natura illustrari, impleriq; cupit. Hac quidem illustratione mentis, Minos quandoque fretus, Iouis colloquio familiaris est habitus: cuius sanè colloquij memor, leges ad illius similitudinem condidit; diuino videlicet illo commercio ad condendas leges instructus. Cæterùm, Deus est immobile centrum vniuersi, à quo, & ad quod omnia pendent: similiter se habent animi intellectuales sua quidem centra, id est, vnitates essentiales intellectu superiores habentes. In his autem præter eiusmodi centra, extat orbis vnus; proprius intellectus scilicet: in anima verò, vltra centrum suum, tres habet orbes, nempè intellectum, rationem, imaginationem. & centrum quidem suum semper copulatum est cum centro vniuersi: intellectualis autem orbis perpetuò reuoluitur circa idem: orbis verò rationalis, atque imaginalis, interdum circa centrum suum, atque diuinum voluitur, interdum quasi frangitur, & per obliquum declinat ad alia. Per animi ergo nostri centrum, siue vnitatem, quam Mercurius appellat mentis diuinitatem, Deo copulamur; copula quidem arctissima, vtpotè quà incorporeo incorporeum iungitur, si modò alterum ex ipsis formalem deposuerit diuersitatem, per quam vtique solam ab altero discrepat. Itaq; nos tum centro vniuersi præsentes sumus, cùm diuersitatem nullam habuerimus. Iam verò semper reuoluimur circa idem; non tamen assiduè aspicimus ipsum: sed quemadmodum cantantium chorus, quamuis circa summum ducem se reuoluat, diuerti tamen alicubi potest ab ipso ducis aspectu, atque dissonare; sed quando ad ipsum vertitur, rectè admodum concinit, ac circa ipsum tunc se reuera conuertit; ita & nos semper reuoluimur circa Deum, etiam quando inde soluemur omninò: sed quando in ipsum conuertimur; tunc ipsum inspicimus; tunc chorus noster suauiter concinens, summi ducis intuetur aspectum: intuetur, inquam, atque inspicit vitæ fontem, fontem mentis, entis ipsius principium, boni causam, denique radicem animæ. Cùm verò anima attigerit mentis suæ diuinitatem, vt dicit Mercurius; tunc sortitur sensus sibi cognatos, puras vtique intellectiones; tunc cælestem habet amorem, non communem, atque vulgarem; tunc Deo commisceri desiderat, pulchramq; virginitatem honesto affectans amore. Quòd enim nunc est viuere sine Deo, vestigium est vitæ;

Intellectus est nobis nuntius.

Quid Deus.

Minos.

Animæ centrum.

Centrum vniuersi.

Deus fons vitæ.

est vitæ, supernam imitans vitam, vbi viuere, mentis est actus; dum Deum attingit tactu quodam occulto, atque tranquillo; tunc anima cum suæ mentis diuinitate (quôad hîc fieri potest) aliam agit vitam, & sui ducis, veræ vitæ largitorem cognoscit. Quisquis autem id nouit, cognouit certè, quod loquor: in eo namq; viuendi statu, & Deum, & seipsam anima cognoscit; quemadmodum fas est videre seipsam, intelligibilis luminis plenam. Quisquis igitur seipsum, siue mentis suæ diuinitatem videt; se inspicit sic affectum, sibiq; cohærebit, atq; simplicem iam prorsus effectum persentiet; forsan verò, neque videre dicendum, sed fieri potiùs ipsum visum, si ita loqui liceat: nam animus Deum videntis, tunc tanquam factus iam alius, & totus illius, quem videt, euadit protinus vnum, tanquam centrum cum centro coniungens. Rectè ergo hoc, animi humani centrum, florem, caput, vnitatem, apicem, summam existentiam, chorum benè canentem, intellectum, mentem operosam, pulchram imaginem, mentis diuinitatem rectam, & solam, Magnus Mercurius appellauit.

Intellect⁹ hominis.

Qui se cognoscit Deum cognoscit.

Visio Dei ad se transfert videntem.

Textvs Mercvrii.

Intellectus naturæ qualitate, & sensus mundi, ex omnibus quæ in mundo sunt sensibilia, poterit peruideri.

Commentum X.

Cap: I.

E intellectu hominis, tum in Pymandro, tum etiam in Asclepio, breui quidem, sed sapienter loquitur Mercurius; quem alio nomine mentem nominat, hoc est, superiorem animæ partem. vnde 12. *Pymandri:* Beatus Deus, *inquit*, animam esse in corpore, mentem verò in anima, in mente verbum pronunciauit: Deum verò horũ patrem asseruit, verbum vtiq; imago, & mens Dei est. *hæc Mercurius. Ex quo intelligimus, duplicem hominem, superiorem scilicet, & inferiorem, siue interiorem, & exteriorem, vt dicit diuus Paulus à Mercurio positos fuisse. Et superiorem quidem mentem, siue intellectum vocari; inferiorem verò, animam; eo quòd animet, & viuificet corpus: vna quidem anima, suis partibus distincta; mens autem, siue animæ intellectus, portio superior, & simplex à Dei verbo, à Dei sapientia immediatè illustratur, vti illi magis cognata, & affinis. Ab huiusmodi autem parte luminis illustratione fulgente, pars inferior, & ab inferiori, corpus regitur, & disponitur. In nono Pymandri clariùs, atque distinctiùs, dicit intellectum solis hominibus à Deo esset tributum.* In cæteris, *inquit*, animantibus, sensus naturæ vnitus est, in hominibus autem intelligentia. *Inest ergo hominibus intellectus, secundùm Mercurium, portio animæ naturalis, & substantialis, & superior, diuinæ capax intelligentiæ, & luminis susceptiua diuini. In secundo Pymandri, docet clarè satis, intellectũ seipsum complecti, & intelligere: corpori non misceri, vti ex eius substantia non productũ: impaßibilẽ paßione, scilicet corruptiua; paßibilẽ verò paßione perfectiua perfectibili; vtpotè, qui capax sit veritatis, & ab errore suapte natura alienus: immaterialem, quia tangi non potest: non distractum, non diuisum, denique omnia seruantem, quia omnia fieri potest: lumen principale totius hominis, primamq; formam, primum actum, & perfectionem vegetatiuæ, sensitiuæ, & intellectiuæ, in seipso hæc omnia complicantes: duobus radiis illuminari, nempè bono, &*

Intellectus quid apud Mercurium.

Paulus Cor.

Intellectus.

Intelligentia.

Immixtus.

Seipsum intelligens.

Conditiones intellectus.

Intellect⁹ hominis.

vero; quorum vnum obiectum eſt intellectus, alterum verò voluntatis. Mens, in*quit,* & ratio: *mens, quia intelligit: ratio autem, quia diſcurrit:* ſeſe complectens, *intelligens ſcilicet:* libera ab omni corporis mole, *quia non eſt moli inmixta corporeæ, non educta de potentia materiæ:* ab errore libera, *ex ſua natura, quia veritatem perpetuò coleret:* impaſsibilis, *quia non corrumpitur:* intangibilis, *quia non eſt corporea, & materialis:* ipſa ſibi aſsiſtens, *quia eſt indiuiſibilis:* purgans, *ſcilicet phantaſmata, quod eſt intellectus agentis:* ſeruans omnia, *quia fieri poteſt omnia, quod ſpectat ad intellectum poßibilem:* lumen principale, *quia eſt oculus animæ rationalis:* prima forma animarum, *quia eſt perfectio, & actus intellectiuæ, & alias duas ſua complectens virtute:* cuius lumina ſunt bonum, & verum, *quia bono mouetur, vero autem perficitur. Ex hoc igitur Mercurij textu, colligi propemodum poßunt omnes intellectus proprietates, conditionesque, de quibus poſteriores philoſophi affatim locuti ſunt, & diſputârunt.*

Intellectus agens. Poſsibilis.

Puritas intellectus.

Maximè ergo pura, & ſancta eſt noſtri intellectus natura, vtpotè immaterialis, immiſsa, ab errore aliena, bonitatis, & veritatis domicilium, indiuiſibilis, oculus animæ, primus actus, & perfectio hominis. Ineſt autem illi hæc puritas, ex pulchritudinis ſtudio: ex multæ acquiſitione illuminationis: ex ſeparationis exceßu à continuo, & tempore: denique ex applicatione cum lumine ſuperioris ordinis. ex primo deducitur ab his, quæ diſtrahunt, & impediunt: ex ſecundo, gradus aſcendit ſcibiliũ luminũ, ita quòd ſiſtitur in intelligibilibus: ex tertio, remouetur à continuo, & tempore: ex quarto, perficitur ſecundùm ſui proportionem à ſuperis, & diuinis. In Aſclepio ponit tres intellectus, ſub nomine ſenſus, nempè diuinum, mundanũ, & humanum: Omnis, *inquit,* ſenſus diuinitatis immobilis, ipſe in ſtabilitate ſua ſe cõmouet: ſanctus, & incorruptus, & ſempiternus eſt, & ſi quid melius poteſt nũcupari. ſenſus verò mundanus, receptaculum eſt omniũ ſenſibilium, & ſpecierũ, & diſciplinarum. humanus verò, ex memoriæ tenacitate, quòd memor ſit omniũ, quas geſſerit, rerum, indicat potentiarũ ordinem, atq; intellectus originem; vt ſic diuinæ trinitatis expreſſam explicet imaginem, vt paulò ante dictũ eſt. Illuſtratur autẽ humanus intellectus, diui intellectus lumine, & illuſtratione; vſq; ad humanum tamẽ animal ſenſus diuinitatis peruenit, *inquit:* & reuera, ſolus intellectus hominis, exceptis duntaxat intelligentiis, capax eſt diuini luminis: intelligentia autem ſenſus humani, qualis aut quanta ſit, tota eſt in memoria præteritorũ; per eã enim memorię tenacitatẽ, gubernator effectus eſt terræ: *hæc Mercurius. Sanè, ſenſus eſt rerum præſentium, futurarum autem ſpes, vel opinio, vel ſcientia, quæ à memoria dißentiunt; nullus enim ſe memorari dicit, cùm aliquod præſens intuetur: memoria ergo, eſt præteritorum ſecundùm apprehenſionem; quia hæc priùs vidit, aut audiuit, aut intellexit. Porrò, homo, non ſolùm meminit ſe vidiße aliquando, vel audiuiße; verùmetiam ex tempore præterito futurum diſcriminat, & diiudicat; quod quidem brutis non conuenit, quibus id ſolùm eſt à natura tributum, vt cognoſcant è modò corruere, aut olim corruiße. homo præterea recordari ſe percipit, quod rationis expertibus natura negauit. Itaque memoria eſt magiſtra prudentiæ, & recta futurorum moderatrix: proinde animantia, quæ carent memoria, carent quoque prudentia, & futurarum rerum moderationem ignorant. Memoriam autem ex media complexione naſci, circa finem lib. de memoria, & reminiſcentia, philoſophus docet, vnde fit, vt iuuenes bona ſint memoria, pueri verò & ſenes tenui, ac debili: & isti quidem propter naturalem, iſti verò propter accidentalem humiditatem. Rectè dictum eſt ergo à magno Mercurio: Intellectum humanum per memoriæ tenacitatem, gubernatorem terræ effectum eße. Nam ex præteritorum memoria, cautè futura*

Intellectus diuinus.

Mundanus.

Humanus.

Memoria eſt præteritorum

Memoria gubernat futura

præui-

præuidet, & prudenter moderari studet, vt plurimùm enim accidit, vt præterita futura sequantur. Sequitur textus: Intellectus autem naturæ qualitate, & sensus mundi, ex omnibus quæ in mundo sensibilia sunt, poterit peruideri. *Quem intellectum naturæ nominat, paulò pòst vocat intellectum mundi: propterea quòd tria animalia ponit tum in Asclepio, tum etiam in Pymandro: atque ita tres intellectus discreuit, diuinum, mundanum, & humanum: nam primum animal est Deus, secundum verò mundus, tertium autem homo. Et mundi quidem, siue naturæ intellectum peruideri posse, ostendit ex mundi sensibilibus: summi autem Dei dicit esse solam veritatem; cuius veritatis, in mundo ne quidem extrema linea vmbra dignoscitur, vbi sunt mendacia, vbi genituræ, vbi errores videntur. Itaq; ex his Mercurij sententiis, clarè dignoscuntur intellectus humani cõditiones, & proprietates, de quibus per singulas sermo futurus copiosus erit ad dicendum, fauore diui Pymandri.*

Intellect⁹ oculus animæ.

Tex:

Intellectus naturæ.

Dei intellect⁹

CAP: II.

Intellectus hominis secundùm Platonem.

Post Mercurij theologiam de hominis intellectu, ritè Platonis exponendam esse putaui, præsertim cùm Mercurium proximè imitetur. Itaq; Plato in fine sui Timæi, hominis intellectum præstantissimam animæ partem appellat; vt dæmonem nostrum cuiq; à Deo tributam, non terreno, sed cœlesti semine natam: De præstantissima, inquit, animæ nostræ specie ita est sentiendum. Nempè hanc Deus, vt dæmonem nostrum cuiq; tribuit, hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atq; ad cœli cognationem à terra nos tollere, tanquam animalia cœlesti potius quàm terreno semine nata. Vnusquisq; igitur homo intellectum proprium habet, à Deo, non à terreno semine satum. Dæmonem, inquit, nostrum, quia plenum ideis rerum, & artificiosis diuinæ sapientiæ regulis: hinc est, quòd quotidiè nos à terra ad cælum erigit, vti ad pristinæ nostræ cognationis domicilium. Quod quidem rectè admodum dicitur. Vnde enim primus animæ datus est ortus; inde diuina uis, caput, radicemq;, & originem nostram pendentem suspendens, totum dirigit corpus. Ei namq;, quod in nobis diuinum est, motus cognati sunt, vniuersi ipsius cognationes atq; circuitus: hos itaq; secutum vnumquemq; nostrum oportet discursiones illas in capite olim à prima generatione corruptas, per ipsam mundanæ harmoniæ reuolutionisq; intelligentiam ita corrigere; vt intellectæ rei intelligentem vim, secundùm pristinam naturam similem reddat; per quam similitudinem vitæ à Deo optimè nobis propositæ, & in præsenti tempore, & in futuro adipiscamur. Vult Plato nostrum intellectum circulariter moueri, instar sphærarum cœli, quæ in orbes voluuntur: nam à Deo inditus est, illi mouendi, hoc est, intelligendi motus; vt à Deo ad seipsum, & à se ipso perpetuò attollatur ad Deum, veluti ad suum centrũ, & finem. Huiusmodi sunt intellectus nostri reuolutiones, discursiones, circuitus & harmoniæ. Quã ob rem, propter huius nobilissimi circuitus eminentiã, ritè intellectus vocatur oculus animæ; quòd eam ad solis intelligibilis aspectum contuendum semper attollat, erigat, & promoueat: sic enim docet Plato in 6. de Repub. quemadmodum sol intelligibilis, ait, idea boni, Dei filius, in loco intelligibili ad intellectum, & ad ea quæ intelliguntur, se habet; sic & sol iste visibilis, in loco visibili ad visum, & ad ea quæ videntur: oculi porrò, quoties ad ea non vertũtur, quorum colores diurnus fulgor illuminat, sed ad ea quæ nocturnis radijs attinguntur, cæcutiunt, ac si purus in illis visus non esset; sic & de intellectu cogita: quando enim illi inhæret, in quo veritas, & ipsum ens emicat; intelligit illud, cognoscitq;, & intellectum habere videtur: sed cum ad id fertur, quod tenebris est permixtum, quod

In Timæo.

Intellectus dæmon noster.

Intellectus motus circularis.

intellectus oculus animæ.

oculus animæ.

Com: prim:

uidelicet generat, atq; corrumpitur; eius obtunditur acies, opinionesq; versat varias, ac mentis expers videtur; tunc non mouetur motu circulari, nec sese attollit ad Deū. Arist. præterea in ethicis, & secundo met: Sicut oculus noctuæ se habet ad rotā solis, inquit; ita intellectus noster ad manifestißima naturæ. Et 9. met. Ignorātia abstractorum, est sicut cæcitas intellectus. Sanè ideo intellectus visui, & non alteri comparatur sensui: quia est sensuum perfectißimus, eò quòd plures sensibilium species percipiat. In proœmio met: Est præterea purißimus, vtpote in medio diaphano, nempè, perspicuo constitutus, in radio sibi naturaliter infuso. insuper est efficacißimus, authore Platone in Timæo: Nō solum mouetur, inquit, ab externis obiectis, vt cæteri sensus, qui solùm paßiuè ad eorum actus concurrunt; sed radios ipse suos procul effundit. Ad hæc accedit, quòd longius, & citius obiecta ipse percipiat: proinde pro obiecto habet lumen purißimum, idemq; efficacißimum, propterea, quòd momento agit sua, quod alia sensibilia efficere nequeunt. Quibus de causis non abs re, intellectus oculus animæ nuncupatur, & visus typum gerit: est enim lumen animæ eiusq; pars purißima, & præstantißima, cum diuinis cognationem habens, à longe citius prospectans suum obiectum, & radios intelligentiæ procul diffundens. Ritè ergo in Phædro, intellectus vocatur animæ gubernator: Audendum, inquit, est verum dicere, quòd anima rationalis, sine colore, sine figura, sine tactu existens, solo intellectu gubernatore contēplante vtitur. Et Socrates in Platone, in lib. de summo bono ait: Omnes siquidem sapientes consentiunt, intellectum eße cœli terræq; nobis regem. Plato 6. de repub. Brontonium & Archytam Pythagoricos imitatus, duo rerum genera ponit: intelligibile scilicet, & sensibile: & intelligibile quidem stabile & incorporeum; sensibile verò mobile & corporeum. Vult autem vtrumq; genus bifariam diuidi: nam quoddam est intelligibile primum, in quo est idea, siue diuinæ mentis species, notiones, & aliæ mentes, & animæ: quoddam verò secundum, in quo sunt numeri & figuræ. Numeri quippe & figuræ, quamuis incorporalia sint; quia tamen diuisionem aliquam suscipiunt, non pari dignitate, qua impartibiles substantiæ censentur. Primi autem intelligibilis cognitionem, proprio nomine intellectum; secundi verò cogitationē intellectualem vocat: sensibile quoq; simili diuisione partitur, in primum scilicet, & secundum: & in primo quidem locat corpora, atq; corporea omnia: in secundo autē vmbras, & imagines corporum; quæ ita se habent ad corpora, vt mathematica ad diuina, perceptionem corporum, credulitatem propriè nominat, vmbrarum imaginationem. Deinde circa vmbras corporum, vel corpora, vel mathematica, scientiam eße negat, sed in solo intellectu diuinorum eam locat: Cogita, inquit, duo hæc eße: & vnum quidem in genere locoq; intelligibili regnare, alterum in visibili. in genere quippe uisibili, portio vna imagines continebit; voco autem imagines primùm vmbras, deinde simulachra, quæ in aquis apparent, & quæ in corporibus densis, lenibus, tersis, ac lucidis, & omne quodcunq; tale: portio verò altera, generis visibilis comprehendet ea, quorum hæ similitudines sunt, animalia videlicet, & quæ apud nos sunt, & plantas, & vniuersum fabricæ genus. Generis autem intelligibilis, vnum quidem ipsius genus est, quod inquirit animus, his vtens velut imaginibus, quæ prius diuisa sunt, compulsus ex suppositionibus, non ad principium, sed ad finem procedere: alterum verò quod excogitat animus, ex suppositionibus procedens ad principium non suppositum, nec imaginibus vtens, quibus ad genus alterum vti solemus; sed in ipsis speciebus pro ipsas progrediens: ipsa enim ratio per demonstrandi facultatem, dum suppositionibus non principijs habet, sed reuera pro suppositionibus accipit, tanquam gradibus quibusdam, & adminiculis vtens, quousq; ad illud, quod non supponitur, ad principium videlicet veniens vniuersi, ipsum attingat, & rursus adhæreat illis, quæ principio hærent, atq; ita ad finem vsq; perueniat, nullo prorsus sensibili vtens, sed ipsis speciebus,

Intellectus cō paratur visui.

Intellectus animæ gubernator.

Socrates.

Plato.

Intelligibile primum.

Secundum.

Sensibile primum.

Secundum.

Plato.

Genus intelligibile.

Intellect⁹ natura media.

ebus, per ipsas, & ad ipsas progrediens: hæc Plato. In quibus ostendit intellectus humani virtutem, in primo genere intelligibilis collocatum, non vtentem vmbris, & imaginibus corporum, non ipsis etiam corporibus, non denique numeris, & figuris; sed principium, quod non supponitur, attingere, illisque adhærere, quæ principio hærent; non aliquo quidem sensibili, sed ipsis speciebus sibi inditis, per ipsas, & ad ipsas progredientem.

Intellectus in primo genere

Magnum, inquit, opus proposui, molior quidem disserere partem illam verè existentis, & intelligibilis generis, quam demonstrationis scientiam speculamur, illam esse clariorem, quam ex illis scientijs, quæ artes appellantur, inuestigamus, in quibus pro principijs suppositiones habentur: & qui ista considerant, cogitatione coguntur, non sensibus intueri: hæc Plato.

Intellectus verè existit.

Refert Themistius 1. de anima text: com. 27. Platonem dixisse, ab vnius idea intellectum procedere, ab idea dualitatis, scientiam, ab idea trinitatis opinionē, ab idea quaternionis sensum.

Themistius.

Simplicius inibi ait, entia cognoscitiua animam esse, atque suas potentias, siue animæ operationes, vtpote intellectum, scientiam, opinionem, & sensum: cognoscitiua verò, res esse intelligibiles, scibiles, opinabiles, atque sensibiles, quæ huiusmodi animæ potentijs percipi possunt.

Simplicius.

Aristoteles dicit, tum cognoscitiua, tum cognoscibilia entia, numeris constare; vt similitudo esset cognoscentis ad cognoscibile: simile enim simili cognoscitur. quare anima cognoscit per simile, nempe per suas potentias, alia quidem intellectu, alia scientia, alia opinione, alia verò sensu. numeri autem, quibus huiusmodi constant potentiæ, sunt etiam cognoscibilium elementa: quia, inquit Simplicius, ex ipso vno, & dualitate, trinitate, & quaternitate: vnde fit, vt tales numeri sint rerum elementa, & ex elementis adhuc prioribus, siue ideis elementorū.

Constare ex numeris quid sit.

vnde communis est propemodum philosophantium sententia, Platonis opinionem fuisse, naturam mediam inter formas abstractas indiuisibiles, & formas sensibiles diuisibiles, animam existere humanam, hoc est, hominis intellectum, inter omnes animæ potentias, vt censere videtur Themistius. Ex quo patet ad mentem istorum, hominis intellectum naturam esse mediam inter angelos, & bruta animantia: propterea in intelligendi officio, non esse per omnia angelis similem, nec omninò ratione carentibus cognatum, & conformē.

Intellectus alatus.

Quam ob rem in Phædro dicit, intellectum alatum esse propter intelligendi velocitatem, & viuacitatem; quòd in altum suapte natura feratur, quòdque sublimia celerrimo volatu petat, & alta contempletur: Est autem, inquit, talis quædam naturalis alarum vis, graue in sublime attollere, vbi deorum inhabitat genus: hinc est, quòd ipsa intellectus alatio, diuino alitur, pulchro, sapiente, & bono; turpi autem & malo, & deformi, & contrario interit, & deficit.

Currus Iouis alatus.

Quòd autem intellectus hominis similitudinem gerat intellectus diuini, ac altissimorum intellectuum; admodum pulchra metaphora depingit: Magnus, inquit, dux in cœlo Iuppiter, citans alatum currum, primus incedit, exornans cuncta, prouidetque disponens; hunc sequitur deorum dæmonumque exercitus per vndecim partes ordinatus: permanet autem Vesta in deorum æde sola: aliorum verò deorum, quicunque in duodecim numero censentur, suæ quisque functioni præest, vt quisque est ordinatus: sequitur autem semper volens, & potens; liuor enim à diuino choro procul abest.

Psal.

Apoc.

Simile quiddam est in psalmo: currus Dei decem millia, multiplex millium, & ascendit super cherubin, & volauit super pennas ventorum. Ioannes quoque in Apocalypsi, dicit angelorum exercitus cum equis albis mundi principem sequi, equo albo insidentem. Ex quibus planè metaphoris, intellectus diuini ad angelorum intellectus, & eorum vicissim ad diuinum, intelligendi vicissitudo, imò perpetuus ordo cùm intelligendi, tùm etiam amandi percipitur:

Dionys: cælest: hier: ca: 1.

sic enim docet Dionysius: Candidissimæ lucis, inquit, quæ à patre motus initium sumit, processus, omnis benigna in nos largitione manans; rursus, vt summa virtus, per quam vnum secum efficimur, vi intentionis præcipuè nos parat, & explicat, & ad cogentis ad se patris vnitatem, ac deificam simplicitatem

Intellect⁹ motus circularis.

citatem conuertit: Ex ipso enim, inquit Paulus, & in ipso sunt omnia. Et cap. 4. de diuinis nominibus, Quemadmodum, inquit, sol iste non cogitatione, aut electione, sed eo ipso quod est, illuminat omnia, quæ pro modo suo participationem lucis admittunt; ita & summum illud bonum, solem superans, ipsa sua substantia, omnibus quæ sunt, pro captu cuiusq; totius bonitatis inijcitur. Vnde, superiores ordines, ad illam sese pro viribus formantes, ipsius etiam bonitatis speciem præferunt: post illos quoq; Sacro sanctos spiritus, animæ humanæ, per supremè bonam consistunt bonitatem, quòd scilicet intellectuales sunt, quòd substantialem habeant, immortalemq; vitam: quòd sunt & possunt ad angelorum aspirare vitas, ac per illos, velut per optimos duces, ad bonorũ omnium principem promoueri, atq; inde manantium fulgorum pro captu suo participes fieri. Isti sunt illi currus alati, Iouem sequentes, nempè altissimi intellectus: qui dũ æternis illis principio, ac fine carentibus, pulchri ac boni fulgoribus coniunguntur, quasi circulariter mouentur: per rectam verò lineam, quando ad inferiorum prouidentiam prodeunt, rectà omnia peragentes: reflexè autem, quia & inferiorum prouidẽtiam agentes, in sua identitate nunquam discedendo, perdurant, circa identitatis authorem pulchrum ac bonum, indesinenter choream ducentes: hæc Dionysius. Quid ergo sit intellectus hominis, quiduè eius motus, breuiter dixi.

Paul: Rom. Solis exemplum.

Currus alati sequentes Iouem.

CAP: III.

Intellectus motus circularis, obliquus, & rectus, ex Dionysio Areopagita.

QVoniam sermo incidit in Dionysium Areopagitam, pulchrum erit videre, quid de motu intellectus ipsemet dicat, in capite iam proximè dicto. Animæ, siue intellectus humani, ait, motus circularis, ingressus est in seipsam ab exterioribus omnibus, spiritualiumq; sui virium vniformis glomeratio; veluti in orbe quodam, ei, vt nunquam oberret, largiens: eamq; ab extimis, erroribusq; plurimis conuertens, & colligens, primùm in seipsam, deinde, vt vniformem effectam, singulariter coniunctis virtutibus iungat, atq; ita ad pulchrum illud, & bonum ducat, quod super omnes substantias est vnum atq; idem, principio & fine carens: hæc Dionysius. Sensus autem est, tunc hominis intellectum, seu animam moueri circulariter, cùm extrinsecis foris rebus relictis, ad suæ mentis apicem contuendum, contemplandumq; recurrit; ex cuius imaginis lumine illustrata, ad eum tendit & reuertitur, vnde illi inest origo, sicq; finem principio connectit, & coniungit, hoc est, quod sæpè dictum est, animam humanam rotari, siue circulariter moueri: hac de causa Plato epist. 7. ait, circa omnium regem cuncta esse: ponit enim circa ipsum bonum, tanquã circa centrum vnum, quatuor circulos reuolui, mentem, animam, naturam, & materiam, in quibus diuina splendet pulchritudo: in mente quidem idearũ uenustas, in anima vero rationũ decus, seminum formositas in natura, formarum autẽ pulchritudo in materia. Plotinus Enneadis 2. lib. 2. cap. 1. & sequentibus, disertè copioseq; explicat animæ motum circularem: Motus circularis est, inquit, conspiratio quædam in seipsam consentiens, suorumq; consocia, atq; vitalis, in qua comprehenduntur omnia. In quo consentit cum Dionysio, sicut facilè est intuenti conspicere. Cùm autem intellectus humanus pars sit, & non totum, mouetur circa totum, quia à toto dependet. cælum mouetur circa medium: ideo fit motus in circulum. medium autem non eadem ratione est in intellectu, qua & in corpore; sed in intellectu, medium quidem est, à quo alia dependet vita; in corpore verò, medium est conditione locali. Quamobrem proportione quadam medium hîc esse oportet; vt enim ibi, ita & hic medium esse debet;

Motus circularis animæ.

Plato.

Plotinus de motu circulari intellect⁹

quod qui

Intellect⁹ motus circularis.

quod quidem duntaxat est medium corporis, atque huius quidem sphærici: nam sicut illud, ita & hoc circa seipsum. Quod si ita est, intellectus rursus reuoluitur circa Deum, affectatque complecti, & vtcunque potest circa ipsum sese habet: cuncta enim à Deo dependent. quoniam verò non permanet penes ipsum, saltem se versat circa ipsum; proinde Plato stellis, non solùm attribuit motum vnà cum toto orbicularem, verùmetiam singulis motionem circa centrum proprium reuolutam: quilibet enim globus vbicunque est, Deum quodammodo circumplectens, prorsus exultat; non vtique consilio quodam, sed naturali quadam necessitate commotus: vnde Enn: 1. lib. 7. cap. 1. huius reuolutionis causam clarissimè ostendit: Appetitio, inquit, & actio intellectus, est ad summum bonum, quod quidem ad sui similitudinem cætera efficit bona: huiusmodi autem est Deus, qui super essentiam, & actionem, super intellectum atque intelligentiam existit, ad quod referuntur omnia, ipsum verò ad aliud non refertur: propterea est illud bonum, quod omnia appetunt. Oportet itaque ipsum firmiter permanere, & ad ipsum cuncta conuertere; quemadmodum circulus reuoluitur circa centrum, à quo lineæ singulæ producuntur. Ad id autem, sol nobis exemplo esse potest, qui quasi centrum est ad lumen, quod ab ipso dependet, atque ad ipsum simul annectitur; ideóque vnà cum illo existit vbique, nec ab illo alicubi separatur: hæc Plotinus. Ex quibus perspicuè colligitur, quid sit motus intellectus circularis: anima namque rationalis per intellectum summæ veritati, summæque vitæ propinquat, atque boni formam sortitur, si ipsum suscipiat bonum: quippè, qui post ipsum bonum, sedem obtinet. Mouetur autem anima, siue intellectus obliquè, authore Dionysio, in quantum sibi ipsi conuenienter diuinas notiones, non spiritualiter, & singulariter, verùm rationaliter, & latiùs, ac veluti promiscuis, transitoriisque rebus, siue actionibus haurit. A magno Mercurio huiusmodi motus, obtorta visio, siue animi motus vocatur: quia nimirum à sui rectitudine deflectens, ad obliquas, obtortasque se cõuertit indagationes rerũ. Quare, inquit, animã obtorto, (vt aiunt) detinet collo, vt in parte sui, quæ mortalis, inhæreat, nec sinit partẽ diuinitatis agnoscere, inuidens immortalitati malignitas. Recta verò linea mouetur anima, cùm non in se ingrediens, neque singulari spiritus effectu acta (hoc enim dixi esse, in orbem moueri) sed ad ea, quæ sunt circa se prodiens, ab exterioribus, veluti à quibusdam signis variis, ac multiplicibus, ad simplices, atque coniunctas intelligentias promouetur. Et est sensus, quando ex his, quæ in rebus extrinsecis videntur, diuinæ prouidentiæ, atque sapientiæ operibus, ad inuisibilium assurgit animus humanus contemplationem; tunc recta linea moueri dicitur, non autem circulari: quia diuinæ imaginis in seipso intrinsecus latentis pulchritudinem non conspexit; ex qua, veluti ex proprio exemplari, Deum videre poterat; qui est summum pulchrum, summum bonum; ex quo, & in quo, & ad quod, & cuius gratia sunt omnia; & substantia, & vita omnis, & sensus, & natura animarum, decrementa, qualitates, augmenta, mensuræ denique omnes: ipse enim est diuinus, bonus boni, propter bonum: quippè, quia est author beneficus: qui, cùm antea in bono excellenter esset, nequaquam in seipso manere infœcundum permisit; sed ipsum ad operandum mouit per excellentiam cuncta gignentem. Itaque animus humanus, si spiritualibus actionibus ad intelligibilia moueri cœperit; superflui ei iam sunt cum rebus sensibilibus, sensus. Quemadmodum etiam spirituales vacare dicuntur virtutes, quando anima diuina specie illustrata, per ignotam cognitionem, seu coniunctionem inaccessibilis lucis radios, luminum nequaquam sensibilium iactibus hauserit: cùm verò mens nostra per sensibilia agi, ad intelligibiles studuerit motus, tunc illi necessarij sunt sensus; tunc illi prorsus in honore sensus præferuntur, qui liquidiùs nostram intelligentiam adiuuant; quemadmodum & apertiores sermones, & quæcunque sunt ex visibilibus clariora: quippè, si obscura sunt, quæ adiacent sensibus,

A Deo cnucta dependent.

Deus est centrum omniũ.

Dionysius.

Motus obliquus.

Mercurius vocat obtortum collum.

Motus rectus.

A Deo omnia

Amor boni.

Quando sensus sunt necessarii.

Intellect⁹ est visus videns.

Duplex modus cognoscendi.

ne ipsi quidē animo suggerere sensibilia poterunt, hæc Dionysius. Ex quibus duplex modus Dei, ac diuinorum cognoscendorum nobis innotescit: vnus quidem diuinus, alter verò humanus. Animus siquidem supernis, diuinisq; luminibus illustratus, atque affectus, in diuinorum cognitione obtinenda, sensuum adminiculis non indiget; sicut his contigit, qui diuino spiritu acti sunt, vtpotè sanctis prophetis, & Deo coniunctissimis: at si animus non ita supernè affectus fuerit; tum sensibus, & sensibilibus, veluti vehiculis vtitur, neq; id quidem sine diuino lumine. Quomodo ergo animus, siue intellectus humanus, ad mentē Dionysii, circulariter, obliquè, ac rectè moueatur, diximus.

CAP: IIII.

Intellectus natura secundùm Plotinum Platonicum.

E humani intellectus natura, suis in libris eruditè, splendidéque philosophatus est Plotinus: propterea, illius philosophiam huic operi, breuiter, quoad fieri potui, inserere curaui. Enn. 3, lib. 8. cap. 10. quid intellectus sit, ita definiuit: Intellectus, inquit, est visus quidam videns, idest quædam in actum profecta potentia. fortassis naturam intellectus agentis enodauit, cuius est phantasmata purgare, & visibilia, siue intelligibilia reddere: propterea est quædam potentia in actum profecta: intellectus quoque possibilis fit in actu per speciem intelligibilem. Porrò, quemadmodum oculus corporis suum exequi nequit officium videndi, sine corporeo lumine; ipse tamen illud lumen non est, sed illius capax, & particeps, cuius præsentia, est videns actu, ac potentia in actum profecta; ita planè intellectus agens, non est in actu, nisi præsente phantasmate; neque etiam intellectus possibilis, nisi per speciem intelligibilem. tunc vterque est visus quidam videns, & quædam in actum profecta potentia. Quòd si ad diuinorum contemplationem intellectus comparetur humanus, similiter est visus videns, & potentia in actum profecta, ad præsentiam vtiq; diuini superniq; luminis: non est ergo ipsum lumen, sed eiusdem capax luminis. Aliud igitur est intellectus, aliud verò ipsum lumen, quo videt bonum, & verum, ad quod naturaliter intellectus annititur: nam vestigium veri intellectui impressum est, per quod posset verum videre; ideóque semper appetit verum: alioquin, quomodo appeteret, quod omnino sibi esset incognitum; cùm in incognitum nullus sit motus? Itaque intellectus est visus videns, quædam iam in actum profecta potentia, omniumq; pulcherrimus in lumine puro splendoreq; constitutus, entium naturam in se comprehendens; cuius quidem noster hic mundus pulcher, vmbra est, & imago. Mens autem diuina suo quidem lumine rationalem generat, siue creat animam; quasi materiam sub illo diaphanam, eamq; perpetuo lumine complet, quo & semetipsam, & mentem illuminantem intelligere queat. Id autem perpetuò agit noster intellectus, qui quidem est animæ caput, & oculus. Verùm, teste Plotino, rationalis facultas, ad huc quoque se habet, quasi visus ad lumen; non quidem semper, sed interdum rationaliter intellectū. Cùm verò homo perfectè se intelligit, se intelligentem esse, & intellectualē se habere naturam; hæc ipsa (vt ita dixerim) intellectualitas, quædam est intelligentia, non tam sita in motu manifesto, quàm in statu nobis occulto. Quinetiam per huiusmodi rationalem intelligentiam, contemplator in seipso ante intellectualitatem, intelligit se esse vitam, atque essentiam: ad quas, intellectualitas, vt actus ex essentiæ, vitæq; fœcunditate progenitus, posteriùs accedit. Quando (inquit Plotinus lib: 9. cap: 3. enn. 3.) intelligimus nos ipsos, inspicimus naturam intelligentem; alioquin circa intelligentiam mentiremur: cùm ergo nos intelligimus, profectò naturam spiritualem intelligi-

Quid sit intellectus.

Intellectus agens.

Posibilis intellectus.

Quid intellectus.

Oculus. Caput.

Intelligentia.

Intellectꝰ vir animæ

telligimus. Quamobrem ante hanc intelligentiam, siue intellectionem, altera intelligentia est, quasi quieta; quæ nempè & essentiæ intellectio est, & intellectio vitæ: vnde necesse est, ipsam essentiam, atque vitam eminentiorem quandam in se intelligentiam esse; ad quam, & circa quam intellectus mouetur: aliud namque existens, ad aliud intelligentiam dirigit: ideoq; est egenum, quoniam non in substantia, sed in actu intelligendi proprium bonum habet. Vnde fit, vt intellectus sit simplex, vt sit alterius, & uidendi capax; illius, inquam, videndi, cuius & esse dicitur: præterea, vt eius essentia ipsa sit visio. etenim, si aliud quiddam sit, oportet existere visionem: sin verò non sit aliud, visio erit inanis. Oportet itaq; illic plura esse vno, vt ibi sit visio, & visionem ipsam cum visibili congredi: quod enim prorsus est vnum, non habet, in quid operetur; sed solùm singulare existens, quiescit omninò. Quare, necesse est intelligentem, dum intelligit, in duobus prorsus versari, atque existere; quorum alterum externum erit, aut vtraque in eodem; atque ita, in quadam (vt ita dicam) alteritate, & rursus in quadam identitate intellectionem inueniri. etenim ad mentem se habent, tanquam eadem simul atque diuersa, quæ propriè præcipueq; intelliguntur: propterea intelligens, percipit seipsum veluti varium quendam oculum, vel aliquid variis coloribus insignitum. Oportet ergo intelligentem, neque ipsum quidem simplicem permanere, præsertim quando se prorsus intelligit: diuidit namque seipsum, etiam si intelligantiam silentium esse quis dixerit. Dum igitur intellectus alterum externum nititur intelligere, se illi applicare conatur: proinde ab illius simplicitate prolapsus, aliud semper accipiens, in seipso multiplex remanet. vnde se animaduertens, fit aspectus videns: atque id tunc demum est intellectus, quando possidet, & tanquam intellectus habet; antè hac verò, desiderium tantùm, & aspectus informis. cùm igitur apprehenderit, ad quod seipsum intendit; tunc intellectus adeptus euasit. Prius ergo quàm intelligeret, intelligentia non erat: & cùm intelligibile non haberet, intellectus adeptus non erat. Quamobrem, si intellectus, quatenus euadit multiplex, fit intellectus, atque ipsa intelligentia sui; etiamsi ex ipso procedat, tamen veluti accedendo multiplicat: quod igitur est omnibus modis simplex, omniumq; primum; intellectu vtique est superius. etenim si intelligat alia vtiq; à se, erit multitudo: & sic non omninò simplex. Porrò, enn: 5. lib: 5. cap: 3. altiùs dirigens sermonem, dicit intellectum, non vtique humanum, sed diuinum, deum esse: Vna, inquit, hæc natura intellectus entia cuncta, est & veritas, est & magnus quidam Deus: imò verò non aliquis Deus, sed omnis; nec indignè existimat se hæc omnia esse. natura igitur hæc Deus: Deus, inquam, secundus, seipsum præferens indagantibus. Fortassis intelligit, secundùm Platonem ideam boni, quæ vocatur à Platone filius boni; qui, quoniam procedit per modum intellectus, intellectus in diuinis vocatur. & enn: 3. lib: 2. cap: 2. intellectus mundi faber appellatur: Intellectus, ait, infundens sui aliquid in materiam, immobilis ipse quietusq; consistens, omnia fabricauit. Hæc quidem, & similia à Plotino de natura intellectus tum diuini, tum humani dicuntur, quæ mirifica sunt, & plurimæ speculationis plena.

Intelligentia quieta.

Intellectus multiplex. Enn: 4. lib. 3. cap. 10. & 11.

Causa multiplicitatis.

Aspectus videns.

Intellectus adeptus.

Intellectus est Deus.

Mundi faber.

CAP: V.

Intellectus natura secundùm Augustinum.

ON deest huic grauissimæ speculationi magnus ille Augustinus, imò ad Christianam fidem, intellectus humani naturam mirificè illustrauit, nunc caput, nunc virum, nunc oculum animæ vocans: Est, inquit, in nobis quiddam bestiale, quo in carne viuimus; sed intellectu regendum est. Motus enim animæ secundùm carnem se mouentis, & in delicias carna-

Ioan: 4.

Vir animæ.

vir animæ

carnales immoderatè diffluere cupientis, regit desuper intellectus; qui profectò vir animæ dicitur, quia eam regit. Sanè, cùm ordinata vita est, intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinens: non enim aliquid aliud est quàm anima. sed aliquid animæ est intellectus, oculus vtique, & caput animæ: quomodo non aliquid aliud quàm caro, est oculus carnis? Quare, etsi aliquid carnis sit oculus, solus tamen luce perfruitur: sic solus intellectus, siue mens animæ humanæ, illuminatur luce superiore. Talis lux erat Christus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: is Samaritanæ dicebat, Voca virum tuum, voca intellectum, qui tunc non aderat: adhibe, ait, intellectum per quem docearis, quo regaris. Sed iste vir non bene regit fœminam suam, nisi cùm à superiore regitur: Caput enim mulieris vir, caput autem viri, Christus, 1. Cor. 11. loquebatur caput viri cum fœmina, & nō erat suus vir.

Oculus animæ.

Voca virum tuum.

Error vir non legitimus.

Etenim vir verus, & legitimus, animæ humanæ, intellectus est, quippè, qui ad æternitatem regit, excolit, & instruit: non sic quinque sensus, qui ad æternitatem non regunt. vbi ergo non regit ille, error dominatur: nam cùm cœperit anima tempus exercendæ rationis attingere; aut à sapiente mente regitur, aut ab errore. Sic ergo diuus Augustinus arguit: Quod regit, & ad veritatem ducit, atque ad æternitatem, denique à superiore mente illuminatur, præstantiùs est in anima; vt ex ipsius natura manifestum est. sed intellectus in anima humana, est huiusmodi: igitur est dux, vir, caput, & oculus animæ rationalis: intellectu enim non alba & nigra, aspera & lenia, voces canoras & dissonas, blandos & graues odores percipimus; sed iusta & iniusta, bona & mala, vtilia & inutilia, castitatem & incontinentiam; illam vt amet, istum vt vitet, charitatem & odium: ideoque legitimus vir animæ appellari potest. Itaq; pars animæ superior principia altissima suspicit, nempè sapientiam; inferior verò res caducas, per prudentiam, quæ est recta ratio agendorum: hinc est, quòd illa portio vniuersalia, hæc autem particularia contemplatur. quæ quidem duæ portiones, duæ animæ facies nuncupantur ab Auicenna cùm Medico, tum etiam philosopho prudentissimo: vnde vult animam esse Ianum, cui nulla à tergo ciconia pinxit. (vt ait Persius) Prima dicitur vir, secunda mulier nuncupatur. Melior autem est, iniquitas istius viri, quàm benefaciens mulier: quia nimirùm melius est, parua de sublimibus causis balbutiendo sapere, & intelligere, quàm magna de rebus infimis disertè cognoscendo eloqui, & præuidere. Rectè ergo à diuo Augustino pars diuinior, siue intellectus vir; pars verò inferior, seu ipsa anima terrenarum amore rerum correpta, eisdemq; deseruiens, mulier nuncupatur. Sermone 29. de verbis Apostoli, inter intellectum & rationem, non nihil discriminis posuit: Nolite esse sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus, psal: 31. Aliud, inquit, est intellectus, aliud verò ratio: nam rationem habemus, antequàm intelligamus; sed intelligere non valemus, nisi rationem habeamus: est enim homo animal rationale, cui natura inest ratio, & antequam intelligat, iam rationem habet: nam ideò vult intelligere, quia rationem præcedit. Et est sensus, quòd intellectus sit actus exercendæ rationis, quæ est quasi animæ essentia; cui necessarium est temporis augmentum, & perfectæ ætatis complementum. Nam cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo, ait Dauid. vel potest referri ad donum spiritus sancti, qui intellectus nominatur: Intellectum tibi dabo (ait) & instruam te, in via hac, qua gradieris. Ipse est psalmus intelligentiæ, ait August: & lib: 1. de sermone domini in monte: Intellectus, inquit, congruit mundis corde, tanquam purgato oculo, quo cerni possit, quod corporeus oculus non videt, nec auris audit, nec in cor hominis ascendit. & in caput Ioann: 7. tract: 30. Intellectus est merces fidei: Noli ergo quærere intelligere, vt credas; sed crede, vt intelligas. vnde in psal: petit sibi intellectum dari, quem sibi Deum daturum promiserat, Secundùm eloquium tuum, da mihi intellectum: accipiendo quippè intellectum eripitur, qui per seipsum

Intellectus res præstantissima.

Duæ facies animæ. Auicenna. Persius.

Aliud intellectus & aliud ratio.

Psal. 74. Psal. 31.

Intellectus est merces fidei. Psal. 119.



Pars superior & inferior.

seipsum non intelligendo decipitur: intellectus enim spiritualis credentem saluat: nam occultus visus, intellectus vocatur. Proinde, sicut homo captus oculis corporis, nequit suam vitam tueri; ita planè, qui huiusmodi intellectu captus, seu priuatus est, vitam animæ defendere non valet. Quam ob causam, non exigit Deus intellectum ab equo, & mulo, sed ab homine: Nolite fieri sicut equus, & mulus: quod equo natura est, homini crimen est. hoc ergo dicit Deus: Non exigo participationem sapientiæ meæ ab eis, quæ non feci ad imaginem meam; sed vbi feci, inde exigo, & vsum eius rei postulo, quam donaui. Ne sis ergo homo ingratus ei, qui te fecit animal rationale: qui te præposuit pecoribus, & ad imaginem suam te formauit: qui dedit oculos in corpore, & rationem in corde. Excita rationem cordis: erige interiorem habitatorem; est enim aliquis intus, qui per oculos videat: noli ergo vti oculis, vt pecus, vt videas quid addas ventri, non menti: erige ergo rationalem aspectum, vtere oculis, vt homo, intende cælum, & terram, & quære factorem: aspice quæ vides, & quære quem non vides: Noli fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Diuus Ambrosius exponens illud psalmi: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua: Intellectus, inquit, munus spirituale est; & ideò, quod Dei est, à domino postulatur. habebat quidem intellectum, sed vberiorem inquirit. Est autem intellectus naturæ, est & intellectus non bonus: ideò & Salomon ait: Intellectus autem bonus dat gratiam: nam si omnis intellectus bonus esset, non opus fuisset additamento. Itaq; per donum intellectus, illuminatur animus credentis, vt percipiat ea, quæ proponuntur credenda, cui planè aduersantur cœcitas mentis, vtpotè voluntas spiritualia, & diuina fastidiens, & hebetudo mentis, nempè voluntas libidinis conseruandæ. Porrò, huiusmodi donum, in hac vita labili, discursum denotat, & inquisitionem, qua per visibilia, inuisibilia cognoscuntur: quæ in felici, & æterna vita, erit per simplicem aspectum, in qua Deus in sua essentia videbitur, sicuti est. Apud diuinas quoq; scripturas, est frequens vsus huius rei: nam & euangelium commemorat, Apostolos sine intellectu extitisse: Adhuc, inquit, & vos sine intellectu estis: quia altioris speculationis, & diuinioris cuiusdam sermonis inscij erant, & ignari: Deum quoq; cõmemorat condidisse cælos in intellectu: Qui, inquit, fecit cælos in intellectu, propterea, quòd diuinus intellectus faber mundi extiterit, tum quia illud angelicis mentibus, & intellectibus compleuerit. Paulus præterea precatur credentes omni sensu spirituali, & intellectuali repleri, nimirùm habere oculos cordis illuminatos; vt possint comprehendere quæ sit virtus, & potentia Dei viuentis. Hoc sanè intellectu prophetæ vaticinati sunt futura: Paulus vidit arcana verba, quæ nõ fas est homini loqui: Ioannes in Insula Pathmos, mirificas illas, easdemque obscuras visiones percepit, de quibus non est modò disputandum per singula. Quid ergo sit intellectus, ad mentem istorum, breuiter dixi.

Intellectus visus occultus.

Rationalis aspectus

Ambrosius in psal. 119.

Intellectus donum.

Matth:

Psal.

Paulus.

CAP: VI.

Ratio superior, & inferior.

QVoniam quidem de parte, siue ratione superiori & inferiori nonnulla dicta sunt, paulò latiùs atq; clariùs de eisdem disserere statui: vtrum scilicet pars superior, vna sit, vel plures potentiæ: similiter & inferior. si autem plures, an essentialiter distinctæ sint ab inuicem. Disputat de hoc Augustinus, & quidem acutissimè. Illud, inquit, nostrum, quod in actione corporalium tractandorum ita versatur, vt non sit nobis commune cum pecore, rationale quidem est; sed ex illa rationali nostræ mentis substantia, qua subhæremus intelligibili, atq; incommutabili veritati, tanquam ductum & inferioribus tractandis guber-

Aug: 12. de Trinit: cap: 4

Pars superior, & inferior.

bernandisq; deputatum est. Cùm ergo ita sit, vt dicit Augustinus, ratio superior, & inferior non sunt potentiæ essentialiter distinctæ: Sicut, inquit, in omnibus pecoribus non inuentum est viro adiutorium simile illi, nisi detractum de illo, in coniugium formaretur; ita menti nostræ, qua supernam & infernam consulimus veritatem, nullum est ad vsum rerum corporalium, quantum naturæ hominis satis est, simile adiutorium ex animæ partibus, quas communes cum pecoribus habemus: & ideo, quidam rationale nostrum, non ad vnitatis diuortium separatum; sed in auxilium societatis quasi deriuatum, in sui operis dispertitur officium: & sicut vna caro est duorum in masculo & fœmina; sic intellectum nostrum, & actionem vel consilium, & executionem vel rationem, & appetitum rationalem, vel si quo alio modo significatiùs dici possunt, vna mentis natura complectitur: vt quemadmodum de illis dictum est, Erunt duo in carne vna; sic de his dici posit, duo in mente vna. Cùm igitur disserimus de natura mentis humanæ; de vna quadam re disserimus, nec eam in hæc du quæ commemoraui, nisi per officia geminamus: hæc Augustinus. Ex quo patet, ne tram portionem vnam tantùm esse potentiam: portio enim superior, teste Augusti no, æterna contemplatur; quod quidem alijs conuenit potentijs, nempè, memoriæ intelligentiæ, & voluntati, quæ sunt potentiæ distinctæ, in quibus resplendet trini tatis imago. Quare fieri non potest, vt huiusmodi portio superior sit vna potentia. Quòd verò respectu æternorum huiusmodi potentiæ dictæ sint; per eas fieri potes potentias manifestum, quæ in diuinis ponuntur, productionis principia, per intelle ctum scilicet, & voluntatem: hæc enim principia, siue potentiæ ad æternum obiecti hoc est, ad diuinam essentiam referuntur; atq; ita producunt ambas personas, nemp Filij, & Spiritus Sancti. In creatura quoq; rationali, huiusmodi potentiæ, memori videlicet, intellectus, & voluntas, respiciunt æterna, ideoq; non est vna, sed plure potentiæ. De portione autem inferiori, simile potest esse iudicium, eò quòd in illa si imago trinitatis, in illis tribus sita potentijs: anima namq; nonnunquam potest ess in potentia accidentali, respectu obiecti temporalis intelligibilis, habitualem haben notitiam, siue habitum scientiæ, vt alicuius conclusionis, in quo planè memoria co gnoscitur: nonnunquam autem in actu intelligendi secundo, & sic intellectus appa ret. ex hoc autem, quod actu intelligit, sequitur volitio, quæ voluntatem respici Quum ergo hæc tria non possint esse vna potentia: portio ergo inferior non erit vn potentia, neq; etiã portio superior, & inferior sic intellectæ. Si cõparentur ad inuicē diuersæ sunt potentiæ; tametsi intellectum, & voluntatem, diuersas proculdubiò po tentias contineant; siquidē eadem potētia intellectiua, ad superiorem & inferiorē po tionē refertur, similiter etiã & eadē voluntas. Portio superior, inquit Augustinus, æ ternis, & supernis regulis contemplandis intendit: inferior autē temporalibus agendi Tunc sic arguo: Eadem potentia principia & conclusionem cognoscit, alioquin null potentia principium cognosceret: principium autem nequaquam cognosci potest, ni si & quis sciuerit conclusionem in illo contentam elicere: sic enim docet Philosophu 2. de anima, vnum esse sensum, qui diuersorum sensuum, diuersa cognoscit obiecta eorumdemq; diuersitatem. Sed portio inferior conclusionem cognoscit, de re hac ag bili temporali, cuius principium, & regula æterna à superiori portione cognoscitur nempè, præcepta Dei ex charitate esse obseruanda, atq; complenda, vel aliquid si mile: superioris ergo portionis principium, & inferioris conclusionem cognoscentis eadem prorsus est intellectiua potentia. Amplius, id persuaderi, imò demonstrar potest ex actu beatificato: Etenim in pluribus potentijs eiusdem rationis, beatitud sita non est, tametsi simul sit in intellectu & voluntate; non quidem vt in duabus in tellectiuis, siue volitiuis potentijs, sed in vna volitiua, vel intellectiua: omnium enim propemodum philosophantium communis est consensus, optimum hominis, beatitudi nem

Marginal notes: Non distinguuntur essentialiter. — Neutra portio est vna tantùm potentia. — Portio superior respicit æterna. — Non sunt diuersæ potentiæ. — Prima ratio. — 2.

Ratio superior & inferior.

nem esse, atq; ideo in vna virtute eiusdem rationis consistere. sed beatitudo cùm ad inferiorem, tum etiam ad superiorem pertinet portionem: illius enim, vt sit potentiæ, necesse est, in quo posita est vis, & principium merendi, cuiusmodi est portio rationis inferioris. quare, cùm tota intellectiua tum superioris, tum etiam inferioris rationis sit beatificabilis; haud dubium, quin illa vna sit potentia intellectiua. 3. Amplius, simplex habitus, duas nequit perficere potentias. sed eadem charitas, tam superioris portionis, quam inferioris perficit voluntatem: non sunt ergo duæ potentiæ. De intelligentia quoq; similis potest esse ratio. Maior huius syllogismi satis patet: quia nimirum distinctio in posteriori, non arguit distinctionem in priori: maior enim vnitas est in priori, quàm in posteriori. sed habitus est vnus: multò ergo magis potentia erit vna. Minor quoq; patet, charitas namq; est in voluntate portionis superioris, qua Deus diligitur, & eadem in voluntate portionis inferioris, qua diligitur proximus, qui est temporale obiectum. Cùm igitur vna sit charitas, quæ sese protendit ad omnia diligibilia: non nisi vna ergo erit voluntas, & similiter vnus intellectus. Non ergo portio superior, & inferior sunt diuersæ potentiæ. 4. Adde, quòd non magis distent ab inuicem ratio superior & inferior, quàm intellectus speculatiuus, & practicus. sed practicus & speculatiuus nō sunt diuersæ, sed vna potētia: igitur ratio & superior & inferior, vt sæpè dictum est, non sunt duæ potentiæ diuersæ, sed vna. Hæc omnia colligi possunt ex doctrina Diui Augustini, atq; aliorum sapientûm.

CAP: VII.

Argumenta contraria.

1. *SVnt, qui ita arguunt contra ea quæ dicta sunt: potentiæ quæ circa diuersa versantur obiecta, sunt diuersæ ab inuicem: potentiæ enim distinguuntur per actus, & actus per obiecta. sed portio superior & inferior sunt huiusmodi; superior enim æterna contemplatur, inferior autem temporalia considerat, vt dicit Augustinus: sunt ergo diuersæ potentiæ.*
2. *Item, si esset vna potentia, imago Trinitatis esset in inferiori & superiori portione. sed non est, nisi in superiori, secundùm Augustinum: igitur non est vna, sed diuersæ potentiæ.*
3. *Amplius, ratiocinatiuum, & scientificum sunt diuersæ potentiæ, vel principia in anima, aut diuersæ partes, authore philosopho 6. eth. Necessarium est, inquit, genere esse diuersa, quæ ad scientificum pertinent, & quæ ad contingens, & agibile. sed portio superior pro obiecto habet scientificum, quippe quæ necessaria respicit & æterna: inferior verò agibilia & contingentia: igitur non solùm sunt diuersæ potentiæ, sed & diuerso genere.*
4. *Item, potentia regulans, tum perfectione, tum etiam nobilitate præstat potentiæ, quam regulat, & ordinat. sed ratio superior ita se habet ad rationem inferiorem: regulatur enim inferior à superiore: igitur non sunt vna, sed diuersæ potentiæ.*

CAP: VIII.

Soluuntur Argumenta.

1. *AD primum, negatur minor: ambæ enim portiones non versantur circa prima, & adæquata obiecta diuersa, in quibus propriè posita est diuersitas potentiarum: sub vno enim continentur obiecto tam intellectus, quàm voluntatis. Et quidem rationi consentaneum est, vt quò potentia perfectior sit, eò in plura sese diffundat, & exerat vires, manens vna:*

portio

Intellect⁹ potentia passiua.

portio ergo animæ superior cùm sit, pro sui conditione perfecta, vna manēs, se extēdit ad plura. cùm verò sunt aliqua obiecta aliquibus adæquata potentijs; tū necesse est, vt pro diuersitate obiectorum, diuersæ quoq; sint potentiæ; sicuti videre est in sensibus particularibus, quorum obiecta sunt diuersa & potentiæ similiter. Alij vtuntur distinctione, vt dicant, obiectum formale esse adæquatum, non autem obiectum materiale; vtpotè, vt obiectum formale visui sit color, materialè verò albedo. Sed & id dubitationem habet: color enim non videtur quid commune abstractum, sed potius hoc album, & hoc nigrum, quorum neutrum visui adæquatum est obiectum, propterea, quòd nulla potentia (excepto duntaxat intellectu diuino) habere potest adæquatum obiectum, nisi fuerit abstractum: quia nimirum nulla res est, quæ omnia contineat, quæ percipi possunt, nisi diuina essentia. Itaq; in re obiecta, formalia album & nigrum esse possunt, ex quibus neutrum potentiæ visiuæ, est adæquatum obiectum. Quocirca, non quælibet obiectorum formalis distinctio, potentiarum parit distinctionem: non enim tot sunt visus, quot sunt colores. In causa ergo est obiecti limitatio, & distinctio, quæ non nisi à tali percipi potest potentia, vtpotè sonus ab auribus, & color ab oculis. atqui potentia intellectiua, & volitiua non sunt organicæ, sed abstractæ ab organis: ideo illis nō tribuitur illa sentenita, quòd potentiæ distinguantur per huiusmodi obiecta. Quòd verò sit primarium obiectum adæquatum intellectiuæ potentiæ, dicemus postea. Ad secundum, imago tinitatis in anima cōsistit habente essentiæ vnitatem, & potentiarum distinctionem: cùm autem hæc eadem distinctio respectu obiecti æterni propriùs ac lucidiùs exprimatur, quàm respectu obiecti temporalis; hinc est, quòd in superiori potiùs quàm in inferiori portione eam sitam esse, dicat Augustinus. Ad tertium, illa duo ab Aristotele distinguuntur, non quidem ratione potētiarum, sed habituum, qui circa huiusmodi versantur obiecta, & ita argumentum non militat contra nos. Ad quartum, quamuis ratio superior respectu sui obiecti, in quo sunt regulæ æternæ, quibus hæc agibilia inferiora regulantur, regat atq; regulet rationem inferiorem; non ob id tamen, est distincta potentia, veluti intellectus habens habitum principij, est sui ipsius regula pro conclusione habenda: nec ideò à seipso distincta est potentia: vna enim eademq; potentia, & principia cognoscit, & conclusionem. Eodem quoque modo potentia intellectiua versatur circa nobilius, & ignobilius obiectum: sed cùm nobiliori intendit, portio superior; cùm verò ignobiliori, inferior appellatur. Vna est ergo potentia.

Obiectum formale. Obiectum materiale.

2. 3. 4.

CAP. IX.

Intellectus est animæ potentia.

Intelligere Dei.

QVòd intellectus hominis sit animæ humanæ potentia, par est, vt deinceps inquiramus, atque ita sensim ad naturam intellectus agentis, & possibilis elucidandam, manifestandamq; accedamus. Intellectus itaq; humanus, non est essentia, sed potentia animæ humanæ: essentia namq; non potest esse immediatum operationis principium; quia eius operatio, non est eius esse. sicut enim potentia se habet ad operationem, veluti ad suum actum; ita certè essentia se habet ad esse. Quare, cùm tantummodo in Deo, intelligere sit suum esse; profectò in ipso solo, & non in aliqua alia creatura, intellectus est sua essentia: est ergo intellectus humanus animæ humanæ naturalis potentia. Philosophus 3. de anima: Quare, inquit, neq; ipsius est esse naturam aliquam, neq; vnam, nisi eam solùm, qua possibilis est. Is igitur intellectus, qui intellectus animæ nuncupatur, dico autem nunc eum, quo ratiocionatur anima, & existimat, nihil est actu

Arist: 3. de anima, com: 5.

pror-

 Intellectus potentia passiua.

prorsus eorum, quæ sunt antea, quàm intelligat ipse: hæc philosophus. Et quidem de virtute animæ, quæ intellectus verè dicitur, philosophum loqui autumat Auerroes: non de virtute imaginatiua, quæ aliquo modo intellectus nominatur: Quare, inquit Simplicius, nulla est natura earum rerum, quas intelligit, intelligit omnia sensibilia. sed ea sola est ipsius natura, qua possibilis, siue potentialis, sit capax vtique earum rerum, quas intelligit: est enim virtus passiua, immixta, nullam ex materialibus formis retinens formam. non est ergo intellectus materia, sensus, vel corpus; sed potentia animæ, & quidem passiua: intelligere namque est quoddam pati, authore philosopho 3. de anima. Porrò, aliqua pati dicuntur, quando eis adimitur, quod natura sibi concessit: veluti, cùm violentia caloris ab aqua frigiditas pellitur, aut calor ab igne aquæ virtute; & hæc propriissimè passio nominatur: alia verò, quia aliquo modo alterantur; veluti sunt, qui lætitia gestiunt, aut sanitate donantur: postremò, quia erant in potentia, & iam prodeunt in actum, atque ita perfectionem assequuntur. Ad hunc modum intelligere nostrum, est pati. In causa autem est, quia intellectus versatur circa ens in vniuersali. Intellectus autem diuinus, ad ens vniuersale se habet, veluti actus totius entis: quia in eius essentia originaliter, & virtualiter, sicut in prima causa, existit: propterea non est in potentia, sed est purus actus. nullus autem intellectus, ad totum ens vniuersale se habet, vt actus; alioquin esset ens infinitum: non est ergo actus omnium intelligibilium; sed ad illa, veluti potentia ad actum comparatur. Intellectus autem angelicus, ob propinquitatem ad primũ intellectum, in suorum intelligibilium actu, perpetuò versatur. Humanus verò, quoniam in ordine intellectuum infimus est, & à primi intellectus perfectione semotus; propterea est in potentia ad sua intelligibilia, & in principio suæ nascentis ætatis, instar tabulæ rasæ, se habet, in qua nihil est depictum, authore philosopho. Cùm igitur intellectus humanus ita se habeat ad intelligibilia; haud dubium, quin sit potentia passiua. Itaq; in anima humana est quædam virtus, seu potentia passiua, qui dicitur intellectus possibilis, quique actui intelligendi, & speciei intelligibili subiicitur, vnde & passiuus vocatur. Sanè, virtus actiua ea dicitur, teste Commentatore 3. de anima, com: 4. & 17. quæ suum mouet obiectum, veluti caliditas calefactibile: passiua verò, quæ à suo mouetur subiecto, sicuti visus à colore. Sic etiam docet philosophus 5. met: cap: de potestate, vbi vnam posuit potentiam, quæ est principium transmutandi alterum, in quantum alterum, & hanc appellauit actiuam: alteram verò, quæ transmutatur ab altero, passiuam. Cùm igitur ea dicatur virtus passiua, quæ mouetur, & transmutatur à suo obiecto, & huiusmodi sit intellectus: igitur est potentia animæ passiua. mouetur autem à phantasmatibus humanis, quæ ipsum mouent ad actum intelligendi. Reuerà, virtus, cuius operatio non prodit in actum, nisi adsit aliquod extrinsecum; proculdubiò alterius virtutem recipit, atque ita patitur. Quòd si quis inficias iuerit, aditùm præcludet passiuæ virtutis inueniendæ, atque demonstrandæ. Quare, cùm anima intellectiua pro statu præsentis vitæ, non intelligat sine phantasmate: aliqua est ergo in ea virtus, seu potentia, phantasmatis receptiua, atque ita passiua. vnde philosophus 3. de anima, circa principium, & sequentia: Si, inquit, intelligere sit sicut sentire; contingit intellectum pati aliquid ab intelligibili, sicut sensum à sensibili: necesse est enim intellectum esse passibilem, intelligibilium specierum receptiuum, in potentia ad species suscipiendas, non habentem aliquam actu: nam sicut se habet sensus ad sensibilia; ita profectò intellectus ad intelligibilia. Porrò, omninò necessarium est, intellectum esse immixtum: quia omnia intelligit: si enim aliquam propriam haberet formam, illa prohiberet, ne formas extraneas intelligeret. hinc est, quòd immaterialis existit, quia nimirùm non componitur ex materia, & forma: neque est potentia organica, corporeo organo affixa; tametsi materialis dici possit, quia communicat cum

Auer: — Pati tripliciter. — Pati est perfici — 3. de anima. — Virtus actiua, & passiua. — Tex: Arist. — Conditiones intellectus. — Immaterialis

cat cum phantasia, quidditates ab ea intelligibiles abstrahendo: phantasia autem potentia est organica: potest etiam aliquo modo materialis dici, quia anima intellectiua perfectio est materiæ. Is autem intellectus, non habet aliquam determinatam naturam; sed eam solam, quæ vocatur intellectus possibilis animæ: ideoque est intellectus, quo omnia intelligit. Rationabile est autem organo corporeo non misceri: quia si esset aliquod organum; tunc esset calidum, aut frigidum, vel aliquid huiusmodi; sicut & natura organi, quorum nullum intellectui tribui potest, propterea, quòd locus sit specierum, in sola anima intellectiua positus, in potentia ad omnes species intelligibiles. Cæterùm, si intellectus est simplex, & impassibilis, nihil habens commune cum intelligibili; quomodo intelligit, & patitur ab intelligibili, cùm agens & patiens debeant habere aliquod commune? Sed duplex est passio, corruptiua vna, quæ de qualitate contraria, in contrariam migrat, de caliditate in frigiditatem, & hæc intellectui non conuenit, quia est incorporeus: alia verò est receptiua, & perfectiua, qua intellectus dicitur passiuus; est enim in potentia ad suscipienda intelligibilia per suas species. Ex his ergo philosophi sententiis, atque verbis, quatuor potissimè intellectui possibili sunt attributa: nempe indiuisibilem esse substantiam: deinde tabulæ rasæ similitudinem gerere: locum esse intelligibilium specierum: postremò, ita se habere ad intelligibilia, sicut sensum ad sensibilia. si enim est omnia fieri: ipse igitur est in potentia esse intelligibile, vnus & idem indiuisus, simplex secundùm suam substantiam; in quo ipsius potentia non est vniuoca cum potentia materiæ, quæ secundùm sui diuisionem in multa, varias formas suscipit. Tabulæ autem rasæ comparatur: quia quemadmodum tabula præter omnem præparationem, se alterantem, susceptibilis est figuræ; ita planè intellectus possibilis, præter omnem præparationem separantem, susceptibilis omnium intelligibilium. Ex quo patet, non esse materiæ potentiam: rasura enim tabulæ, non est materia; sed potiùs se habet sicut perspicuum, cuius vna, & eadem potentia, & luminis est, & coloris susceptiua. ita enim vna, & eadem potentia intellectiua, luminis agentis, quod in ipso, est susceptibilis omnis quidem formæ intelligibilis: ideoque fieri non potest, vt sit forma corporalis; non enim haberet potentiam ad omnem formam suscipiendam. Quare, quemadmodum tabula rasa est imago, si suæ superficiei addita fuerit terminationis actio; ita certè, ipsa intellectualitas animæ secundùm intellectum possibilem, est imago intelligibiliũ receptiua. Proinde intelligens, & intellectum, sunt idem actu, secundùm esse verò differentia: quæ profectò omnia materiæ tribui non possunt. Nõ ergo intellectus possibilis est materialis, vt dictum est. Ex quo patet intellectum possibilem esse immixtum, hoc est, non mixtum cum corpore, sicut forma corporis, aut forma, quæ est virtus in corpore. ideoque benè dixit Anaxagoras: Immixtus est, inquit, vt superior, & imperet omnibus. si enim esset aliqua forma informatus, proculdubiò, vt dictum est, extraneas recipere non posset: id enim, quod alicuius est receptiuum, illud non habet, in specie, quod natum est recipere; tametsi formam in genere, cum his quæ recipit, conuenientem possit habere. ipse est ergo potentia omnia intelligibilia, quia omnium susceptibilis. Anima rationalis (inquit Auicenna) non est intellectus possibilis, sed potiùs intellectus possibilis, est vna pars eiusdem: De parte (inquit philosophus) animæ, qua cognoscit, & sapit anima, vocans intellectum animæ partem. anima autem rationalis, quæ est hominis perfectio, est quoddam totum, & substantia incorporea, sua potestate complectens reliquarum animarum vitam; eò quòd inter omnes naturales formas, propinquior, & similior sit intelligentiæ. Benè ergo dixit Alexander, multas inesse animæ virtutes non immixtas: malè verò, cùm ex elementorum mixtura putauerit generari. Quare, etsi dicatur intellectus separatus, quia non est organicus, nec de materiæ potentia productus; est nihilominùs anima perfe-

Natura intellectus possibilis.

Quatuor conueniunt intellectui possibili.

Tabulæ comparatur.

Immixtus.

Auicenna.

Alexander.

Cti-

Intellectũ esse potentiam.

ctio corporis, cui per virtutes naturales coniungitur. Quam ob causam intellectus quoque potest dici potentia coniuncti; quamuis in essentia sua non communicet corpori. simile quiddam videre est in sole, qui est vnus numero per materiam; eius verò virtus est vniuersalis ad omnium corporalium vitas fouendas. Itaq; intellectus possibilis, non est omnibus modis separatus à materia, siue corpore, cuius est perfectio; alioquin esset pura potentia, quæ in rerum natura nihil est, quod est maximè absurdum. Rectè ergo dictum est ab Auicebron, potentiam intellectus per formam intellectualis naturæ, ad ens vnum in mundo determinari, & in natura esse determinatã: sed perperam dictum est, potentiam intellectus, materiæ esse potentiam: & intellectus naturam, in materiæ natura consistere. Quocirca, quamuis intellectus non sit mixtus corpori, sicut forma corporis, aut sicut virtus organica, operans in organo corporis; est tamen virtus animæ rationalis: quæ licèt prædictis duobus modis non sit corpori permixta; habet tamen nonnullas virtutes corpori permixtas: verùm intellectus non est eius virtus, quatenus corpori miscetur; sed potius quatenus anima est imago primi agentis. Quare, cùm intellectus non sit permixtus corpori, hinc est, quòd in suarum actionum opere exercendo, instrumento non vtitur corporeo. hanc ob causam anima rationalis dicta est vmbra, vestigium quoddam, & resultatio intelligentiæ separatæ. Iam ergo satis constare potest, quonam modo intellectus possibilis sit separatus, & immixtus, & non hoc aliquid determinatum: denique quomodo sit potentia passiua animæ rationalis.

Quomodo intellectus sit separatus.

Auicebron.

Vmbra intelligentiæ.

CAP. X.

Argumenta contraria.

QVoniam posset aliquis multa obijcere contra ea, quæ dicta sunt; idcircò obuiam ire disposui, ne inermem offenderet legentem. Poset vtiq; sic arguere: Quod est mens, non est animæ potentia, sed essentia, authore August. 9. Mens, inquit, & spiritus, non relatiuè dicuntur, sed essentiam demonstrant. sed intellectus idem omninò videtur esse quod mens; nec vlla videtur esse distinctio, nisi nominis tantùm: nam sicut mente, ita etiam intellectu æterna capimus, & contemplamur: intellectus ergo humanus, est animæ humanæ essentia, & non potentia. Sanè, id propriè vocatur rei essentia, per quod habet esse. sed anima habet esse per intellectum, qui verus homo à Platone, & Plotino nominatur: ergo quod prius. Amplius, appetitiuum & intellectiuum, diuersa potentiarum genera in sola animæ essentia, & non in aliqua potentia vniuntur. sed hæc secundùm Augustinum, vniuntur in mente; locat enim intelligentiam, & voluntatem in mente. sed mens, & intellectus, est ipsa animæ essentia, & non aliqua eius potentia: ergo; siquidem homo intelligit cum angelis, qui sunt mentes puræ, & intellectus beati. Re-uera, anima immaterialis dicitur, quia est intellectiua. sed est immaterialis per suã essentiam: igitur per suam essentiam est intellectiua: atq; ita, intellectus non est potentia; sed essentia animæ. Amplius, si intellectus est potentia, & non essentia animæ; igitur est accidens: omnis enim potentia est in illo genere, in quo est eius actus, quem primò, & per se respicit. sed actus quos primò potentiæ animæ respiciunt, sunt accidentia: igitur potentiæ sunt accidentia. sed intellectus non est accidens: igitur non est potentia. Quòd verò non sit accidens, siue qualitas, ita potest ostendi: quia nulla qualitas semper intelligit, neque omnes continet formas intelligibiles. sed intellectus est locus omnium specierum intelligibilium, vt dictum est: igitur non est qualitas; atque ita, non est animæ potentia. Amplius, si intellectus est qualitas animæ, est

1. (margin, beside "guere: Quod est mens")
9. de Trinit.
2. (margin, beside "tur: ergo quod prius")
10. de Trinit.
Greg.
3. (margin, beside "tentia; sed essentia animæ")
4. (margin, beside "qualitas; atque ita")

Intellectũ esse potentiam.

mæ, est etiam actus: quia est in actu per intellectum. sed intellectus non est actus; alioquin non reciperet omnem actum; receptiuum enim omne denudatum est ab eo, quod recipit: igitur non est qualitas. Sanè, omnis actus est forma, vt ex se patet: sed intellectus non est forma: quia nec materialis, nec immaterialis, authore Commentatore 3. de anima com: 18. & 27. ponens differentiam inter sensum, & intellectum, dicit, sensum esse in se quendam actum, & in potentia respectu specierum, quas recipit; intellectum verò esse puram putentiam: porrò, pura potentia, non est qualitas animæ. Amplius, circumscripto omni distincto ab anima, anima potest
5. intelligere: igitur anima est intellectus; atque ita intellectus est substantia, & non potentia animæ. Sanè, anima est immediatum principium operum vitæ, propterea quòd est immediatum principium essendi: igitur est immediatum illius operationis principium, quæ in illo esse fundatur; forma enim largiens esse calidum, largitur etiam, & calefacere. sed vitæ opus, quod propriè animæ conuenit, quatenus est rationalis, est intelligere: igitur, si ipsa est immediatum principium intelligendi; proculdubiò,
6. intellectus est eius essentia, & non potentia. Anima præterea producit suas potentias, non mediante alia potentia: ergo est immediatum principium productionis, & sic habetur intentum. si enim anima est natura, quia est forma materiæ: igitur est principium per se motus; quia omnis natura est principium per se motus: igitur non est principium per se motus per potentias; alioquin à potentiis mutuaret, vt esset prin-
7. cipium motus, & vitæ. Item, si intellectus est qualitas, siue potentia intelligens, aut intelligit intellectione quæ est ipse intellectus; & sic vna intellectio, alteram reciperet, quod est falsum: aut intellectione à se recepta; & sic respectu suimet, esset agens, & patiens, quod fieri non potest.

CAP: XI.

Soluuntur Argumenta.

1. AD primum dici potest, animam rationalem interdum intellectum appellari, propter intellectus nobilitatẽ, vtpotè, quia est eius pars nobilissima; sicuti sensum, nunc potentiam, nunc verò animam sensitiuam; vnde & per intellectum dicitur intellectiua: ex hoc autem non sequitur, quin sit ani-
2. mæ potentia. Ad 2 Quamuis appetitiuum, & intellectiuum diuersa sint animæ potentiarum genera, pro diuersis obiectorum rationibus; appetitiuum nihilominus partim quidem congruit cum intellectiuo, partim verò cum sensitiuo: quia in operando, corporeo vtitur organo; appetitus enim sequitur apprehensionem: quæ profectò ratio mouit Augustinum, vt in mente voluntatem poneret, philosophum verò in ratione. Ad confirmationem, negatur similitudo: Angelus enim dicitur mens, seu intellectus: quia tota eius virtus in hoc posita est; nam in eo est sola vis intellectiua, & voluntas, quæ consequitur intellectum. at in anima humana sunt vires sensitiuæ, nutritiuæ, & intellectiuæ; ideoq; non est simile. Ad aliam confirmationem, ex immaterialitate virtutem habet intelligendi substantia immaterialis: cùm ergo huiusmodi immaterialitas, non sit animæ intellectus; non est necesse, animæ esse substantiam.
3. Est ergo virtus, & potentia animæ. Ad 3. Verùm quidem est, qualitatem absolutè, & per se acceptam, non semper intelligere, non autem quatenus intellectioni subest intellectus existentis in actu. Quare, etsi nulla qualitas, virtute productiua, omnes contineat formas intelligibiles; potest tamen continere eo modo, quo lumen continet colores, quos potentia visibiles, actu facit visibiles: sic & ipsa, quæ sunt potentia
4. intelligibilia, reddit actu intelligibilia. Ad 4. Intellectus possibilis, est in potentia ad formas rerum materialium; quia potentia ea recipit, in quæ potest eius proprium a-

Intellectũ esse potentiam.

ctiuum: potest ergo recipere actus immateriales, & intentionales, de quibus non loquitur authoritas philosophi. Ad confirmationem, negatur minor: intellectus enim est forma immaterialis; sed non actu intelligibilis, de qua ibi loquitur Commentator. Et cùm infers ex Commentatore, com: II. quòd non sit forma intellecta actu, vel potentia: dico esse intellectum in potentia habituali, quia non cogitat, aut intelligit ea, quorum species habet: & sic non est forma intellecta in potentia, vt dicit Commentator. sed bene potest esse forma in potentia; quia sibi non repugnat intelligere. Ad aliam confirmationem dico, id voluisse Commentatorem dicere, obiecta sensus, cùm sint de se actu sensibilia, potentiam sensitiuam, quia immediatè ab obiecto exteriori moueri potest, in potentia proxima esse ad sentiendum: obiecta verò intellectus, quoniam non sunt actu intelligibilia, sed fiunt; ideò ad intelligendum intellectum in remota esse potentia. Ad 5. negatur antecedens: licèt enim sit primum principium anima intelligendi, secundùm suam naturam; non est autem proximum, sed intellectus: ideoq; elicit actum intelligendi mediante potentia à se distincta, quæ est proximum principium intellectionis. Ad confirmationem respondeo, quòd actio creaturæ non fundatur super esse simpliciter, sed super esse accidentale: propterea & animæ actio super esse fundatur, quod à potentiis largitur, atque tribuitur. Ad 6. Anima producit potentias, non quidem actione media, quod esset proprium agere; sed quadam naturali emanatione, quæ non est producere, seu agere. Quare, non propriè anima producit suas potentias, cùm producantur ab eodem artifice Deo, à quo & anima producitur. verùntamen dicuntur ab anima produci, similiter & omnis passio à suo subiecto; propterea, quòd actio agentis, priùs natura terminetur ad subiectum, & consequenter ad potentias, seu passiones. Ad confirmationem, natura est primum, non autem proximum principium motus; & sic anima à suis non mutuat potentiis, vt sit primum principium motus: potentia autem est principium proximum, & prima ratio agendi. Ad 7. Intellectus est actus in genere entium, proinde 3. de anima, com: 4. animæ virtus à philosopho vocatur. & com: 5. loquens de intellectu, exponensq; illud philosophi: Omne recipiens est denudatum, &c. dicit, non esse necessarium, vt recipiens nullo modo sit in actu, sed non debere habere actu rei similitudinem, quam sit recepturum. Ex quo patet, intellectum humanum de se propriam aliquam speciem non habere. Est præterea pura potentia in genere intelligibilium: quia si aliquam non reciperet speciem; nequiret se intelligere, cuius rei gratia primæ comparatur materiæ. nam quemadmodum prima materia est in pura potentia, ad formas materiales; ita intellectus ad species intelligibiles: intelligit ergo intellectione, quæ est qualitas distincta ab intellectu. etenim actuatus specie intelligibili, intellectionem producit; atque ita locum tenet agentis: secundum autem suam nudam essentiam, intellectionem recipit; & sic gerit officium recipientis. Philosophus 2. de anima, com: 18. dicit intellectum esse alterum genus animæ, illudque solum separari sicut perpetuum à corruptibili. Simplicius, vult eandem propè rem esse intellectum, & theoricam, siue contemplatiuam scientiam: quatenus enim est intelligendi principium, intellectus; quatenus verò altiora rimatur, theorica dicitur potentia: est ergo alterum genus animæ, quia ipse solus est perpetuus, cætera verò mortalia. Anima præterea intellectiua, alterum est animæ genus: quia quibusdam viribus corpori coniungitur; quibusdam verò à corporeis nexibus separatur: non est ergo virtus sola corpore vtens, sed & perficiens corpus. dicitur tamen separatus: quia etsi corporis perfectio sit, à corpore tamen non dependet, sicut & cæteræ partes, quæ corpus perficiunt. Quòd ergo intellectus sit animæ rationalis potentia, dixi. Verùm, hæc potentia intellectiua, qua rationalis anima ad intelligibilia comparatur, estnè animæ substantia, an accidens in anima subiectiuè existens? Sanè, animæ rationalis

5.

6.

7.

Intellectus alterum genus animæ.

Quòd non sit substantia animæ quidam dicunt.

Intellectus possibilis est ens in actu.

tionalis substantia vna est, & simplex; potentiæ verò plurimæ: non ergo potentia
intellectiua, est animæ substantia; sed qualitas, siue accidens. intellectus præterea
non est voluntas, neque voluntas intellectus; sunt enim potentiæ distinctæ. quòd si
vtraque est animæ substantia: idem ergo sunt, & non distinctæ potentiæ, quod planè
omnem prorsus euerteret philosophandi rationem. intelligere siquidem & velle, v
3. communis est sententia, sunt opposita disparata. Amplius, potentia & actus sunt v-
nius generis. sed intelligere est accidens: quia in solo Deo est suum esse, & sua sub-
stantia: potentia ergo intellectiua, est qualitas, & non substantia. nam si intellectu
est animæ substantia, cùm ea actus sit semper; inde necessarium esset, vt semper in-
4. telligeret, sicut semper viuit homo, anima in ipso manente. Denique, sicut se habe
esse ad essentiam; ita profectò operari ad potentiam. Per commutatam ergo propor-
tionem, sicut se habet esse ad operari, ita planè essentia ad potentiam. sed in rationa
Rationes contrariæ. li creatura, esse differt ab operari: igitur essentia differt ab potentia. Verùm his ob
uiare videtur Auerroes 12. met: 17. Quod, inquit, intellectui separato attribuitur
1. idem & illi attribuendum est intellectui; qui in materia non est, neque à materi
dependet. sed huiusmodi est potentia intellectiua: est ergo intellectus substantia ra
tionalis animæ: in substantia enim separata (ad mentem Auerr.) cuius esse, & es
2. sentia idem est, in sua specie accidens non fundatur proprium, sed commune. Am
Com: 51. plius, Arist: & Auer. 12. met: pro impossibili habent, optimam substantiam, sepa
ratam scilicet, ab aliquo extrinseco suam dignitatem acquirere. Sed huiusmodi con
ditiones, & proprietates solius Dei sunt, in quo esse, & essentia non differunt: ideoq
priores rationes veritati magis consonant, magisque sunt tenendæ, & obseruandæ.

CAP. XII.

Intellectus possibilis non est pura potentia, sed aliquod ens in actu.

Voniam ex supradictis philosophorum rationibus, intellectum humani
rationalis animæ potentiam esse, satis constare arbitror: propterea alia
explicanda occurrit quæstionis difficultas, Vtrum scilicet, sit pura po-
Arist: 3. de anima, 5. com: 3. 18. tentia, an aliquod ens in actu. Sanè Aristotelis verba multorum men-
tes mouit; vt intellectum possibilem, puram potentiam esse dicerent
Quare, inquit, neque ipsius est esse naturam, neque vnam; sed aut hoc, quòd possibili
est vocatus: hac de causa dictum est à Commentatore, intellectum possibilem nullam
habere naturam, nisi possibilitatis: hinc est, quòd quidam putârunt, idque ad mentem
Commentatoris, intellectum possibilem esse ens purum potentiale. Verùm, etsi intelle-
ctus possibilis, in genere intelligibilium, sit in pura potentia, pro statu præsentis vitæ
quia nullam speciem intelligibilem sibi cognitam habet, nec potest seipsum per seipsum
nec per propriam speciem naturaliter intelligere, nisi reflexiuæ, aliquo scilicet obie-
Quòd sit ens actu. Rationes. cto priùs cognito; in genere tamen entium, est ens actu, quia est virtus, & potentia
animæ: nullus enim actus corporis, siue informans corpus, siue distinctum à materia
est purum potentiale. sed intellectus possibilis est huiusmodi, vt suprà dictum: igi-
tur non est pura potentia. Est præterea impassibilis, 3. de anima 7. non est ergo pu-
ra potentia. Quonam modo est purum potentiale, si est immediatè receptiuum ter-
2. minatorum accidentium? Quod enim non est ens in actu, quomodo capere poteri
accidentia? Amplius, quod est operatiuum, non est purum potentiale: sic enim do-
3. cet philosophus 2. de gene: com: 53. Materiæ, inquit, est pati, facere verò alterius po-
tentiæ; alioquin eadem esset potentia actiua, & passiua: & effectiua causa, & mate-
riali

rialis coinciderent. sed intellectus possibilis est operatiuus: Iudicium, & distinctio, in- Intellect⁹
quit Commentator 3. de ani: 19. tribuitur nobis ob intellectum materialem: nam ipse possibilis
componit & diuidit. 3. com: 20. & 36. duas in nobis habere, dicit, actiones: est ergo est ens in
operatiuus. Themistius 3. de ani: cap. 19. dicit, tam in sensu, quàm in intellectu, ex actu.
obiecto in potentiam passionem causari: actionem verò à potentia. Quare, ita intelli- Them.
gendum illud Aristotelis, in lib. de sensu, quòd scilicet sensibile sensum agere facit:
propterea, quòd per sui motionem excitatus, sensus operetur & sentiat. Et illud Auer
rois in 2. de ani: com: 1. & 49. recipere aliud, est aiudicare illud. Sic etiam dicit
Theophrastus, intellectum præstare omnium motionum causam, hoc est, vt res in-
telligatur, vel non intelligatur. Authoritate quoq; Theophrasti, illud Aristotelis: 3.
de ani: 5. Intellectus possibilis nihil est actu, sic intelligi debet; omnia scilicet ad po- Theoph.
testatem intelligendi referri oportere; non autem ad naturam intellectus, quasi nihil
sit actu in rerum ordine; calumnia enim hæc esset, & oratio contentioni cauilloq; pro
xima: ita ergo illa philosophi sententia intelligenda est, vt in animo talis generis sit
potentia sui, pro subiecto & gremio formarum; qualis in rebus materialibus facultas
illa est, quæ constitutioni earum, & concretioni substernitur. Non est ergo ita pura
potentia, vt nihil sit actu. Amplius, intellectus in nobis componitur ex intellectu in
actu, & intellectu in potentia: 3. de ani: com: 20. & Commentator 17. Necesse est, in 4.
quit, esse duas differentias, intellectum scilicet agentem, & possibilē. Sanè, nihil
agit, nisi per formam, 3. de ani: 18. sed nos agimus per intellectum agentem, & possi
bilem: sunt ergo formæ in nobis, quod fieri non posset, nisi componerentur. sed nullū
compositum ex actu & potentia, est purū potentiale: ergo quod prius. Verùm 3. de
ani: com: 20. dicitur, huiusmodi intellectus duos quidem esse, per diuersitatem acti- Intellectus
onis: vnum verò, quia materialis perficitur ab agente: actio namq; attributa alicui compositus
propter aliqua duo in eo existentia; vnum materia vt sit, alterum verò vt forma, ne
cesse est, 3. de ani: com: 36. sed nos intelligimus per intellectum agentem, & possibilē,
3. de ani: 18. aliquo ergo modo intellectus agens est nobis forma. Cùm autem compo- 12. met: 37.
situm sit, cui potentia admiscetur, & intellectus possibilis sit potētia receptiua; prop
terea compositum nominatur. Quare secundùm esse reale, est actus; secundùm esse
verò intentionale, potentia: quia est omnia fieri. Non est ergo intellectus possibilis,
ens purè potentiale potentia receptiua, ita quòd non sit aliquod ens actu de se: nam
si esset substantia intellectualis puræ potentiæ, perficereturq; per intellectum agen-
tem sibi inhærentem; tūc ab omni actu intellectuali perfici posset; sicut ab omni for-
ma sensibili, & materiali ipsa prima materia inhærenter perficitur: atq; ab intelligē-
tijs, quæ sunt quidam actus spirituales, inhærēter posset noster intellectus perfici, vn-
de noster intellectus possibilis, pars esset intelligentiæ orbē mouentis, quod est falsū.
Amplius, si esset pura potētia, cùm nō posset actu subsistere, sine actu sibi inhærente,
atq; perficiente, 1. phys: 69. ab aliquo ergo actu primo sibi inhærente, actum recipe- 5.
ret. omnis autem substantia, ex duobus principijs essentialibus composita, quorum
vnum est substantia in potentia, aliud verò substantia actu, est coruptibilis, vt doce-
tur 1. phys: 82. & 8. met: 12. sed intellectus possibilis est incorruptibilis, vt in prin-
cipio huius dictum, & philosophus docet 3. de ani: 26. & 2. de ani: 2. igitur est ens in
actu & non purum potentiale. Sed quidam contra prædicta sic arguere tentârunt: Argumenta
Quod recipit actu omnia entia, non est aliquod ens actu; alioquin se ipsum reciperet contraria.
quod est impossibile. sed intellectus possibilis recipit omnia entia actu; quia est om
nia fieri, desideratq; omnia intelligere, & suum intelligere per receptionem fit: igitur
si recipit actu omnia entia, non est actu aliquod ens: recipiens enim debet esse denu- 1.
datum ab eo quod recipit: hæc est potissima ratio eorum, qui dicunt intellectum po-
ssibilem esse purè potentialem. altera verò, quod non sit actiuus, sed merè passiuus.

Ampli-

Intellect⁹ poſsibilis eſt ens in actu. Amplius, aut intellectus eſt ens actu ſenſibile, aut intellectuale: inter hæc enim non datur medium. ſed non eſt ens ſenſibile; alioquin abſtractas, & vniuerſales formas non reciperet: recipiens namq; abſtractum, debet eſſe potentia abſtractum, ſicut recipiens materiales, potentia materiale: recipiens ſiquidem & receptum ſunt proportionata ad inuicem. atqui intellectus recipit formas abſtractas: non eſt ergo ens ſenſibile actu. Neq; ens intellectuale; alioquin eſſet intelligens, & intellectum, abſq; aliqua ſpecie intelligibili de nouo genita, quod certe peripateticis non placet: non enim fit intellectio in hac vita ſine phantaſmate, 3. de ani: 30. Sanè: per operationem ens actu cognoſcitur: proinde 9. met: 7. dicit Commentator, quòd operatio naturæ intellectualis, cùm ſit intelligere, hanc ex ſe non habere intellectum materialem; ſed actu fieri intelligentem à phantaſmate, & intellectu agente, 3. de anima. Amplius implicat, intellectum poſsibilem eſſe in actu, & ab eo educi ſpeciem intelligibilem; perinde enim eſſet, ac ſi ipſemet actus eſſet, & potentia. ſi enim educitur de potentia intellectus: ipſius ergo eſſentia eſt potentia. Iterùm, ex intellectu poſsibili & agente, fit vnum per ſe, ſicut ex luce & diaphano: lux enim perfectio eſt diaphani: ſic & intellectus agens, perfectio eſt intellectus poſsibilis. ſed id, quod cum actu puro coſtituit vnum per ſe, eſt pura potentia: & intellectus poſsibilis reſpectu intellectus agentis, eſt huiuſmodi: igitur eſt pura potentia. Reuera, intellectus, qui eſt potentia intelligibilia, actu autem nihil, antequam intelligat, eſt purum potentiale. ſed intellectus poſsibilis eſt huiuſmodi, 3. de ani: 14. & 25. oportet potentia eſſe cognoſcens: & com: 6. anima eſt materialis forma, non actu, ſed potentia: ergo quod prius. Sanè, natura intellectus poſsibilis eſt, vt recipiat, non vt agat: eſt ergo ſuapte natura purum potentiale, & non ens in actu. Hæ ſunt obiectiones, quæ fieri poſſunt in hac quæſtione.

2.

3. 59.

17. 18. 30. 39.

3.

4.

CAP. XIII.

Soluuntur Argumenta.

1. AD primum dico, minorem illius falſam eſſe: nam etſi verum ſit intelligere fieri per receptionem alicuius entis; non ob id tamen neceſſe eſt, omne illius intelligere, per ipſiusmet intelligibilis, ſiue illius quod intelligitur, receptionem fieri: ſat enim eſt, vt per ipſius receptionem intelligibilis, aut alicuius alterius fiat. Itaq; cùm intellectus poſsibilis non ſit actu aliqua natura corporalis, neq; naturæ corporalis ſpecies aliqua; nihil prohibet, formas corporales per ſuarum ſpecierum receptionem recipere, propterea, quòd non ſit actu aliqua illarum, ſed potentia. Ex hoc ſoluitur illud, Omne recipiens &c. denudatus eſt enim intellectus ab intelligibili corporeo, vel quod eſt corpus: non autem ab omni intelligibili incorporeo & immateriali. Omne itaq; recipiens, denudatum à natura recepti ſecundùm ſpeciem, quia non habet actu aliquod indiuiduum eius ſpeciei cum re recepta, veluti rationem, ſeu medium recipiendi; alioquin idem eſſet ratio ſui recipiendi: In indiuiduis, inquit Auerroes, eiuſdem ſpeciei, quicquid vni eſſentialiter competit, & alteri, atq; ita idem ſe reciperet, & mouens eſſet, & motum, ſecundùm vnam rationem formalem. Vnde Auerroes 2. de ani: 67. Nihil, inquit, recipit ſe, aut eſt cauſa recipiendi ſui. & 1. phyſ. 76. Voluit idem poſſe ſe recipere, per accidens quidem, non autem per ſe. hoc idem coſirmat 3. cœli 67. Sed dices, huiuſmodi rationem non valere, omne denudatum ſcilicet à natura receptibilium formarum materialium, tanquam à cauſa, & medio, & ratione recipiendi, eſſe immateriale & immixtum: neq; enim valet, Omne denudatum à naturis colorum, tanquam à cauſa, & ratione recipiendi, eſt incoloratum; ſicut videre eſt in oculo: intellectus præterea materialis per ſui naturam eſt cauſa

Omne recipiens.

2. cœli 59.

Dubium.

Solutio.

Intellect⁹ possibilis est ens in actu.

est causa recipiendi alia, non tamē est causa sui ipsius, eò quòd non sit eiusdem speciei.
sed sensus est talis: Omne denudatum à formis materialibus, tanquam à causis reci-
piendi, & modo essendi earum, est immateriale: est enim modus essendi indiuidua-
liter, & signatè. sed intellectus est huiusmodi: igitur est immaterialis. Modò quod
de oculo adducitur, nihil est: propterea, quòd oculus, esse aliud habens, & vt recipi-
ens denudatus sit à modo rei receptæ: intellectus quoq; & formæ materiales, ratio-
ne materiæ, eiusdem sunt speciei, non tamen simpliciter. tactus similiter recipit vnum
contrarium: quia continet reliquum, calidum per frigidum, vel frigidum per calidū:
vnde patet, quomodo recipiens est denudatum à natura recepti. Ad secundum respō 2.
deo, asserens intellectum possibilem naturæ esse intellectualis actu de se formaliter:
nec inde sequi esse intelligens, & intellectū quocunq; alio circumscripto. Et cùm pro
bas, vnum alterius ope indigere: quia eius operatio in extraneam transit naturam,
vel quia est pura potentia passiua, hæc ratio non valet; nam anima sensitiua in senti-
endo, alterius eget auxilio: & cùm ipsius sentire nō transeat in exteriorem materiam;
ipsa nihilominus anima, non est substantia puræ potentiæ, imò est quidam actus se-
cundùm se. Quare, licèt possibilis intellectus sit actio, siue eius operatio sit immanens,
& aliquo indigeat in intelligendo; non est tamen purum potentiale. Ad tertium, con 3.
sequentia non valet: forma enim, siue species intelligibilis non educitur, cùm sit quod
dam accidens, nisi de potentia entis actu existentis. Porrò, de potentia actus puri, qua
tenus est actus, aliquid non educitur; sed vt est in potentia ad aliquod aliud: atq; ita
ex ipso educi, id est, in ipso aliquid potest generari. Educitur autem ab essentia, quia
principaliter in essentia, secundariò autem in potentia educitur & generatur, quate-
nus scilicet in substantia potentiæ recipitur: Ex hoc tamen non sequitur, quòd substā-
tia intellectus possibilis, non sit ens in actu simpliciter. Sed dices, suffragatur huic
proposito Commentator in lib. de substantia orbis, asserens subiectum simplex, actum
excipere non posse, quod est pati: quia actui aduersatur, & destruit. Respondeo, sen-
tentiam Commentatoris ita esse intelligendam: nullum subiectum simplex, accidentia
contraria recipere posse, quorum alterum dispositio sit substantiæ recipientis: pro-
pterea, quòd huiusmodi recipiens, necessariò corruptioni foret obnoxium, quod planè
repugnat actui per se subsistenti. Non ergo vult Commentator, nullum actum simpli-
cem, spiritualia accipere posse, quæ nullam habent contrarietatem: quibus corruptis,
non est necesse illius substantiam corrumpi. Ad quartum, argumentum veritatem 4.
habet, si ille actus purus inhæreat, non autem subsistat. sed ex intellectu agente cum
intellectu possibili, non fit vnum, sicut ex actu inhærente; alioquin intellectus agens
essentialiter ab intellectu possibili differret, quod est falsum. vnde Themistius 3. de
ani: cap. 41. firmiter tenet intellectum possibilem & agentem, vnum esse subiecto, &
ratione sola distingui: Aristoteles 3. de ani: 20. & intellectus abstractus, inquit. iste
tantùm est immortalis &c. intellectus quoq; possibilis est immortalis, & abstractus
secundùm substantiam, non autem secundùm operationem: quia sine imaginatione ni-
hil in hac vita intelligit, cuius rei gratia dicitur corruptibilis: intellectus verò agens
tum secundùm essentiam, tum etiam secundùm operationem abstractus est, & im-
mortalis. Intellectus igitur possibilis semper est ligatus cum phantasia: agens autem,
quia non est passiuus, abstrahit ab imaginatione: quatenus verò vnitur nobis, vt for-
ma, intelligit per essentiam. Hæc est diuersitas secundùm Auerroem: nam 1. de ani:
com: 12. intellectum materialem considerat, vt partem animæ: propterea dixit, ab-
stractum esse secundùm essentiam, secundùm operationem verò minimè. 3. autem de
ani: com: 36. non vt animam, neq; vt partem animæ, sed absolutè, vt intellectum spe-
culatur: ideoq; dicit habere intellectionem æternam, per quam semper intelligit in-
tellectum agentem. Ex his ergo colligitur, hos duos intellectus essentialiter non di-

Species intelligibilis educitur de potentia intellectus

Themistius.

Intellectus agens, & possibilis vnus intellectus.

Intellect⁹ denudat⁹ à forma rei, quam intelligit. stingui, atq; ita ex intellectu poßibili, & intellectu agente, non fieri vnum; sicut e[x] actu inhærente & pura potentia; alioquin intellectus agens, eßet accidens intellectu poßibilis, atq; ab inuicem eßent separata, sicut accidens & subiectum, quod est om ninò absurdum. Sed fortaßis verbis philosophi confisus, iterùm instabis: philosophu[s] inquis, expreßè loquens de natura intellectus poßibilis, dixit, nullam habere natu-

Instantia.

3. de anima. ram, nisi quod poßibilis vocatus est. & text: 14. nihil est actu eorum quæ sunt, ant[e] intelligere: & iterùm, potentia animæ quodammodo est intelligibilia intelligens, se[d]

5. actu nihil, antequā intelligat. Sed hæc facilè solui poßunt: quandoquidem inibi co[n]

Solutio. tra Empedoclē & quosdā alios antiquos disputet, à quibus diffamatū est, per aßim[i]lationem corporalē atq; realem cognitionem fieri, spiritualis aßimilatio, ab eisdem i[n]cognita, prorsus neglecta: hanc ob causam putauerunt animam rationalē ex prin cipijs omniū entium eße compositā, nempè ex quatuor elementis, quæ omnium re[rū]

3. de anima, 4. & 5. putauêre principia. horum errorem corrigens philosophus, ait, intellectū eße immix tum, nullamq; corporalem aßimilationem habere eorum, aut realem, quæ est inte lecturus: propterea dixit, ipsum intellectum, quo opinatur anima, & intelligit, al[i]quam non habere naturam, ex illarum scilicet numero, ex quibus intellectum con positum eße, antiqui affirmârunt. Quòd ergo intellectus sit ens in actu, dixi.

CAP: XIIII.

Argumenta contraria.

Voniam dictum est, omne recipiens denudatum eße à forma, quam r[e]cipit; poßet aliquis dubitare, & dubitando arguere, desiderio veritati[s] habendæ: hinc est, quòd aliquot argumenta proponere disposui, vt luc[i]

1. diùs inde rei veritas haberi poßit. Quorum primū hoc sit. si cognosc[i]tium denudari oportet à sui cognoscibilis natura: tactus ergo non c[o]-

2. de anima, 1. 4. & 1. 18. gnosceret tangibiles qualitates; ex eis enim constat eius organum, vt postea dicetu[r]. Sed id experientiæ rerum magistræ prorsus obsistit: non omne ergo recipiens, den[u]datum est à forma rei, quam recipit. etenim, si ita omninò res se haberet; tunc c[o]gitatiua remaneret incognita: indiuiduorū siquidem cognoscitiua est sensibilium à natura sensibili ipsa nequaquam denudata manente, propterea, quòd sit sensus in[te]rior. Quare, à seipsa cognosci non poßet, neque etiam ab intellectu, quippè qui v[ni]uersalium, & non sensibilium singularium naturas intelligit: ergo quod prius. Am-

2. plius, si omne recipiens est denudatum à natura recepti; tunc intellectus incorpora, & intellectualia capere, seu intelligere non valeret; siquidem & ipse, naturæ cu[m] sit intellectualis, à sui ipsius natura non denudatur. Id præterea pugnat contra co[n]sequentiam, quam tex: 6. philosophus formare videtur: Si, inquit, intellectus hab[e]ret organum, calefieret, aut frigefieret, sicut sensus; sensus enim non frigefit, aut c[a]lefit: quia non est quid elementatum, nec etiam anima sensitiua. organo sensus sa[n]è competit, quia nimirùm corpus est elementatum: ergo quod priùs. Amplius, sic[ut]

3. se habet visus ad visibile; sic intellectus ad intelligibile: ideoq; & à Platonicis, [&] Peripatheticis, oculus animæ intellectus appellatur. sed visum non oportet denuda[ri] ab omnibus visibilibus, vt videndi officio fungi poßit; visus enim est in aliquo co[r]pore mixto: quælibet autem pars animalis est mixta: denique quælibet pars mixt[i],

1. de generat. 86. est mixta. sed omne mixtum colorem aliquem habet: nam omnia corpora, inqu[it] philosophus de sensu, & sensato, colore participant. Quare, si visus non est denud[a]tus ab omni visibili; nec etiam intellectus ab omni intelligibili, vt intelligere poßi[t],

4. & suas vires exerere in cognitione, & receptione multorum intelligibilium. Iten[i] recip-

Intellectus denudatus à forma rei, quam intelligit.

recipiens ab illo denudatur, quod recipit. sed intellectus speciem recipit lapidis, non ipsum lapidem, 3. de anima, com: 38. non ergo denudatur à specie, quam recipit. Adde secundùm Commentatorem 3. de anima, com: 9. quòd intellectus possibilis semper intelligat intellectum agentem, nec tamen ab ipso denudatur. nam si oportet eum denudari ab omni intelligibili, quod intelligit; tunc profectò non esset forma materialis, eò quòd omnes formas materiales intelligat. atqui ipse forma est substantialis corporis humani: ergo quod priùs.

Soluuntur argumenta.

Cæterùm, ad hæc, & similia, licèt ex præcedentis quæstionis elucidatione possit quis respondere; addere tamen placuit nonnulla, quò clariùs, res, quæ controuertitur, dignosci possit, & intelligi. Inprimis obseruanda est mens philosophi 3. de anima, tex. 4. & 5. vbi disputans contra antiquos, qui naturam intellectus ignorârunt, dicit, intellectum esse immixtum, hoc est, non compositum intrinsecè compositione reali, ex naturis corporeis sensibilibus; nec esse aliquam ex illis naturis: quia nimirùm earum omnium esset cognoscitiuus.

Intellectus immixtus.

nam si aliqua illarum esset, vel ex eis compositus, cognoscere nequaquam posset, non secus, ac si in oculo aliquis esset connaturalis color, qui aliorum colorum labefactaret, impediretq; cognitionem. Necesse est ergo aliquorum cognoscitiuum, vt in sui natura nihil eorum habeat. hinc dixit, non esse mixtum corpori, sicut sensum, nec organum habere, sicut habet sensus; ideoque separatum esse à natura sensibili corporea, ac proinde omnium formas capere posse. Pro cuius rei cognitione lucidiùs habenda, non ignorare oportet, cognoscitiui, similiter & receptiui, quandam esse essentialem, quandam verò accidentalem potentiam.

Potentia essentialis.

Est autem cognoscitiui, siue receptiui potentia essentialis, quando scilicet est in pura potentia, & nullo modo in actu: accidentalis verò, quando, etsi iam actu habeat suæ cognitionis principium, actu tamen non cognoscit; veluti se habet intellectus philosophi dormientis: intellectus verò pueri, in vtraq; consistit potentia.

Accidentalis potentia.

Duplex ergo est cognoscitiui, atque receptiui potentia: essentialis scilicet, & accidentalis: obiecti autem cognoscibilis duplex est esse, reale vtiq; siue naturale, & intentionale. & id quidem interdum determinatæ, & contractæ per materiam naturæ, veluti naturæ sensibilis: interdum verò naturæ communis, vel prædicatione quidem, vti est substantia, actus, bonum, vnum, vel continentia perfectionis, cuiusmodi sunt intelligentiæ, & proportionaliter natura animæ rationalis, quæ inferiorum gradus formarum in seipsa eminenter continet.

Obiectum cognoscibile.

Porrò, obiectum cognoscibile potest esse in cognoscente, sicut forma in materia, vel accidens in subiecto, hoc est, inexistenter, vel compositiuè, sicut componitur oculus corporalis ex humoribus, & tunicis multis. His ita elucidatis, dico, Omne cognoscitiuum, quod est in potentia essentiali, denudatum esse debere ab omni obiecto, determinatæ & contractæ naturæ, ab ipso cognoscibili secundùm esse naturale, & intentionale.

Omne recipiens est denudatum à natura recepti.

denudatum, inquam, ita, quòd non inhæreat naturaliter, neque ex eo componatur. in potentia essentiali, quandoquidem quod est in potentia accidentali, sui obiecti cognoscibilis in seipso speciem habere possit; veluti intellectus philosophi dormientis, cui insunt species intelligibiles, secundùm esse naturale, vel intentionale: si enim in cognoscitiuo naturaliter, seu intentionaliter huiusmodi obiectum esset; haud dubium, quin impedimento esset suæ cognitioni. determinatæ, & contractæ naturæ, propterea, quòd natura communis, tum prædicatione, tum continentia perfectionis si accipiatur, non est impedimento cognoscitiuo, quominùs intelligere, seu cognoscere nequeat.

Sensus rei.

Est ergo sensus illius sententiæ, Omne recipiens, &c. Cognoscitiuum secundùm potentiã essentialem omnium naturarum sensibilium, quæ sunt contractæ, & determinatæ naturæ, tum per inhæsionem, tum etiam per compositionem naturalem, ab omni debet esse nudatum natura sensibili secundùm esse naturale intentionale. sed intellectus possibilis, est huiusmodi: si enim haberet aliquam in se naturam sensibilem; profectò in potentia essen-

Intellectus est virtus passiua.

tiali non esset. nam si actu in se aliquod haberet sensibile obiectum; posset vtique cum eo illud cognoscere; atque ita in actu primo positum, cognoscitiuum nequaquam esset in potentia essentiali, sed accidentali potiùs, sicut dictum est: igitur potest omnes huiusmodi formas recipere, & sic esse omnia pati. Commentator, recipiens, inquit, debet esse denudatum à natura recepti, ita quòd non sit idem essentialiter cùm natura recepti; alioquin non esset in potentia ad receptum: quia nihil est receptiuum sui ipsius: aut idem respectu eiusdem, & secundùm idem in actu esset & potentia, quod est manifestè falsum. Ex hoc patet responsio ad primum argumentum: Cognoscitiuum enim denudatum est à natura sui cognoscibilis pro graduum proportione, quibus aptitudinem habet cognoscendi. hinc est, quòd tangibiles qualitates, quæ pro graduum proportione, tactus temperamentum ingrediuntur, à forti, & vehementi tactu percipi non possunt; sed hæ tantùm, quæ in defectu, seu in excessu positionem habent: neq; ex hoc aliquæ remanebunt qualitates tangibiles, quæ à tactu percipi non possunt; cùm omnes tangibiles, in quantùm tangibiles (vt dicit philosophus 2. de anima) per tactũ nobis manifestè reddantur. nam etsi omnes non cognoscantur à tactu singulari, puta à tactu Mercurij pro quolibet gradu; cognoscuntur tamen à distinctis tactibus, eò quòd non omnes ex eisdem gradibus componantur. Ad confirmationem de cogitatiua, dico, cogitatiuam seipsam non cognoscere; quoniam nullus sensus est virtus reflexa, cùm sit organicus, & supra seipsum reflecti non possit: verùm, quoniam magnam habet cognationem cum intellectu agente, quippe quia cum eo efficit speciem intelligibilem; idcircò, licèt indiuidua, cognoscitur tamen ab intellectu possibili. Sanè, si phantasma ab intellectu agente spiritualem recipit naturam, vt causet speciem intelligibilem; multò magis cogitatiua, quæ plus habet de natura spirituali. cognoscit autem intellectus cogitatiuam, per speciem cogitatiuæ, quatenus est cogitatiua; indirectè autem hanc, vel illam: vnde remanet hæc cogitatiua singularis directè incognita. Ad 2. patet ex supradictis responsio: cognoscitiuum enim denudatum esse oportet à natura determinata & contracta; nempè à natura sensibili. natura autem intellectualis, est quasi indeterminata, vtpotè per materiam non contracta: ideoque nulli est cognitioni impedimento. Ad confirmationem, sensus dicitur frigidus, & calidus propter affinitatem, quam habet ad organum, cui alligatur; ad quod propriè spectat calidum esse, aut frigidum: ex organo enim & sensu fit vnum quoddam, cuius operationes communicantur adinuicem. vnde & sensus dicitur qualis, propter organum quale; sicut albedo dicitur quanta; quia superficies, cui inhæret, est quanta. Ad 3. Iam dictum est, intellectum non esse separatum ab omni natura, nisi à natura sensibili: sic etiam visum secundùm suam subsistentiam ab omni colore; tametsi secundùm essentiam quidditas visus alia sit ab omni colore. Ad 4. Dixi, receptiuum non esse receptum, neque speciem recepti; tametsi species lapidis per virtutem intellectus agentis, & phantasiæ in intellectu formetur; non est tamen essentialiter intellectus ipsa species rei. Alia patent ex dictis. Quomodo ergo omne recipiens denudatum esse oporteat, dixi satis.

Comment: 3. de anima, cõ: 4. & 2. 67.

1.

Cogitatiua cognoscitur ab intellectu.

2.

3.

4.

CAP. XV.

Intellectus virtus passiua.

Varia opinio de natura intellectus possibilis.

Pud antiquos non parua, de natura intellectus possibilis, extitit controuersia. nã & Hypparchus, ignem esse arbitratus est: Anaximanes verò, aërem: Chylon Lacedæmonius, frigidum vaporem: Periander Corinthius, vaporem calidum: Dicearchus verò, Xenophanes, Alexander, mistionis for-

Intellect⁹ est virtus pasṡiua.

nis formam: Platonici verò, intellectum participatum; non actiuum, neque passiuum, sed diuinorum intelligibilium locum: separant enim humani animalis vitam ab anima, & animam ab intellectu, & intellectum à Deo; ita, vt dicant, quòd Deus sit forma intellectus, intellectus autem animæ, anima verò vitæ animalis. Ad mentem ergo Platonicorum, nec intelligere est pati, nec intellectus est virtus passiua. Siquidem forma simplex, separata à materia, non patitur ab aliquo extrinseco: ens namque incorporeum (teste Auer: in lib: destruct: disput: 6. solut: dubii 8.) est in se pura scientia tantùm. sed anima rationalis est forma simplex: (authore Plotino in li: de animæ immortalitate) igitur non est virtus passiua. Amplius, nulla natura in sua specie completa, caret perfectione, quæ sibi præstari potest à primo ente; alioquin esset naturaliter imperfecta. sed anima rationalis est huiusmodi: completa ergo est, atque perfecta, & in essentia, & in operatione: atque ita non est virtus passiua, quia ab extrinseco non recipit, neque patitur. Amplius, agens, & patiens communicant in materia, prim: de gener: 54. sed intellectus possibilis non communicat in materia: denique, virtus actiua est nobilior, & omne quod patitur, mouetur; hæc fauere possunt Platonicis. Reuera, intelligere, scire, & sentire intrinsecus proficisci autumant: proinde id, quod dici solet à peripatheticis, Intelligere est sicut sentire, sic interpretantur: Quemadmodum sentire, est iudicare de sensibili; ita planè intelligere de intelligibili. vnde Themistius putauit, duobus modis id fieri ab intellectu, tum quia cognoscit, tum quia sapit. hinc est quòd multi senserunt ipsum intelligere per essentiã intellectus fieri, quando à sensibilibus excitamur; eò quòd intrinsecus habeamus omniũ sensibilium congenitas rationes; quæ excitatæ ab exteriori sensibili, operationes suas explicant, & insitas vires exerunt. Verùm hîc non est silentio prætereundũ, vtrũ si intellectus est vtraque parte æternus, siue corpori assistat, (vt dicit Auer.) siue corpus informet, siue vnum numero, siue multiplicatum; eritnè virtus passiua, nouam passionem à sensibili accipiens? Sed quomodo id fiet? si vna est substantia simpliciter separata, à corpore non dependens? sic enim docet Auer: 3. de anima, 19. Quare, quemadmodum intelligentiæ non recipiunt species ab intelligibilibus, imò per suas essentias intelligunt: (vt dicunt philosophi) ita certè intellectus, si vtraque parte est æternus, substantia simplex, & pura substantia. Etenim ab Auer: clarissimè disputatum est, in lib: destruct: huiusmodi substantiam puram subiectum accidentium esse non posse. quare, si nullum recipit accidens; nihil omninò patitur, nec perfectiuè quidem. Amplius, nullum subiectum æternum (teste Auer: 8. phys: 15.) immediatè efficit nouum effectum: igitur nec substantia æterna noui aliquid ab aliquo patitur; propterea, quòd huiusmodi substantia sit perfectè completa, & in specie, & in operationis virtute exercenda. Amplius, omnes substantiæ separatæ sunt eiusdem speciei, 2. de cælo, com: 49. igitur, sicut intelligentiæ mouentes orbes, nihil patiuntur in mouendo; nec etiam intellectus humanus vtraq; parte æternus. nam si substantia immaterialis non patitur ab intelligibili, & intellectus est substantia immaterialis: ergo quod priùs. Cæterùm, hoc idem dicendum est ab his, qui aiunt intellectum agentem, & possibilem idem esse, ac solis officiis distingui; quòd scilicet intellectus agens forma sit intelligibilium: nam si intellectus agens à sensibili non patitur phantasmate, (vt communis est omnium sententia) nec etiam intellectus possibilis. vt ergo intellectus possibilis sit virtus passiua; productus, vt sit, necesse est, velut tabula rasa, in qua nihil sit depictum; vnde & à nouo intelligibili perficitur. Quare, secundùm hunc modum, positio Themistij non est recipienda: dicit enim intellectum esse substantiam separatam, vtraque parte æternam, formam simul agentem, & possibilem, per suam essentiam causantem, & intelligentem omnia: quippe, quia, sicut eius essentia est ratio intelligendi omnia, ita, & causandi. Intelligere, præterea, dicit nos aliquid

Plotinus.

Argumenta platonicorũ.

Intelligere est sicut sentire.

Auerro: positio expenditur.

Dispu: 5. Solut: dub: 2.

Intellectus agens forma.

Themistij positio.

Intellect⁹ est virtus passiua.

quid de nouo per essentiam intellectus: neque ob id, ab intelligibilibus speciem nouam ab intellectu recipi; sed nouam intellectus in nobis intellectionem fieri: quoniam enim ipse suam per essentiam est omnium intellectio; hinc est, quòd mediantibus nouis phantasmatibus, in nobis nouiter genitis, noua in nobis intellectio fieri potest. Verùm, si ita res se haberet, tunc nostra intellectio, non esset aliqua receptio, neq; passio; quod planè euertit philosophi doctrinam: nam nihil prorsus de nouo realiter reciperemus: intelligere enim fit de nouo, quoàd nos. proinde omnis virtus, quæ quandoque est in actu, quandoque in potentia, respectu operationis existentis, & acquisitæ in ea; est proculdubiò virtus passiua. sed huiusmodi est intellectus possibilis, vt dictum est suprà: igitur est virtus passiua. Similiter positio Auer: reiicitur: Dicit enim, intellectum possibilem vtraque parte esse æternum; agentem verò, qui est aliquid animæ intellectiuæ, non esse formã omnia naturalia agentem. sic namque intellectus possibilis, nullam de nouo ab intelligibilibus, speciem recipere posset: noster præterea intellectus agens, non potest esse causa formalis, seu causalis rerum repræsentatiua. nam quia intellectus per eum, est æternus: igitur apprehensione æterna res naturales intelligeret; non quidem per realem à rebus specierum receptionem, sed per intelligibilium intentionalem. Est autem intentionalis, quæ non fit per realem rei inhærentiam in ipso recipiente, per speciem vtique rei; sicut cognoscitur lapis ab intellectu per eius speciem, quia huiusmodi receptio realis appellatur; sed per cognitionem obiectiuam, quando ipse lapis est in anima, veluti cognitum in cognoscente. cùm verò dicat Auer: intellectum non esse formam omnium rerum productiuam; nec consequenter res generabiles per suam essentiam intelligere, sicut dixerat Themistius: cogitur omninò fateri intelligibilia ab intellectu recipi intentionaliter, siue obiectiuè. Quia verò putauit, vnum numero esse omnium hominum intellectum, & simpliciter æternum; ab ipsa veritate compellitur dicere, nihil de nouo intellectum intelligere: nec etiam nos, nisi per noua phantasmata, nobis copulari; vt eorum intellectionem, quorum sunt illa phantasmata; non autem per intellectionem in eo nouiter factam, & à nouis intelligibilibus productam. Quare, si intelligere, est de nouo aliquid recipere ab intelligibili, sicut sentire à sensibili; dubiò procul, necesse est fateri, animam rationalem de nouo esse productam, & non vtraque parte æternam, productam, inquam, simplicem, & nudam, quæ continuis intelligibilium tunicis superuestiri possit, & perfici, quoadusque assequatur intellectum adeptum: maiori siquidem tempore, in ignorantia, quàm in scientia degit, (vt dicit philosophus.) Eadem & Platonicis conuenit confiteri, qui asserunt, intellectiuam animam omnibus intelligibilium, & sensibilium, ornatam speciebus creatam fuisse: intelligibilibus quidem in virtute intellectiua, sensibilibus autem in sensitiua, commanentibus: hoc enim modo, sentire, & intelligere, non est pati, sed potiùs agere. Quamobrem, non secus intellectus humanus tunc se haberet, ac lux in sole existente, ex qua radius luminosus emanaret, quo visibilia illustrata, perspicua sese redderent oculis intuentium. ad hunc enim modum à parte intellectiua specierum plena intelligibilium, intellectualis radius ad sensibilia emitteretur; quæ profectò emissio, intellectio, sicut illa, quæ fit à parte sensitiua, sensatio appellatur. Patet ergo ad mentem istorum, quomodo intelligere sit pati, & intellectus virtus passiua. Quoniam ergo intellectus possibilis, quandoque est in actu, quandoque autem in potentia, & extrinseco eget phantasmate, vt intelligere queat, ritè dictus est intellectus passiuus. Reuera, quemadmodum sensus, si esset actiuus, semper ageret; sicut si combustibile esset combustiuum, semper combureret; ita profectò, si intellectus, respectu suæ intellectionis esset actiuus, semper vtique intelligeret, & quidem sine obiecto, quod est falsum: est enim intellectus possibilis (vt dicit philosophus) quo omnia fieri. Quare respectu cognitionis saltem,

Ratio vera.

Positio Auer: erronea.

Receptio intentionalis, & realis.

Animæ creatio.

2. de anima.

Platonicorũ positio.

Quòd sit virtus passiua.

3. de anima.

Intellect. an sit purè pasiiuus.

tem, actiuæ virtutis fungi nequit officio, sicut respectu actus, actiuæ passiua vice non vtitur. Adde, quòd veræ Peripatheticæ philosophiæ sectatoribus, nullus relictus est ambigendi locus, quin intelligere sit pati, ex passione proculdubiò intellectus ab intelligibili; dum perfectionis complementum recipit, ad quod erat in potentia.

CAP: XVI.

Intelligere quid sit secundùm Theologos.

Disputârunt de hoc negotio doctissimi theologiæ professores, quorum rationes magna cum breuitate in medium afferre curaui; vt quis quid tolleret, citra catholicæ fidei dispendium. Controuersia ergo apud eos hæc est, Num intelligere sit causaliter pati: hoc est, causeturnè ex passione intellectus ab intelligibili? Quorundam opinio est, intelligibile terminatiuè tantùm, & non causaliter ad intellectionem concurrere; ita quòd intellectus ab intelligibili nihil patiatur: intelligere ergo apud istos, non est pati causaliter: in causa esse putant intellectus humani nobilitatem, qui ita præstat nobilitatis virtute, omnibus prorsus corporeis rebus, vt iuxta Augustinum, nullum corpus agere queat in spiritum. Quare, cùm intellectus humanus res sit præstantissima, per se potest agere: quia actiuitas actualitatem sequitur. Sanè, cuius operatio est præstantior cæteris, & ipsum est præstantius. sed operatio phantasmatis, est agere, intellectus verò est pati: igitur phantasma nobilitatis præstantia intellectui antecelleret, quod est falsum; alioquin accidens præstantius esset substantia. Amplius, operatio vitalis, non nisi à principio agendi vitali proficiscitur: quandoquidem effectus non sit sua causa perfectior, & melius sit viuum non viuente, teste Augustino de ciuitate Dei. sed cognoscendi operationes sunt vitales: ab anima ergo, veluti à ratione gignendi proficiscuntur. Amplius, quò forma est perfectior, eò est magis actiua, atque magis in actu: propterea, quòd actiuum actui potissimum conueniat. sed anima intellectiua, inter cæteras formas, est magis in actu: igitur est magis actiua, atque magis actiui rationem obtinet; ita vt seipsam ad agendum moueat, ne inferior habeatur formis se imperfectioribus, nempe elementaribus, & mixtis, quæ seipsas ad propriæ naturæ operationes mouent. Amplius, actio manens in agente, est principium agendi: hoc enim interest inter actionem & factionem, teste philosopho 2. phy: 1. eth: & 9. met. sed intellectio est propria actio manens in agente, in parte utique intellectiua 9. met: igitur est principium agendi, & actiua est in homine ex parte intellectiua. Sed hæc opinio apertè doctrinæ Augustini aduersatur: Liquidò, inquit li 9. de Tri: cap. 12. siue vltimo, tenendum est, quòd omnis res, quamcunque cognoscimus, congenerat in nobis notitiam sui; ab vtroque enim notitia paritur, à cognoscente, & cognito: non ergo cognoscibile concurrit determinatiuè tantùm. Reuera, si anima est totalis causa actiua notitiæ genitæ, & subiectum receptiuum eiusdem, cùm ipsa sit causa naturalis, semper vtique erit in actu; atque ita in ea semper erit actualis intellectio, eò, quòd nullum patiatur impedimentum. Quòd si aliud necessarium sit, à quo res causanda essentialiter dependeat; tunc profectò plura quatuor erunt genera causarum: aut aliquid ab aliquo dependeat essentialiter necesse erit, quod non est eius causa, quod est valde absurdum. Opinio ergo huiusmodi à rei veritate multùm dissentit. Porrò, eius argumenta facilè solui possunt: & primum, quod ex Diui Augustini doctrina deductum esse fatetur, corpus scilicet in spiritum non agere: sensus enim Augustini est, imaginem illam, quæ sensatio est, non causare corpus in spiritũ, veluti causam totalem; sed id certè animam in se efficere, & quidem mira celeritate, non tamen vt causam totalem, sed

Intelligere causaliter pati.

Terminatiuè tantùm.

Viuum melius non viuente.

Argumenta.

Prima opinio corrigitur.

Soluuntur argumenta primæ opinionis.

ipsam

Intellect⁹ an sit purè passiuus. ipsam simul & obiectum: eò quòd à vidente & visibili fiat visio: Visio, inquit Augustinus, gignitur ex re visibili, sed non ex sola, nisi adsit & videns. quocirca ex visibili & vidente gignitur visio; ita sanè, vt ex vidente sit sensus oculorum, & aspicientis atq; intuentis intentio. illa tamen informatio sensus, quæ visio dicitur, à solo imprimatur corpore, quod videtur: hæc Augustinus. Obiecti ergo præsentia necessaria est vt causa particularis. Et cùm infers, agens est præstantius patiente: Dico, hanc propositionem non esse immediatam, nisi tres adsint conditiones necessariæ, nempè, quod agens præstãtiùs sit suo effectu, & agentis effectus forma patientis, & actus nobilior potentia; tunc agens est nobiliùs patiente: agens verò non est præstantiùs patiente, nisi fuerit causa totalis; elementũ enim non est nobiliùs atq; præstantiùs mixto: quia non est causa totalis mixti; quippè, quia absq; cælestium corporum influxu virtutem non haberet mixti producendi. Ad aliud, quamuis operatio vitalis esse nõ possit, nisi à viuo, veluti à causa totali; potest nihilominùs proficisci à non viuente, vti à causa partiali; sicut sol & homo generant hominem. quod verò dicitur de perfectione formæ, dico, formam quidem aliquam habere actiuitatem, non tamen omnem; quia non est infinita, eò quòd totum ens minimè complecti potest: ideo respectu entis totius, totalem causalitatem cognoscendi non habet. vt ergo cooperari possit perfectioni suæ circa quodcunq; obiectum; opus habet partiali causalitate obiecti. Ad alia, quamuis actus intelligendi maneat in agente, ita quòd non egrediatur partis intellectiuæ terminum; non tamẽ in ea parte manet, veluti in causa totali. sed vti in causa partiali potius. Quod ergo intellectus passibilis, non sit ipse totalis causa actiua suæ intellectionis, & obiectum, siue sensibile, aut intelligibile concurrat determinatiuè tantùm, dixi.

11. de Trinit: cap: 2.

1.

2.

3.

CAP: XVII.

Alia positio.

Aliorum opinio.
Solutio.

CAeterùm nonnullis visum est, intellectum & obiectum causas esse actiuas intelligendi, ita quòd intellectus non patitur ab intelligibili, nisi per accidens. Concurrit namq; intelligibile ad intellectionem efficiendam, non solùm quidem terminatiuè, sed etiam causaliter; non quidem immutando intellectum, sed simul cum intellectu intellectionem effectiuè gignendo: nam si nulla sit in nobis causa actiua intelligendi; profectò non esset in nobis, siue in nostra potestate situm, intelligere cùm volumus, quod philosopho non probatur 3. de anima. Quare istius intellectionis non est causa totalis actiua obiectum, nec in se, neq; in sua specie; alioquin imago in mente, vt mens est, saluari non posset: quia nihil ipsius rationem parentis haberet. nec vicissim tota causa intellectionis actiua, est intellectus humanus; alioquin actus non esset similitudo obiecti: neq; propter obiecti distinctionem essentialiter distingueretur; quia ab eo quod non est causa, nec simpliciter perfectio, distinctio essentialis esse non potest. Nam si anima est causa totalis intellectionis, vbicunq; ipsa ex parte sui perfectiùs ageret, pro maiori suo conatu perfectiorem intellectionem produceret: vnde fieret, vt intellectio, quam de Deo habet, præponenda non esset intellectioni, quam habet de paruo quopiam animali, quod planè absurdissimũ est, & veræ theologiæ, atq; philosophiæ contrarium: à quibus constãter affirmatur, in perfectissimi obiecti speculatione, hominis felicitatem sitam esse. Amplius, si ita res se haberet, tunc certè infinita esset intellectus humani actiuitas, quatenus ad omnes intellectiones esset actiuus: nam si pro vna intellectione habenda, aliqua in causa illius intellectionis perfectio est necessaria, & pro alijs

Rationes.

Eth: 10.

Intellectꝰ an sit purè paßiuus.

alijs aliæ perfectiores, & ita infinitas, vt causa totalis in se perfectiões haberet, quod est falsum. Amplius, tota scientia in obiecto virtualiter non contineretur, anima in tellectiua respectu actus, & habitus causalitatem habente: quare, nec sola anima intellectiua, nec solùm obiectum est causa totalis intellectionis actualis: proinde, ista duo sunt vna causa integra respectu notitiæ genitæ: concurrunt autem ambo ad partum notitiæ genitæ, quatenùs ordinem habent essentialem ex sua natura, veluti causæ essentialiter ordinatæ, quarum vna, simpliciter est perfectior altera; sicuti pater & mater in prolis generatione producenda; ita tamen, vt vnaquæque in causalitate, siue in causando ab alia non dependeat. Quòd si dixeris, in causis essentialiter ordinatis, neutram esse perfectionem alterius, ideoq; speciem intelligibilem intellectus formam esse non posse: nam si perfectio intellectus, & totum hoc, agendi haberet rationem; proculdubiò intellectio pro sua ratione formali haberet ens per accidens, hoc scilicet totum, intellectum speciem habentem, quod est absurdum: propterea quòd id, quod non est ens per se, nequeat esse ratio formalis agendi. Respondeo, accidere speciei intelligibili, vt sit causa perficiens intellectũ: nam etsi perficiat, vt causa partialis, non tamen præstat intellectui causalitatẽ agendi; veluti acuties gladij potẽtiæ motiuæ in manu existenti, nihil addit, aut immutat, etiamsi ipsa manus formã haberet acutam: ita planè, etiamsi ipsa species intelligibilis intellectui inesset, sine vlla inhærentia per modum formæ informantis; tunc enim inellectus & species, veluti duæ causæ simuliunctæ, operationem perficerent intelligendi. In hoc autem opere complendo, sufficit vnitas ordinis, quæ quidem est per se, nempè, quòd intellectus in suo causalitatis ordine, sit vnus, vnamq; habeat formalem rationem causandi, & species siue obiectum in suo ordine similiter: quod, si cum hoc ordine per se, concurrat vnitas per accidens; hoc etiam accidit. huius rei instructio, sol iste visibilis potest esse nobis exemplo; quippè qui ad prolem producendam rationem habeat causãdi: pater quoq; prolis suo in ordine similiter se habet: verùm totalis causa, quæ patrem complectitur & solem, non est vnius rationis formalis causandi; sicuti non est vna causa, nisi vnitate ordinis, cui adiungi potest vnitas per accidens, nempè, quòd vna alteri accidat; quod quidem eis, quatenùs sunt causæ ordinatæ, tribui non potest. Verùm, etsi huiusmodi positio subtilis sit & pulchra; nonnihil tamen patitur difficultatis: propterea, quòd supponat intellectum nudum actiuum esse, speciemq; intelligibilem ad nihil aliud valere, nisi, vt vice obiecti fungi posit; cùm interim, & obiecti vice fungatur, & intellectus actuationem operetur, eò quòd sit in potentia essentiali. 3. de anima 7. Intellectus, inquit Auerroes, transmutatur essentialiter mediante aliquo. Intellectus prætereà, vt liquidò philosophus dicit, est potentia paßiua, simpliciter, & non secundùm quid, positus in paßiuæ potentiæ genere; alioqui eius modus inuestigandi intellectum agentem, nihil prorsus virtutis atq; rationis haberet: sic enim arguendo ipsius naturam inuestigare nititur: In omni, inquit, natura, in qua est potentia paßiua, & actiua sit necesse est, qua de potentia ad actum paßiua reducatur. Quare, si intellectus poßibilis est suapte natura actiuus, & non nisi per accidẽs indiget ab obiecto, siue specie intelligibili informari; vanus planè esset philosophi labor, qui in hac potentia paßiua, suæ iecerat doctrinæ fundamenta. Itaq; intellectus secundùm se, est in genere potentiæ paßiuæ, nullamq; ex se habet agendi rationem, actu autẽ effectus ipsum intelligibile, quandam acquirit rationem agendi: quia commune est formæ non prohibitæ ab actione, esse agendi rationem. ex hoc autem, quia non instar materiæ formam acquirentis, intelligibile nanciscitur; indè fit, vt in intelligibile quodammodo transeat; ita, vt hoc totum, scilicet intellectus in actu primo, & non ratione partis, actiuè intelligat; tametsi, vt intellectus paßiuus sit, intellectionem recipiens. Anima prætereà, authore Auerroe, non ita recipit cognoscibile, vt 3. de ani: 50.

Obiectum & intellectꝰ vna causa intellectionis.

Dubium.

Solutio.

Vnitas ordinis.

Exemplum de sole.

Argumenta contraria.

3. de anima 17.

Intellectus merè paßiuꝰ.

potentior obiecto. ex eis fiat vnum compositum cognoscens; sed potiùs ipsamet efficitur ipsum cognoscibile, atque ita in actu posita, agit. Quare, non æquè intellectus ad intellectionem actiuè concurrit, ac receptiuum rationis agendi ad actionem: nam alio modo anima fit in actu cognoscibile, & alio modo materia reducitur in actum. Itaque, ad mentem istorum, quòd intellectus concurrat actiuè ad intellectionem producendam; id ritè non assequitur, ex partiali ratione agendi, vt prima huius capitis positio dicit: neque præcisè ex specie intelligibili, vt nonnulli autumant; sed ex ipso potiùs, quòd vis animalis inchoatiuè in actu facta, sit actiua. De anima ergo non est ita, ac de rebus cæteris naturalibus sentiendum: propterea, quòd ex intellectu & intelligibili magis fiat vnum, teste Auerroe, quàm ex materia & forma; ac proindè fit magis vnum operans. Quãobrem, intelligere non est formaliter pati, nec propriè loquendo formaliter agere; sed potiùs actiuè passiuèque vitaliter operari: si quis enim mente simpliciter complecti possit, quomodo anima superior sit natura, quodque aliquando se habeat, vt somnus, aliquando verò vt vigilia; perspicuè in his modum quendam actiui & passiui, magis quàm actiuum & passiuum, percipiet: actiones siquidem immanentes qualitates sunt: quas, si quis obseruabit non actiones & passiones; tunc clarè uidebit, intelligere nihil aliud esse, quàm intelligentem esse actu intellectum. Sed dices, si ita res se haberet, tunc idem esset materia & efficiens, agens & patiens respectu eiusdem, quod philosopho non probatur 2. phys: quia idem esset in actu & in potentia simul, & idem realiter referetur ad seipsum. Verùm hæc facilè solui possent ab his, qui propriè ac sincerè speculantur, hîc propriè non inueniri agens & patiens, materiam, & similia, nec consequenter relationem realem: quandoquidem hæc communia principia inibi inueniantur, vbi talium ratio propriè inuenitur, cuiusmodi non est hîc: etenim intelligere, cùm actus sit perfecti, & non entis in potentia; profectò perinde est animam intelligere, ac animam propriam operationem exercere, quæ est in ipsa, & ab ipsa, quia est immanens. vel dici potest, materiam ex qua, non coincidere cum agente, sed materiam in qua: idem præterea omninò non est agens & patiens, neque refertur ad se; sed bene aliquomodo idem, & aliquomodo diuersum patitur & agit, & refertur realiter ad se. Quare, intellectus potest dici agens, & materia in qua est intellectio, & aliquomodo diuersus: quia in quantum nudus patitur, agit verò se toto primò, atque ita diuersimodè est in actu & potentia. Verùm, si hæc attentè perpendantur, coincidunt cum primis: si enim intelligere est vitaliter operari, quia vis illa inchoatiua, effecta est actiua; nonnè perinde est, ac dicere intellectum propriam habere actiuitatem, quam habet à seipso, non dependentem ab alio? verùm quia hæc ipsa actiuitas, ordinem habet essentialem ad aliam causam ordinatam, sine qua suus partus, hoc est, notitia genita, haberi non potest; propterea necesse habet informari specie intelligibili. Diuersimodè ergo intellectus erit agens & patiens, & non omnibus modis passiuus: pater & mater prolis gignendæ sunt causæ ambæ agentes; sed altera, sine altera prolem non producit in actum.

Vnde intellectus est actiuus.

Intelligere quid sit.

Dubium.

Solutio.

Conciliatio.

CAP: XVIII.

Tertia positio.

Caput nono huius tractatus de intellectu, rationes adduxi, quibus satis clarè ostensum est, intellectũ esse virtutem animæ passiuanm: unc studiosiùs rem expendentes, & rationes, & argumenta addere placuit. Quoniam dictum est, animam nostram esse instar tabulæ rasæ, in qua nihil est depictum; hinc est, quòd si anima actu cognosceret ante speciem intelligi-

Tabula rasa.

tellligi-

telligibilem, esset vtique actu res cognitæ. sed tunc non esset in potentia passiua ad illarum cognitionem, nec aliquid de nouo addisceret, aut aliquid propriè pateretur, vt dictum est, quod non placet peripatheticis: deducatur ergo, necesse est de potentia ad actum ab alio, quod est esse in potentia passiua ad intelligibile, & pati ab eo, hoc est, illud recipere. Quare, intellectus est in potentia passiua ad intelligibile, & intelligere est pati causaliter: quia ex passione, id est, receptione intelligibilis causatur. Parui autem refert, quòd intellectus ab obiecto, siue ab intellectu agente vel à quopiam alio id recipiat: satis enim est, hanc passionem necessariam esse. Quòd si hæc ratio non valet; omnis profectò præcludetur via, qua probari possit potentia passiua, & passio, & differentia inter potentiam essentialem & accidentalem. Sed contra huiusmodi positionem potest sic argui: quod est immateriale, non patitur; propterea, quòd vnumquodque patitur secundùm materiam; agit verò secundùm rationem formæ: quia formæ est agere, (vt dicit philosophus.) sed intellectus est immaterialis, vt dictum est: igitur non est potentia passiua. Sanè, si intellectus est incorruptibilis, est etiam impossibilis. sed est incorruptibilis: ergo impassibilis. Nec valet quod dicitur, passionem perfectiuam recipere, eò quòd agens nobiliùs sit patiente. 3. de anima, 19. & potētiæ vegetatiuæ partis, sunt omnes actiuæ, quæ infimæ sunt inter animæ potentias. Igitur potentia intellectiua, quæ est suprema, actiua est, & non passiua. Amplius, omne, quod patitur, mouetur; actio enim & passio non sunt sine motu, 3. phys: 22. sed intellectus non mouetur: quia omne quod mouetur est corpus, 6. phys: 32. intellectus autem non est corpus, vt supra dictum est: ergo quod priùs. Adde, quòd intellectus non communicet in materia cum intelligibili, 3. de anima, 6. & 7. quia est immixtus & separatus. agens verò & patiens communicant in materia, 1. de genera: 54. & 74. igitur intellectus non est formaliter passiuus. Sed ad hæc patet, quid respondendum ex iam dictis: nam paulò ante annotatum est, pati tripliciter dici, proprijssimè, propriè, & communiter. Et primo quidem modo, aqua calorem patitur, eius frigiditate expulsa: secundo autem modo, patitur ægrotus, dum ægrotat, & sanus, dum sanatur; & de his duobus modis loquitur argumentum: tertio modo pati, est recipere id, ad quod erat in potentia; & sic dicitur pati intellectus: quia recipit id, ad quod erat in potentia. Ad confirmationē dico, intellectum, qui est in potentia ad intelligibilia, qui propterea à philosopho vocatur intellectus passibilis, non patitur, nisi tertio modo; quia non est actus organi corporalis: ideoque est incorruptibilis. Porrò, apud nonnullos appetitus sensitiuus, in quo sunt animæ passiones, est intellectus passiuus, qui à philosopho 1. eth: per participationem, rationalis appellatur, eò quòd rationi obtemperet: apud alios verò, intellectus passiuus dicitur virtus cogitatiua, ratio videlicet particularis; sed vtroque modo passiuum, duos primos modos considerat, quatenus huiusmodi intellectus, alicuius est actus organi corporalis. Et cùm infers, quòd agens sit nobiliùs patiente; verum est, si actio & passio referantur ad idem, non autem semper, si ad diuersa: atqui intellectus passiuus dicitur, respectu totius entis vniuersalis; vegetatiuum verò, respectu corporis coniuncti. quare, huiusmodi passiuum tali actiuo nobilitatis dignitate antecellere, nihil prohibet. Ad 2. Omne quod patitur, mouetur: si patiatur passione corruptiua, mouetur motu propriè dicto, qui est actus imperfectus, cum fluxu continuo ad perfectionem: sed si patiatur passione perfectiua solùm; sic mouetur motu impropriè dicto, qui est indiuisibilis, & instantanea mutatio, & receptio speciei. Quare, intellectus non mouetur motu continuo, qui est actus imperfectus, cum fluxu ad vlteriorem perfectionem habendam, sicut corpus mouetur; sed motu æquiuocè dicto, hoc est, indiuisibili mutatione aliquam recipiendo formam, ad quam erat in potentia receptiua. Ad confirmationem dico, agens & patiens communicare in materia,

Intellect⁹ potentior obiecto.

Intelligere est pati.

Argumenta contraria.

1.

2.

Soluuntur argumenta.

Passibilis quare.

Agens nobilius patiente.

2.

Intellect⁹ potentior obiecto.

secundùm priores modos; non autem secundùm tertium, vel vltimum. Hæc dicta sint pro defensione tertiæ positionis. Sed ad secundam positionem redeuntes, dicimus, respectu notitiæ genitæ intellectum excedere obiectum, propterea quòd est quasi causa illimitata, & indeterminata ad multos effectus; obiectum autem ad vnum tantùm: illimitatior autem, & vniuersalior, principalior videtur, atque perfectior; veluti sol aliis comparatus agentibus naturalibus, illimitatior apparet, & perfectior. Sanè, intellectus in potentia est ad cognoscenda omnia obiecta: quodlibet autem obiectum, ad suum determinatū est effectum, idque secundùm vltimum suæ potentiæ: intellectus ergo pro statu isto, pro producenda notitia genita, est causa principalior, atque perfectior. Reuera, illa est potentior, & perfectior causa in agendo, qua agente, alia agit, & cessante, cessat & alia: sed huiusmodi est intellectus passibilis; eo enim agente ad intellectionem procurandam, obiectum quoque in se, vel in sua specie coagit: In nostra siquidem situm est potestate (vt dicitur 2. de anima) intelligere, cùm volumus intelligere, quod ideò dicitur, quia vti possumus intellectum, quando volumus: cuius principalem actionem, sequitur actio speciei. Verùm obiectum beatificum, propter sui eminentiam longè superat intellectiuæ potentiæ virtutem. sed de hoc obiecto nobis non est sermo, sed de obiecto naturali pro statu vitæ præsentis: itaque intelligibilium naturaliter à nobis intellectorum species, est nostri intellectus instrumentum, quo intellectus vtitur ad suam actionem producendam: intellectu namque agente, & illa species simul coagit, vt minor author ad idem, vt ad effectum communem operandum. Amplius, quò aliquid est actualius, eò est formalius, & actiuius: sed intellectus in producenda notitia genita, est actualior obiecto, & specie intelligibili, vtpotè forma ex se spiritualis; & ita in agendo actiuior, & principalior. Item, obiectū in nostro intellectu, est sicut cognitum in cognoscente: ideoq; est minus agens in operando intellectionē. Sed arguet aliquis, id reputatur principalius agens in mouendo, quod mouet non motum, sicuti facile videre est in omnibus planè causis essentialiter ordinatis. sed obiectum mouet non motum, vt dicitur 3. de anima: intellectus verò non mouet, nisi motus producit effectum: igitur obiectum est principalius in mouendo intellectionem, siue notitiam genitam. Item, illud est principalius agens, quod magis sibi assimilat effectum: quia hoc est à natura institutum, vt vnumquodque generet sibi simile. sed actus intelligendi, qui producitur ab intellectu, & obiecto, similiorem obiecto, quàm intellectui: igitur, in illius productione, obiectum officio fungitur principalis agentis. Item, vnitas scientiæ ab vnitate pendet obiecti, à quo virtualiter ipsa continetur. sed aliquid virtualiter continere, causæ conuenit actiuæ: ergo quod priùs. Sed ad hæc sic responderi potest, & ad primum quidem dico, respectu obiectorum, quæ non sunt præsentia in se, cuiusmodi sunt, quæ modò à nobis naturaliter intelliguntur, intellectui duos actus inesse: quorum primus est species, qua obiectum fit præsens, vtpotè actu intelligibile: secundus verò actualis intellectio. Porrò, ad vtrunque actum ab obiecto, siue à specie intelligibili intellectus nequaquam mouetur: primum enim actum parit intellectus agens cum phantasmate, intellectu nihilominus agente primas, ac principales partes obtinente: secundum autem pars intellectiua cum specie intelligibili, sicut duæ causæ partiales. in his autem omnibus, intellectus non est motus, sed mouens & agens, vt species sibi coagat. Et cùm dicis, obiectum mouere non motum: dico, intellectum secundariò mouere, licèt non moueatur, hoc est, à principali, siue priori mouente, aliquid non recipiat. Et cùm iterum instas, intellectum non nisi motum, mouere: dico, non mouere intellectionem actualem, nisi priùs habuerit, siue receperit speciem intelligibilem. Respectu ergo motionum, non autem causarum partialium, intellectus moueri dicitur: quia non exit ad actum actualis intellectionis, nisi præsente specie intelligi-

Margin notes:

Intellect⁹ est præstantior obiecto:

Obiectum beatificum.

Argumenta contraria. 1. 2. 3.

Soluuntur argumenta. 1.

Duplex actus intellectus.

Intellect⁹ mouet motus.

telligibili. verùm quoàd spectat ad causæ partialis authoritatem, mouet potiùs, quàm moueatur. Ad 2. Proximæ & inferiori, magis effectus similior est, quàm remotæ, & superiori causæ: sicut filius cuiuspiam, similior est patri, quàm soli, qui est causa vniuersalior, & perfectior; proinde argumentum fauet potiùs, quàm deroget nostro proposito. Nam ex hoc ipso, quòd actus similior est obiecto, quàm intellectui, indubiè ostendit, intellectum præcipuas partes, in intellectionis actualis actu producendo, verissimè obtinere. Quòd si dixeris, agentis intentionem esse, vt sibi passum assimilet: dico, principalius agens communiter æquiuocum esse, atque in se eminentiùs, quàm causa vniuoca, effectus perfectionem habere: ideoque effectum illi similem non esse; propterea, quòd imperfectioni potiùs, quàm perfectioni esset causæ principanti. Assimilatur autem actiuè: quia maiorem effectui communicat formam, quàm agens singulare: quæ quidem assimilatio, ex causæ perfectione descendit; licèt non sit assimilatio formaliter. Quòd autem filius formaliter sit similis patri, id planè magis procedit à sole, filio paternam formam imprimente, quàm ab ipso parente: proinde, qui plus dat formam, quæ assimilatur, plus dat effectiuè assimilationē. Ad 3. Scientiæ vnitas obiecti sequitur vnitatem, eò quòd ab obiectorum distinctione, scientiæ distinguantur; non autem ab intellectus: nam vnus est respectu omnium scientiarum. verùm etsi obiectum virtualiter scientiam contineat, id tamen præstat, vt causa partialis; quippè, quia & intellectus est altera pars partialis, in quo perfectiùs scientia continetur, quàm in altera parte. Itaque, quòd intellectus sit virtus passiua, apud theologos, ea, qua potui breuitate, dicere tentaui.

Alexāder de intellectu possibili.

2.

Agens assimilat sibi passū.

3.

CAP XIX.

Intellectus possibilis quid sit secundùm Alexandrum, & alios philosophos.

Idetur esse rationi consentaneum, silentio tegendos non esse præclaros in Peripatetica familia viros, qui de hac re copiosissimè scripserunt. Alexander Aphrodisæus, etsi præclarus Peripateticus; in describēda tamē intellectus possibilis natura, maximè abest à vera philosophia, ne dicam à theologia: nam intellectum possibilem formam esse dixit corporis ab elementis causatam: contra quem disputat Auer: 3. de anima, com: 5. Putauit enim, quòd quemadmodum quatuor elementorum qualitates, pro diuersa combinatione, atque proportione, diuersas in materia formas parturiunt; ita certè per multitudinem compositionis, quæ in homine est & in animalibus, illic fiant ipsarum qualitatum virtutes diuersæ ita, vt magna differentia ab ipsis elementis dependeat. nam si duæ qualitates diuersæ, pro diuersis disponunt substantialibus formis; quantò magis quatuor simul, cum aliqua proportione mirabili, & nobili? Et est sensus argumenti Alexandri, quòd primarum qualitatum proportio, pro nobili & ignobili conditione, augeri seu diminui possit in infinitum; quodq; animæ rationalis proportio, ad elementi formam, sit finita: denique, quòd formæ dantur (vt communis est omnium propemodum sententia) pro conditione materiæ. Quare, si proportio qualitatum materiæ sufficit, vt elementi formam mereatur; dispositio duplæ nobilitatis, materiam disponit ad formam duplæ nobilitatis. verùm, quoniam proportiones sunt variabiles in infinitum; & anima rationalis ab elementis distat finitè: hinc est, quòd fieri potest, vt aliqua ita sit nobilis dispositio, quæ materiam ita nobilitet, vt animam rationalem mereatur. vnde in tractatu de intellectu, dixit, intellectum virtutem esse materialem ex complexione factam: Intellectus passibilis, inquit, est virtus fa-

Alexander Aphrodiscus.

Rationes Alexandri.

Anima ab elementis.

Alexāder de intellectu possibili.

cta à mistione, quæ fuit inducta in corporibus, præparata ad recipiendum intellectum agentem: itaque secundùm Alexandrum, intellectus paßibilis, est virtus materialis ex elementorum complexione, seu qualitate formata. Nam quando elementa à suis per misturam secedunt excellentiis; tunc in natura mirabilia operantur: & in primo quidem successu, mineralia, & lapides, quorum formæ sunt naturales: in secundo autem, animata, quorum forma est potentior: in tertio verò, intellectum poßibilem; potentia ad omnia intelligibilia, actu verò nullum. Hunc autem intellectum, dixiße habere instar rasuræ, & planationis tabulæ, scripturam recipientis; ita, vt corpus se habeat, vt tabula; intellectus verò, vt præparatio tabulæ: vnde separari eum à corpore non vult, sed ab intelligibilibus potiùs; veluti priuationem, quæ separatur ab his, ad quæ habilitatem habet ad recipiendum; sicut rasura, & planatio tabulæ, separata est à scriptura. Hanc autem suam falsam opinionem, falsis rationibus munire studet: dicit enim id philosophum sensiße, cùm diceret animam eße corporis actum. si enim hoc verum est, tunc vniuocè omnes animæ partes, eßent endelechiæ corporis: quare, neceße est, intellectum eße formam corporalem, ex elementorum mixtura compositam. Amplius, materiæ corporalis potentia, non nisi per formam, quæ in ipsa est potentialiter, perficitur, quæque ab ipsa educitur per mutationem, & motum. sed anima intellectiua est perfectio corporis, quod est materia corporea: igitur, potentialiter est in ipso semine corporeo, à quo educitur per motum, & mutationem: proinde intellectus, hominis perfectio, forma est corporalis, sicut & aliæ formæ naturales. Verùm Alexander hac sua erronea opinione, apertißimè pugnat contra veritatem, & doctrinam peripateticam, quæ paßim constantißimè docet, intellectum ab extrinseco venire; & non ex elementis, vt dicit, formari: alioquin, quomodo virtus corporea, cognosceret res incorporeas? Materia prætereà, tunc compositionis varietate, ex se solâ formas omnes produceret, sicut ij dixerunt, qui casum, & fortunam mouentia eße putârunt, causis per se agentibus neglectis. Amplius, omne, quod in eo recipitur, quod est in corpore sicut forma corporis, est planè indiuiduum, & particulare; sicut probari potest per omnia, quæ sunt in virtutibus animæ sensibilis. sed per Alexandrum intellectus poßibilis, est huiusmodi forma: quod ergo in ipso receptum est, est particulare; atque ita non eßet vniuersalium receptiuus. Amplius, philosophi doctrina ridicula eßet, si præparationem ad intelligibilia doceret, ipso subiecto incognito remanente. Nō est ergo intellectus poßibilis præparatio; sed subiectum intelligibilium: neque producitur ex semine; sed à Deo formarum satore. Quod ergo Alexāder hallucinatus fuerit circa naturam intellectus poßibilis, dixi. Error quoque Theophrasti, & Themistij est eruendus: nam aperte aduersantur veritati, & philosophi doctrinæ: fatentur enim in anima, non nisi intellectum agentem inueniri, nullumque eße intellectum poßibilem, animæ rationalis partem: Si, inquiunt, in omnibus, in quibus est prima perfectio, pariter & secunda inuenitur: igitur si prima perfectio est immutabilis, & secunda quoque eodem modo se habebit. sed prima hominis perfectio, nempè intellectus, est æterna; & secunda similiter erit æterna, intelligere scilicet: nam motore existente æterno, & motus erit æternus, vt dicitur 8. physicorum. Non ergo neceße est, ponere intellectum paßibilem, & transmutabilem: si enim eßet intellectus paßibilis, perinde eßet, ac materia prima; quandoquidem vtrunque potentia est ad omnia, & nihil actu: proinde materia cognosceret formas aduentantes, sicut & intellectus, quod omninò est absurdum. Igitur, non inest animæ intellectus poßibilis: non fit intelligibilia sine transmutatione, & tempore; quocirca transmutabilis, & mixtus. Sed huic obiectioni, ex supradictis patet responsio: non enim est intellectus pura potentia, & nihil in actu; sed pura potentia ad intelligibilia: denique transformatur, siue mutatur perfectiuè,

& non

Margin notes: Opera mira elementorū. — Argumenta Alexandri. — Contra Alexandrum. 1. 2. 3. — Opinio Theophrasti & Themistii. — Rationes Theophrasti. 1. 2.

& non corruptiuè, ad ea, ad quæ erat in potentia: non ergo necesse est, vt sit mixtus, transmutabilis, & primæ materiæ prorsus similis, & conformis. Amplius, si intellectus est æternus, & intelligere æternum; nihil ergo de nouo discimus, quod peripateticis non placet: in æternis enim nihil noui inuenitur. Amplius, ipsi dicunt, agentis intellectus actum, esse speculatiuum intellectum, atque ipsum intelligere aliud nihil esse, quàm formas denudare, idq; opus esse intellectus agentis; quod sanè constat omnibus modis falsum esse: eo enim ipso, quòd intellectus speculatiuus factus est, satis patet, æternum esse non posse. Præterea, ab iisdem viris constanter dicitur, intellectum materialem esse animæ rationalis partem; & ab agente, non autem ab intelligibili perfici. Quare, si agens, & possibilis transmutationi subiecti non sunt; quod ex vtroque erit per transmutationem, proculdubiò intransmutabile erit, atque æternum. Hinc est, quòd ausi sunt dicere: intellectum possibilem, vt possibilem, ante actum nihil esse; inueniri nihilominùs in anima, vt subiectum luminis agentis: & hunc dicunt esse intellectum passibilem; lumen autem illud, intellectum speculatiuum: ita, quòd diffundens lumen, sit intellectus agens; subiectum luminis, intellectus passibilis: lumen autem, intellectus speculatiuus; adeptus verò, qui fit splendore luminis habiti super intelligibilia. Intellectus ergo agens, denudat formas; possibilis verò, lumen recipit intellectus agentis: compositus verò, ex vtroque, sicut diaphanum lucidum, est intellectus speculatiuus; adeptus verò, ex splendore luminis habiti genitus, super intellelligibilia consistit. Sed de his intellectibus paulò pòst erit nobis dicendũ.

> Arabum opinio de intellectu possibili.
> Contra Theophrastum.
> Speculatiuus intellectus.
> Quatuor intellectus.

Posthæc, obuiam venit opinio Auempacis, & Abubacher de intellectu possibili, qui vnicum numero, ac specie in omnibus planè hominibus intellectum agentem posuerunt, nullumque penitus esse intellectum possibilem. Quod quidem, vt firmiter astruere possent, in anima rationali, non nisi intellectum collocauêre agentem; possibilem verò, corpori coniunxerunt, propterea, quòd phantasiam illum esse putauerunt: etenim phantasmata sunt potentia intellectus, fiunt verò intellectus actu, quando ab intellectu agente separantur. cùm verò phantasia nõ sit vna apud omnes; hinc est, quòd hoc modo, in quolibet homine, pro suæ phantasiæ conditione intellectus, & intellectũ vnitatem seruabant. Itaque potentia intellectus, apud hos Arabes, est potentia speculatiuus intellectus, hoc est, phantasma in phantasia. Hæc opinio, ex parte consentit cum priori: dicit enim, animæ intelligere esse aliud nihil, quàm formas denudatas in lumine intellectus agentis; nullamque esse animæ rationalis partem, quæ sit intelligibilium subiectum. Ex alia autem parte dissentit: nam Theophrastus, & Themistius dicunt, intellectum possibilem esse animæ rationalis partem, in se lumen agentis semper habentem; vel ipsum agentem pro lumine, sicut diaphanum illuminatum in se habens actum lucis. Arabes verò aiunt, intellectum possibilem nullam prorsus esse rationalis animæ partem; sed ipsam formam denudatam, intellectum esse in actu, particulari autem permixtam, intellectum in potentia. Porrò, intellectus agens, quia formæ non subijcitur, remanet immixtus, & intransmutabilis. Amplius, inquiunt, mouens & motus communicationem habent ad inuicem; sicut agens & patiens communicant in subiecto: sed phantasma mouens, est particulare; & motum quoque similiter se habebit. Amplius, mouens, ei, quod ab ipso mouetur, suam speciem largitur, si fuerit mouens vniuocum. Sed in anima non est, nisi mouens vniuocum secundùm formam: igitur motum à phantasmate, habet phãtasiam formalem, quæ est sensibilis & particularis forma; cuiusmodi inesse non potest ei, quæ est pars animæ separatæ. Verùm huiusmodi Arabes, multùm discrepant à philosophi doctrina, apud quem, mouens non est motum, quare motum à phantasmate, non est phantasia, vel phantasmata. potentia autem non mouet actum, qui ex ipsa educatur: proinde phantasma mouens, non est intellectus speculatiuus. Quare, aliquem esse intellectum, partem

> Opinio Abubacher & Auempace.
> phantasma intellect⁹ possibilis.
> Intellectus in actu.
> In potentia.
> Agens.
> Argumenta.
> 1.
> 2.
> Contra Arabes.

Arabum opinio de intellectu possibili.

tem animæ rationalis, motum à phantasmate, necesse est: & hæc quidem ratio ita philosophi mentem mouit, vt intellectum possibilem poneret. Porrò, illorum argumenta citiùs, ac paucis dissoluuntur: Nam, etsi phantasia sit res particularis, & sensibilis; non mouet tamen intellectum passibilem, quatenùs in particulari existit, & sensibili; sed potiùs quatenùs est in actu denudationis, & abstractionis, quem recipit à lumine intellectus agentis. Nam & colores in corporibus quidem coloratis esse habent materiale, ipsum tamen non mouent; formale autem esse à luce visibili. Præterea, non est eadem communicationis forma inter agens & patiens: mouens, & motum physicè: ac inter phantasma, & intellectum, vt postea dicetur; ideoque tanquam dissimile extruditur, atque reijcitur huiusmodi Arabum sententia.

Ratio quæ mouit philosophũ, vt poneret intellectũ possibilẽ.

CAP: XX.

Auicebron opinio de intellectu possibili.

Auicebron.

Vicebron quoq; ad nostram militiam accedit pugnaturus cũ libro, quẽ fontem vitæ appellauit, asserens intellectum possibilem, & materiam primam, per omnia eiusdem esse naturæ; vult enim intellectus possibilis potentiam communem esse, à formarum determinatione, quas potentia habet & non actu, separatam omninò: quoniam autem ita est vniuersalis eius potentia; hac de causa quod in ipsa est, etiam & vniuersale esse, arbitratur: Substare, inquit, & in potentia susceptiuum esse, proprietates sunt materiæ primæ: in quocunq; ergo illæ inueniuntur, à prima materia eas habere necesse est. sed hæ inueniuntur in passibili intellectu: quia potentia est ad omnia intelligibilia: igitur intellectus passibilis est materia prima: non enim fieri potest, vt idem participatum à multis causetur ab aliquo alio, quàm ab illo, quod est primum in illo genere: huiusmodi autem est materia prima, quæ in eorum genere, quæ sunt in potentia susceptiua, primum locum obtinet. Deinde occurrentem obiectionem soluit: Ne quis miretur, inquit, quòd materia prima formas non intelligat, corporeas & incorporeas; sicut & intellectus possibilis formas intelligibiles: in causa enim est, intellectualitas passibilis intellectus, quæ ipsum reddit imaginem lucis intelligentiarum; ideoq; formæ in ipso existentes lumine illustratæ, conspectæ cognoscuntur. cùm verò huiusmodi intellectualitas desit materiæ: propterea formas in ipsa existentes, nequit discernere. Itaq; potentia intellectus est absoluta simpliciter, & non per aliquam formam determinata: propterea, quòd in sua natura non sit aliquod determinatum. Id autem vult intelligendum esse de formis, ambitum & communitatem potentiæ intellectus communicantibus; non autem de intellectualitate, quæ non nisi illustrantis, & non coarctantis vice fungitur. Sed hæc opinio plurimum habet absurditatis & falsitatis: potentia enim intellectus passibilis, non est vniuoca cum potentia materiæ primæ. nam intellectus vnus & idem, indiuisus existens, est in potentia ad omnia intelligibilia: materia verò, secundùm sui diuisionem, est ad multa, & inuenitur in multis. Materia præterea non fit forma; sed intellectus fit vnum cum ipso intelligibili. materia non est ens in actu sine forma; intellectus verò est ens in actu sine intelligibili: non ergo intellectus passibilis, est prorsus idem cum materia prima. Amplius, forma absoluta, non potest esse materia: contraria enim sunt ad inuicem absolutum & respectiuum. sed anima rationalis, siue intellectus, est per se subsistens, vt dictum est suprà: igitur non est materia. Amplius, idem ens, in multis ab vno, quod primum est in illo genere, non causatur, nisi vnum in multis vniuocè extiterit. sed substare, & esse in potentia, non est vniuocum, teste philosopho, intellectui, & materiæ primæ: igitur

Vniuersalis intellectus.

Quare materia non intelligit formas.

Contra Auicebron.

Intellect⁹ nõ est materia.

Rationes cõtrariæ.

Auerrois opinio de intellectu pasibili.

igitur Auicebron fundamentum debile est, & inualidum. Amplius, res in potentia cognita, imperfectam generat scientiam: formæ autem non sunt in materia actu; sed confusa & indeterminata potentia. Si ergo ita confusè, & indistinctè ab intellectu perciperentur; haud dubium, quin talis rerum cognitio inutilis esset & inanis. Amplius, si id solum sit intelligere, esse formas secundum potentiam in intellectu, cùm potentia semper sit in intellectu; omnium ergo formas semper intelligeremus, nulloq; indigeremus phãtasmate intellectum mouente, neq; sensu formas accipiente, quod est falsum. De Auerrois opinione, quid ipse senserit de intellectu hominis, abundè dictũ est in principio huius libri, vbi de animæ immortalitate disputauimus. Sanè, illud Arist: 3. de ani: cõ:3. Sicut se habet sensus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia: non putat per omnia simile esse: dicit enim paßibilitatem sensus, non eandẽ esse cum paßibilitate intellectus: Oportet, inquit, vt dispositio eius sit secundùm similitudinem: sicut sensus apud sensibilia; sic intellectus apud intelligibilia; vt sit non paßiuum paßione, sicut paßione sensuum; sed recipit formam, & est in potentia sicut illud. Hæc Auer: Vult autem vnum esse omnibus intellectum, pro varietate phãtasmatum, in hominibus variè, ac diuersimodè inueniri: quod quidem quàm absurdißimum sit, inibi dictum est: Omne siquidem compositum, hoc aliquid efficitur per vnam formam substantialem, quæ est sua propria, & prima perfectio, teste Philos. sed quilibet indiuiduus homo, est hoc aliquid: igitur propria, & non communi forma est hoc aliquid. Non ergo vnus est intellectus poßibilis in omnibus hominibus; sed in singulis, singuli. Amplius, principia rerum particularium, sunt particularia: authore Philosopho contra Platonem in meth: sed principiorum potißimùm est forma: est ergo particularis: atq; ita anima rationalis, cuius præcipua pars est intellectus poßibilis, est particularis, & non vniuersalis. hæc & similia dici poßunt, & dicta sunt contra Auerrois positionem. Examinandus venit, atq; conuincendus illorum error peßimus, qui aiũt, nullam animæ partem intellectualem esse siue intellectum; sed omnem prorsus naturam intellectiuam separatam esse. quapropter aiunt, intellectum humanum aliud nihil esse, quàm alicuius intelligentiæ splendorem, & refulgentiam: decimum namq; cælum dicunt esse sphæram actiuorum, & paßiuorum, quæ omnia illa mouet ad formas, omnibusq; generabilibus, & corruptibilibus, pro ipsorum captu, & conditione formas congruas, ac conuenientes largitur. Per intelligentiarum, inquit, splendorem formæ largiuntur: anima autem humana, quoniam vltima est in genere intelligibilium, nobiliori cæteris formis naturalibus, splendore donatur; sicuti plus luminis apparet in claro, quàm in obscuro colore: quem profectò colorem, intellectum poßibilem appellant. Ea, inquiunt, sunt eadem, quorum operatio substantialis est eadem. sed operatio intelligentiæ in nobis, & separatarum operatio intelligentiarum est vna, atq; eadem; quæ nimirùm est, speculationis formas, & largiri, & diuidere. quòd ergo inest homini de natura spirituali: illud planè dependet ab intelligentiis mentibusq; separatis. Amplius, intelligentiæ ad hoc sunt positæ, vt moueant subiecta sibi, & non, vt ab ipsis moueantur: ideò intellectus, cùm sit splendor intelligentiarum, non mouetur à phantasmate; quippè, qui instar intelligentiarum, formas habet, & præstat. Sed si ita res se haberet; tunc homo non eßet rationalis, & intellectualis; eò quòd intellectus paßibilis non esset de sua essentia, quò nihil est ineptius. Partem illam, qua sapit, & discernit homo propriè non haberet: nec in rationali esset vegetatiuum, & sensitiuum, sicut trigonum in tetragono: nec aliquis esset potentia; sed semper actu sciens, eò quòd perpetuo illo illustraretur intelligentiarum fulgore: quæ omnia absurdißima sunt penes vniuersam philosophantium familiam. Plato insuper ait, omnem formam, rem antecedere, cuius est forma, non solùm ratione, verùm etiam, & esse formali, atq; ita omnia in se habere, in

Sicut sensus ad sensibile, ita intellect⁹ ad intelligibile.

Contra Auer: de vnitate intellectus.

1.

2.

Opinio quod nulla pars animæ sit intellectus.

Rationes.

1.

2.

Contra errorem.

Rationes cõtrariæ.

Plato de modo discendi.

Intellect⁹ denominationes.

bere, in quibus deinceps secundùm esse multiplicatur: & hãc esse nostri intellectus in obiectum cùm intelligimus. hoc ergo modo scientia est ex necessariis, propterea, quòd in rebus caducis, & mutabilibus, nihil est permanens, & necessarium. Amplius, intellectus est quoddam permanens, & necessarium: ideoq; quod in ipsius potestate, & natura positum est, similiter se habebit. Quibus de causis Plato posuit intellectum possibilem separatum, & vniuersale separatum; non in potentia, sed semper actu separatum: non enim putauit vniuersale ex plurimis memoriis, atq; experimentis esse collectum; sed omnium scientias ex intellectu proficisci. verùm, anima corporis delitiis delinita, velut insana, & amens effecta, non conuertit mentis oculum ad ea, quæ in ipsa posita sunt. Sed de his alibi dicemus. Nunc sat est, Stoicorum opinionem fuisse, intellectum possibilem esse quidem ens, & hoc aliquid; sed non esse actum corporis, nec potentiã intelligibilium susceptibilem, sed secum vniuersalia actu semper habentem: quæ quidem non solùm sunt in ipso, verùm etiam extra animam, & ante particularia. Sed iste error est multùm cauendus: tunc enim ex corpore, & anima non fieret vnum: aut homo non esset homo; quia homo est homo per intellectum, vt prius dictum est. Amplius, si intellectus est indiuiduum; proculdubiò, non nisi indiuiduum recipere potest: atq; ita vniuersale non est in intellectu; sed intentio particularis, quæ non est principium artis, & scientiæ. Amplius, tunc sensus, & phãtasiæ, & organa, & studia, & labores, impedimento potiùs essent scientiæ: & mirum, quare anima corpus sic affectum elegerit, à quo plus detrimenti, quàm adiumenti in scientia sibi comparanda acciperet. hæc & similia, cùm sint absurdissima, à vera philosophandi via, sunt extrudenda, atq; pellenda. Illa ergo sentienda sunt de intellectu possibili, quò ad eius substantiam, & naturam spectat, quæ annotauimus in cap: 9. huius tractatus de natura intellectus possibilis, quæq; conformia sunt, atq; consentanea veris peripateticis, atq; latinis, diuo Augustino, diuo Thomæ, Alexandro de Ales, Scoto, cæterisq; latinæ familiæ eruditissimis atq; præstantissimis viris: quorum doctrinam in his nostris Commentariis studiosè imitari, atq; eisdem inserere studui; ita, vt diligens lector inoffenso pede legat doctrinam catholicam, puram, & veram philosophiam redolentem, idq; gratia domini nostri Iesu Christi.

Vniuersale apud Platonẽ.

Stoicorũ opinio de intellectu.

Contra.

Quæ tenẽda.

Latini.

CAP. XXI.

Intellectus possibilis proprietates, & denominationes

Postquàm visum est, quæ sit intellectus passibilis natura, explosis erroneis quorundam sententiis; operæpretiũ erit perquirere, & perquirendo explicare, quæ sint illius proprietates, quotuè nominibus, seu denominationibus apelletur; vt illis perceptis, ac diligenter, quòad fieri potest, cognitis, quilibet inuigilet sibiipsi, atq; ad meliorem, purioremq; intellectum animum attollat. Quatuor autem sunt præcipuæ intellectus possibilis denominationes, nempè intellectus materialis, intellectus in habitu, intellectus in actu, intellectus adeptus. Porrò, materialis nuncupatur, quia nullam in se habet speciem intelligibilem, nullumq; habitum scientificum; sed quandam habet cognationem cum materia prima, quæ ex se nullam prorsùs habet hærentem formam, sed est in pura potentia. Hac ergo de causa in genere intelligibilium, intellectus dicitur materia, & inde materialis. Sanè, quod est in potentia huiusmodi, materiale vocatur ab Alexandro tractatu de intellectu, cap: 1. Commentator quoq; ait, 12. met: com: 26. potentiam reduci

Denominationes: Materialis. In habitu. In actu. Adeptus.

Intellectꝰ materialis.

am reduci ad materiam. Et primo cap: de substantia orbis, materiam substantiari per posse, ita, vt potentia, sit eius differentia substantialis. Et 7. met: 22. Materiam esse, per quam res potest esse, & non esse. hinc est, quòd potentia & actus omnium sint prædicamentorum principia, propterea, quòd in quolibet prædicamento aliquid sit proportionem habens cum materia, aliquid verò cum forma. Cùm ergo intellectus sit in potentia omnia intelligibilia, & potentia sit propria paßio materiæ: ideò respectu intelligibilium materia nominatur. (Quare dicitur intellectꝰ materialis.) *Hæc virtus, 3. de anima 6. non est attributa complexioni, & prior est in nobis, teste Themistio, secundùm continuationem, quàm intellectus agens: Alexander autem vult priorem esse in nobis secundùm esse, & generationem. Iste intellectus recipit species sine materia, sicut sensus: vnde etsi alteratio sensui non conueniat; sine alteratione tamen quapiam fieri posse non videtur. at intellectus intelligibilium rerum susceptione, nullius sensorij corporalis officio fungitur; sed ad intelligibile, & dignoscendum ipse sibi satis est.* (Natura materialis intellectus.) *Porrò, hæc est differentia inter intellectum in habitu, & intellectum materialem (teste Alexandro) quòd intellectus in habitu similis sit artificibus habitum habentibus, & valentibus per ipsum operari quæ artis sunt: intellectus verò materialis his similis habeatur, qui poßunt artem aßumere, & acquirere, atq; ita in artifices euadere.* (Differentia inter materialẽ & intellectũ in habitu.) *Amplius, intellectus in habitu ad perfectos attinet, qui iam intelligunt: materialis verò ad omnes homines. hoc autem intellectu cogitamus, & sapimus, quippe qui est animæ pars præclarißima, & pulcherrima: iste enim subiectiuè recipit speciem intelligibilem ab intellectu agente, & phãtasmate effectiuè productam: actum quoq; intelligendi ab intellectu agente cum specie intelligibili productum: dispositionem prætereà ab eisdem causatam: habitum deniq; productum, ab intellectu agente cum specie intelligibili: atq; ita quatuor sunt actus intellectus poßibilis, qui in hoc actu communi, qui est recipere, communicant omnes. Cæterùm, materiale aliquid dicitur planè tribus modis, nempe, quia componitur ex materia & forma, aut quia corpori organico communicat; veluti sunt potentiæ organicæ, vel quia communicat cum potentia organica.* (Materiale multiplex.) *Primo autem, & secundo modo intellectus est immaterialis; quia non est compositus ex materia & forma, neq; est potentia organica, corporeo coniuncta organo: tertio modo dicitur materialis, quia communicat cum phãtasia, potentia organica, ex qua abstrahit species intelligibiles. potest quoq; dici immaterialis, quia intellectiua est perfectio materiæ, colligata cum cogitatiua, educta de potentia materiæ. Itaq; intellectus materialis dicitur, quia potentia est ad intelligibilia, & cum phãtasia communicat, quæ est potentia organica: insuper quia anima rationalis, cuius ipse est pars præcipua, est perfectio materiæ, & ipse cõclusus sit cum cogitatiua, quæ educitur de potentia materiæ.* (Cur materialis.) *Sed dices cum Melisso, & Xenophane Parmenidis magistro, intellectum ideò materialem nuncupari, quia ipsemet est materia prima.* (Argumenta quod intellectus sit materia.) 1. *Intellectus, inquis, intelligit materiam, aut per similitudinem, aut per identitatem: non quidem per similitudinem; alioquin materia formã haberet, quæ ab ea abstrahi poßet. sed propria materiæ forma non inest: non ergo per similitudinẽ, sed per identitatem intellectus: ergo materiã cognoscit, atq; ita idem omninò est cum ipsa materia.* 2. *Amplius, quæcunq; non differunt, sunt eadem omninò, & hoc probatione non indiget. sed materia, & intellectus non differunt; quia omnis differentia est per formam, materia autem nullam habet formam: non ergo differt ab intellectu.* 3. *Plura præter ea prima eiusdem rationis non dantur: quia in vno quoq; genere, est vnum primum, & metrum aliorum. sed materia, & intellectus sunt eiusdem rationis, vt pote ambæ potentiæ puræ paßiuæ: igitur materia & intellectus sunt penitùs idem, ideoq; intellectus materialis dicitur. Sed paulò antè hæc argumenta, atq; similia soluta sunt, & conuicta.* (Soluuntur rationes.) *Quibus Auerroes 3. de anima 5. satis a-* (Auer:)

Intellect⁹ in habitu, & in actu.

pertè obsistit: asserens intellectum in potentia, esse omnes formarum vniuersalium intentiones: materiam verò primam in potentia, omnes formas sensibiles: intellectū præterea cognoscere, & distinguere: materiam autem minimè; propterea fieri non posse, vt materia & intellectus, sint penitùs idem. Ad primum argumentum respondet Auer: 1. phys: com: 69. Et ista, inquit, natura, quæ est subiecta substantiæ, non potest intelligi per se, cùm non sit aliquid in actu habens quidditatem; sed intelligitur secundùm comparationem. Maior ergo argumenti non tenet, nisi in eo, quod per se intelligitur. Ad 2. Auer: 10. meth: Omnia duo entia, inquit, sunt eadem, aut diuersa. sed non sic omnia sunt eadem, aut differentia: quia differens differt per aliquid, sunt enim primè diuesa: nam intellectus est ens in actu naturali sine intelligibili, materia verò non habet esse actuale sine forma. Ad 3. negatur minor: non enim intellectus & materia sunt eiusdem rationis: intellectus siquidem est intelligibilium, materia verò corporalium subiectum: intellectus vniuersalia, materia autem recipit particularia: non ergo eadem vtrisq; inest ratio recipiendi. Amplius, formæ receptæ diuersificant naturas recipientes, modosq; recipiendi: 2. de anima, com: 60. sed intellectus recipit formas vniuersales: corpus verò, seu virtus in corpore, aut ipsa materia, formas particulares: intellectus ergo & materia, sunt diuersa ab inuicem & natura, & modo recipiendi. Hinc eliditur argumentum Empedoclis, Anaximenis, & Hipparchi, quo vsi sunt in asserenda materialitate intellectus. Materia composita, inquiunt, quæ corpus dicitur, accidentales tantùm recipit formas. sed intellectus recipit formas accidentales: igitur est corpus compositum ex materia & forma. Si ita res se haberet (ait Auerro:) tunc reciperet formas indiuiduales: & formæ intellectæ essent in potentia, id est, intellectus, formarum naturas distinctè nequaquam cognosceret; secundùm quòd sunt formæ, hoc est, vniuersaliter cognoscuntur. Non est ergo intellectus materialis corpus, neq; virtus in corpore, sed sicut dictum est.

Primū Argu.

2.

3.

Materia & intellectus non sunt idem.

CAP: XXII.

Intellectus in habitu.

Intellectus in habitu quid sit.

Vid autem sit intellectus in habitu, ex paraphrasi Alexandri de anima cap. de intellectu in habitu, clarè colligitur: Intellectus in habitu, inquit, est species, perfectio, atq; virtus intellectus materialis: cùm enim ab assidua functione intellectus in habitum redigitur, ita, vt per se deinceps operari possit; tunc is intellectus gignitur, quem velut habitum appellamus; redacta ad scientē similitudine & proportione, qui in medio consistit eius, qui secundùm potestatem sciens, & eius qui secundùm scientiam agens dicitur: & quantùm ab eo, qui per scientiam actu operatur, deficit; tantùm scientem secundùm potestatem exuberat: hæc Alexander. Est ergo intellectus in habitu, quando est reductus ad actum primum ex potentia essentiali, per speciei intelligibilis receptionem, quæ producitur per actionem intellectus agentis: etenim quemadmodum per formam in actu primo materia reponitur; ita planè per speciem intelligibilem intellectus possibilis, & per habitum quoq; scientiæ acquisitū: vtroq; enim, vt altero actuatus, potest exire in actum secundum. Est autem habitus qualitas quædam, qua quis operatur quando voluerit, remotis impedimentis. Porrò, intellectus possibilis secundùm duos gradus in habitu esse dicitur: & primo quidem, cùm intelligibilem recipit speciem, in habitu esse dicitur, etiamsi nondùm exierit ad intellectionem: secundo autem post acquisitum habitum intelligendi. qui profectò gradus, primum excellit virtute & perfectione:

Quomodo fit in habitu.

Quid sit habitus.

Duobus modis in habitu.

Intellect⁹ in habitu, & in actu.

one: perfectiùs enim actuatur habitu acquisito intellectus, quàm sola specie intelligibili. Verùntamen Auicenna negat sine intellectione, species in intellectu conseruari posse: dicit enim intellectum in habitu, intellectum esse potentialem, qui habilitatem habet, recipiendi speciem illapsam ab intelligentia agente, ex frequenti, quam ad ipsam habet cõuersionem. Aristoteles 3. de anima sic loquitur de intellectu in habitu: Cùm, inquit, sic singula factus est, & sciens dicitur, qui est secundùm actum; hoc autem accidit, cùm potest operari per seipsum, est quidem similiter, & vt erat antequam di dicisset, aut inuenisset, & ipse seipsum tunc potest intelligere. Quibus ex verbis colligitur, quòd intellectus in habitu mediet, inter ens in pura potentia, & ens in puro actu: est enim actu, quia factus est singula intelligibilia, atq; ita per illa positus est in actu primo: est autem in potentia, teste Philopono, ad vsum intelligibilium exercendum, Cùm, inquit, factus est singula per speciem, & habitum acquisitum, nondũ autem vtitur, aut cessat ab habitu singulorum; quod tunc accidit ei, cùm potest scientificè speculari. Factus est de nouo, ait Simplicius: quia non inest ei æterna specierum congregatio, sed noua. Auerroes, Factus est singula, scilicet formæ vniuersales: non vtiq; illa, vt accidentia, aut subiectiuè recipiendo; sed obiectiuè illa intelligendo. Fit autem intellectus omnia intentionaliter, neometa, siue species rerum intelligibilium recipiendo, quibus mediantibus quodammodo dicitur intentionaliter omnia; vnde intellectus in habitu, potest seipsum intelligere, quod præstare non potest intellectus qui est in pura potentia: Itaq; intellectus in potentia, est simpliciter in potentia, tum ad habitum, tum etiam ad actum: intellectus verò in habitu, est solùm in potentia ad habitum. Intellectus præterea in habitu, potest seipsum intelligere, quippè, qui est habitibus ornatus, qui sunt ad cognitionem necessarij: intellectus verò in potentia minimè, quia perfectionis terminum nondum attigit, vt seipsum intelligere queat. In hoc autem differt intellectus à sensu: quia sensus, seipsum cognoscere nequit, vtpotè qui fieri non possit sensibilia; nec ita perfectus, vt absq; alterius adminiculo operari valeat: differt etiam à Deo, qui intelligit se per se, hoc est, per intellectionem, quæ est sua essentia; intellectus verò noster in habitu, intelligit se per accidens, hoc est, intellectione, quæ est res, quas intelligit. Deus præterea alia à se consecutiuè intelligit, se verò obiectiuè: quia sua sibi essentia, est intellectionis obiectum. at noster intellectus, intelligit alia, vt obiecta primaria, se autem, vt obiectum secundarium: & ille vnica, noster verò pluribus intellectionibus. Præterea, intellectus in habitu, sunt prima principia, vt colligitur ex com: 36. 3. de anima, quæ sunt sicut locus ianuæ, quem nullus ignorat. Ideò autem intellectus in habitu appellatur: quia his habitibus homo ad aliorum cognitionem procedit. Speculatiuus autem intellectus, sunt conclusiones ex illis principijs deductæ, eò quòd ex illis principijs instructi illas speculamur. Hi autem duo intellectus, nõ sunt animæ partes, sed attributa: sed de intellectus habitibus posteà dicemus. Quid verò sit intellectus in actu, Alexander in paraphrasi de anima, cap: de intellectu in actu, sic loquitur: Iam, inquit, agens habitus, intellectus in actu dicitur: intellecti vtiq; species, quando intellectus potentialis actuatus specie, aut specie cum habitu scientiæ acquisito, ad actum se auocat secundum; vt considerans, vel actu intelligens nuncupetur intellectus, ita, vt seipsum intelligat: intellectus siquidem, actu recto res intelligit, & quidem per species earundem: deinde easdem intelligens actu reflexo, mediante illa speciei intellectione, seipsum intelligit. Est autem illa species similitudo, & effectus: proinde, quatenùs est similitudo, eam rem actu recto repræsentat, cuius est similitudo: quatenùs verò est effectus, suas causas præ se fert, nempè intellectum agentem, & possibilem, ac phantasma, ex quibus producitur, & causatur. Itaq; per eandem speciem singularem intellectus rem intelligit, cuius est illa species: non enim vna specie cognoscit lapidem, &

3. de anima 8

Philoponus.

Simplicius.

Auerroes.

Differentia inter intellectũ in habitu & in potentia.

Differt intellect⁹ à sensu.

Differt à Deo.

Prima principia.

Speculatiuus.

Intellectus in actu.

Actus rectus.

Actus reflex⁹.

Intellect⁹ adeptus.

Vna species. Non vna intellectio.

altera lapidem esse substantiam. vna quidem species ab vno obiecto, & vno intellectu producta: intellectio verò non vna: propterea, quòd ea, quæ intelliguntur, ratione saltem differentia sunt. seipsum autem intelligit, cùm singula factus est, ait Aristoteles: tunc ergo perfectè sese intelliget, cùm singula factus fuerit; quia tunc de seipso percipiet omnia, quæ sciri possunt. Quare, vt Alpharabius sentit, actu recto, & pendiculari alia intellectus cognoscit, se autem actu reflexo, & circulari. Sed pro Alpharabio posset quis arguere, hoc modo: Ex obiectorum distinctione actuum distinctio proficiscitur. sed intellectus, & res intelligibiles sunt distincta obiecta: indè ergo distincti actus innascuntur. Sanè, illi actus distinguuntur, quorum vnus est rectus, alter verò singularis, seu circularis, & reflexus. sed huiusmodi sunt actus intellectus existentis in actu: ergo quod prius. Profectò, actuum diuersitatem ostendit iudiciorum diuersitas. sed aliud de se iudicium fert intellectus, aliud verò de re intelligibili: igitur, non vno eodem actu, & se, & alia intellectus speculatur, & intelligit. Auer: com: 10. 3. de anima, comparat huiusmodi actus intellectus lineæ rectæ & sphærali. Quidditas, inquit, comprehendit per dispositionem lineæ rectæ, cùm intellexerit primam formam existentem in hac re singulari, id est, speciem: aut secundùm dispositionem similem lineæ sphærali, quando fuerit reuersa quærendo intelligere etiam quidditatem illius, deinde quidditatem illius quidditatis: & hoc erit, dum inueniet quidditatem in quidditate: & non cessabit, quousq; perueniet ad formam simplicem, ad conceptum scilicet irresolubilem. Sed de actu intellectus, & quomodo seipsum cognoscat, postea dicemus: nunc suffecerit ostendisse, quid sit intellectus in actu.

Intellectus cognoscit se actu reflexo.

Auerroes. Linea recta & reflexa.

CAP: XXIII.

Intellectus adeptus.

Quid sit.

Ntellectus adeptus, secundùm Auerro: 3. de anima, 36. Auenpacem, Alpharabium, atq; Albertum magnum 3. de anima, tract: 3. cap: 11. is esse dicitur, qui acquisitis omnibus habitibus scientificis, omnium specierum intelligibilium adeptus est gradum vltimum, & supremum: tunc enim est positus in fine adeptionis, suæq; perfectionis. Tunc, inquit Commentator, intellectus agens vnitur possibili, non solùm, vt efficiens intelligibilia in potentia, actu intelligibilia; verùmetiam, vt forma intelligibilis: ita, vt quidditatiuè intelligatur ab intellectu possibili, & per ipsum alia, nempè substantiæ separatæ intelligantur. Postquàm igitur perfectus fuerit motus intellectus in acquirendis omnibus habitibus scientificis, & generalibus, & specificis, & quibuscunq; qui haberi possunt; tunc vocatur intellectus adeptus. In quo quidem statu, homo efficitur diuinus, & suam felicitatem adipiscitur secundùm Auerro. Porrò, Alpharabius, & Albertus, dicunt intellecta speculata dupliciter in nobis fieri: quædam certè ab ipsa natura, sicuti sunt dignitates demonstrationum, quæ sunt prima vera, quæ ex sensu non scimus; sed sine aliquo doctore, ab ipsa edocemur natura: quædam verò studio, & inuentione acquirimus; eaq; intellectu agente influente, à quo intellecta in potentia, fiunt intellecta in actu: in his enim omnibus intellectualitatem influit, atq; à conditionibus materialibus denudationem: proinde in his intellectus possibilis, magis continuum lumen recipit ab intellectu agente: mouetur q; ad continuitatem, & coniunctionem cum intellectu agente: ita, vt cùm omnia perceperit intellecta; tunc habeat intellectus agentis lumen, in formam sibi adhærentem: atq; cum ipso fiat lumen suum, eò quòd suum lumen, sit sua essentia: tunc adhæret intellectus

Quomodo fit.

Auerro: Albert:

Intellectus agentis officium.

agens

Intellect⁹ adeptus. Aristoteles. Cognitio separatorũ nobis insita. Paruulos Deum videre. Plotinus.

agens intellectui poßibili, vt forma; qui à peripatheticis vocatur intellectus adeptus, & diuinus, quiq; Deum perfectè contemplari potest. His consentit Aristot: in ethicis suis: Mirabilis planè status, & optimus, in quo hominis intellectus fit quodammodo Deo similis: quem quidem statum omnes homines, & scire, & habere desiderant, velut bonum, & honestum. Cæterùm, quibus visum est, hanc copulationem intellectuum à principio natiuitatis nobis inesse, simul cum intellectu poßibili insitam nobis separatorum cognitionem, affirmãt. Iamblicus hoc Ægyptiorum fuisse inuentum dicit: vnde Ammonius ait, paruulorum intellectum deum, seu cælestia videre. Præclarè de hoc intellectu adepto, deq; eius modo, & ordine disputauit Plotinus: Oportet, inquit enn: 6. lib: 9. cap: 3. animum fieri intellectum, totamq; animam menti committere, & in ea penitùs collocare; vt quæ intellectus ipse videt, animus experrectus accipiat, ipsoq; intellectu contempletur; sic tamen, vt sensum adhibeat nullum, sed pura duntaxat mente contempletur. Potest verò intellectus inspicere vel quæ sunt super ipsum, vel sua, vel quæ aguntur ab eo: pura quidem sunt quæ sunt in eo: puriora verò, atq; simpliciora, quæ sunt supra eum. Quare, qui intellectum adeptum consequi cupit; ei opus est, vt puro, & simplici intellectu vtatur: expedit enim intelligendæ rei nihil aliud adhibere, vt ipsum intelligibile sit: ita & hîc fieri oportet, vt intellectus adepti virtute potiatur: neq; enim animus aliis occupatus, animaduertit quæ sibi loquitur Deus. Sed quemadmodum materiam tradunt, omnibus qualitatibus vacuam esse oportere, vt omnium figuras suscipere queat; ita planè intellectus qualitatibus huiusmodi vacare debet, vt adeptus esse poßit, & ab omnium prima natura, & illustrari valeat, & impleri ad votum. Quamobrem Minos, fretus colloquio Iouis, leges ad illius similitudinem condidit: proinde intellectus qui seipsum perdidit, sublimia indagare non valet: sed est, velut filius, qui furore quodam extra se positus, non agnoscit patrem. Porrò, cap: 5. huiusmodi intellectum appellat intellectum, in actu perpetuo semper existentem, omnes scientiæ conditiones sibi poßibiles habentem. In quo profectò intelligendi ordine, hominis felicitatem philosophi collocàrunt; quando scilicet intellectus poßibilis scientiarum speculatiuarum cognitione abundè eruditur, virtutibus moralibus accedentibus; vt ex perfectiori Dei notitia, intensior Dei amor habeatur. hinc est, quòd homo felix paruo tempore durat, iuxta Auer: & Ar: 12. met: com: 38. eò quòd in harum possessione virtutum comparanda, non parua eget homo, & temporis, & laboris experientia: sicut etiam docet Philos: 6. eth: 14. Regali quoq; opus est principatu, quo intellectus appetitui dominatur: prim: Politicorum. Itaq; propinquum subiectum huiusmodi felicitatis, est intellectus humanus: causa verò formalis Deus gloriosus, efficiens, intellectus agens, à quo quodcunq; sufficienter dispositum informatur felicitate: finalis verò, vt homo Deo vniatur. Deus autem & causa formalis est, qua homo felix denominatur, & efficiens, quia formam largitur: homo verò & materialis, & finis, nam superiora cum inferioribus nectit. Tunc, inquit Commentator 3. de anima 36. efficitur intellectus agens forma nobis in actu: tunc intelligimus rerum dependentiã à primo ente. vnde, quemadmodũ forma est cognitio materiæ; sic Deus est cognitio aliorum ab ipso: quia verò actio Dei propria, est Deum intelligere per essentiam. Quare, cùm homo perfectam adipiscitur felicitatem, cuius hæc quæ in terris habetur, vmbra quædam est, & simulachrum, Deum per eßentiam intelligit; proinde in hac vnione conficienda, ab eo dependemus, à quo cælum dependet & natura, 12. met: 38. hæc autẽ continuatio nostra in hac vita corrumpitur, propterea, quòd corrũpitur intellectus speculatiuus; quo mediante, intellectui poßibili adhibetur sublimiũ verũ contẽplatio. Quia verò in hac dispositione, teste Auerroe 3. de ani: cõ: 5. homo adipiscitur intellectũ agentẽ: propterea huiusmodi copulatio vocatur intellectus adeptus.

Minos Iouis. Filius furore correptus nõ agnoscit patrem. Felicitas hominis. Intellectus agens. Intelligere Deum per essentiam.

Vtrum

Intellect⁹ adeptus. Vtrum verò intellectus agens sit Deus, paulò pòst explicabimus. Itaq; intellectus a-
deptus, in separatarum causarum cognitione consistit, quarum cognitio est duplex:
Cognitio acquisita. vna quidem acquisita, altera verò intuitiua. Acquisita namq; ab homine habetur,
per rationes naturales, aut metaphysicales, quæ planè scientia speculatiua naturalis
nominatur, quare intellectus possibilis, seu homo felix dici non potest: altera verò
Cognitio intuitiua. est intuitiua, in qua sita est intellectus possibilis felicitas, quippè, qui per proprias
essentias substantias separatas intelligit. Etenim felicitas, authore Auerroe 3. de ani.
com: 36. non est aliquid per scientias speculatiuas acquisitum; sed per ipsarum poti-
ùs acquisitionem acquiritur: ideoq; non temerè reprehendit Auempace 9. met: cap.
vltimo, quod in huiusmodi speculatione felicitatem posuerit. hac de causa 3. de anima
com: 15. fieri posse non arbitratur Commentator, vt per scientiam speculatiuam, in-
tellectus agens acquiratur, hoc est, vt sola cognitione speculatiua quis felix euadat.
In quo posita est felicitas hominis. Verùm enimuerò, si intellectus agens est Deus, vt quidā dicunt, & Deus est ipsa fe-
licitas: intellectus agens erit ergo felicitas; atq; ita intelligendo intellectum agentē,
est intelligentis felicitas. ipse autem Deus, est sua essentia felix & beatus, aliæ ve-
rò intelligentiæ, & mentes humanæ, per copulationem cum intellectu agente: quapro-
pter, vt receptiuum intrinsecam denominationem accipiat ab aliqua forma, necesse
est, vt illam recipiat. propterea felicitatem, siue vltimam adeptionem intellectus pos
sibilis, ponunt nonnulli in copulatione cum intellectu agente, vt dictum est. Quòd ve-
Substantiæ separatæ possunt à nobis cognosci. rò fieri possit, vt substantiæ separatæ à nobis cognoscantur, in 1. Pymandri disputa-
tum est, & hîc pauca relegendo inserimus. Etenim desiderium humanum non est fru-
stra: ex philosophia autem naturali intelligimus substantias separatas, ex illius cogni
1. tione, desiderium nascitur, quo impellimur illas videre, intelligere: atq; coniungi: i-
gitur haberi potest iste intellectus adeptus, qui consistit in separatarū substantiarum
cognitione: nullus enim conabitur, vt dicitur 2 phys: 8. aliquid facere ad terminum,
2. ad quem attingere nequit. Amplius, si intellectus noster possibilis substantias sepa-
ratas intelligere non possett;unc natura fecisset intellectum in se naturaliter, sicut ar-
guit Auerroes 2 met: à nemine intellectum, veluti si solis lumen à nemine videretur,
Auerro. cùm ex sui natura, maximè aptum sit, vt videri possit. Vndè, Auerroes in libello de
animæ beatitudine, ait: Intellectus possibilis habet potentiam recipiendi abstracta:
vniatur ergo, necesse est, cum abstractis: quia omnis intelligentia media, est Dei re-
ceptiua. Si ergo intellectus possibilis non esset earum receptiuus; dubium non est,
Fines non sunt infiniti. quòd neq; eiusdem generis censeri posset. Amplius, si fines sunt infiniti, vt dicitur
2. met: 9. nullum planè esset agens per intellectum: quæ profectò consequentia non
valet, nisi agens per intellectum, vltimum cognosceret finem, propter quem agit.
Deus autem multarum est humanarum operationum vltimus finis. Ad hæc acce-
dit eiusdem sententia 2. met: 13. Si causæ essent infinitæ, nihil esset cognoscibile:
ex quo patet, quòd effectuum cognitio, causis eorundem ignotis, haberi non possit.
Intellectus ergo humanus Deum cognoscit, aut nihil planè perfectè cognoscere po-
Intellectus intelligit seipsum. test. Amplius, intellectus possibilis potest seipsum intelligere; alioquin homo, & in-
tellectus possibilis sibi essent incogniti, quod certè Commentatori non placet 2. phys:
com: 47. Hic sermo, inquit, est irrationalis, vt sit causa ignota naturaliter: homo e-
nim suam formam intelligere non posset, neq; inferiorem intelligentia superior, neque
sensus interior, vel exterior intellectum possibilem percipere: atq; ita intellectus
possibilis remaneret incognitus, quippè qui cum sensitiua, tum etiam intellectiua co-
gnitione percipi non posset: igitur, potest altiores intelligentias cognoscere: nam si
minus intelligibilia cognoscimus; multò plus magis intelligibilia, propterea, quòd a-
Infinitas non impedit intelligere. pud Philosophum infinitas non impediat potentiam intelligendi. Hæc autem conse-
quentia haberi potest ex Themistii ratione, cuius commentator meminit 3. de anima,

Intellect⁹ intelligit substantias separatas.

com: 36. Intellectus namq; possibilis, cùm sit in genere intelligentiarum, & siquidem remissiùs, potest tamen à deo informari: atq; ita informatus potest saltem infimam intelligentiarum intelligere, & sic deinceps superiores, eò quòd in abstractis intelligens inferiora, potest intelligere superiora. Omne, inquit Auerr: in libello de animæ beatitudine, faciens intelligibilia in actu, est magis intelligibile ab intellectu materiali. sed huiusmodi est intellectus agens: ergo quod priùs. Amplius, homo natus est ad felicitatem habendam: igitur potest Deum intelligere, Dei enim intellectio, est hominis felicitas; quandoquidem eius finis sit, vt Deo vniatur, quod ritè fit per intellectum: nam sensibus non coniungimur optimo: neq; sensuum operatio est perfectissima hominis operatio: neq; virtus sensitiua, est in homine perfectissima: propterea puer, aut equus felices dici non possunt; eò quòd huiusmodi vacent virtute intelligēdi. Quam ob rem, secundùm optimum habitum, qui est sapientialis, 10. eth: 8. felicitas habetur, & subsistit ad mentem philosophi. Neq; in operatione sola habituali; alioquin inesset dormienti, & infortunato, 1. eth: 10 cap. 18. felix non differt à misero per dimidium vitæ. Consistit ergo felcitas intellectus humani, in actuali quidem intellectione, secundùm perfectissimum habitum perfectissimi obiecti, quæ planè est Dei benedicti cognitio: hic est intellectus adeptus, intellectus perfectus: quia Tunc satiabor cū apparuerit gloria, quia Tunc videbimus eum sicuti est, Tunc sine ænigmate cognoscemus, sicut & cogniti sumus.

Intellectio Dei felicitas hominis.

10. eth: 13.

In quo habitu est felicitas

Dauid. Ioan: Paul:

CAP: XXIIII.

Intellectus in hac vita potest intelligere substantias separatas, secundùm Alexandrum & Themistium.

Trum autem, inquit philosophus, contingat aliquod separatorum intelligere, ipsum existentem non separatum à magnitudine, aut non; considerandum posteriùs. Hæc ipse. Quoniam autem non decisa est ab eo huiusmodi quæstio; hinc est, quòd plurimæ ortæ sint opiniones, & Alexandri, & Themistij, & Auerrois, atq; aliorum, qui de hac controuersia diuersimodè loquuntur: quorum argumenta in primo Pymandri aliquo modo recitata sunt. Porrò Alexandri sententia fuit, intellectum in habitu posse intelligere substantias separatas, modò eò perfectionis attigerit; vt intellectum agentem, quem ipse ponit formam separatam, pro ipsius forma obtineat; tunc enim arbitratur illius lumine, & virtute posse abstracta à materia intelligere. Putauit etiam ex phanthasmatibus, ad huiusmodi substantiarum cognitionem habendam, accessum quidem disponi; quatenùs species intelligibiles quædam sunt dispositiones, ad formam illam, nempè intellectum agentem recipiendum. Cùm, inquit, alicuius generis perfecta fuerit generatio; tunc sua, necesse est, perficiatur operatio: nulla enim generatio tendit in infinitum. sed generatio intellectus in habitu, est huiusmodi: quippè quia nouis semper speciebus perficitur: igitur suum finem tandem attinget; cùm scilicet omnia intelligibilia, & materialia, & immaterialia perceperit. Sanè, ideò corpori anima coniungitur, vt virtutibus, atq; scientiis perfici possit. maxima autem perfectio est, sublimium substantiarum cognitio: igitur, anima corpori vnita, illarum quidditates intelligere valet. Dicebat præterea Alexander intellectum in habitu, siue materialem, cui, vt forma coniungitur intellectus agens, esse generabilem & corruptibilem, ipsum verò agentem æternum. Contra Alexandrum multis modis ar-

Philoso: 3. de ani: 36.

Alexandri opinio examinatur.

Rationes Alexandri.

1.

2.

Contra Alexandrum.

Intellectꝰ intelligit substantias separatas.

guit Auer: Intelligere, inquit, materialia, & immaterialia, non est vniuocũ: illa ergo
ratio Alexandri, quòd omne generatũ, cùm peruenerit ad suum complementum, pro-
priam habet operatiõem, veritatẽ habet in generatione, atq; actione vniuoca. veluti, si
puer imperfectẽ ambulet; vir autẽ effectus, perfectẽ gradiatur. Atqui, intelligere sub
1. stantias separatas, & materiales, nõ est vniuocũ intelligere: nam hæc sine phantasma-
tibus intelligi nequeunt; illa verò phantasmatibus non subduntur, cùm sint maximè
2. abstracta. Amplius, intellectus æternus nõ coniungitur intellectui generabili, & cor-
ruptibili, cuiusmodi est intellectus in habitu: siquidem æternum non indiget, in sua
3. operatione perficienda aliquo generabili, & corruptibili. Denique intellectus omnibus
modis debet esse intelligibile, vel intellectũ, in rebus præsertim à materia liberis: sal-
4. tem quò ad speciem, siue comprehensionem eius vniuersalem; quod quidem minimè
contingeret, si intellectus materialis esset corruptibilis. Amplius, potentia passiua,
suum proprium respicit principium actiuum: quia omni potentiæ passiuæ correspõ-
det potentia actiua; visus enim colores, & non odores recipit. sed intellectus passi-
bilis se habet, vt virtus passiua, ad suum proprium principium actiuum, nempè ad
intellectum agentem: ad illa ergo tantùm sese extendit, quæ actu fiunt intelligibilia
lumine intellectus agentis. Sed materialia, potentia intelligibilia, fiunt actu intelle-
cta per intellectum agentem, non substantiæ separatæ: ergo quod priùs. Mens præ-
3. de ani: terea humana pro statu præsentis vitæ, phãtasmatum eget adminiculo: quia necesse
est, intelligentem phãtasmata speculari. sed substantiæ abstractæ, cùm sint alterius
rationis, quàm substantiæ materiales; proculdubiò per earum phãtasmata, similitu-
Soluuntur rationes Ale: dines, atq; species intelligibiles, ostendi non possunt. Ex his ergo solui possunt ratio-
nes Alexandri: Et prima quidem intelligenda est, perfecta generatione alicuius
1. generis: eiusdem quoq; operationem perfici, sed secundùm modum sui, & non alteri-
us, & superioris generis; aeris enim generatio completa, ad suum certè, & non ad i-
gnis locum mouetur: similiter & intellectus in habitu generatio completa, secun-
dùm suum modum intelligit; nempè per phãtasmatum abstractionẽ, & non secundùm
modum, quo vtuntur substantiæ separatæ. insuper eiusdem est virtutis, & operatio-
nis complementum, & eius, cuius est ipsa operatio. Quare, si complementum intelle-
ctus in habitu, in cognitione situm est abstractorum; eius quandoq; erit operatio,
& non intellectus agentis, quod planè Alexandro non probatur: posset enim intel-
lectus in habitu per scientias speculatiuas comprehendere substantias separatas. Ad
2. aliam rationem dico, animam non frustrà corpori vniri; sed per studia virtutum;
potissimùm verò per bona opera, disponi ad vltimam perfectionem recipiendam:
Auempace positio. hæc sint dicta pro Alexandri positione. Porrò, Auempace (teste Auerr: 3. de ani-
ma 36.) posuit per materialium substantiarum intellectum, immateriales substan-
tias intelligi posse. Cùm, inquit, intellectus noster natus sit abstrahere à materia rei
materialis quidditatem, si iterùm in illa quidditate aliquid materiæ inuenerit, itera-
tò abstrahere poterit, quousq; eò perueniat puritatis; vt quidditatem, absque omni
prorsus materia percipiat, atq; substantias immateriales intelligat. Et hæc quidem
positio veritatem haberet; si substantiæ immateriales, horum materialium species es-
sent, & formæ. cùm verò alterius sint rationis à quidditate materialium; quantùm
libet abstrahendo, separet quidditates materialium; ad id tamen nunquam pertin-
get, vt substantiæ immateriali aliquid simile inueniat. vndè fit, vt quidditatiuè sub-
stantias separatas intellectus corpori vnitus intelligere non possit. Commentator
Contra Auempace. quoq; 3. de anima 36. satis efficaciter arguit. Si, inquit, quidditas diceretur vniuocè
de quidditate materialium, & immaterialium; tunc Auempace amplectenda esset
sententia, si intellectus natus esset abstrahere quidditates, in eo quod sunt quiddita-
tes: verùm, quia æquiuocè huiusmodi quidditates de abstractis à materia, & de ma-
teriæ

Intellect° intelligit substantias separatas.

teriæ coniunctis dicuntur; idcirco illius positio non est vera: quidditas enim immaterialis, est incorruptibilis; materialis verò corruptibilis. talibus autem non est aliquod nomen commune vniuocum, vniuocatione speciei specialissimæ. Alij triplicem posuêre intellectum, diuinum scilicet, angelicum, & humanum: & diuinum quidem per seipsum omnia intelligere, instar solis nunquam occidentis: angelicum verò, omnia quidem intelligere; sed per lumen, quod est causa omnium, instar solis in sereno die lucentis: humanum autem separando, & abstrahendo, purum sincerumque lumen intelligere, instar solis in tenebris splendentis; qui sensim excussis, explicatisque tenebris, purè emicat, & nitidè splendet. Ita intellectus in habitu per scientias speculatiuas sese purgans ab ignorantiæ labe phantasmatum tenebris, pura, & immaterialia intelligit, veluti quibusdam abstractionis gradibus, ad primum lumen, ad rotam solis ascendens, sicut Aquila, quæ fixis luminibus, rotam solis perspicuè, clarè, ac magna cum delectatione intuetur. Verùm, si Magnus ille Albertus putauit intellectum corpori coniunctum, per speculatiuarum studia rerum, immateriales substantias intelligere posse; non est audiendus. Sanè, quidquid intelligitur, in quantùm est huiusmodi, est vniuersale: propterea necesse est, vt quidditas rei intellectæ, alicuius sit generis, seu speciei. sed cùm horum sensibilium quidditas (vt dicitur 7. met:) in se materiam comprehendat, & formam: separatarum verò quidditas substantiarum, simplex sit, & immaterialis; fieri non potest, vt ex intellectione quidditatis rei materialis, abstractorum à materia quidditates intelligi possint. Adde, quòd magis distet quidditas substantiarum separatarum, à quidditate rerum sensibilium, quàm vnius sensibilis quidditas, ab alterius sensibilis quidditate, eò, quòd alterius sit rationis, & generis. sed vnius quidditates sensibilis intellecta, non licet alterius quidditatem percipere; cœcus enim ex perspecta soni quidditate, colorũ quidditates nequit attingere: igitur intellectus corpori vnitus, ex cognitione rei materialis, atque sensibilis, non potest attingere immaterialium quidditates plenè, atque complete.

Albertus Magnus.

Contra Albertum.

1.

2.

CAP: XXV.

Platonis, Aristot: Auer: positio de modo intelligendi substantias separatas.

Vid Plato senserit de modo intelligendi substantias separatas, ita à quibusdam describitur. Plato, inquiunt, non solùm arbitratus est, substãtias immateriales à nobis intelligi posse; verùm etiam prima esse à nobis intellecta, propterea, quòd dixit, formas immateriales subsistere, & propria esse nostri intellectus obiecta, atque ita primò à nobis intelligi. verùmtamen animæ cognitio materialibus rebus miscetur: quia nimirum phantasia, & sensus intellectui connectuntur: vnde fit, vt quò intellectus extiterit purgatior, eò clariùs intelligibilem immaterialium intelligat veritatem. Verùm de ideis Platonicis, circa finem 1. Pymã: & in isto lib. dictũ est satis. Aristoteles autẽ, etsi hanc dubitationem non soluerit; ex suæ nihilominùs doctrinæ fundamentis, facilè videre licebit, intellectum corpori coniunctum, substantias immateriales cognoscere non posse: dicit enim in hac vita à nobis sine phantasmate nihil intelligi. sed substantiæ immateriales non cadunt sub sensum & imaginationem, primò, & per se, secundùm modum, quem quotidie in rebus sensibilibus experimur: igitur substantiæ immateriales, ab intellectu in corpore humano existente, intelligi non possunt. Auerroes verò putauit, per copulationem intellectus agentis, quam vocat substantiam separatam intellectum

Platonis opinio.

Arist: opinio

Auerro: opinio.

Intellect' intelligit substantias separatas. tellectum corpori vnitum, substantias separatas posse intelligere. Substantia, inquit, separata, potest substantiam separatam intelligere. Quare, sicut modò per intellectũ materialem, intelligimus res materiales; ita tunc per intellectum separatum, res separatas. Cùm autem intelligamus per intellectum agentem, & per principia, seu intelligibilia speculata; tunc necesse est, vt intellectus agens, ad huiusmodi intellecta speculata, se habeat instar principalis agentis ad instrumẽtorum actionem pficiendã, vel formæ materiam informantis; sicut sectio, attribuitur artifici, & serræ; aut sicut calefactio calori & igni. Itaque intellectus agens, vt Auerroes sentit, ad intelligibilia speculata vtroq; modo se habet, nempè, sicut perfectio ad perfectibile, & sicut actus ad potentiam: nam quemadmodum in aliquo simul recipitur perfectum & perfectio, veluti visibile in actu, & lumen in pupilla; ita profectò in intellectu possibili intellecta speculata, & intellectus agens recipitur. Quam ob rem, cùm adeptus fuerit omnes intellectiones speculatiuas; tùm demùm recipiet intellectum agentem, cuius virtute immaterialium cognitionem percipiet. Omne, inquit Auerroes, quod ad alicuius vt formæ acquisitionem mouetur, illa planè acquisita, propriam illius formæ operationem exercere poterit. sed intellectus possibilis, vt nobis appropriatus, mouetur ad acquisitionem intellectus agentis, vt formæ. Maior istius syllogismi patet, exemplo aquæ ad calorem se mouentis, quo acquisito, caloris operationem exercet. Minor verò satis patet ex prædictis: quia quando aliquid mouetur ad aliqua duo recipienda, inter se ordinata; ad id quod est formaliùs atq; perfectiùs mouetur, vti ad suã formam. sed intellectus possibilis mouetur ad intellecta speculatiua, & ad intellectũ agentem: propterea interdum est in potentia, interdum autem partim in actu, & partim in potentia; & mediantibus intellectis speculatiuis, recipit intellectum agentem: mouetur ergo efficaciùs ad intellectum agentem habendum. Illo igitur acquisito, potest operari opera intellectus agentis, nempè substantias separatas quidditatiuè intelligere. Amplius, intellectus possibilis, mouetur ad acquirendũ intellectum agentem, veluti ad suum finẽ: intellectus enim agens illum efficit modũ, quò ad ipsum intellectus possibilis mouetur, in separatis autem à materia, vt dicitur 12. met: 36. idem est efficiens & finis: igitur ad illum mouetur, veluti ad suam formam: quia finis motus & formæ idem sunt, 2. phys: com: 30. & 12 met: 38. Amplius, si intelligentiæ, inquit 2. met: com: 1. non essent à nobis cognoscibiles; natura otiosè egisset. Consequens est falsum. Consequentia probatur: quia fecisset id, quod est naturaliter intellectum non intellectum; veluti, si fecisset solem, qui à nullo visu comprehenderetur. Ex his ergo & similibus rationibus, motus fuit Auerroes, vt diceret, nos in hac vita posse intelligere substantias separatas. Sed posset quis contra huiusmodi positionem multipliciter arguere. Primo quidem, si intellectus agens substantia esset separata; tunc planè per ipsum formaliter intelligere nequaquã posset intellectus corpori coniunctus: id enim, quo agens formaliter agit, est vtiq; forma, & actus agentis; quandoquidem omne agens agat, in quantùm est in actu. sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Iterùm, tunc intellectus agens nobis non vniretur secundùm suam substantiam, sed potiùs secundùm suum lumen, in intellecta speculatiua diffusum, & non secundùm agentis intellectus actiones; veluti cùm lumen solis oculis vnitur, ad colorum varietatem, non ad ipsius substantiam cognoscendam. Sed id omninò est falsum, vt paulò pòst erit nobis disputandum: ergo quod prius. Amplius, tunc paucorum esset felicitas, quia non omnium est, omnia intellecta materialia intelligere posse. sed id philosopho non probatur, dicenti prim: Ethicorum, felicitatem esse quoddam bonum commune, quod conuenit omnibus non orbatis ad virtutem: Pugnat etiam contra rationem finis, nempè, vt admodum pauci alicuius speciei finem consequantur, quem species in omnes suos copiosè effunderat. Amplius, philosophus posuit felicitatem

Margin notes:
- 3. de ani: 36. (beside "telligibilia speculata")
- Intellectus agens est actus & perfectio. (beside "calefactio calori")
- Rationes Auerrois. 1. (beside "alicuius vt formæ")
- 2. (beside "intelligere. Amplius")
- 3. (beside "quit 2. met")
- Contra rationes Auer: 1. (beside "telligere substantias separatas")
- 2. (beside "dens. Iterùm")
- 3. (beside "philosopho non probatur")
- 4. (beside "quem species")

Intellect⁹ intelligit substantias separatas.

*tatem 1. Ethi: in operatione secundùm perfectam virtutem. vnde 10. Eth: multis e-
numeratis virtutibus, in maximorum intelligibilium cognitione, secundùm virtutem
sapientiæ, quam 6. Eth: posuerat speculatiuarum scientiarum caput, felicitatem col-
locauit. Ex quo patet, Aristotelem posuisse vltimam hominis felicitatem in separa-
tarum substantiarum cognitione, quæ per scientias speculatiuas, & non per coniun-
ctionem habetur intellectus agentis. Iterùm, intellectus agens, est quædam animæ* 5
*virtus, ad ea sese actiuè extendens, ad quæ intellectus possibilis porrigitur: sic enim
docemur à philosopho, vnum illorum esse omnia fieri, alterum verò omnia facere.
cùm verò vterque ad sola materialia se extendat; dubium non est, quin in hac vita,
substantias immateriales, & separatas, neuter comprehendere, siue quidditatiuè in-
telligere valeat. Præterea, etiam si à nobis substantiæ separatæ non intelligerentur,
non propterea natura otiosè egisset: illud enim otiosum reputatur à philosopho 2.* 6.
*phys: commet: 62. quod natum est aliquem finem attingere, & non attingit. sed
noster intellectus, atque intelligere, non est illarum finis, cùm sit infimus in genere in-
telligentiarum; infimum autem, non est finis superioris, atque nobilioris: ergo &c.
Sed quidam sententiã Commentatoris, ita interpretantur. Supposuit Commentator,
inquiunt, intelligentias ex se à nostro intellectu posse intelligi, propterea, quòd sub
primo eius obiecto contineantur, nempè sub ente. vnde tunc bene sequitur: intelli-
gentiæ sunt ex se naturaliter à nobis cognoscibiles: ergo intellectus natus est, vt na-
turaliter eas intelligat: naturali enim actiuo, nempè intelligentiæ, correspondet na-*

Si necesse sit intellgentias à nobis intelligi

1.

*turale passiuum, noster scilicet intellectus; alioquin frustra esset illa actiua scientia
in rerum natura. Amplius, licèt primarius intelligentiarum finis, non sit à nobis in-
telligi; est nihilominùs finis earundem secundarius: agunt enim prima intentione* 2.
*propter se, vt dicitur 2. cæli 21. secundaria autem propter alia. Quare, si à nobis mini-
mè intelligi posset, quòad secundarium finem; natura otiosè egisset. Item, 3. de ani-
ma, com: 36. examinans Themistij sententiam, sic arguit Commentator. Si intellectus* 3.
*noster est immaterialis: igitur intelligit res sensibiles, factas immateriales: atque ita
secundùm se intelligit res immateriales. sic namque docet philosophus 3. de anima 7.
Intellectum apprehensione excellentis intelligibilis vigorari, ad altius intelligendum.
Ex quo habetur, sufficere immaterialitatem ad intelligendum immaterialia. Quare,
si intelligentiæ non sunt à nobis cognoscibiles: ergo à nemine: & sic sunt frustra co-
gnoscibiles. Consequentia prima valet ex eo: si enim immaterialitas id muneris nostro
præstat intellectui; vt substantias immateriales intelligere queat, & id tandem no-
ster intellectus assequi non valet: nemini ergo concedetur, eò, quòd immaterialitas
sit sufficiens causa intelligendi. Si enim sensitiuum est sufficiens causa sensus ta-
ctus: & positum in vna specie animalis, non daret actum; nulli profectò hoc præstare
posset. Altera consequentia patet: nam si sol iste visibilis à nullo oculo posset vide-
ri; frustrà positus est in mundo. Quilibet ergo intellectus, cùm sit immaterialis, po-
test intelligere substantias immateriales; verùmtamen, vnus plus altero, quatenùs
magis ad immaterialitatem propinquat. Sed huiusmodi interpretationes facilè sol-*

Immaterialitas.

*uuntur: committitur enim fallacia consequentis, à superiori ad suum inferiùs affir-
matiuè. nam etsi intelligentiæ sint cognoscibiles à nostro intellectu; quia sub eius
primo continentur obiecto; indè tamen non sequitur, vt à nobis sint quidditatiuè co-
gnoscibiles: non enim omne contentum sub ente, est à nobis quidditatiuè intelligibile:*

Soluuntur rationes prædictæ.

*in causa enim est: quia licet obiectum sit adæquatum extensiuè; non tamen est adæ-
quatum adæquatione mutua intensiuè. etenim, etsi omne ens possit à nostro intelle-
ctu intelligi; non tamen quodlibet vsque ad vltimas differentias potest ab eodem pe-
netrari. Itaque, cùm intellectus noster natus sit omnem quidditatem rei materialis in-
tensiuè cognoscere; eam profectò habet pro obiecto sibi adæquato, cuiusmodi non*

Exten siuè nō intensiuè possumus omne ens intelligere.

Latinorū positio de intellectione separatorū à materia.

3. de ani: co: 7.

sunt substantiæ separatæ: non ergo necesse est, vt intelligentiæ quidditatiuè à nobis intelligantur. Pari quoq; facilitate aliæ duæ rationes soluuntur. nam etsi intelligentiæ sint nobis intelligibiles, vt finis secundarius earundem; non ob id tamen quidditatiuè à nobis intelliguntur. Similiter immaterialitas, est sufficiens causa intelligendi substantias separatas; non tamen omnibus inest æqua virtus intelligendi: quia nimirum aliquæ res immateriales coniunctæ sunt corporibus, in quibus existentibus, sine phātasmate intelligi nequeunt: substantiarum autem illarum, vt dictum est, nulla possunt esse phātasmata. Et cùm dicis, intellectum forti intelligibili vigorari; respondeo, sensum ex magno & forti sensibili, duo ferre incommoda: sui corruptionem, & ignorantiam, siue impotentiam cognoscendi; veluti virtus visiua ad lumen solis, & caliginem patitur, & ruinam. Intellectus autem ad præsentiam magni intelligibilis, primum solummodo sustinet sui detrimentum: quia nimirum quidditatiuè, & perfectè nequit intelligere, præsertim, si fuerit corpori coniunctus. alterum verò nequaquam nouit dispendium, nempè sui corruptionem: quia non sequitur materiam, cuius actus, est virtus sensitiua, & non intellectiua. Non potest autem perfectè intelligere propter eius improportionem ad obiectum: nam quemadmodum noctua ex suæ speciei natura, intemperatum atq; improportionatum visum habet, ad clarissimi luminis fulgorem; ita planè intellectus corpori coniunctus, tenuissimum habet contuitum intelligendi, & quidem perfectè, & quidditatiuè, summa, atq; clarissima intelligibilia. In primo ergo conueniunt sensus & intellectus, in secundo autem dissentiunt. ex quo patet, intellectum vigorari forti intelligibili, ita intelligendum esse: hoc est, quò ad fieri potest, vt non prætereat suæ naturæ virtutem. Non licet ergo inferre, quòd valeat quidditatiuè substantias immateriales intelligere: quia est in vmbra intelligentiæ, proportionem habens ad intuendum intelligibile materiæ mixtum, videlicet quidditatem à sensibilibus abstractam. Quare, interdum intellectus rem aliquam non intelligit propter sui materialitatem, aliquando verò propter suæ potentiæ improportionem, vt dicitur 2. met: & 3. de anima 36. Non sequitur, inquit, vt id, quod est magis visibile in se, nobis sit magis visibile. Ex hoc quoq; soluitur argumentum Themistij: quòd scilicet, si intellectus intelligit materialia, valeat immaterialia intelligere. Ad aliam Auerrois rationem: Omne quod mouetur: maior profectò est vniuersaliter falsa: sufficit enim acquirenti aliquam formam, vt eam participet formæ operationem, cuius gratia, formæ connectitur: proinde non est necesse, vt omnes illius formæ operationes exerceat. Acquisito ergo intellectu agente, intellectus possibilis operatur opera intellectus agentis, quæ sibi competunt, intelligibilia nimirùm facta in actu, quæ priùs erant in potentia, intelligendo, & non ea omnia, quæ intellectus agens, vt contemplatiuus respicit, atq; considerat; committeretur enim manifestè fallacia accidentis, ex vno aliud concludendo. Sed de Auerrois, & Themistij sententia hactenus.

Noctua ad lumen solis.

Quomodo intellectus vigoratur forti intelligibili.

Themistij ratio.

Soluitur alia ratio Auerro:

CAP: XXVI.

Latinorum positio, diui Thomæ, Scoti, & aliorum.

Opinio latinorum.

Communis propemodum est latinorum sententia, animā humanam corpori coniunctā, substātias inseparatas intelligere non posse. Intellectus, inquiunt, existens in potentia ad recipiendum intellecta, quæ abstrahuntur ab intellectu agente, substantias immateriales intelligere non valet;
1. alioquin oppositum prædicati inferret oppositum subiecti: siquidem quod potest intelligere substantias separatas, non est tantùm in potentia ad recipiendum abs-

dum abstracta ab intellectu agente. sed intellectus est huiusmodi, vt sæpè dictum est 3. de anima com: 17. Intellectus agens, inquit, potest omnia facere, quæ intellectus possibilis potest fieri. sed intellectus agens non potest abstrahere immaterialia, eò quod sint semper in actu: ipse verò quæ sunt potentia intelligibilia, facit actu intellecta: intellectus ergo corpori coniunctus, nequit substantias immateriales quidditatiuè, atque perfectè intelligere. Amplius, in quidditatiuam substantiarum immaterialium cognitionem, nullus prorsus effectus sensibilis ducere potest: effectus enim in suæ causæ cognitionem interdum per modum similitudinis nos adducit, sicut videre est in effectu vniuoco cognito, ex quo causa eiusdem quidditatiuè cognoscitur, propterea, quòd eiusdem sint naturæ. Atqui nullus effectus sensibilis, hanc habet cum substantiis separatis naturæ affinitatem, eò, quòd ab inuicem discrepant, non sola specie, sed etiam genere: non potest ergo aliquis effectus sensibilis, per modum vniuocæ similitudinis in similium substantiarum quidditatiuam cognitionem ducere. neque per modum demonstratiuum totam virtutem suæ causæ: propterea, quòd nullus effectus particularis, adæquat totam causæ vniuersalis virtutem: quodlibet enim sensibile, est effectus particularis intra materiales conditiones inclusum; vt inde exire nequeat ad quidditatiuam immaterialium substantiarum notitiam. Adde, quòd finiti ad infinitũ nulla sit proportio. sed omnis effectus sensibilis est finitus, prima verò causa est infinita, vt dictum est: igitur ex effectibus istius huiusmodi finitis, & sensibilibus, non potest cognosci prima causa quidditatiuè, neque etiam aliæ causæ inferiores, propterea, quòd minorem, & inferiorem effectum producant: minor autem effectus, minorem habet virtutem causæ demonstrandæ. Amplius, quod non est materialis quidditas, nec cognoscibile per huiusmodi quidditatem, ab intellectu possibili percipi non potest: est enim quidditas rei materialis proprium, & adæquatum eius obiectum. Reuera, nisi materialis quidditas intellectus possibilis esset obiectum; non videretur fore necesse, agentis intellectus actionem constituere pro educenda in actum eiusdem potentia. Verum contra huiusmodi positionem posset aliquis sic arguere. Nulla forma patitur suæ operationis dispendium ex vnione, quam habet ad propriam materiam; alioquin ex vnione naturali detrimentum indè referret, & non cõmodum, quod planè sapientiæ artificis derogat naturam condentis. sed intelligere substantiarum separatarum quidditates, est operatio animæ humanæ, (authore phil: 1. & 10. Eth.) corpus verò humanum, est propria eius materia: nihilò ergo minùs ex illius vnione refert detrimenti, quò minus possit substantias separatas intelligere. Anima præterea humana, aut nata est intelligere substantias separatas per suam substantiam: aut per speciem influxam, siue immissam: aut denique per speciem ex phantasmate productam. si primo modo; tunc perspicuum est, ab illarum speculatione impediri non posse: corporis enim vnio, non est illi impedimento, sed adiumento potius; quia inde extrahere potest phantasmata, quibus iuuatur ad capescendam illarum eminentium substantiarum cognitionem. si verò intelligit per influxæ speciei virtutem; tunc dubium est, quomodo huiusmodi influxus à corporis impediatur commertio: quandoquidem ei dispositioni, quæ necessaria est speciei intelligibilis influendæ, contrariam dispositionem non habeat: Ergo quod prius. Amplius, quod impedit bonum simpliciter alicuius naturæ, est simpliciter malum. sed bonum simpliciter humanæ naturæ, est intelligere substantias separatas: corpus autem non est homini simpliciter malum; alioquin non esset ipsius pars substantialis: igitur, si vnio corporis cum intellectu, non adimit ei intelligere; intelligit ergo quidditatiuè substantias separatas. Amplius, si cognoscimus esse intelligentiarum, non autem earundem quidditates, vt ipsi dicunt; aut esse, est idem quod quidditas, aut diuersum. si diuersum: vtrumque ergo sub nostra cadit cognitione. qui enim aliquorum diuersitatem per-

Latinorũ positio de intellectione separatorũ à materia.

2.

Effectus sensibilis non potest ostendere immaterialia

3.

4.

Argumenta contraria.

1.

2.

3.

4.

Latinorũ positio de intellectione separatorum à materia.

tem percipit; illius ergo extrema diuersitatis cognoscat, necesse est: 1. de anima, 1.
46. cognito vno, cognoscitur & reliquum. Si dixeris quidditates illarum à nobis co-
gnosci, sed imperfectè quidem: sed tunc duo absurda apud eos, oportet emergere,
quorum vnum est, separatarum substantiarum quidditates à nobis minimè intelligi:
alterùm verò, esse illarum nos tantummodo percipere, non quidditates; tunc ex
primo absurdo potest sic argui: si homo quidditates substantiarum separatarum non
5. *intelligit: nullo ergo modo eas intelligit. valet consequentia à toto in modo ad suam*
partem negatiuè. Ex secundo quoq; sic: esse intelligentiarum à nobis imperfectè co-
gnoscitur, sicut & quidditas. quare ergo istud negatur, illud verò affirmatur? Ite-
6. *rùm, si imperfectè quidditates illarum maximarum causarum à nobis cognoscuntur;*
in causa vtiq; erit, quia nobis deest perfectio debita secundùm naturam, quod qui-
dem nostræ voluntati esset imputandum; ostensum est enim ex corporis vnione id
non accidere. Sed hoc maximè abhorret à vero, vt voluntariè nolimus separatas
substantias intelligere; cùm suaptè natura ad illarum cognitionem habendam omnes,
omni vi, & virtute feramur: ergo quod priùs. Ad hæc, & similia, in primo Pyman-
dri, vbi agitur de cognitione dei, dictum est satis, sicut diligenti, & candido lecto-
ri patere potest: idcirco breui respondebo, arbitrans quæ disputata sunt, sufficere

Soluuntur argumenta

.1 *posse. Dico igitur ad primam obiectionem, nobilißimam esse animæ humanæ opera-*
tionem, supernarum substantiarum speculationem; verùmtamen in hac præsenti vi-
ta quidditatiuè ab eadem percipi non posse. Nec secus Aristoteles sensit 1. & 10 eth:

Cap: 9.
Cap: 8.

Imò 3. de anima, com: 36. mouit, & nusquam soluit quæstionem. posuit enim felici-
tatem humanam in contemplatione substantiarum separatarum consistere, quæcunq;
foret illa nobis poßibilis. Ex quo, non licet inferre, hominem in hac vita positum de-
bere omninò substantias abstractas quidditatiuè intelligere: præsertim cùm ipse cla-
rißimè doceat, nihil sine phantasmate à nobis intelligi posse: & huiusmodi phanta-
smata abstrahi à rebus, quæ sunt potentia, & non actu intelligibiles. Intelligere præ-
terea substantias immateriales, licet secundùm quid nobilior sit illa intellectio; eò
quòd per earum species, & immaterialiori modo fiat; maior tamen videtur animæ
perfectio in præsenti ordine vitæ posita, substantias sensibiles distinctè & quiddita-
tiuè, immateriales verò per effectus intelligere. Nullum ergo sequitur absurdum, a-

Intelligere substantias separatas an sit nobilißima animæ operatio

nimam nostram ab illa operatione nobilißima secundùm quid impediri, ex vnione
quam habet ad propriam materiam; vt suam perfectionem aßequatur, quæ sibi præ-
scripta est ab omnium naturarum parente Deo. Quare, vnio illa non est appellanda
præter naturalis; sed naturalißima, ob suam perfectionem, & modum intelligendi
naturalem: ille namque modus videndi immaterialia, & diuina, qui nos manet post
huius vitæ curricula, supernaturalis est, & per diuini luminis superinfusionem per-
2. *ficitur, vt dictum est in quinto Pymandri circa finem. Ad 2. dico, ex modo intel-*
ligendi per phantasmata illum influxum impediri: naturalis enim conuersio ad phan
tasmata impedit intellectus conuersionem ad superiores substantias. Neq; ex hoc se-
quitur, vt huiusmodi vnio malum dici debeat: quippè quia intelligere substantias
immateriales, vt dictum est, sit hominis bonum secundùm quid; vnio autem sim-
3. *pliciter: & ita soluitur 3. obiectio. Ad 4. Esse & essentia in Deo sunt idem, in aliis*
4. *verò distinguuntur: dicimus tamen de vtrisque, nos minimè esse ignorare, bene au-*
5. *tem quidditatem, quã imperfectè cognoscimus. Ad 5. non sequitur illud absurdum,*
homo quidditates substantiarum illarum ignorat: igitur nullo modo cognoscit; sed
quidditatiuè non cognoscit. neq; secundum absurdum habet quicquam virium: co-
gnoscimus esse, & non cognoscimus quidditates: scimus enim de eis terminate, an est;
& ignoramus quæstionem terminare de eis, quid est, quæ quidditatem scrutatur.
6. *Ad 6. substantias immateriales imperfectè, non quidem quidditatiuè cognoscimus,*
& id

Intellectꝰ intelligit substantias separatas.

& id certè non voluntariè; sed ex modo intelligendi per conuersionem ad phantasmata, qui sequitur modum naturalem essendi: corpus siquidem animæ vnitum, ad sensibilia, & materialia pertrahit, vt sine phantasmate nequeat intelligere. Itaque homo in hac vita substantias immateriales quidditatiuè intelligere non valet. Est autem quidditatiua cognitio idem, quod perfecta cognitio. Perfecta autem tribus modis habetur, quando nimirùm res cognoscibilis per essentiam cognoscitur, siue vnitur cognoscenti; veluti quando intelligentia, vt dicit philosophus, per suam essentiam seipsam intelligit: vel quando per speciem hominis, intelligimus hominem: tertiò, vt si per effectum adæquatum virtuti solari, solem perfectè cognoscerem, & quidditatiuè. Sed nulla substantia separata vnitur intellectui nostro possibili per essentiam, authore philos: 3. de anima: propterea, quòd nullam formam recipit, nisi ab intellectu agente productam, qui planè essentiam rei separatæ, actum intelligibilem efficere nequit: immateriali enim existente, ex se est intelligibilis. Intellectus præterea passibilis nullam recipit speciem; nisi phantasmate abstractam virtute intellectus agentis. nulla verò talis sufficienter repræsentare potest substantias separatas. in causa autem est: quia materialis obiecti, est repræsentatiua, à quo & sumpta est; non autem substantiæ separatæ: diuersorum enim ordinum sunt. denique, nullus effectus sensibilis, adæquat infinitam virtutem primæ causæ, vt dictum est, eò quòd finitus sit, & suæ inclusus naturæ limitibus. Igitur quidditatiuè, seu perfectè substantiæ, separatæ ab intellectu corpori coniuncto, intelligi non possunt. Alij vero sex gradus ponunt cognitionis intellectiuæ: quorum prima est intuitiua, appellaturque notitia visionis, quæ est de obiecto præsenti: vt præsens est in sua existentia, quæ profectò cognitio conuenit beatis in patria degentibus. secunda verò, est abstractiua, quæ est obiecti præsentis in sua specie, genita ab obiecto; quod planè potest esse absens in sua existentia: veluti si rosa absens per suam speciem intelligatur. tertia est obiecti oppositi ex cognitione veri obiecti: iniustitia in tyranno inhabitare cognoscitur, ex iustitia in rege existente. quarta est obiecti oppositi secundi modi: intelligitur enim obliquum per speciem recti. His quatuor ordinibus intelligendi, naturæ nequaquam conuenit humanæ, sublimes, separatasque substantias quidditatiuè intelligere. quinta est alicuius cognitio ex conceptibus aggregatis: vtpotè intelligendo ens infinitum, necessarium, sempiternum. sexta est per accidens, quando nimirùm aliquid cognoscitur per speciem illius, quod sibi accidit: veluti si cognoscatur substantia per speciem accidentis. Ex his duobus modis, quinto potissimè, volunt illi intelligi à nobis substantias separatas. Verùm enimverò, si hæc rectè expendantur, in idem propemodum redeunt cum prioribus: volunt enim illas substantias imperfectè à nobis intelligi: quod quidem non negatur ab illis primis. Hac facilitate solui possunt argumenta, quæ ab illis fieri solent: nempè, quòd ignorantia de substantiis separatis non sit nobis, sicut cœcitas: & quòd huiusmodi effectus sensibiles clarè nos ducant in primæ causæ cognitionem; omnia siquidem hæc, & similia, separatorum nobis ingerunt notitiam, sed imperfectam quidem: quia videmus nunc per speculum in ænigmate, & cognoscimus ex parte: sed remoto ænigmate, & sublata parte videndi; cognoscemus sicuti est.

Quidditatiua cognitio.

Quare intellectus non potest intelligere substantias separatas.

Sex gradus cognitionis. Intuitiua.

Abstractiua.

Obiecti oppositi primi modi.

Obiecti oppositi secundi modi.

Ex conceptibus aggregatis.

Per accidens.

9. met: cap: vlt:

1. cor: 13.

CAP. XXVII.

Intellectum non intelligere substantias separatas.

Intellect' intelligit substantias separatas.

POsset aliquis contra prædicta sic argumentari: Sicut Nycticoracum oculi se habent ad lumen solis; ita nostræ animæ intellectus ad ea, quæ sunt omnium naturæ manifestissima. sed Nycticoracis oculi solem in sua rota prorsus nequeunt intueri: igitur noster intellectus nullo pacto potest quidditates sublimium substantiarum in sua rota, in sua essentia conspicere, & intelligere. Sed fortassis dices cum Auerroe, exemplum illud difficultatem, non autem impossibilitatem ostendere: alioquin palam protestareris, naturam aliquid otiose egisse; nempe aliquid naturaliter intellectum, nunquam intellectum. Sed tunc cũ Auerroe contra teipsum tibi esset pugnandũ: dicit enim Auer: 7. met: com: 58. essentias rerum esse existentes, etiamsi à nullo intelligantur. Aristoteles præterea in eandem absurditatem incideret: quippe qui 2. de anima, com: 1. 42. arguens contra antiquos, opinantes nullum esse colorem sine visu, nullumque saporem sine gustu, ait: Sic quidem rectè dicebant, sic quidem non. nam in his, quæ sunt actu, veritatem habet; non autem in his, quæ sunt in potentia tantùm. Simile quoque iudicium erit de intellectu, & intelligibili: quando enim intelligibile, & intellectus sunt simul in actu; tunc planè verum esset, naturam otiosè egisse, si illud intelligibile intellectus in actu nunquam intelligeret: secus autem res se haberet, si fuerit tantùm intelligibile in potentia. Vnde 3. de anima, com: 38. Secatur, inquit, scientia, & sensus in res, quæ sunt in actu, & in res, quæ sunt in potentia. Amplius, differentiæ rerum vltimæ sunt nobis incognitæ; alioquin philosophus 2. posteriorum contra seipsum pugnaret: dicit enim quamlibet partem diffiniti in plus se habere, quàm diffinitum; quod profectò nullo modo sibi constaret, si differentiæ vltimæ essent nobis notæ; propterea, quia conuertuntur cum diffinitis: neque ideò huiusmodi sunt otiosæ in rerum natura. Iterùm, si ita res se haberet; tunc multa essent otiosa in hoc magno mundi opificio, nempè omnium herbarum vires, lapidum virtutes, stellarum multitudo, arenæ numerus, & specierum animalium distincta cognitio. hæc, inquam, cùm nostri causa condita sint, & à nobis distinctè, atque perfectè sciri non possunt; essent vtique otiosè à natura procreata, atque producta. Qua de causa Aristoteles ait: Eius qui eruditur, est eatenùs in vnoquoque genere certitudinem exigere, quatenùs eius natura rei recipit. In principio quoque libri Meteororum dicit, se inuestigaturum omnes causas, partim quidem dubitando, partim verò aliquomodo attingendo. Similiter 2. cæli, tex. com: 60. Tentandum est dicere, quod videtur dignum esse, reputans promptitudinem magis imputari verecundiæ, quàm audaciæ; si quis propter philosophiæ virtutem conseruandam, paruas sufficientias diligat, de quibus maximas habet dubitationes. Ex quibus omnibus satis colligitur, intellectum humanum non omnia cognoscere; sed ea duntaxat, quæ non excedunt suum modum essendi, & operandi, vt dictum est. Amplius, intellectus humanus nihil intelligit sine phantasmate 3. de anima, 39. igitur, quod non facit phantasma in phantasia, ab intellectu humano intelligi non potest. sed substantia incorporea non facit phantasma, vel speciem in phantasia, eò quòd sit virtus corporea; rei tantùmmodo corporalis, vel existentis in corpore similitudinem recipiens. phantasia autem est motus factus à sensu. sed substantia incorporea non facit sensum in actu: non causat ergo phantasma: atque ita ab intellectu nostro percipi non potest. Iterùm, ignorantia abstractorum, est sicut cœcitas intellectus 9. met: com: vlt. sed naturæ ordo non patitur, vt cœcus videat lumen solis: similiter ergo, neque intellectus humanus substantias abstractas intelligere valet. Præterea, si intellectus agens est omnia facere, quorum intellectus possibilis, est omnia fieri; profectò æqua virtutis lance appenduntur: ille quidem in agendo, iste verò in recipiendo. Sed intellectus agens ad immaterialium notitiam non sese extendit; eò quòd sui muneris sit, materialia potentia intelligibilia, actu intellecta efficere:

Argumenta contraria. 2. met: 1. Sicut oculus noctuæ ad lumen solis.

Cõtra Auer:

1.

2.

Aristo: 1. eth cap: 2.

2.

3.

4.

Intellectus intelligit substantias separatas.

ficere: intelligentiæ autem abstractæ cùm sint, ab intellectu abstrahi non possunt: intellectus ergo possibilis, substantias abstractas nequit intelligere. Iterùm, intelligibile proportionem habeat cum intellectu, necesse est: præsertim obiectum potentiæ. sed substantia separata non habet proportionem cum intellectu materiali, qui abstracta à materia virtute intellectus agentis, solùmmodo percipere nouit, cuiusmodi non est substantia separata, vt sæpè dixisse me memini: ergo quod prius. Amplius, 5.
omnis nostra cognitio, ortum habet à sensu, 1. & 2. posteriorum. sed nulla de substan- 6.
tiis separatis cognitio ex sensu haberi potest: nostri enim intellectus obiectum, hoc est, quidditas rei sensibilis, siue rei materialis, ad abstracta sese non extendit; quia nimirum modus habendi intellectus nostri, qui est, non habet proportionem cum abstractis à materia: igitur cognitio de intelligentiis, non est nostra cognitio. hæc, & similia fieri possunt, & facta sunt in primo Pymandri. Reliquum est igitur huiusmodi respondere obiectionibus: Et ad primam quidem dico. Quòd etsi noctua solem in sua rota respicere non valeat, in äere autem obtenebrato bene eam videt; ita planè accidit intellectui materiali: quippe, qui licèt quidditates, & essentiam supernarum non intueatur substantiarum; in äere tamen caliginoso, in cognitione ænigmatica, eas percipit, & intelligit. Quòd autem difficultatem, non autem impossibilitatem intelligendi ostendere voluerit philosophus, vel ex eo satis potest esse perspicuum, quòd 12. met: 7. de intelligentiis multa prædicata essentialia inuenerit, & literis mandârit: & in tertio de anima apertè doceat, intellectum, vbi perceperit maxima entia, non minus posse hæc minima intelligere, imò multò magis. Hæc videtur & philosophi, & commentatoris fuisse intentio. Vel dici potest, in huiusmodi quæstione intellectum humanum non posse dicere secundùm naturam rei; sed solùm secundùm suam capacitatem: sic enim ipsemet commentator loquitur 2. cæli com: 60. In quibusdam, inquit, rebus homo non potest enuntiare secundùm naturas rerum, sed vt est in natura hominis. Ex hoc quoque aliæ confirmationes patent: & ad illam 2. de anima, dico: Aristotelem ibi agere contra antiquos, quorum sententia fuit, vt ipse dicit 4. met: omnia in apparentia consistere: atque ita omnia esse in capitulo relationis essentialiter: quia omne, quod apparet, alicui apparet, com: 26. & 27. Proinde apud ipsos, sensibile pendebat à sensu, & erat idem cum sensu. Aristoteles verò docet, rerum substantias sensibilium in apparentia sensus, seu intellectus, non consistere formaliter, imò esse cognitum, rerum substantiis accidere: propterea posuit illam distinctionem in rebus per actum, & potentiam. Ad illud de differentiis vltimis, dico, non parum referre, dicere differentias rerum vltimas incognitas esse, & eas esse innominatas, siue nominibus carere: multæ enim differentiæ vltimæ ab intellectu cognoscuntur, quarum nomina sunt incognita; vel ignorantia eorum, qui nomina rebus imposuerunt; vel quia ita sunt secreta, vt non nisi sapientibus pateant. cognoscuntur ergo eo modo, quo sunt aptæ cognosci; nempè ex operationibus, & effectibus diuersis. Ad 2. dicunt nonnulli, animæ semper opus esse phantasmate pro noua intellectione exercenda: non vno tamen modo: nam interdum phantasma illius rei est, quæ intelligitur: atque ita pro rerum naturalium intellectione comparanda, necessaria est huiusmodi phantasmatis præsentia. Nonnunquam verò phantasma alterius rei est, ad quam planè quod intelligitur, secundùm se, vel secundùm suum actum, habitudinem habet: nam etsi substantiæ separatæ phantasma in phantasia minimè efficiant; effectus tamen proprius, motus scilicet, suo modo bene potest phantasma producere. Volunt ergo isti intellectum possibilem semper intelligere cum aliquo phantasmate: illud verò, quod secundo modo dictum est. non esse speciem rei, quæ intelligitur, sicut dictum est. Quare, si ideò quidditas substantiæ separatæ non intelligitur, quia non facit phantasma; eadem quoque facilitate illius esse nobis foret ignotum, eò quòd

Soluuntur argumenta. 1.

Expenditur illa authoritas sicut oculus noctuæ.

Omnia non consistunt in apparentia.

Differentiæ vltimæ cognoscuntur.

2. Anima intelligit cũ phantasmate.

Intellect' speculatiuus & practicus.

phantasma nullum efficiat. Ad 3. Philos: 9. met: com: vlt: verba faciens de intellectione substantiarum, quæ à materia sunt liberæ, ait, talium ignorantiam non esse nobis veluti cœcitatem: potest ergo intellectus humanus pertingere ad illarum rerum cognitionē; alioquin cognitio ipsarum esset nobis cœcitas. verùmtamen licet huiusmodi insit intellectui nostro aptitudo, diuinas illas videndi substantias; in hoc tamen vitæ præsentis statu clarè, atque perfectè videre non potest. Talis verò carentia in subiecto apto nato, est instar cœcitatis oculorum: nam quemadmodum à solo Deo cœcus potest illuminari; ita planè & intellectus noster possibilis. vnde Dauid, Domine tu illuminas lucernam meam, id est, intellectum, qui est lucerna animæ. Sed lucerna non lucet sine lumine desuper infuso: ignorantia ergo hæc nostra, non est secundùm habitum, vt dicit commentator contra Auempace; sed secundùm priuationem, in qua non est falsitas, quæ sine compositione esse non potest: ideoque similis est cœcitati, quæ denotat simplicis visionis carentiam; dissimilis verò, quia ab ignorantia secundùm priuationem ad habitum, patet regressus, non autem à uisione ad habitum, nisi sicut dictum est. Ad 4. quando obiectum non cadit sub cognitione alicuius potentiæ; tunc rectè dicitur, ad illam improportionatum, veluti sonus visui. cùm verò ab illa potentia percipi possit; imperfectè tamen, propter conditionem alicuius modi, & viuendi, & intelligendi; non ideò ad illam potentiam improportionatum omninò dici potest; ita, vt omnes prorsus superet modos intelligendi; alioquin intellectus humanus non distaret ab animantibus rationis expertibus; imò à plantis, & lapidibus, quibus nullus insitus est sensus Dei cognoscendi: quod sine dubio abhorret à theologorum, atque philosophorum verissima sententia, qui dicunt intellectum nostrum Dei similitudinem gerere. Ad 5. si abstractio strictè sumatur, nempè pro ea abstractione, in qua, quæ sunt potentia intelligibilia, fiunt actu intellecta, tunc rectè non se extendit ad intelligentiarum cognitionē: atque ita intellectus vincit virtutem intellectus agentis: quippe, qui & abstrahibilia, & non abstrahibilia potest recipere. Et cùm dicis, quia sicut ille est omnia facere; ita iste est omnia fieri: id veritatem habet in copulatione intellectus agentis cum phantasmate, siue cum intellectu speculatiuo respectu eiusdem: siquidem omnia, quæ recipiuntur in intellectu possibili, intellectus agentis virtute, & recipiuntur, & vniuntur: omnes enim intentiones, quæ copulari possunt cum phantasmatibus, aut cum intellectu speculatiuo, recipi possunt ab intellectu possibili. Ad 6 si intellectio separatorum præsupponit intellectum speculatiuum, & ipse intellectus phantasmata, propterea, quòd ab illis conseruetur in intellectu; si, inquam, oportet nos sentire sensu interiori, qui est virtus cogitatiua: igitur cognitio de intelligentiis, ortum aliquomodo habet à sensu. Sed quia sæpè meminimus intellectus speculatiui; congruum est, & à nostro proposito non alienum, vt de ipso aliquid dicamus.

3. Ignorantia abstractorum est sicuti cœcitas.

Psal: 17.

Comment. Ignorantia secundum priuationem.

4.

5.

In quo excellit intellectus possibilis in intellectum agentem.

6.

CAP XXVIII.

Intellectus speculatiuus quid sit.

Intellectus speculatiuus.

Postquàm locuti sumus de intellectu materiali, in habitu, & actu, denique de intellectu adepto; rationi consentaneum iudicauimus, vt de intellectu speculatiuo verba faciamus, qui secundùm Theophrastum, & Themistium cō stat ex intellectu agente & possibili, vt sibi imponit Auer: 3. de ani. com: 5. ipse verò sensit ex possibili, & phantasmatibus speculatiuum constitui, atque constari. Aristoteles 2. de ani: De intellectu, inquit, speculatiuo nihil adhuc manifestum est; sed videtur esse aliud genus animæ, & hoc solùm contingit separari, sicut perpetuum à

Arist: 2. de ani: 21.

Intellect⁹ speculatiuus & practicus.

tuum à corruptibili: hic à latinis ornatè mens appellatur: à peripatheticis animæ substantia. proinde nolunt esse species intelligibiles, siue ipsa intelligibilia, sicut quidam putauerunt, intellectum huiusmodi esse ipsas species rerum, quæ à phantasmatibus producuntur in materiali intellectu, easdemq́ꝫ successione æternas, simpliciter verò corruptibiles. Reuera, non habet id consuetudo peripatheticorum, vt rationes intelligendi, intellectus nominentur; quandoquidem soli Deo competat, in quo idem est in tellectus & ratio intelligendi: neq; ipsæ quidem res, quæ per huiusmodi rationes intelligendi indicantur: speculari enim est actus intellectus speculatiui, non specierum, aut rerum quæ intelliguntur. Cæterùm, si intellectus incipit simul cum suo corpore, ad mentem philosophi; quomodo euadit speculatiuus? habuitnè secum à principio omniũ phantasmata? sed id nolunt audire peripathetici, qui aiunt nostrum intellectum esse tanquam tabulam rasam, in qua nihil est depictum: nostrumq́ꝫ scire ex sensibus comparari: quia omnis doctrina, & omnis disciplina, ex præsistenti fit cognitione. Quam ob rem, non temerè dictum est in libro posteriorum, deficiente sensu, scientiam deficere. & 3. de ani: 39. Qui nihil sentit, nihil discit, nihilq́ꝫ intelligit: cuiusq; ergo scientiæ principium est sensus. hinc est, quod 2. de ani: dixit, animam nostram post sui ortum, plus temporis in ignorantia, quàm in scientia expendere. ex quo patet nostrum scire de nouo acquiri, nostrumq́ꝫ intellectum sensim ad speculationis apicem, adhibitis de nouo scientijs rerum, ascendere. Vnde fit, vt intellectus speculatiuus, ex speciebus rerum, quæ sensibus phantasmata indiderunt, & ex intellectu constet possibili: his enim mediantibus speciebus, ea, quorum hæ sunt species, speculandi habet potestatem. Itidem est intellectus in habitu, quem ipsæ species fecerunt, quouè mediante, cùmlibet speculari valemus. Itaq; intellectus speculatiuus, est actu intelligens intelligibilia, & quidem magna, & speculabilia. Multis theologorum hæc sententia non displicuit: propterea ab eisdem præclarè dictum est, intellectum possibilem sine huiusmodi speciebus, neq; vicißim huiusmodi species sine intellectu, nomen intellectus speculatiui subire posse. nam quemadmodum calor sine corpore non habet aptitudinem calefaciendi, neq; vicißim corpus absq; calore; ita planè, neq; intellectus sine speciebus, neq; species sine intellectu, aptitudinem habent speculandi. Aiunt quoq; id etiam Auerroem sensisse: nempè intellectum materialem, informatum intentionibus abstractis, speculatiuum intellectum appellari posse. Volunt autem huiusmodi intentiones abstractas, pro Auerrois opinione, æternas esse & vniuersales in repræsentando, non autem in essendo, propterea, quòd sint in subiecto singulari. Porrò, huiusmodi intellectus compositus ex illis speciebus, & intellectu possibili, quò ad indiuiduum, corruptibilis quidem, quòad verò ad speciem, incorruptibilis appellatur; siquidem corrupto Socrate, eius quoq; phantasmata corrumpuntur, à quibus in fieri, & in cõseruari species dependebant, sicq́ꝫ desinunt materialem intellectum informare: homo autem, respectu suæ speciei, cùm sit æternus apud peripatheticos, haud dubiũ, quin àpud eos talis intellectus erit æternus, & in maiori parte hominum perfectus: non enim ita deficiunt species in vno, quin in alijs non generentur hominibus. Hoc idẽ sensisse Auerroem, aiunt, cùm diceret, intellectum speculatiuum generabilem esse, & corruptibilem, respectu subiecti per quod est verus: respectu scilicet, cuius est similitudo: respectu, inquam, phantasmatum vnius hominis, quorum species sunt veræ, nempè similitudines. Verùm, alij putantes se ad mentem Auerrois loqui, aiunt, intellectum speculatiuum componi ex intellectu materiali, quasi subiecto, & vniuersalibus apprehensis, quæ in eo sunt subiectiuè, non autem obiectiuè. In hoc autem dissentit à priori sententia, nimirùm quòd dicat species subiectiuè inesse. Dicunt etiam interdum huiusmodi intellectum perfectum inueniri in aliquo indiuiduo, si eò speculationis attigerit, vt non sit ei amplius quicquam phantasiandum. sed tunc rite intel-

[Marginalia: Mens. — Speculatiuus quid apud peripatheticos. — Scire nostrũ ex sensibus. — Scire nostrũ est de nouo. — Theologorũ opinio. — Auer: opinio — Corruptibilis & incorruptibilis. — 3. de ani: co: 5. — Alia opinio. — Perfectus imperfectus.]

Intellect⁹ speculatiuus & practicus.

lectus adeptus nominatur: aliquando autem imperfectum & speculatiuum in fieri, nondum acquisitis phantasmatibus, quæ necessaria sunt ad huiusmodi speculationis apicem attingendum. Hæc, & similia dicta sunt de intellectu speculatiuo, quæ valdè difficilia sunt intellectu, & multum perplexa ad intelligendum, propter varias & obscuras philosophorum sententias, Themistij, Theophrasti, Auerrois & similium. Nobis autem satis esse arbitramur, si cum theologorum sententia idem senserimus.

Speculatiuus. Reliquum est autem videre, an intellectus speculatiuus & practicus, sint diuersæ potentiæ. Sanè vis rationalis, siue intellectus diuiditur, in intellectum speculatiuum, qui in veri operatione exercetur; & in practicum, qui vigilat in operatione boni; tãetsi vterq; circa veri cognitionẽ versetur. Verùm, quia duplex est veri cognitio, nempè veri vt veri, & veri vt boni; inde fit, vt intellectus diuidatur in speculatiuum, quo

Practicus. rectè intelligimus, quiq; theoricus nominatur, hoc est contẽplatiuus; & in practicum, quo bene viuimus & operamur, à praxi quod est operatio. Porrò, hi duo intellectus, ab inuicem ratione tantùm, non autem realiter dissentiunt. Intellectus speculatiuus, inquit philosophus 3. de ani: per extensionem fit practicus. vna autem potentia non mutatur in aliam: non sunt ergo diuersæ potentiæ. Reuera, quod accidentaliter se habet ad obiecti rationem, quam aliqua recipit potentia; proculdubiò potentiam nequit efficere diuersam: accidit namq; colorato, hominem esse paruum aut magnum:

Practicus & speculatiuus non differunt realiter. vna siquidem eademq; potentia visiua est, qua hæc omnia apprehenduntur. similiter etiam accidit alicui rei apprehensæ per intellectum, ad opus ordinari, & non ordinari: hoc enim, vt dixi, interest, inter intellectum practicum & speculatiuum. Etenim speculatiuus quod apprehendit, ad opus non ordinat; sed ad solam veritatis considerationẽ: practicus verò ad opus. hinc est, quód speculatiuus, à practico fine dissentiat, vt dicit pholosophus 3. de ani: vnde & à fine vterq; nomen accepit; vt hic

In quibus differant. quidem speculatiuus, ille verò practicus, hoc est, operatiuus nominetur. Quare, in quantùm aliquid absolutè apprehendit, speculatiuus nominatur: in quantùm verò per formam apprehensam extenditur ad opus, practicus dicitur. intellectus siquidem speculatiuus, forma & specie vtitur intelligibili, & quidem absolutè, quatenus principium est cognoscendi: intellectus verò practicus, formam vel speciem apprehensã, ad opus, veluti ad operis exemplar extendit, ad cuius similitudinem aliquid operatur, atq; ita sensim voluntati & operi coniungitur. Neq; ex hoc quispiam putet, intellectum voluntatem seu appetitum fieri; sed eandemq; potentiam, quæ priùs considerantem dirigit, postmodum operantem regulare. Amplius, intellectus speculatiuus intra se finem statuit: practicus verò nonnunquam intra se, interdum autem extra. in causa verò est: quia speculatiui operatio, est immanens, manetq; in operante, quò ad naturalem & rationalem philosophiam: quippè, quia intellectus in his operando,

Operatio immanens. solùm quærit scire. Est autem operatio immanens, quæ in exteriorem non transit materiam, sed manet in operante: operationum verò practici intellectus, aliqua est immanens, quò ad philosophiam moralem, quæ de virtutibus loquitur, & earum vitijs oppositis, quorum actiones manent in operante: aliqua verò transit ad varias artificiorũ species & mechanicarum artiũ multiformia opera; vt in domificationẽ, ve-

Habitus intellectuales quinque. nationem, sectionẽ, & similia huius generis multa. Amplius, habitus intellectuales sunt quinq;, authore philosopho 6. ethicorum, nempè, sapientia, intellectus, scientia, prudentia, & ars: operatio autem speculatiui intellectus, quæ circa veri cognitionẽ versatur, & studet, à tribus tantummodo habitibus, scilicet à sapientia, intellectu,

Sapientia. & scientia procedit: sapientia namq; circa causas altissimas intendit; intellectus verò

Intellectus. est habitus principiorum: intellectis enim terminis cognoscitur, vtpotè omne totum maius esse sua parte. voco autem hîc intellectum, non potentiam intellectiuam; sed habitum potentiæ, quæ circa prima principia importat rectitudinem rationis. Sci-

Intellectꝰ speculatiuus & practicus.

entia est habitus conclusionum, per demonstrationem acquisitus: Operatio autem intellectus practici, quæ operando se prodit, à prudentia & arte proficiscitur. Etenim, quatenus producit agibilia, est immanens, & à prudentia procedit, cuius virtute rectè agere dicitur: est enim prudentia 6. eth: recta ratio agibilium, circa actus, qui manent in operante, vtpotè, amare, odio habere, & similia: sub qua quidem prudentia, continentur monastica, œconomica, politica, & totum ius canonicum, & ciuile: sicut sub sapientia, theologia, & methaphysica: & sub scientia mathematica, & physica. Verùmtamen quatenus in factibilia transit, ab arte procedit: proinde 6. Eth: ars appellatur, recta ratio factibilium: mediante enim arte, artifex rectè operatur secundùm suæ regulas artis, & principia: ars namq; importat rationis rectitudinem circa factibilia, hoc est, circa actiones in exteriorem materiam transeuntes; vtpote citharisare, secare, domos erigere, texere, & suere: & similia huiusmodi. Inde inuentæ sunt septem artes Mechanicæ, pro hominis vita conseruanda: nempe lanificium, Armatura, Agricultura, Venatio, Nauigatio, Medicina, Theatrica, siue ars ludorum, de quibus non est modò dicendum per singulas. Itaq; speculatiuus, & practicus intellectus fine differunt, propterea, quòd finis intellectus practici ad extra sit positus, siue opus, siue operatum extiterit: opus enim in artibus, est finis, veluti in musicis, in quibus cantus, & melos vltimus finis dicitur, qui exercetur in arte. In aliis autem non est opus, sed operatum: faber siquidem non tundit incudinem malleo propter huiusmodi; sed vt gladium sua quidem arte formare possit: proinde illud opus operatum, suæ artis finis nominatur. In rebus autem actualibus, finis est operatio, quæ est felicitas ciuilis: optima vtiq; inter operationes virtutum. Cùm verò quilibet istorum finium situs sit extra operantem; hinc est, quòd motu, & exteriori operatione acquiritur, & propterea practicus nominatur. Secùs verò se habet finis speculatiui, vt dixi, qui intra seipsum, suum contegit finem: quia verum, quod speculatur, est de his, quæ propter se volumus in speculatiuis, quæq; essentialiter sunt de philosophia: hæc enim non sunt dialectica, quæ ad puram philosophiam non spectant: neq; sunt ethica, in quibus veritas quæritur propter opus; sed sunt certè naturalia, mathematica, vel diuina, in quibus intellectus speculatiuus suum finem sortitur, & quidem nobiliorem practico, & perfectiorem. Hoc est ergo primum discrimen inter huiusmodi intellectus, quod fine ab inuicem discrepant. secundum verò in vsu formæ apprehensæ consistit: propterea quòd practicus formam accipit, vt principium operis. propterea ab vniuersali ad particulare descendit: quia nostra opera particularia respicit, ipsam deinceps formam componit, id est, cum opere, vel operato connectit; vt videre licet tum in moribus, tum etiam in artibus, quæ quotidie fiunt: forma enim domus existens in mente artificis perfecta, componitur cum lapidibus, & lignis. Verùm forma contemplatiui, siue speculatiui intellectus, ab extrinsecis rebus secernitur, atq; per continuam abstractionem cum anima copulatur, ita; vt dicatur abstractionis, siue separationis forma. Itaq; forma practici est ad rem: intellectiui verò est à re, non autem ad rem. Amplius, intellectus practicus, in educenda, atq; propalanda forma intus existente, non vtitur corpore, sed corporeo potiùs instrumento: speculatiuus, in formæ acquisitione, corporea adhibet adminicula; propterea, quòd mediantibus viribus, & organis corporalibus, perfecta reddatur abstractio: in vsu autem considerationis exercendæ, aliquo corpore nequaquam vtitur. Deniq; intellectus practicus est causa rei, quæ sibi subiicitur: speculatiuus verò causatur à re: quia nimirum à re subiecta formam accipit speculandi, eamq; considerat, secundùm quòd est in rei natura. Itaq; secundum istum modum dicendi, practicus, & speculatiuus intellectus, non sunt diuersæ animæ potentiæ: propterea, quòd potentiæ sint eædem, quarum actus sunt idem. sed actus intellectus speculatiui,

Scientia.

Prudentia.

Ars.

Septem artes mechanicæ.

Finis intellectus practici.

Finis intellectiui.

Formæ differentia.

Forma contemplatiui.

Tertia differentia.

Quarta differentia.

Quod nõ sint diuersæ potẽtiæ.

Intellectus speculatiuus & practicus.

culatiui, vt dictum est, est cognitio veri, non ordinata ad rei productionem: practici autem, est cognitio, ordinem habens ad rei cognitæ productionem per intellectum practicum: atque ita vtraque cognitio est in genere boni: non ergo parit potentiarum diuersitatem. Adde, quòd si duo isti essent diuersæ potentiæ; tunc duo ponendi essent intellectus agentes, similiter etiam & intellectus possibiles, quod planè esset absurdum. Nam si intellectus speculatiuus, vt 3. de anima dicitur, per possibilem, & agentem distinguitur; eodem quoque modo practicus esset distinguendus: atque ita duo essent intellectus possibiles, vnus speculatiuus, & alius practicus: similiter duo intellectus agentes, quorum vnus intelligibilia speculatiua, actu intellecta; alter verò intelligibilia operabilia simili modo efficeret. Porrò, Aristot: & com: 3. de anima com: 25. practici considerant causam, non vt sciant; sed vt agant. Cognitio, inquit, vera in actione, id est, ordinata ad actionem, & cognitio vera sine actione, quamuis sint in eodem genere, boni, & mali; in eodem tamen differunt; eò quòd cognitio vera sine actione vera, simpliciter, & non propter aliquod aliud faciendum per eam, requiritur. Cognitio autem vera, propter actionem; ab opere, siue à re producta, cognitor suam habet bonitatem. Propterea, quibusdam visum est, has duas potentias animæ inesse; sicut corpori visum, & auditum, qui sunt sensus diuersi, atque distincti: etenim, quemadmodum quod visu cernitur, auditu non percipitur; ita, alia animæ potentia speculabilia, & abstracta, alia verò agibilia, & factibilia, nos speculari aiunt, sicut in sequenti capite dicetur.

Arist:

Cognitio sine actione.

CAP: XXIX.

Argumenta contraria.

Qvi putant huiusmodi intellectus potentias diuersas esse, sic argumentari consueuerunt. Illæ potentiæ sunt diuersæ, quorum actus sunt diuersi: quia potentiæ distinguuntur per actus, & actus per obiecta. sensitiuum præterea est aliud ab opinatiuo, 2. de ani: sicut sentire ab opinari est alterum. vnde 3. phys. dicitur, posse sanari, & posse infirmari, non esse vnum, eò quòd sanari & infirmari non sint vnum. sed intelligere entia speculabilia & operabilia, non est vnus sed actus diuersi: quia diuersa obiecta; speculabile enim est, quod ab homine quidem cognoscitur, non autem ab eius cognitione producitur, veluti cælum, intelligentiæ, & huiusmodi. operabile verò, quod ab homine producitur, siue actione immanente, siue actione transeunte; vt gladius à malleatore, cythara ab artifice, & nauis à perito lignariæ artis & nauis conficiendæ. Cùm verò hæc sint obiecta diuersa; actus quoque erunt diuersi, & consequenter potentiæ diuersæ, per regulam iam adductam ex Aristotele. Amplius, quod in idem recidit diuersorum secundùm genus; non est vna omninò potentia. sed huiusmodi potentiæ sunt diuersorum secundùm genus: intellectus quippe speculatiuus entia intelligit necessaria, & immutabilia; practicus verò contingentia, & mutabilia: perpetuum autem, & corruptibile, differunt plus quàm genere: hæc ergo genera diuersa, diuersis, atque realiter distinctis potentiis intelliguntur. Iterùm, diuersa ratio obiecti, diuersam denotat potentiam. sed obiectum speculatiui intellectus, est verum; practici autem, est bonum; verum autem & bonum, non est vna, eademque ratio: diuersas ergo significat potentias. Præterea, apprehensum, & motiuum sunt diuersa potentiarum genera 2. de anima. sed intellectus speculatiuus est tantùm apprehensiuus; practicus autem motiuus: igitur sunt diuersæ potentiæ. Ad hæc accedit, quòd in parte intellectiua, intellectus practicus ad speculatiuum, sicut in parte sensitiua, extimatiua ad imaginatiuam, comparatur. sed extimatiua est di-

1.

Speculabile quid Operabile.

2.

3.

4.

est distincta potentia ab imaginatiua: igitur intellectus practicus est distincta potentia ab intellectu speculatiuo; non ratione tantùm, sed etiam realiter. Ad hæc, & similia dici potest: Intellectum practicum potentiam esse intellectiuam habentem actum, vel habitum practicum: similiter & intellectum speculatiuum potentiam esse intellectiuam; cui nimirum inest actus, vel habitus speculatiuus. Potentia ergo intellectiua, est adæquatum significatum speculatiui, & practici intellectus: connotatum autem practici, est actus, vel habitus practici; speculatiui verò actus, vel habitus speculatiuus. Quare, si speculatiuus, & practicus pro significato intelligantur; tunc sunt vna, eademq; potentia, sicut prædictæ iam rationes probauêre. Si verò pro connotato accipiantur; tunc re, & ratione distinguuntur, sicut argumentorum rationes probarũt. Solet dari alia distinctio, quæ non longè abest à prima: nimirum, quòd intellectus practicus & speculatiuus, si pro denominato, hoc est, pro potentia intellectiua, quæ ab habitu practico, vel speculatiuo, practica denominatur, seu speculatiua, intelligantur; sic profectò re ab inuicem non dissentiunt: si verò pro significatis, hoc est, pro habitu practico, & speculatiuo sumantur; sic distinguuntur realiter. Sanè, practicus vno modo ab actu nomen sortitur: atq; ita ille est intellectus practicus, qui intelligit actu intelligendi practico; speculatiuus verò, actu intelligendi speculatiuo. hoc autem modo practicus differt à speculatiuo: quia fieri non potest, vt idem intellectus simul intelligat actu practico, & speculatiuo. alio modo intellectus practicus, nominatur ab habitu vtiq; practico, quo planè informatur, & speculatiuus similiter: atq; ita nihil refert eundem intellectum simul esse practicum, & speculatiuum. itaq; nihil aliud est intellectus practicus; quàm intellectus possibilis informatus actu, vel habitu practico: ipse enim huiusmodi est receptiuus. Ex quo patet, quòd intellectus intelligens simplicia, & intellectus componens, diuidens, & discurrens, ratione sui denominati; non sit potentiæ intellectiuæ realiter distinctæ. His præmissis, & ita elucidatis, dico ad primum argumentum: Eandem animæ potentiam, nempè intellectum possibilem, habitu informatum speculatiuo, speculabilia, & habitu practico, operabilia intelligere posse: duobus verò actibus, speculatiuo scilicet simul, & practico, minimè; eò, quòd se inuicem non cõpatiuntur; neq; ex hoc licet arguere potentiæ, sed habitus diuersitatem. Quamuis enim intellectus diuersis habitibus possit informari: in actũ autem prodiens, quoniam simul non potest diuersa intelligere, vnico vtitur actu practico, vel speculatiuo. Vna ergo est potentia, diuersis habitibus ornata, diuersis vtens actibus, non tamen simul: vnde quamuis actus sint diuersi, vna tamen est potentia diuersimodè vestita; ex cuius diuersis indumentis, diuersæ oriuntur actiones, & opera. Ad 2. cùm intellectus sit tanquam tabula rasa; in eo ergo & mutabilia, & immutabilia depingi possunt: quia est omnia fieri, quatenus diuersis habitibus fuerit informatus. Et cùm dicis actuum diuersitatem, potentiarum diuersitatem arguere: dico, verum esse: verùmtamen actum practicum, & speculatiuum, habituum, & non potentiæ diuersitatem arguere: actus enim intellectus possibilis, est intelligere omnia sine aliquo intelligibilium delectu; sicut actus potentiæ visiuæ, est videre album, & nigrum, & alios medios colores. quòd verò modò speculabilia intelligat, modò autem operabilia; accidit ei ex habitu speculatiuo, & operabili. Ad 3. dico, verum & bonum, se inuicem complecti: verum enim est quoddam bonum; alioquin non esset appetibile: & vicissim bonum, est quoddam verum; aliter non esset intelligibile. Quare, quemadmodum obiectum appetitus potest esse verum, quatenus habet rationem boni; veluti cùm aliquis appetit veritatem cognoscere; ita planè practici intellectus obiectum, est bonum ordinabile ad opus sub ratione veri: intellectus enim practicus veritatem cognoscit, cognitamq; ad opus ordinat, & dirigit. cognoscit siquidem, vt agat: non,

Intellect° practicus & speculatiuus.

Soluuntur argumenta

Significatum

Connotatum

Denominatũ

Actus practici, differt ab actu speculatiui.

Ad primum argumentum

2.

3.

4. gat: non, vt contempletur. Ad 4. Intellectus practicus motiuus dicitur, non quasi exequens; sed dirigens ad motum: propterea, quòd id ei competat pro suæ apprehensionis modo, atq; ordine seruando. Ad confirmationem, nego similitudinem, eò quòd multæ sint differentiæ, quæ diuersas ex suis actibus ostendunt, atque patefaciunt sensitiuas potentias, quæ sanè in potentiis intellectiuis, id aßequi nequeunt. Quid ergo sint intellectus speculatiuus & practicus, & quomodo inter se discrepent, dixi.

CAP. XXX.

Ratio, & intellectus poßibilis sunt vna potentia.

Quod nō sint diuersæ potentiæ. Actus rationis.

Ostquàm visum est, intellectum speculatiuum & practicum non esse diuersas potentias realiter distinctas; deinceps dicamus, rationem, & intellectum vnam eandemque esse potentiam. Etenim, si actus intellectus, intelligere scilicet, est simpliciter veritatem apprehendere; & actus rationis, hoc est, ratiocinari, est procedere de vno intellecto, ad aliud pro veritate intelligibili cognoscenda: igitur se habent ad inuicem, sicut moueri, & quiescere, quæ ad diuersas potentias non pertinent. ratiocinari enim, vnde & rationabiles homines appellantur, ad intelligere; sicut moueri, ad quiescere, vel acquirere, comparatur: quorum vnum perfecto, alterum verò imperfecto conuenit. Et quoniam motus ab immobili semper proficiscitur, & ad aliquod quietum terminatur; hinc est, quòd ratiocinatio humana, secundùm viam acquisitionis, seu inuentionis, à quibusdam simpliciter intellectis procedit, quæ sunt prima principia, & in via iudicij resoluendo ad eadem redit; quibus inuentis, examinat agenda. Quocirca, si per vnam eandemq; potentiam aliquid mouetur ad locum, & quiescit in loco; haud dubium, quin multò magis, per eandem potentiam homo intelligit, & ratiocinatur. Eadem est ergo in homine potentia, ratio, & intellectus. Ratio præterea superior, & inferior, vt paulò antè dictum, c. 20. officiis, & non essentia distinguuntur: ideoque, non sunt duæ, sed vna potentia: ratio enim superior intendit æternis conspiciendis, aut consulendis. conspiciendis quidem, quatenus ea in seipsis speculatur: consulendis verò, quia ex eis accipit regulas agendorum. Ratio autem inferior intendit temporalibus rebus: & hæc quidem duo, nempè temporalia, & æterna, ita ad nostram cognitionem comparantur; vt vnum sit medium, quo cognoscitur alterum. siquidem via inuentionis, ex temporalium cognitione, ad æternorum cognitionem tendimus: inuisibilia enim Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur; at via iudicij, per æterna iam cognita, de temporalibus iudicamus, & pro illorum rationibus, hæc caduca disponimus. Nonnunquam verò accidit, vt medium, & id, ad quod per medium peruenitur, ad diuersos pertineat habitus; veluti sunt principia prima indemonstrabilia, ad habitus intellectus pertinentia: conclusiones verò ex eisdem deductæ, ad habitum scientiæ. propterea interdum contingit, vt ex geometriæ principiis, aliquid concludatur in perspectiua. Verùmtamen eadem est rationis potentia, ad quam spectat medium, & vltimum: est enim actus rationis, quasi quidam motus de vno in aliud perueniens: proinde vna est rationis potentia, officiis, & habitibus distincta; quarum vna sapientiæ, altera verò scientiæ incumbit. Porrò, ratio multis modis dicitur: nam interdum pro causa accipitur, pro bona probatione, pro definitione, pro rei conceptu, quod verbum mentis appellatur: denique pro potentia intellectiua animæ rationalis, à qua homo dicitur rationalis. Est autem ratio vis animæ rationalis consiliatrix; ipsa quippe comparat, & discernit inter bonum, & malum; inter

Ratio inferior & superior

Rom: 1.

Eadem potentia medii & vltimi.

Multiplex rationis vsus.

Ratio hominis.

inter bonum, melius, & optimũ: ipsa est interdum cognitio veri, vt veri; & ita est cognitio tantùm: & cognitio veri & boni; atq; ita simul est cognitiua, & motiua. cùm enim iudicat aliquod esse bonum, vel malum, & ibi sistit cognitionis pedem; tunc cognitiua nominatur: si verò vltra procedat, asserens hoc esse faciendum, illud verò fugiendum; tunc motiua dicitur: si verò vlterius proficiscatur, vt non solùm iudicet fieri debere, verùmetiam appetat; tunc migrat in liberum arbitrium, quod voluntatem, & rationem complectitur. Sunt huius actus quinque, quorum vnus dicitur ratiocinatio, quæ præcedit cognoscere, quæuè est rationis inquisitio, vel rationabilis subtilisq; à certis, ad incertorũ indagationem nitens cogitatio. ratiocinatio siquidem à verbo ratiocinor dicta, perinde est, ac ratione vti. cui sanè ratiocinationi insitum est ingenium, vis vtiq; animæ, qua sese extendit, atq; exercet ad incognitorum cognitionem habendam. Alius rationis actus, est ipsum cognoscere, aspectus veri: proinde sic solet definiri: Ratio est animi aspectus, quo ipsum verum intuemur. vnde fit, vt quidquid sensus percipiat, imaginatio repræsentet, cogitatio formet, ingenium inuestiget, ratio cognoscat, & iudicet, memoria conseruet, intelligentia comprehendat, & ad meditationem, seu contemplationem adducat. Itaq; his duobus actibus ratio dirigit in finem veri; tribus verò reliquis in finem boni: quorum vnus est vis inuentiua, & dicitur inuenire: & est boni, & mali; siue boni, & melioris discretio. Quartus actus, est boni, siue melioris electio: est enim vis diiudicatiua. Sane inuenire, & diiudicare, sunt actus potentiæ cognitiuæ, siue rationis, adinuicem ordinati, quibus in finem boni ratio dirigitur. Postremus est dilectio veri, & boni: proinde secundùm huiusmodi postremos actus, ratio dicitur animi aspectus, quo bonum & malum discernit, virtutes eligit, Deum diligit. Et reuera, diuisio potentiæ intellectiuæ secundùm aspectus, in rationem, intellectum, & intelligentiam diuiditur: & ratio quidem inferiora, intellectus autem paria, intelligentia verò superiora miratur, & considerat. siquidem, quæ infra animam sunt, sensu & ratione percipimus; sensu planè dura, mollia, calida, frigida, alba, nigra, & quæ sunt generis eiusdem: ratione autem verum, falsum, iustum, & iniustum, & cæteras formas in materia corporali existentes. Ex quo patet, rationem vim esse animæ supra corporalia, & infra spiritualia collocatam: dum enim verum à falso discernit, logices perfungitur munere: ethices verò, à vitiis virtutes segregans: physices autem, experimentis, rerum naturas inuestigans. itaq; ratio vis animæ bonum & malum, verum & falsum diiudicat: corporearum rerum formas, naturas, differentias, propria, accidentia omnia percipit incorporea, extra corpora, non nisi ratione subsistentia. Intellectus autem est ea vis animæ, quo inuisibilia, & incorporalia cognoscuntur, nempè angeli, dæmones, & omnis spiritus creatus. Intelligentia verò est vis animæ, quæ immediatè supponitur Deo: queuè reuelationi, & scripturæ authoritati nititur: atq; ideò intelligit mysterium sanctæ Trinitatis. Quare, anima rationalis sensu percipit corpora: imaginatione verò corporum similitudines: ratione autem corporum naturas: intellectu spiritum creatum: intelligentia verò spiritum increatum. Est & alia vis cognitiua, quæ à Boëtio intellectibilitas nominatur: vis sanè cognitiua omnium formarum in quadam simplicitate, absq; ordine naturali, vel temporali complicatiua. Hoc modo Deus rerum omnium causas, & naturas comprehendit: quia vnico, simplicissimo, & inuariabili mentis intuitu, omnia complectitur, & intelligit: idcirco hæc intellectualitas solius Dei est, & admodum paucorum, quos Iupiter æquus amauit. Differt autem ratio ab intellectu: nam etsi vna sint realiter potentia; actu tamen differunt: propterea, quòd intellectus sine discursu intelligit; ratio autem sine discursu minimè. Item, intellectus à Deo immediatè quandam recipit lucem; quam aliqui vocant habitum principiorum, quo prima principia cognoscuntur esse vera, terminis apprehensis: ratio

Ratio cognitio veri.

Cognitiua.

Motiua.

Actus quinque rationis.

Ratiocinatio.

Cognoscere.

Boni & mali discretio.

Melioris electio.

Dilectio.

Quæ ratione percipiantur.

Intellectus percipit inuisibilia.

Intelligentia.

Intellectibilitas.

Quomodo differt ratio ab intellectu.

Ratio hominis.

sis: ratio autem ex præmissis, conclusiones eligit, & abstrahit rerum quidditates sine organo corporeo.

Plotinus enn: 5. lib: 3. cap: 3.

Plotinus dicit, proprium rationis esse in motu agere, & in aliud tendere: Animam, inquit, oportet in quadam rationis discursione versari: hæc enim sunt discurrentis virtutis officia. Rationis itaque proprium est ratiocinari, & causas rerum discutere: ipsa est iudex eorum, quæ in controuersia versantur: ipsa auriga virtutum, ad finem boni, bona omnia deducens. hoc est animi munus, inquit Cicero 3. Tuscu: ratione vti: proinde qui ratione non vtitur; animo caret. Et reuera, nihil est, non dicam in homine, sed in omni cælo, atque terra, ratione diuinius: quæ cùm adoleuit, atque perfecta est, nominatur ritè sapientia: ipsa quippe est omnium domina, & regina connexa per se: & progressa longius, fit perfecta virtus. hac præstamus beluis: parti animæ, quæ obedire debet, dominamur: Deo similes reddimur: angelis conformes, cernimus quid optimum sit, quidue prosequendum, atque fugiendum. hæc est humanæ vinculum societatis, rectè factorum ministra, negotiorum iudex, pacis adiutrix, lumen vitæ ritè degendæ; propterea, quòd dicendo, communicando, disceptando, iudicando, conciliat inter se homines, coniungitque naturali quadam societate. hoc est hominum patrimonium: virorum atque mulierum decus: legum fortitudo: ciuitatum robur: imperatorum philosophia: philosophorum argumentum: Christianorum gloria: puerorum pedagogus: senum baculus: nauigantium portus: errantium via: afflictorum refugium. sine hac nihil æquabile, nihil amplum, nihilque rectum inueniri potest. hæc non decipitur, nec decipit vnquam. hæc sola est incommutabilis, iudicij tenax: quæ non seruit, sed imperat sensibus. in homine hæc est optimum: hac antecedit homo animalia, deosque sequitur. hæc sola hominem perficit, sola beatum facit, superisque connectit. O igitur immortale, sanctumque bonum: veræ animæ diuitiæ: honos virtutum: vitæ rationalis metrum! Tu es optimus animorum consiliarius: fida agendorum lux: negotiorum gubernatrix: abditarum, atque dubiarum rerum directrix: fidus dux in eundo, in agendo, in redeundo ad prima tua principia, pergens rectissimè per lineam inobliquabilem.

Cicero 1. de legibus.

Laudes orationis.

Seneca epist: 66.

1. politicorũ.

Quare non temerè dictum est à magno illo peripateticorum principe, homines ratione & intellectu vigentes, naturaliter dominos esse, & rectores aliorum. Quam ob rem, quadam epistola consulens Alexandro, cuius generis homines sibi adhibendi, atque præficiendi essent rebus grauissimis: Eos, inquit, accipe in socios, & ministros, qui vtuntur ratione, & cum ea omnia volunt agere: eos verò, qui sine ratione aliquid faciunt; tanquam crudeles, rudes, & bestiales, à tua domo extrude. & quidem rectè: nam hominum genus arte & rationibus viuit: ratio enim semper deprecatur ad optima. proinde sicut dux, saluator est exercitus; sic ratio eruditionis vitæ, est dux animæ. hæc est, quæ, teste Cicerone, postulat, ne quid insidiosè fiat: ne quid simulatè, ne quid fallaciter: propterea fortes, non modò fortuna adiuuat, vt est in veteri prouerbio, sed multò magis ratio, quæ quibusdam præceptis confirmat vim fortitudinis. hæc est domina ratio, quæ molle nostrum consolidat, dimissum regit, humile fouet, eneruatum sustentat, indomitum frenat, inquietum temperat, largum restringit, senile erigit, denique totius hominis vitam moderatur & temperat. Irrideat igitur, si quis vult: plus apud nos vera ratio valere debet, quàm vulgi opinio. Neque nos vnquam dicamus, illum bona perdidisse, qui pecus, aut suppellectilem amiserit; sed qui rationem profuderit. Quam ob causam, plurimùm commedandus venit ille Bias, cuius cùm patriam Prienem accepisset hostis, cæterique ita fugerent; vt multa de rebus suis secum asportarent, cùm esset admonitus à quodam, vt ipse idem faceret: Ego verò, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. ille hæc ludibria fortunæ, nec sua quidem putauit, quæ nos etiam appellamus bona. Affatim igitur diues est, qui ratione regitur, qui ratione viuit, denique qui omnia sua cum ratione agit: huic non sunt conferendæ

1. met:

1. eth:

Cic: lib: off:

Paradox:

Bias.

rendæ

Ratio hominis.

rendæ Cresi opes, Arabum aurum & argentum: non Romanorum quondam delitiæ, præfecturæ & honores: non tinctæ vestes ex India, non denique omnis gloria & fastus regis, & sapientis Salomonis. Quare beatus animus, & propemodum diuinus, qui ratione regitur, propterea, quòd omnibus est instructior rebus, quàm is, qui temerè, & nullo consilio administratur. Exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus imperator, omnibus partibus commodiùs regitur, in quorum numero haberi possunt, Magnus Alexander, qui parua manu militum, Darium potentissimum Babiloniæ regem vicit, Iulius Cæsar, Annibal Pœnus, Iudas Macchabæus, & consimiles; quàm is, qui stultitia, & temeritate alicuius administratur, veluti extitit Sēnacherib, Holofernes, Darius, Hamilcar, & plurimi Romanorū, Atheniensiū, Græcorum, Indorum, atq; Aegyptiorum. Optimus igitur dux belli, princeps aptus ad iubendum, ad pugnandum, ad vincendum, ad vetandum, est ratio recta. Quare nihil mente & ratione melius, nihil diuinius, nihilq; hominibus potest gratius esse, atq; honoratius. Quare, rationem homines habent & sensum, inquit Plato in conuiuio; vt ratione rerum omnium comprehendant incorporeas naturas, atq; rationes; sensu autem imagines, & qualitates rerum: colores enim per oculos, per aures voces, odores per nares, per linguam sapores, per neruos qualitates simplices elememtorum, calorem videlicet, frigusq;, & reliqua attingunt. Et vide, quàm pulchrè omnia sint disposita à summo opifice Deo: ratio enim numini summo attributa est, visus igni, aeri auditus, vaporum odori olfactus, aquæ gustus, tactus verò terræ. Ratio cœlestia, & incorporea indagando quærit, nec propriam in aliquo corporis membro sedem habet: quemadmodū nec certam habet sedem in nulla mundi parte diuinitas: propterea remotissima capit, neq; quæ in mundo sunt solùm, & quæ præsentia, vt sensus; sed etiam quæ supra cælum, & quæ fuerunt, aut futura sunt, percipit. Quocirca sapientissime dictum est à Socrate in Platone, in lib. de scientia, Dulcem rem esse rationem, & omnium quæ ad scientiam pertinent pulcherrimam, & quandam cum ratione opinionem rectam, scientiam appellari; verùntamen per somnium quoddam ab eo intelligi. Et reuera ita nobiscum agitur, apud quos somnia, & vmbræ rationis rectæ remanserunt: quandoquidem ipsa vera ratio videtur omninò ab hominibus auolasse, & in cælum se recepisse. En deteriores animantibus brutis facti sumus: ipsa quippe rationis expertia, authore Magno Basilio, excogitare conseruareq; salutem suam solent: nos verò, qui rationis munere cohonestati sumus, legibus eruditi, pollicitationibus inuitati, spiritu sapientiam assequuti; res eas deinde, quæ ad nos pertinent, longè rudiùs, & à ratione alieniciùs, quàm ipsi pisces disponimus: illi quidem de futuro prospiciunt, & sibi ipsis prouident; nos verò de spe futurarum rerum vacui, vitam nostram sine ratione conficimus & cōsumimus. Ratio profectò nobis naturalis insperſa, prosequenda, conciliandaue honesta esse iudicat, noxia verò & turpia fugienda. Hæc igitur ratio est nobis honoranda; vt in cælestis exercitij studio ratio nos, non temeritas agat: Nihil enim est magis, inquit Ambrosius, quo homo præstat cæteris animantibus; quàm quòd rationis est particeps, qua sui generis authorem inuestigandum putauit; sine qua Deum non cognosceret, seipsum nesciret, ac omnia planè vitæ suæ officia confunderet: Hoc enim est, quòd à brutis differimus, ait Chrysostomus: quia ratione insigniti sumus à patre nostro Deo, & in natura nostra insita est scientia boni, & mali. Nullus ergo prætexat se non habere aliquem vitæ suæ ducem, cùm sufficientem magistrum habeat rationem. Id sanè scientes charissimi, nostram ne perdamus generis nobilitatem: ne simus tantis operibus ingrati: ne labefactemus rationem, animæ nostræ reginam, omnium sensuum dominam, quæ non errat, nec nos errare patitur. Sanè, ratio naturæ nostræ indita, maximum est honoris signum: per eam enim & ciuitates homo condidit, & mare secuit, & terram coluit, & artes inuenit innumerabiles, &

Diuitiæ rationis.

Ratio recta dux exercit⁹.

Plato.

Sex ad cognitionem necessaria.

Socrates.

Somnia rationis.

Basilius hom: 7. hex:

Ambros: off: lib:1. cap:26. in Gene:

Chrisost: ho: 54.

Laudes orationis.

les, & feras superauit, & quod est omnium maximum, & primum, Deum, qui fecit ipsum, cognouit, & ad virtutem deductus est, ad cognitionem boni & mali. O præclarum, & salutiferum donum! ô immortalis, & semper veneranda ratio! tu sola, ex iis quæ videntur, Deum oras: reuelationes recipis: multa arcana, & ineffabilia cognoscis: propter te terra: propter te cælum: propter te sol, & sidera: lunæ cursus, temporumq; mutationes, & vicissitudines: propter te, ô sancta, & veneranda ratio, fructus, & arbores, & tot genera animantium, Prophetæ, Apostoli; denique vnicus filius Dei venit in mundum; vt ostenderet hominibus, quanti faciendum esset tuum dominium, consilium suscipiendum, ducatum non negligendum. Quare, non indocte à Magno Dionysio Areopagita, 7. de diuinis nominibus, Deus ratio nuncupatur: Ratio quoque, inquit, Deus dicitur in sanctis: non modò, quia & rationis, & sensus, & sapientiæ indultor sit; verùmetiam quia omnium causas in se vniformiter antè complexus est: quia supra simplicitatem omnem diuina expanditur ratio. hæc ratio est simplex, vereq; subsistens veritas. Quid ergo censemus aliud esse beatè viuere, inquit Augustinus; nisi secundùm id, quod in homine optimum est viuere? optimum autem hominis, est ea pars animi; cui dominanti obtemperare conuenit, cætera quæcunq; in homine sunt. Hæc autem ratio dici potest, qua nihil est melius in hominis natura: hæc Deo subdenda est; vt ad bene, beateq; viuendum, attingere valeat: hæc est animi motus, visum mentis acuens, vera à falsis distinguens: hæc est aspectus animi, quo per seipsum, non per corpus verum intuetur: hæc ab animo separari non potest; sed sua cognitione afficit animum, neq; enim non afficere potest; ita profectò afficit, vt ei esse tribuat: non enim extinguitur animus, nisi à ratione separatus. sed separari non potest: quia animus sine ratione, non est animus. Quare, si ipse animus vi rationis affectus extingui non potest: ipsa ergo ratio est inextinguibilis, atq; immortalis. Hac ratione homo intelligit, & homo est homo: ideoq; caput, & oculus hominis rectissimè appellatur. Custodite ergo mortales rationem, quæ vos immortales facit: sit vobis curæ oculus, & caput, motus, & aspectus animæ: neque enim vobis fas esse poterit, absq; oculo intueri veritatem, sine capite viuere, sine motu ambulare; denique absq; proprio aspectu sublimia contemplari, & vera à falsis discernere. En à cæteris animantibus hoc, vel maximè differimus, inquit magnus ille Hieronymus, quòd rationale animal sumus, & loqui possumus. Ratio autem omnis & sermo, diuinis libris continentur; per quos & Deum discimus, & quare creati sumus, non ignoramus. Incumbite ergo diligenter diuinis literis, ex quibus, veluti ex quibusdam lucidissimis speculis rationis splendorem, pulchritudinem, venustatem, immortalitatemq; clarissimè videbitis. Semper igitur sic viuamus, vt rationem reddendam arbitremur; & quidem soli Deo, cuius opera rationis sunt plena: nam quicunq; rationem hominis abiecerit, hæc præsentia secutus, in humum seipsum prostrauerit; vt desertor domini, & imperatoris, & patris sui, punietur. Intêdamus igitur rationi, quæ nos inseparabilis comes ad Deum sola perducet: & dum spiritus hos regit artus; infatigabili militia rationi militemus, stationes, vigiliasque creberrimas: congrediamur cum hoste; vt sic deuicto hoste, triumphantes præmium virtutis à Deo consequamur: Gratia Domini nostri Iesu Christi, Amen. Hæc de ratione dixi.

Deus est ratio

August: retracta: lib: 1. ca: 1.

De spiritu & ani: cap: 34.

De immorta: ani: cap: 6.

Oculus. Caput. Motus. Aspectus.

Hieroni: in procem: epist: ad Eph:

Lactan: lib: 6 cap: 4. & 7. cap: vlt:

TEX: MER:

Intelligentia

TEXTVS MERCVRII.

Intelligentia sensus humani qualis, aut quanta sit; tota est in memoria præteritorum. Per eam enim memoriæ tenacitatem, gubernator effectus est terræ.

Mercurius.

Commentum XI.

CAP: I.

Vm cymbam nostræ paruæ intelligentiæ, ex magno Mercurij pelago, eijcere conaremur ad portum, occurrentibus plurimis vndarum verticibus, atq; frementibus fluctuũ spumantium ictibus, diutiùs solitò immorati sumus; gratia tandem diui Pymandri, ad portum intelligentiæ appliciti, de ipsa in præsenti capite cũ Mercurio verba facere dispositi sumus. nec temerè quidem: nam postquàm locuti sumus de intellectus poßibilis substantia; par eße rati sumus, vt de eiusdem intelligentia, siue actu intelligendi aliquid diceremus: hoc enim nomen intelligentia, actum intellectus, qui est intelligere, propriè significat: propterea angeli, quia actu semper intelligunt, à philosophis intelligentiæ appellantur. Itaq; intelligentia ab intellectu non separatur, sicut potens à potentia; sed potius sicut actus ab intellectu, siue à potentia. Intellectus siquidem, primò quidem simpliciter aliquid apprehendit: & is actus intelligentia nuncupatur. deinde, id quod apprehendit, in aliquod aliud cognoscendum, siue operandum, ordinat, & disponit: & is actus vocatur intentio. ille verò, qui impenditur in inquisitione rei intentæ, cogitatio dicitur: qui autem rem excogitatam examinat, & expendit; scire, vel sapere nominatur. Quamobrem, rectè dictum est à Boëtio, soli homini rationem competere: intelligentiam verò soli Deo; propterea quòd absq; omni prorsus inuestigatione, omnia intelligat, & perscrutetur. Quocirca, intelligentia est partus mentis: siquidem mens vniuersorum capax, inquit Augustinus, & omnium rerum similitudine insignita, omnia eße dicitur, naturali quadam potentia, atq; dignitate: idcirco inuisibiles rerum causas intelligentia percipit; visibiles verò sensu colligit. Mens autem dicta est, quòd emineat in anima: præstantior namq; vis animæ est, à qua procedit intelligentia: per intelligentiam vtiq; ipsam veritatem intelligit: per sapientiam verò diligit. etenim sapientia est amor, siue sapor boni, mentis visio intelligentia. Vnde lib: octoginta trium quæstionum, quæst: 33. Quisquis, inquit, vllam rem, aliter quàm est, intelligit, fallitur: & omnis qui fallitur; id, in quo fallitur, non intelligit. Quisquis igitur vllam rem, aliter quàm est, intelligit; non eam intelligit. Non ergo potest quicquam intelligi, nisi vt est. Cùm verò in intelligendo, non sit per infinitum ire; ad aliquam præstantiorem tandem deueniendum est intelligentiam, quæ intelligit omnia, sicuti sunt, cuius nostra intelligentia vmbra est, & simulachrum: intelligit enim ex præcognitorum memoria. Proinde intelligentia, memoria, & prouidentia partes sunt prudentiæ. (eodem Augustino authore, quæst: 32.) Memoria enim animus repetit præterita: intelligentia verò ea quæ sunt, perspicit: prouidentia autem futura intuetur. Rectè ergo dictum est à sapientißimo Mercurio, Intelligentiam humani sensus, *id est, intelligere, siue actum intelligendi humani intellectus, ex memoria præteritorum proficisci; siue hæc præterita, nostræ sint ingenita naturæ, vt*

Intelligentia quid

Damascenus.

Intelligentia.

Intentio.
Cogitatio.
Scire.
Boetius 5. de consolat:
Augusti: de spiritu & ani: cap: 11.

Text: expositio.

ræ, vt dicit Plato: siue de nouo acquisita, vt vult Aristoteles. hanc ob causam, memoriæ tenacitate, homo gubernator terræ effectus: ex præteritis enim futura prospiciens, rebus agendis sese ritè accomodare studet. Vides, inquit, ô Asclepi, in quibus constituti, quæ tractemus, aut quæ audeamus attingere. Hæc intentio angustisima est peruidendis tantis bonis: latisima verò, cùm viderit felicitate conscientiæ. Circa finem dialogi 9. Pymandri, ostendit aliam speciem intelligentiæ, quæ à diuinis literis, & sacris doctoribus plurimùm commendatur: nempè per fidem cognoscere, iuxta vaticinium Esaiæ: Nisi credideritis, non intelligetis: quia merces fidei, est intellectus: primaq; intelligentia, est seipsum cognoscere: secunda verò, & id boni quod habes, Deo acceptum ferre. Hanc, inquam, intelligentiam clarißimè enodauit Mercurius. Hæc tibi ô Æsculapi, ait, intelligenti vera videbuntur, ignoranti incredibilia. Intelligere enim ipsum credere est: at non credere, proculdubiò ignorare: quæ omnia, in libro vndecimo clariùs enodare curaui. In principio autem eiusdem dialogi, non discrepat ab his, quæ dixit in Asclepio, aßerens intelligentiam ab homine proficisci, sermonisque eße sororem. Ab intelligentia, inquit, intellectus differt, quemadmodum à diuinitate Deus: diuinitas enim à Deo, intelligentia verò ab homine prouenit: hæc sermonis est soror. Quare, iuxta hanc Mercurij sententiam, sicut diuinitas realiter à Deo non differt; ita neq; intelligentia ab intellectu: deinde ordinem ostendit intelligentiæ, quòd scilicet, absq; sensuum adminiculo comparari non poßit: quia nimirum omnis nostra cognitio, ortum habet à sensu. Intelligentia, siue intellectio, absque sermone in lucem prodire non potest, neq; vicissim sermo, sine intelligentia. Sensus quoq;, & intelligentia in homine tanquam connexa, conspirant inuicem: neque enim sine sensu intelligere, neq; sine intellectione sentire vllo modo possumus. Intellectionem tamen absque sensu intelligere, possibile est, instar eorum qui in somnis phantasmata vident. Mihi quoq; videntur vtræq; operationes in somniorum visionibus exerceri: sensum autem ex somno in vigiliam suscitari. Hæc Mercurius: Ex quo intelligimus duplicem intelligentiam à Mercurio aßignari: alteram cælitùs infusam; quæ fide, & reuelatione percipitur: alteram verò humanitùs acquisitam, ex sensuum ministerio, & labore; quia oportet intelligentem phantasmata speculari. Cùm verò vna sit in homine anima rationalis, quæ virtute est sensitiua, & vegetatiua; propterea liberè affirmat, intellectionem sine sensu, neq; vicißim sentire sine intellectione in homine inueniri poße; exceptis duntaxat operationibus, quæ in somnis fiunt. Itaq;, cùm illæ duæ particulæ sibi consentiant; tunc intellectio mente concepta, depromitur. hæc Mercurius de intelligentia dicit. Cæterùm plurimis visum est, nec temerè quidem, nostram intelligentiam, vmbram eße intelligentiæ angelicæ: rationem verò, simplicis intelligentiæ vmbram: vim autem cognitiuam sensualem, vmbram rationis. Docet enim Dionysius Areopagita, in rerum conditarum ordine, infimum supremorum, fieri primum inferiorum: angelus namq;, quoniam intelligentia est simplicior homine, quod sua in natura, quasi infimum habet; naturæ inest humanæ, vt supremum. Quare, quemadmodum angelus est vmbra Dei; ita profectò intelligentia simplex, est vmbra angeli: ratio verò simplicis intelligentiæ vmbra, & vis sensualis cognitiua vmbra rationis. Porrò in hac vi sensuali cognitiua, pro suorum varietate officiorum, varij sensuum gradus distinguuntur: siquidem æstimatiua in vmbra rationis collocatur, phantasia verò in æstimatiuæ, sensus autem communis in phantasiæ: sensus verò exterior, qui est nouißima lux potentiæ cognitiuæ, quiq; deficit, & occidit in potentia solùm vegetatiua, seu nutritiua, est in vmbra sensus communis. Extitit huius sententiæ Isaac philosophus, à quo dictum est, in

Intelligere est credere.

Esaiæ 7.

August:

Dial: 9. Pym:

Differentia inter intellectũ & intelligentiam.

Sermo. Sensus.

Intellectio.

Phantasmata

Duplex intelligentia.

Intelligentia nostra vmbra intelligentiæ angelicæ

Dionysius 7. de diuinis nominibus.

Isaac philoso:

Intelligentia.

Intellectus diuinus.

est, in vmbra intelligentiæ, angeli scilicet animam rationalem creari: sensibilem verò in vmbra rationalis. Etenim intellectus diuinus, respectu intelligibilium, est simpliciter in actu: omnia enim simul & semel, per suam cognoscit essentiam.

Angelicus.

Intellectus verò angelicus, vmbra diuini intellectus, est in potentia ad intelligibilia; potentia vtiq; actui coniuncta, per species vniuersales sibi concreatas, omnia cognoscit, quæ vna specie vniuersali repræsentantur, sicut dicit Author de causis.

Humanus.

Intellectus autem humanus est in potentia ad intelligibilia, potentia planè ab actu remota: quia nimirum concreatarum specierum virtute caret: ideoq; phantasmatum fulcitur iuuamine sensuum, atq; vmbra angeli appellatur; eò quòd eius intelligendi modus, est instar vmbræ ad lucidam angeli intelligentiam. proinde omnis potentia inferior, vmbra est superioris: quia minùs habet de luce cognitionis.

Exemplum lucis solaris.

Sanè, lux solis pro varietate mediorum, variè sese diffundit: alio enim modo in denso, quàm in raro; & aliter in medio perspicuo diaphano, & peruio; quàm in obscuro, turbido, & spisso, resplendet. Ita planè & diuina lux, pro sua liberalissima, & gratuita charitate, his quidem clariùs, illis verò obscuriùs sese impertit, & communicat: & intelligentiæ quidem limpidiùs quàm rationi, & vtrique clariùs, quàm sensui.

Intelligentia cælum tertiũ

Raptus Pauli

Adhuc & intelligentia vocatur supremum, siue tertium cælum, ad quod Paulus raptus fuisse dicitur: ratio verò cælum secundum; vis autem cognitiua sensualis, cælum infimum: raptus enim Pauli fuit in superiori animæ rationalis parte, quæ spiritus, mens, siue intelligentia nominatur. Primum ergo cælum, est imaginatio supra sensus exteriores: secundum verò ratio supra imaginationem: tertium autem intelligentia supra rationem. Dicitur præterea intelligentia mens: propterea, quòd sicut mens in anima rationali, est velut oculus, & caput eiusdem; ita intelligentia inter vires cognitiuas eminet, & capitis, atq; oculi fungitur officio: ipsa quippe omnia perspicit, & à longè intuetur, angelis, & Deo immediatè subiecta, præsertim, si donum fuerit cælitùs emissum.

Intelligentia hominis secũdùm Platonẽ

Plato in Timæo videtur dicere, intelligentiam in homine à motoribus orbium proficisci: Sementem ego, inquit, tradam, id est, intelligentiam: cætera vos exequi par est. Et quidem hoc rationi videtur consentaneum, inquiunt Platonici: quandoquidem omne vltimum in ordine causatorum, à prima non egreditur causa, nisi causis mediis operantibus.

Sapiens dominatur astris.

Sed si ita res se haberet; tunc cognitio hominis legibus pareret astrorum, quod certè philosopho Ptolomæo, deniq; sacris non probatur Theologis, propterea, quòd sapiens dominetur astris. virtutes præterea, quæ in vltimis rebus apparent, propriùs, atq; efficaciùs à prima omnium causa proficiscuntur; à mediis verò, sicut à causis organicis, & instrumentalibus: ex prima siquidem causa effluit bonitatis, & intelligentiæ, & rationis abundantia in angelos, & in homines. Verùmtamen intelligentiæ, & cognitionis principium, medium, & finis, propriè, & verè à Deo exeunt, & diriguntur.

Theophrast9. Dionysius.

nam quemadmodum, inquiunt Theophrastus, & Dionysius, solis lumen in äerem dilapsum, effluit in nubem, & nube lucida rorante, terræ illabitur, terrenisq; rebus suæ impartit lucis vigorem, atq; virtutem; ita planè à sole illo inuisibili, in angelos, & in homines omnis effluit intellectualitas atq; intelligentia, omnisq; modus ritè intelligendi.

Quomodo ab angelis fit nostra intelligẽtia.

Voluit ergo Plato, par esse, vt cælicolæ illi iussis obtemperarent primi agentis: vtq; sementes cognitarum rerum à primo agricola Deo suscipientes, aliis spiritibus, atq; hominibus impartire, studiosè curarent. Etenim in sanctis illis intelligentiis, practicarum ordo inuenitur formarum, per ipsas in generabilium materiam descendens, suntq; formæ in omnibus eædem; in inferioribus magis determinatæ tamen. Sicut forma solis, eadem in sole, in äere, in nube, & in corpore determinato; lumen nihilominùs, quò magis à solis rota defecerit, & ad ima se coarctauerit; eò magis determinati recipit naturam coloris: sic ergo nostra intelligentia, & nostra omnia bona à prima intelligentia emanant, ministrantibus angelis:

Intelligentia. gelis: Ego, inquit, missus sum, angelus ad Danielem ait, vt docerem te: Et ad Moysen: Ecce ego mitto angelum meum, qui praecedat te: obserua ergo eum, & audi, vt custodias, quae tibi dicuntur ab illo. hanc ob causam dictum est à sapientibus, animam humanam instrumentum esse intelligentiae, & illuminationum supernarum receptiuam: vnde & Plato putauit ex quolibet orbe, animam secum aliquid asportasse. et in lib: de Republica dicit: sine Deo, nihil nos posse intelligere, adhibita metaphora visus: Considera, inquit, visus ipsius, & eius quod visui subiacet, vim, tali aliquo indigere: nam praesente oculis visu, nisi adsit & genus tertium propriae ad hoc naturae aptum; neq; visus videbit quicquam, neq; videri colores poterunt: medium autem hoc, lumen est. Profectò, visibilis ipsius vis, & videntis potentia, iugo quodam aliarum omnium coniugationum maximè honorando, iunctae sunt; non exigua quadam specie, quippe lumini non contemnendo. Solis certè lumen efficit, vt visus noster quàm optimè cernat, & oculis obiecta cernantur. sol visus non est, neq; oculus, cui inest visus; causa verò ipsius est. Ita Deus, nostra intelligentia non est, neq; ratio, cui inest intelligentia: causa verò nostrae intelligentiae, & rationis, est efficiens, finalis, atq; exemplaris. Quare, sicut sol generat oculum corporis, & generando vim videndi largitur, & genito actum videndi continuè praestat; sic Deus optimus, maximus, & intellectum creat; creandoq; intelligendi vim praebet; & creato intelligentiam, siue actum intelligendi continuè praestat. Animam ergo à lucerna ad lunam, & à luna ad solem attolli necesse est, inquit Plato 7. de repub. hoc est, à formis naturalibus ad mathematicas, & ab his, ad diuinas deniq; eleuari; non tam docendo, quàm purgando, & conuertendo. nam sicut sol, qui est visibilium lumen, monstrat oculis visibilia; ita ipsum bonum, quod intelligibilium lumen est, intelligenda intellectui patefacit. Sed videmus per speculum in aenigmate, & à longè, quae vera sunt, & bona, salutamus. Quemadmodum etiam Plato elegantissimè docet in principio eiusdem septimi de republica: Naturam nostram, inquit, quò ad eruditionem, & ruditatem attinet; tali quadam imagine contemplare. Finge animo subterraneum specus, instar domicilium, cuius ingressus longissimus versus lumen in antrum totum pateat, in eo homines nutritos à pueritia, qui deambulantes conspiciant; ita nos in hac vita, quasi in antro ignorantiae constituti, vmbras veritatis intelligimus. Magnum opus proposui, inquit, molior quidem disserere, partem illam verè existentis, & intelligibilis generis, quam per demonstrationis scientiam speculamur. Haec Plato, ex quibus licet colligere, nobis opus esse animo purgato, & ad Deum conuerso; vt nostra intelligentia suo vti possit officio, atq; suas exerere vires, ad aspectum intelligibilis luminis. Quid ergo sit nostra intelligentia, tum secundùm Mercurium, tum etiam secundùm Platonem, dixi.

Daniel 9.
In Exodo.
6. de Repub:
Solis & visus similitudo.
Deus est sol nostri intellectus.
Specus Platonis.

CAP: II.

Intelligentia nostra quid sit secundùm Plotinum.

Plotinus quid sit intelligentia.

DE hominis intelligentia, siue intellectione, praeclarè, atq; subtiliter philosophatus est Plotinus, asserens intelligentiam esse actum essentiae viuae, dependētis à bono: omnemq; intelligentiā, tum ex aliquo, tum alicuius existere, enn: 6. lib: 7. cap: 40. Et profectò, quae cum illo, ex quo est, cohaeret, subiectum quidem habet illud cuius est intellectio, atq; ipsa est velut inhaerens aliquid, & actus illius eiusdemq; potentiam implens, nihil interea generans: illius ergò est intelligentia, cuius est duntaxat tanquam perfectio quaedam. proinde, cui non conuenit haec perfectio aliunde, quippe quia sua ipsius es-

sentia est perfectum; profectò intelligentia non est quid diuersum à sua essentia. is verò est Deus benedictus, cuius intelligere est suum esse: nobis ergo & angelis, conuenit intelligentia, qui est actus essentiæ viuæ dependentis à bono. Ad quod certè, septem gradibus ascendimus: animi quidem purgatione: diuinorum operum singulatim cognitione comparata: ordinis, quo inferiora ad superiora gradatim reducuntur, contemplatione: comparatione quadam proportionali ex huiusmodi ordine, ad diuinum ordinem sese conferente: negatione, qua cuncta, quæ concipiuntur, negantur à primo principio: supplici ad Deum oratione: deniq; trãsformatione in bonũ, quod est supra intellectum. hac scala intelligentia nostra ascendit ad summum bonum. Reuera, existimandum est, intellectum geminam vim habere: alteram quidem ad intelligendum interna: alteram verò ad superiora suspicienda quodam intuitu, quo prius videbat solum, videndoq; accepit intellectum, vnumque existit. Sed prima quidem sanæ mentis est visio: hæc autem ipsa mens est amans. Quando enim insanit nectare penitus ebria; tunc amore corripitur, seipsam in affectionem suauitatemq; beatam saturitate diffundens. intellectus autem ipse semper exercet actum, quo & intelligit propriè, & rursus propriè non intelligit, sed alia quadam Deum inspicit ratione: itaque intelligentia apud Plotinum ea dicitur; quæ pendet ex alio, siue ex ideis ingenitis, vt dicit Plato; siue ex memoria præteritorum, secundùm Mercurium; siue ex fide, & reuelatione, secundùm scripturas, & sacros Doctores. Apud philosophum nostra intelligentia, siue intelligere manat ex sensuum phantasmatibus, seu ex præteritorum tenacitate, vt dixit Mercurius. Dicit autem duplicem esse intelligendi modum: alterum scilicet, quo intelligens, vt est in actu, ipsa cognoscit intelligibilia; atq; ita Deum cuncta intelligere. alterum vero, quo intelligens, vt est in potentia, intelligibilia similitudinis, & receptionis modo percipit; sicq; intellectum possibilem res materiales cognoscere. Verùmtamen hæc intellectio est duplex, simplex scilicet & composita: & simplex quidem est indiuisibilium, circa quæ non est falsitas; in quibus enim falsitas, & veritas est, compositio quædam iam est intellectionũ, veluti vnum entium: atq; vt Empedocles dixit, Multorum certè capita, admirabile dictum, Ceruice absq; fuere exorta in luminis aura, Illa tamen dulcis post hoc concordia tangit: sic & separata, componi solent, vt in commensurabile, & diameter. In simplici ergo intelligentia, siue intellectione, nullus cadit error: ideoq; à Plotino infallibilis intellectio vocatur: à philosopho autem verus intellectus. In compositione autem & diuisione, inuenitur veritas, vel falsitas: nam, teste Ammonio in perihermenias, falsum, & verum sunt in rebus; quemadmodum sanitas in humoribus, & effectus in causa agente: in intellectu autem, sicut sanitas in animali, & accidens in subiecto: in enuntiatione verò, veluti sanitas in vrina, & signatum in signo. Auerroes in commento illius loci, tria tribuit intellectui: simplicium apprehensionem: compositionem: & diuisionem: deniq; iudicium ex rerum habitudine acceptum. Sed Philoponus non temerè arguit: Quomodo, inquit, in intellectione indiuisibilium non inuenitur falsitas, si in libro perihermenias dicitur, circa indiuisibilium intellectionem verum, & falsum consistere? & 6. met: dicat, circa intellectionem indiuisibilium, intellectum esse verum tantùm, & nunquam verum. Soluit ipsemet dubium, consentientibus sibi Simplicio, & Themistio. Verùm ibi intelligi substantialiter, sicuti homo verus dicitur, hoc est, non depictus: atq; ita in indiuisibilium intellectione, est veritas; quia non sophistica, metaphorica, aut similitudinaria. Alio modo accipitur verum, vt distinguitur contra falsum; & ita in ea non est veritas, neq; falsitas; sed verum est, propositio vera: falsum autem est propositio falsa. Verùm operæpretium erit non ignorare, si hæc nostra intelligentia, siue intellectio intelligibilia habeat æterna, an nouiter acquisita, propterea, quòd non vna extat omnium sententia. Plato

Intelligentia.

Scala ascendẽdi ad bonum.

Lib: 7. cap: 35.

Ebrietas mentis.

3. de ani:

Intellectio simplex.

3. de ani: 21.

Empedocles:

Plotinus.

Ammonius.

Auerroes.

Philoponus.

Veritas & falsitas in quibus inueniuntur.

Simpli:

Them:

Plato.

[Intelligentia.] *[Scire est reminisci.]* in Memnone, (vt omnibus propemodum philosophiæ studiosis constare puto) omnia intellecta, velut semina quædam à natura nobis insita esse arbitratur, ac nostrum scire esse reminisci. *[Arist:]* Cui suffragari videtur philosophus 2. de anima: Multa, inquit, secundùm visum operantur animalia: alia quidem quia non habent intellectum, vt bestiæ: alia verò ex velamento intellectus. *[Simpli:]* Quasi diceret, inquit Simplicius, hominum intellectum scibilium plenum esse: Velatum tamen, aut passione, inquit Aristo: aut ægritudine, aut somno. Intellectus ergo noster, apud philosophum, intellecta habet insita; sed ea non percipit, ob velamen corporis. *[Rationes.]* Sane, ex primis, & communibus propositionibus, intellectus procedit ad conclusionem inferendam, ni aliqua ei defuerit propositio; quæ non nisi ex primis haberi potest: & quia non est in infinitum ire; oportet tandem fateri, nullam ei deesse. habet ergo omnes naturaliter: atque ita incidit in eandem Platonis sententiam. Amplius, Deus ad extra, teste philosopho, operatur necessariò, & secundùm vltimum suæ potentiæ: igitur animos hominum omnibus compleuit scibilibus; ipse quippe efficax causa est in agendo, illi verò in recipiendo. Ad hæc accidit sanctarum authoritas scripturarum, quæ constantissimè docet, quæ à Deo condita sunt, esse valde bona: valde autem bonum id dici consueuit, cui nihil deest, quod ad suæ attinet perfectionem naturæ. *[Them:]* Themistius in paraphrasi 3. de anima, Platonem, Aristotelem, Theophrastum conciliari studet. *[Simpli:]* Simplicius præterea dicit, Aristotelem non pugnare contra Platonem, sed contra Xenocratem, perperam Platonem interpretantem. Verùm enimuerò, communis propè est modernorum consensus: Aristotelem à Platone in suam opinionem defecisse; ideoque & præpositæ rationes soluere conantur: *[Soluuntur rationes.]* & ad primam quidem dicunt, Aristot: loqui, de ignorantia intellectui speculatiuo opposita; eò quòd plus temporis anima rationalis impendit in ignorantia speculatiuorum, quàm in eorundem scientia. *[Lumen intellectus.]* Ad aliam dicunt, primas propositiones nobis insitas esse naturaliter; easque à nobis cognosci lumine intellectus agentis; qui nobis inest à natura, authore Themistio: Verùm quia huiusmodi lumen, est nobis coæuum; propterea sicut nescimus ipsum intellectum agentem; ita planè ignoramus, illarum propositionum ortum, & principium. Contrario modo se habent intellecta speculatiua: quæ quoniam nobiscum non sunt cōgenita; idcirco & illorum accessum, & profectum, atque defectum percipimus: deinde quia non solo lumine innotescunt; sed aliis quoque mediarum propositionum adminiculis, quæ sunt propositiones particulares. hac de causa, quæ in vniuersali cognoscimus, in particulari ignoramus. *[Quare Deus non statim dat nobis omnium scientiam.]* Ad aliam: Quamuis Deus, secundùm philosophum, agat ad extra secundùm vltimum suæ potentiæ; non producit tamen intellectum speculatiuum, absque mediis causis, qui sunt termini: atque ita student soluere prius posita argumenta. *[Platonis opinio examinatur.]* Profectò, non videtur necessarium fore, vt si cognitio per alicuius similitudinis modum fiat; eam fieri debere per formam cogniti, eo planè modo, quo est in cognito, ita in cognoscente existentis. Considerauit quippe ille, quòd quemadmodum forma rei intellectæ, vniuersaliter, immaterialiter, atque immobiliter est in intellectu, sicut ex ipsa intellectus operatione constat satis; propterea, quòd vnuersaliter, & per cuiusdam necessitatis modum intelligit: Modus enim actionis sequitur modum formæ agentis; ita oportere, res intellectas inseipsis subsistere, immaterialiter scilicet, atque immobiliter. *[Ideæ subsistētes.]* Sed id quidem minimè est necessarium: quemadmodum ex sensibilium formis percipere possumus; quæ non vno, eodemque modo insunt rebus extra animam existentibus; & sensibus, formas sensibilium, absque materia, sicut colorem auri, sine auro, suscipientibus. Quare, intellectus non indiget pro intellectione materialium, & mobilium specierum corporum sibi comparanda; formis à materia, & motu separatis; quarum participatione, singularium acquirat cognitionem: quandoquidem huiusmodi immaterialiter, atque immobiliter ab eo percipiantur: receptum

enim

Intellect⁹ intelligit se ipsum.

enim est in recipiente, per modum recipientis. Possunt ergo ab intellectu humano corpora intelligi, absque illarum idearum adminiculis. Sed fortassis arguendo dices: quòd quemadmodum se habet sensus ad intelligibile, ita intellectus ad sensibile. sed anima per sensum nequit intelligibilia percipere: igitur per intellectum, non potest sensibilia cognoscere. intellectus siquidem necessariorum est, & earum rerum, quæ eodem modo semper se habent; cuiusmodi non sunt corpora, vt satis patet ad sensum: igitur pro corporum cognitione habenda, necessaria est idearum participatio. Ad hæc accedunt Augustini sententiæ, quarum vna dicit, corpora, nec aliquid corporeum intellectu comprehendi posse: altera verò ait, visionem intellectualem eorum esse, quæ sunt per essentiam suam in anima. huiusmodi autem non sunt corpora: ergo quod prius. Verùm si ita res se haberet; tunc nulla esset de corporibus scientia: & sic periret scientia naturalis, quæ est de corpore mobili, quod à veritate discrepat plurimùm. Ad primam autem obiectionem respondet Augustinus 22. de ciuit: Dei. Non est dicendum, inquit, quòd sicut sola corpora à sensu cognoscuntur; ita sola spiritualia ab intellectu: alioquin Deus, & angeli corporalia nequaquam cognoscere possent, quod est falsum. Quòd verò sensus spiritualia non percipiat; in causa est, quia inferior virtus non sese extendit ad ea, quæ superiori virtuti competunt: superior verò propter suæ magnitudinis eminentiam, nobiliori, atque excellentiori modo operatur, quæ sunt virtutis inferioris. Ad confirmationem dico, nihil prohibere, de rebus mobilibus immobilem haberi scientiam: rerum enim mutabilium, sunt immobiles habitudines. Ad aliam, dico Augustini sententias intelligendas esse de modo, non autem de rebus, quæ intelliguntur: intellectus siquidem corpora cognoscit, non quidem per corpora, neque per similitudines materiales, & corporeas; sed per species immateriales, & intelligibiles, quæ per sui essentiam in anima esse possunt. Quid ergo sit nostra intelligentia, sic dixi.

Obiectio. 1.
2. August: 2. soliloqui: & 12. super gene:
Soluuntur obiecti: 1.
2.

CAP: III.

Intellectus intelligit seipsum.

Voniam quidem visum est, quid sit nostra intelligentia, siue actus intelligendi; deinceps quærenda nobis sunt, quæ ipso actu intelligendi percipiantur: & inprimis, si intellectus, siue mens hùmana seipsam percipiat, & intelligat. Ad quod præclarè, & subtiliter respondet Diuus Augustinus: Mens nostra, inquit, amare seipsam non potest, nisi etiam se nouerit: nam quomodo amat, quod nescit? vnde autem mens aliquam mentem nouit, si se non nouit? neque enim vt oculus corporis videt alios oculos, & se non videt; ita mens nouit alias mentes, & ignorat semetipsam. siquidem quemadmodum ipsa mens corporearum rerum noticias, per sensus corporis colligit; sic incorporearum rerum per semet ipsam: ergo & semet ipsam per se ipsam nouit: nam si non se nouit, non se amat: hæc Augustinus. Verùm, nonnullis videtur, mentem se ipsam quidem cognoscere, non tamen per suam essentiam, sed per aliorum similitudines. Intellectus, inquit philosophus 3. de anima, intelligit se ipsum sicut & alia. sed alia non per eorum essentiam, sed per eorum similitudines intelligit: intellectus ergo non intelligit se per suam essentiam. Reuera, vnumquodque cognoscitur, authore philosopho 9. met: text: 20. quatenus est in actu: visus enim percipit colores in actu, non album & nigrum in potentia: similiter & intellectus res, quas intellecturus est, in actu intelligit. Hinc est, quòd Deus, qui est purus actus, per suam essentiam intelligit omnia: angelus autem per eorum similitudines; eò quòd non sit actus purus & completus: intellectus

Augusti: de Trinit: lib: 9. cap: 3. & seq:
An per suam essentiam. 1.
2.

Intellect' intelligit se ipsum.

verò humanus, quia in intelligibilium rerum genere, est quodammodo instar materiæ primæ in genere rerum sensibilium; propterea virtutem habet intelligendi, nō autem vt intelligatur, nisi secundùm id, quod est in actu: fit autem in actu per intellectionem

Quomodo se ipsum intelligit.

materialium, atq; sensibilium. hinc est, quòd vt seipsum queat intelligere; specierum à sensibilibus abstractarum cognitione opus habet. Non ergo per suam essentiam, sed per suū actum sese intelligit intellectus humanus. Fit autē huiusmodi cognitio actu in-

Duplex cognoscendi modus.

terdū particulari, veluti, si quipiā percipiat se habere animam intellectiuā, quia cognoscit se intelligere, & huic cognitioni sufficit mentis præsentia, quæ est principiū actus cognoscendi, ex quo mens seipsam percipit: interdū verò in vniuersali, quatenus scilicet, humanæ mentis naturam, ex actu intellectus consideramus. huiusmodi cognitio, licet fiat virtute intellectus agentis, qui est lumen nostræ naturæ, impressum à summo nostro parente Deo; potissimùm tamen manat à prima luce diuina, quæ illuminat lucernam nostri intellectus: intuemur siquidem inuiolabilem veritatem, ex qua perfectè quantùm possumus definimus, non qualis sit vniuscuiusq; hominis mens; sed qua-

August: 9. de Trin: 10.

lis esse sempiternis rationibus debeat, inquit Augustinus. Nō ergo quasi se absentem se quærat mens cernere; sed præsentem discernat suam naturam ab alijs rebus mundi huius. Paulò ante cùm loqueremur de intellectu in habitu, & in actu, nonnulla diximus de cognitione, qua seipsum intellectus intelligit, cap: 40. ac polliciti sumus, cùm de hoc negotio esset ex professo agendum, nos latiùs atq; clariùs locuturos. Cæ-

3. de ani: text 8.

terùm, quò ad hāc rem spectat, philosophus aperte ostendit modū, quo sese anima intelligit: Cùm, inquit, intellectus singula factus fuerit, perinde, atq; is qui dicitur actu sciens, quod quidem tunc accidit, cùm ipsum per seipsum operari potest: est quidem & tunc quodammodo potentia; sed non perinde vt erat anteaquam didicisset, vel in-

Arist: opinio

uenisset; atq; tunc seipsum etiam intelligere potest. Ex quibus philosophi verbis, duo potissimùm sunt annotanda: quorum alterum est, intellectum seipsum cognoscere non posse, nisi adeptionis apicem priùs attigerit: alterum verò non per suam ipsius essentiam, sed per rerum species, à sensibilibus acquisitas, seipsum intelligere; alioquin, non opus ei esset singula fieri, quò seipsum posset intelligere: etenim cùm esset in pura potentia intelligibilium, non poterat sui speciem producere: effectus verò in actu per speciem rei materialis, suiq; specie acquisita, potens est seipsum intelligere.

In his quæ sunt sine materia, idem intellectus, & quod intelligitur

Vnde text: 15. Ipse, inquit, intellectus est intelligibilis, sicut intelligibilia: in his enim quæ sunt sine materia, idē est intellectus, & quod intelligitur: scientia enim speculatiua & scibile, est idem. Quare, si intellectus possibilis est scibilis, sicut alia intelligibilia; haud dubium, quin per aliquam speciem intelligibilem se intelligat. Intellectus, ait, in actu, & id quod intelligitur, sunt vnum; sicut sensibile in actu & sensus: ipsa enim scientia speculatiua, & scibile in actu, sunt idem. Quare species rei intellectæ in actu, est species ipsius intellectus, atq; ita per ipsam seipsum intelligere potest: & ex ipso intelligere, percipit se esse naturæ intellectiuæ. Quòd verò seipsum intelligat per speciem intelligibilem, & non per suam ipsius essentiam, in causa est, vt di-

Syllog: Arist:

xi; quia est potentia tantùm in ordine intelligibilium: nihil autem intelligitur, nisi quatenus est in actu. Itaq; omnis substantia simpliciter, sine materia, sua se intelligit substantia. sed intellectus potentiæ, corpori coniunctus, non est substantia sine materia, saltem intelligibili: igitur aliorum, & non sua se intelligit essentia; alioquin scientia esset scitum in eo, quod planè puræ, ab omni materia, substantiæ competere di-

Auerro.

cimus. Si intellectus, ait Auerroes, esset intellectus per se; contingeret, vt scientia speculatiua, & scitum essent idem, quod est impossibile. Intelligit ergo se, per quid-

Opinio The: Simpl: & Phil

ditates abstractas ab intelligente agente, ab his, quorum sunt quidditates. Porrò, græci interpretes, quorum in hoc genere interpretandi, non est parui facienda authoritas, duplicia intelligibilia posuêre: & quæ suapte natura intelligibilia sunt, nempe,

Deus,

Intellect. intelligit se ipsum.

Deus, & intelligentiæ, & res materiales, & sensibiles, quæ nostra intellectione fiunt intelligibilia, non autem intellectus: noster autem intellectus, quamuis sit vltimus in sphæra primorum intelligibilium, est tamen suapte natura intelligibilis. Proinde, sicut in substãtijs abstractis, vt dicunt philosophi, idem est intelligẽs, & id quod intelligitur; ita certè res se habet in nostro intellectu posibili: scientia enim, id est, intellectus speculatiuus, & scibile, idem sunt; immaterialia enim sunt, intellectus & intelligibilia. sed intellectus noster est immaterialis, sine materia videlicet: ipse ergo est intellectus, & intelligibilis. verùmtamen si ita res se haberet; tunc intellectio nostra eßet nostra substantia, quod soli Deo competit; medium siquidem proximum est extremis, quàm ipsa extrema ad inuicem. sed intellectio medium est, inter intellectum & intelligibilia. si ergo intellectus & intelligibile sunt vnum: intellectio igitur erit magis vnum cum intellectu, quàm ipsum intelligibile; atq; ita intellectio nostra eßet nostra substãtia, quod est falsum: intellectionem enim nouam nequaquã recipere poßet: etenim nihil est per se alicuius rei receptiuũ, quod est eiusdẽ speciei cum illa. Sed omnis intellectio propria, qua intellectus posibilis propria intelligitur substantia, est eadem secundùm speciem, sicut & ipse est vnus secundùm speciem: igitur si eßet sua intellectio, non reciperet nouam speciem; quia recipiens debet eße denudatum eßentialiter à specie recepti. Sed hæc sunt absurda, & à veritate aliena: intellectus ergo non intelligit se per suam eßentiam. Itaq; intellectus posibilis per speciem receptam, aliquod intelligibile percipit: deinde speciem receptam obseruando considerat: postmodum substantiam illius speciei receptiuam: postremò substantiam, tum illi potentiæ, tum speciei receptæ subiectam; & sic tandem intelligit se ipsum. Principium autem huius intellectionis effectiuum, est prima veritas, & intellectus agens: eadem verò species, qua & seipsum intelligit, & sensibilium, atq; materialium quidditates. Per accidens ergo se intelligit, nempè per species à materialibus abstractas, virtute intellectus agentis, quæ non sunt substantialiter idem cum substantia intellectus paßibilis. Accidit ei, inquit Auerr: quòd scilicet in eius eßentia reciperentur. Poßunt tamen aliquo modo dici eius substantia, quia ipsum disponunt, & præparant ad actum intelligendi; & ita intelligens, & id quod intelligitur dicuntur vnum, intelligendi quidem, non eßendi ratione. Prædicta autem simplici, & intuitiua intellectione intellectus seipsum intelligere potest; nec non & enuntiatiua, aliqua de seipso affirmatiuè, siue negatiuè enuntiando, quód sit substantia incorporea, immaterialis, & multa quæ sunt generis eiusdem. Sed poßet quispiam contra prædicta ita arguere: omnis potentia, quæ potest aliquid intelligere aliqua ratione; profectò perfectiori modo potest & id intelligere, quod eandem habet rationem. sed intellectus potentiæ potest intelligere formas materiales, quatenus eße habent abstractum: multò ergo melius potest se intelligere, cuius est per se abstractum. Hæc est ratio Themistij in 3. de anima cap: 51. & Auerr: com: 36. Potest dici, quòd si intellectus seipsum considerat, quatenus est separatus à materia, atq; abstractus; tunc se intelligit per suam eßentiam: si verò, vt est corpori coniunctus; per materialium species. Cùm verò intelligit se per suam eßentiam; tunc est à potentia liber, quippe qui non est materialium subiectum specierum. sed hæc cognitionis conditio competit intellectui separato, de quo paulò pòst loquemur. Quomodo ergo ad mentem philosophi, anima intellectiua intelligat seipsam, non per suam eßentiam, sed per aliorum similitudines, dixi: reliquum est, enodare Platonicorum sententias. vide in 3. vbi clariùs hæc declarantur.

Contra græcos.

Quod intellectio non sit nostra substãtia.

Modus se intelligendi

Com: 3. cõ: 8

Contraria opinio

Solutio.

Intellectus intelligit se ipsum.

CAP: IIII.

Platonis, & Plotini sententia de cognitione sui ipsius.

Platonis opinio Nosce te ipsū

PLATO, in primo Alcibiadis sublimiori quodam modo, atque diuiniori nostri intellectus cognitionem ostendit, idq́ non sine optimo & accommodatissimo exemplo: de qua quidem cognitione, circa finem quinti libri Pymandri locuti sumus. Nosce teipsum, inquit: quod quidem tunc rectè fiet à nobis, quando oculus mentis illud conspicit, ex cuius contuitu, seipsum cognoscit. Nam quemadmodum facies hominis in oculo intuentis in oppositi visu relucet, velut in speculo, quam summam vocamus pupillam, simulachrum inspicientis existens; ita planè anima intellectiua, puriori sua parte conspecta, seipsam intelliget: neq́ enim visus se videntis in speculo, seipsum clarè, atq́ distinctè videre poterit, speculo sordido existente: neq́ si in quoduis aliud corporis membrum conspexerit, præterquàm in id, cuius hoc est simile; haud quaquam seipsum percipiet. Intueatur ergo anima intellectiua, seipsam cognoscere volens, eam præcipuè sui partē, in qua residet virtus animæ, sapientia, & intelligentia, qua in anima nihil est diuinius: quæ quidē potior est, & nobilissima, si purgata fuerit, & munda; Deumq́ cognoscet: quia Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quòdsi Deum nouerit, seipsum etiam percipiet. propterea in lib: de republica dicit, eum, qui Deum nescit, se perpetuò ignorare: nullamq́ ex aliis nobis vtilitatem fore; etiam si maxima sint, illa, quæ scimus, si huiusmodi cognitione caremus. Quā ob causam, qui Dei, & sui cognitionem non habent, cœci ab eodem Academicorum principe iure appellantur: inscij, & ignari pictores, qui primum pingendi exemplar perdiderunt: nauium gubernatores, vino, & ebrietate tumentes, nauium gubernacula inscijs, & imperitis tradentes. Itaq́ boni pictoris instar, tabulam nostræ mentis tergamus; vt inde labe, & ærugine excussis, imago regia resplendeat, ex cuius pulchritudine, & pictoris diuinitatem, & ipsius imaginis dignitatem percipiemus. Quare, secundùm hanc Platonis philosophiam, anima intellectiua potiùs per suam ipsius naturam, quàm per materialium similitudines, seipsam intelligit. Præclarè, atq́ subtiliter de hac re philosophatus est Plotinus: Quid nam, inquit, in causa est, vt animæ quæ diuinæ sortis sunt, Deiq́ omninò; tamen Dei patris obliuiscantur, ignorantes & seipsas, & illum. principium igitur mali est, animis audacia, generatio, prima diuersitas, & quia volunt sui iuris esse. Postquàm igitur libertate hac, siue licentia delectari cœperunt, fretæ plurimùm suo quodam ex seipsis mouendi munere, & iter contrarium ineuntes, factæq́ iam remotissimæ; iam seipsas illinc exortas esse prorsus ignorant. Ex hac autem ignorantia stupidæ, & admirabundæ effectæ, seipsis neglectis; caducis, & mortalibus, fortunæque ludibriis honorem impendunt. Quamobrem extrema diuinitatis inscitia, ex honore rebus citò perituris impenso, suiq́ ipsius contemptu, animæ videtur accidere. Verùm tamen abijcere opinionem, vt ipsemet fatetur; haud admodum facilè est; quippe cùm multa hinc secutura videantur absurda. absurdissimum proculdubiò videtur, vt qui aliorum cognitionem habet, seipsum ignoret. Quùm verò seipsum nosce dicimus, intellectum in duo non diuidimus; quorum alterum cognoscat tantùm, alterum verò cognoscatur: alioquin non aliquid idem seipsum, sed aliud cognosceret aliud: ipsum ergo cognoscens vnà est cum cognito, seseq́ complectitur. Et reuera, sensus, quæ extra animam sunt, cognoscit; imaginatio autem, sensuum actiones; ratio verò seipsam inuestigare studet: intellectus deniq́ seipsum cognoscit; quod sit ipse, & qualis ipse, & qui nam sit; & id quidem suapte natura videlicet in se conuersa: videns enim entia

Pars animæ nobilissima.

6. de Repub:

Per suam essētiam

Plotini opinio ennead: 5. lib: pri: cap: 1.

Vnde nascitur ignorantia sui

3. lib: cap. 1. ennead. 5.

Cap: 6.

Intellectꝰ intelligit se ipsum.

nim entia sese videt: atq; videns est in actu, ipseq; est actus: vnde fit, vt intellectus, & intelligentia sint idem: & totum, non partem se discernat. Itaq; cùm mens amens nunquam sit; meritò necessarium est, sui notitiam habere: præsertim cùm in seipsa permaneat, neq; aliud ipsius opus, atq; essentia sit; quàm vt solùm intellectus sit: non enim intellectus hîc in actione versatur. quo quidem ex munere, externa prospiciens, distractusq; à seipso, per illa cognitionem habeat propriam externis rebus addictam: nam omni prorsus impedimento cessante, conuersio ad seipsum, suiipsius cognitionem ostendit. Hæc Plotinus. Ex quibus facile est colligere, intellectum per suam essentiam, suiipsius notitiam habere, modò fuerit ab his, quæ eum inficiunt, sordibus, atq; maculis, liber, & immunis. Quilibet ergo pro suo arbitratu, abundet in sensu suo; salua semper Catholicæ fidei integritate: prima enim opinio, naturæ humanæ in præsenti vita degenti, plurimùm conuenit: secunda verò eidem purgatissimæ, qualem futuram dicimus, post huius miseræ vitæ curricula. Deinceps dicendum est, intellectum suum proprium actum percipere: intelligit enim se intelligere. vnumquodq; autem intelligitur, atq; cognoscitur, quatenus est in actu. sed intelligere est actus, cuius gratia intellectus dicitur esse in actu: percipitur ergo ab intellectu. Profectò, operatio, siue intelligere, quæ est vltima intellectus perfectio; non est ei conferenda actioni, quæ in alterum tendit, nempè ædificationi, quæ est rei ædificatæ perfectio; sed ei potius, quæ manet in operante, quæq; est actus, & perfectio operantis; vt in prima philosophia clarissimè docetur à magno Aristot. Intellectus siquidem humanus, non est suum intelligere: nec sui intelligere, est primum obiectum suaipsius essentia; sed aliquid extrinsecum, natura rei materialis scilicet. Quare, quod primùm ab eo percipitur, est huiusmodi obiectum: deinde ipse actus, quo obiectum cognoscitur: postremò per actum, intellectus; cuius perfectio est ipsum intelligere. itaq;, vt aliquid à nostro intellectu intelligatur; necesse est, vt intelligibile sit præsens obiectiuè; propterea, quòd primò perfectibilis sit à quidditate sensibili, & non ab animæ substantia. in causa autem est, quia nostrum intelligere, non est primum nostrum obiectum, sicut est in Deo, in quo idem est intelligere se intelligere, & intelligere suam essentiam: quia sua essentia, est suum intelligere: neq; aliquid primi obiecti, veluti in angelo, qui licet non sit suum intelligere: quippe cùm actio sit propriè actualitas virtutis, sicuti esse, est actualitas substantiæ, vel essentiæ. Quare, fieri non potest, vt id, quod non est purus actus, sit sua actualitas, quæ potentialitati aduersatur; sua tamen essentia, est sibi obiectum intelligendi. Indè fit, vt quamuis aliud sit in angelo secundùm rationem, quod nimirum intelligat se intelligere, & suam ipsius intelligat essentiam; vtrumq; tamen simul vno actu intelligit: hoc enim, quod est intelligere suam essentiam, propria quidem est suæ essentiæ perfectio; simul autem & vno actu res cum sua perfectione intelligitur. Cùm igitur nostrum obiectum intelligendi sit extrinsecum, & intelligere non sit nostra substantia; hinc est, quòd primò obiectum percipimus, deinde actum, postremò intellectum. Cæterùm, quia oratio incidit in modum intellectionis angelicæ; obiter aliquid dicendum putaui, tametsi in secundo Pymandri latiùs de hoc disputârim. Aiunt nonnulli philosophorum sapientissimi, quamlibet intelligentiam, & vno quidem intuitu, obiectiuè suam apprehendere essentiam; & consecutiuè, atq; resultatiuè cætera, quæ sub eius essentia continentur. si enim obiectiuè illa perciperent; quodammodo vilescerent, quippe quia earum intellectio à re se viliori, atq; imperfectiori dependeret. Per eorum ergo essentias, siue, vt dicit August: & Platonici, per species innatas, inferiora intelligunt: superiores verò intelligentias, per essentias superiorum; intellectiones scilicet, substantia superiori obiectiuè apprehensa. Et hæc quidem intellectio, authore Auerroe, dicitur intuitiua: propterea superior intelligentia, tum sibi, tum inferi-

Cognitio per suam essentiã (beside the line "dictam: nam omni prorsus impedimento cessante, conuersio ad seipsum, suiipsius co-")

Intellectꝰ cognoscit suum proprium actum. (beside "est, intellectum suum proprium actum percipere")

9. met: (beside "perantis; vt in prima philosophia clarissimè docetur à magno Aristot.")

Angeli intelligere non est sua substantia (beside "primum nostrum obiectum, sicut est in Deo")

Angeli quomodo se intelligant. (beside "quòd primò obiectum percipimus")

intellecto intuitiua. (beside "scilicet, substantia superiori obiectiuè apprehensa")

Intellect⁹ intelligit se ipsum.

ori est obiectiua intellectio: sibi quidem per essentiam & entitatem; inferioribus verò per coniunctionem intentionalem, atq; obiectiuam. In causa autem est, quia causatum semper deficit ab eius causa: qua ratione fit, vt inferiores perficiantur à superioribus, atq; illuminentur. Deus verò cùm sit omnibus modis perfectus, ab aliquo perfici non potest; sed est suaipsius essentia diues, qua intelligit omnia: quia est omnium entium plenitudo, & seipso est omnia, & ipse super omnia. Deus seipsum nouit, & suum esse, est esse omnium; quia omnia bona ab ipso: igitur scit omnia. Auer: 12. met: com: 15. Scientia Dei, inquit, non est vniuersalis, neq; particularis; sed est scientia entis tantùm: non enim scit hominem, vt homo: atq; ita, non est eius scientia particularis: neq; scit hominem, vt animal; & sic non est vniuersalis. Se autem tantùm scit, vt dicũt Peripathetici, & nihil extra se; quoniam ipse scit alia, prout sunt ipse; & ipsum, prout est omnia: atq; ita scire, siue intelligere Dei est simplicissimum. Quam ob causam Plato dicit, Deum esse supra intellectum, & intelligibilia: quippe qui, vt omnium idea, & intellectui largitur virtutem intelligendi, & intelligibilibus, vt queant intelligi: Deus enim est summa vnitas, summa veritas, summa bonitas; à quo est vnum, bonum, & verum: proinde quidquid est præter Deum, est multiplex, & compositum, deficiens à perfectione primi, sicut lucidum à perfectione lucis: & album à perfectione albedinis. propterea erudite dixit Parmenides, omnia esse vnum ens, infinitum, & immobile: Et Zoroastres, Omnia, inquit, sunt ex vno igne geniti: omnia ergo condita deficiunt à prima intelligendi puritate. Ex his ergo liquet: intellectum humanum, & seipsum intelligere, & suum actum intelligendi, & actum quoq; volendi: cùm enim actus voluntatis sit quædam intelligibilis inclinatio, quæ formam consequitur intellectam, sicuti appetitus naturalis, formam naturalem; cuiuslibet enim rei inclinatio in ipsa residens re, illius modum habet naturæ: hinc est, quod inclinatio naturalis, naturaliter est in re naturali: & appetitus sensibilis in sentiente, & intelligibilis; qui est actus voluntatis in intelligente, sicut in suo principio, & proprio subiecto. Voluntas, inquit philosophus 3. de anima, est in ratione. Et August: 10. de trinit: Intelligo me velle. Quod verò intelligibiliter est in aliquo, ab eo vtiq; intelligitur: proinde actus voluntatis intelligitur ab intellectu: tum quia percipit se velle: tum quia huius actus cognoscit naturam; deinde naturam eius principij, quod est habitus, vel potentia. Itaq; intelligens respectu volitionis, munere fungitur causæ efficientis: vitales enim operationes, à supposito viuente, cuius sunt, effectiuè procedunt. Habet quoq; munus causæ finalis: obiectum siquidem voluntatis, est bonum cognitum; obiectum enim est finis voluntatis: neque per accidens hæc insunt intelligenti; cùm bonum cognitum, vt cognitum, & finis sit, & obiectum voluntatis: cognoscit ergo intellectus actum voluntatis. Intelligit etiam suos habitus, qui quidem medium tenent inter potentiam & purum actum: cùm verò deficiant à pura ratione intelligendi; propterea necesse est, vt per actum intelligantur. Percipit autem aliquis se habere habitum, in proprio illius actu producendo, siue ex actu cognito, notitiam habitus inquirendo. Et prima quidem cognitio habitus, fit per illius præsentiam; quia actum producit præsens, atq; assistens habitus: secunda verò per magnæ inquisitionis studium. Quomodo ergo intellectus cognoscat seipsum, suos actus, atq; habitus, satis me dixisse puto.

Deus intelligit omnia.

Plato 6. de repub:

Parmenides. Zoroastres.

Intelligit actũ voluntatis.

Intelligit etiã suos habitus.

CAP: V.

Argumenta contraria.

Quoniam

Intellectus intelligit se ipsum.

Voniam in hoc negotio, de suiipsius cognitione, non vna est omnium sententia; propterea vtile erit, hanc controuersiam excutere, si quomodo aliquis nobis veritatis radius eluceat. Arguat ergo sic aliquis contra primam aliquorum opinionem, atque congrua, & accommodata similitudine 1.
vtatur: Quemadmodum se habet sensus ad sentire; ita planè intellectus ad intelligere. sed sensus non sentit seipsum, neque suam sensationem cognoscit; Non enim visus, inquit philosophus de somno & vigilia 12. sentit seipsum, quando videt: neque ergo intellectus intelligit seipsum. Profectò non intelligit se intuitiuè; quia est pura potentia in genere intelligibilium: neque abstractiuè; quia non est substantia rei materialis, ex qua phantasmata abstrahi possint; sed intelligit se per aliorum similitudines, quod non est se, sed aliud intelligere. Amplius, quod non sentitur, non intelligitur: 2.
intelligere enim absque phantasia fieri non potest; quia necesse est, intelligentem phantasmata speculari. sed intellectus possibilis, non est sensibilis; vt dicitur 3. de anima: non ergo est intelligibilis, neque seipsum potest intelligere. Amplius, si intellectus intelligit seipsum, aut per suam essentiam, aut per suum actum: non quidem per suam essentiam; quia non est purus actus, sed actus mixtus: neque per suum actum; alioquin suus actus esset qualitas absoluta ab ipso distincta. sed actus intelligendi, authore philoso: in 3. de anima, est idem realiter cum intellectu, atque obiecto: ergo quod prius. Iterùm, si actus intelligendi ab ipso produceretur intellectu; tunc causa materialis, & efficiens, in idem numero coinciderent: & oppositæ relationes, actiui videlicet & passiui, eadem in re numero fundarentur; ipse quippe intellectus, & ipsius actus principium esset productiuum, & eiusdem receptiuum. Adde, quòd eiusdem ad seipsum esset relatio realis: intellectus enim referretur ad seipsum, actiui, atque passiui relatione. Principium præterea, eius esset pars, quod per se producitur; quia productum illud componeretur ex intellectu, & actu intelligendi. Postremò, potentia intellectiua, non esset principium transmutandi alterum, in quantum alterum, secundùm seipsum; produceretur enim ab obiecto. ex quibus multa sequerentur absurda. Propterea consultiùs est dicere, actum intelligendi non esse qualitatem absolutam, distinctam ab ipso intellectu, atque ita habetur propositum. Iterùm, si ita res se haberet; tunc idem esset in actu, & in potentia, quod philosopho non probatur 9. met: intelligere enim respectu intellectus, est actus intelligentis: & intellectus est in potentia respectu intellectionis. Adde, quòd si intellectus intelligit per speciem alterius: igitur alia, quæ per suas species intelliguntur, ipsa quoque intelligerent, authoritate philosophi, & commentatoris 16. 3. de anima. Idem est intelligens, & id quod intelligitur: denique intelligibile mouet intellectum, sicut sensibile sensum. sed intellectus possibilis, quatenus est intelligibilis, non mouet intellectum; quia nihil mouet seipsum 3. phy: amplius, semper æstimabitur aliqua species mouens: igitur non est intelligibilis à seipso. Iterùm, quòd anima intellectiua cognoscat seipsam per suam essentiam, sic arguo. Angelus intelligit se per suam essentiam, & est eiusdem generis, respectu actus intelligendi cum anima: anima ergo intelligit seipsam: Mens, inquit Augustinus 9. de trinit: nouit seipsam per seipsam, quia est incorporea. Ad hæc accedit authoritas philosophi, sæpius adducta: quòd in his, quæ sunt sine materia, idem sit intellectus, & id quod intelligitur. In mente ergo humana idem est intellectus, & id, quod intelligitur: atque ita per suam se intelligit essentiam. Item, quòd intellectus non cognoscat proprium actum: omne enim quod cognoscitur, aliquo actu cognoscitur. quare si proprius actus ab intellectu cognoscitur: aliquo ergo actu medio ab eo cognoscitur; & ita erit ire per infinitum, quod rectè philosophanti non probatur. Adde, quòd si sensus proprium non percipit actum, sed à sensu communi percipitur; proculdubiò actus intelligendi non percipitur à proprio intellectu; sed ab omnium

Margin notes: 3. de ani: 5. 6. & 17. — 3. — 4. — Absurda multa. — 5. — 6. — 3: de ani: — 7.

Intellect' intelligit seipsum. mnium parente Deo, qui est inspector actuum omnium, & intellectuum, hominumque, Deûmque. Adde, quòd id propriè cognoscitur, quod est cognoscitiuæ obiectum virtutis, cuiusmodi actus intelligendi dici non potest: igitur actus intelligendi ab
8. intellectu poßibili non cognoscitur. Item, quòd pari facilitate, non cognoscat actum voluntatis, quorum obiecta sunt diuersa, non poßunt ab vna, eademque potentia cognosci: actus enim cognoscuntur per obiecta, quippe qui ab obiectis speciem recipiunt. sed non est vnum, atq; idem voluntatis, & intellectus obiectum: igitur vnius actus ab altero percipi non potest: actus siquidem voluntatis intellectiuæ, non est præsens intellectiuæ potentiæ, sed volitiuæ; idcirco à voluntate, & non ab intellectu per-
August: 10. con: cipitur. Fauet huic proposito authoritas Augustini dicentis, affectiones animæ, quæ sunt actus voluntatis non cognosci per imaginationes, sicut corpora: neq; per præsentiam, sicut artes; sed per quasdam profectò notiones. sed notiones ad memoriam potiùs; quàm ad intellectum attinent: non ergo cognoscuntur ab intellectu. Item,
9. quod non cognoscat habitus, vel quòd si cognoscat, per eßentiam percipiat, hoc modo: Quæ per suam eßentiam sunt in anima præsentialiter; ab anima per eßentiam cognoscuntur. sed huiusmodi sunt habitus multarum rerum, quas anima per earum similitudines acquisiuit: igitur per eßentiam ab anima cognoscuntur. Sanè si per habitus, & species intelligibiles, alia ab anima cognoscuntur; quantò magis huiusmodi habitus, atq; similitudines? Hæc pauca dicta sint ad mentem aliquorum sapientum. Reliquum est, ad has obiectiones respondere pro virili, & animi æquitate.

CAP: VI.

Soluuntur Argumenta.

AD primum, similitudo illa non tenet in omnibus: nam, etsi verum sit, quòd sicut sentire effectus est ipsius sensus, ita & intelligere ipsius intellectus; non tamen inde sequitur, vt quidquid attribuitur sensui, siue eius actui, intellectui sit attribuendum: sensus enim est virtus materialis & corporea, reflexionis minimè receptiua. intelligere autem est actus incorporeus, qui supra seipsum reflectitur, atq; ita seipsum intelligit, sicut supra dictum est, cùm de intellectu in actu ageretur. Ad confirmationem dico, intellectum seipsum intelligere per speciem alterius. Et cùm infers, hoc eße non seipsum, sed aliud cognoscere, verum quidem est, quia se primò non intelligit; sed bene
2. secundariò, alterius scilicet cognitione præcedente. Ad secundum, verum quidem est, quòd intelligibile id non sit, quod non est sensibile, sed primò & non secundariò, alterius cognitione præcedente sit intelligibile: propterea non neceße est, vt phantasma vniuersaliter sit species, indiuiduæ rei repræsentatiua; sed sufficit, si alicuius alterius rei extiterit, ad quod id quod intelligitur per se habitudinem habeat. Itaq; intellectus poßibilis, pro sui cognitione habenda, alicuius rei, seu quidditatis, vti potest phantasmate; ita quòd quidditas phantasiata, ad quam se habet intellectus instar mobilis ad motum, intellectum ad suam speciem mouet, per quam intellectus intelligit
3. se ipsum. Ad tertium dico, actum intelligendi, non eße idem formaliter cum intellectu nostro poßibili, nisi in solo Deo: sed idem in genere intelligibili, quippe, qui est vitalis perceptio obiecti intelligibilis: est ergo qualitas absoluta, & non idem omni-
4. nò cum intellectu. Ad quartum dico, causam materialem in qua, & causam efficientem, in eodem numero coincidere; relationes autem idem fundamentum non habere; sed actiui relationem agentem, paßiui verò poßibilem eße intellectum. Ad confirmationem respondeo, nihil absurdi dicere, si inter duo relatio inueniatur realis, si illa

Intellect9 intelligit se ipsum.

illa extiterint idem realiter, & ex natura rei distincta formaliter. Et cùm dicis, id quod producitur, compositum esse ex intellectu & actu, dico, in substantiali productione, produci totum compositum: in accidentali verò, formam seu ipsius formalem effectum. Ad vltimam confirmationem dico, intellectui agenti actiuam competere actionem transmutandi, possibili autem passiuam, atq; ita nullum inde absurdum sequi. Ad quintum, anima intellectiua se ipsam intelligens, respectu sui intelligere, 5.
siue intellectionis, est simul in actu & in potentia; sed diuersimodè: siquidem est in potentia receptiua, natura intellectus possibilis ratione: in potentia verò actiua, respectu intellectus agentis, de quo paulò pòst disputabimus. Ad confirmationem, negatur similitudo: rerum enim materialium species, quibus ipsa materialia intelliguntur, in huiusmodi minimè insunt subiectiuè & inhærenter, sed in potentia actiua: quia nimirum ad suas species intellectum mouent, propterea per eas nequeunt intelligere. At, quoniã huiusmodi species in intellectu sunt secundum actum, perfectionẽ namq; ei præstant, qua intelligere possit; idcircò intellectus per similes species, & alia multa, & seipsum intelligere potest. & hæc quidem fuit Aristotelis atq; Auerrois intentio, quòd scilicet in habentibus materiam, quodlibet intelligibilium sit in potentia, 3. de ani: 16.
modo vtiq; prædicto, ad speciem intelligibilem: ideoq; carere intellectu, siue virtute intelligendi, atq; esse intelligibile, & non intelligens: non enim habet speciem intelligibilem, vt formam sibi inhærentem, sicut habet intellectus passibilis. Ad vltimam, intellectus non per sui, sed per alterius speciem, sese mouet ad intelligendum. Ad sex- 6.
tum, similitudo illa non est admittenda, propterea, quòd in genere intelligibilium angeli essentia se habeat vt actus, ideoq; fungitur vice rei intellectæ & intelligentis: vel se habet vt intellectus, & vt intellectum; proinde suam essentiam per seipsum apprehendit, cuiusmodi conditio intellectui nequit humano competere: nam intellectus possibilis, in genere intelligibilium, est in pura potentia: agens verò est actus eorum, quæ è phantasmatibus abstrahuntur intelligibilium. Ad Augustinum, mens se ipsam nouit: quia per suum actum, qui tamen alterius specie mouetur & non sui. Ad authoritatem philosophi dico, in omni intellectu veritatem habere: etenim, quemadmodum sensus in actu est sensibile, propter sensibilis similitudinem, quæ est forma sensus in actu; ita planè intellectus in actu, est intellectum siue intelligibile, propter rei intellectæ, quæ est forma intellectus in actu, similitudinem: vnde fit, vt intellectus humanus, qui rei specie intellectæ in actu constituitur, per eandem, sicut per suam formam sese intelligat, & cognoscat. Perinde ergo est dicere, in his quæ sunt sine materia, idem esse intellectum & quod intelligitur; ac dicere, in his quæ sunt intellecta in actu, idem esse intellectum & quod intelligitur: ideo enim est intellectum in actu, quia est sine materia; sed hoc habet discriminis, quia vnaquæq; intelligentiarũ, est intellecta & intelligens, in substantijs verò, quæ non sunt sine materia, non est simile. propterea dicit Commentator, illam philosophi sententiam, substantijs abstractis propriè competere, quarum vnaquæq; est intellecta & intelligens. Ad septimũ, 7.
quoniam intelligere humanum, naturæ intellectæ, non est actus atq; perfectio; vt rei materialis natura, & ipsum intelligere, vnico actu intelligi possint, sicut vnico actu res cũ sua perfectione intelligitur, propterea alius est actus, quo intellectus intelligit lapidem, & alius quo intelligit se lapidem intelligere: neq; inde sequitur aliquod absurdum, hoc modo intellectum esse in potentia infinitum. Ad cõfirmationem similitudo respuitur: sensus enim est virtus organica, ideoq; non est apta ad sui actus cognitionem habendam: intellectus autem, quia est à corpore abstractus, potest suum actum cognoscere: sensus præterea proprius, sentit secundùm immutationem materialis organi à sensibili exteriori. fieri autem non potest, vt vnum immutet se ipsum, nisi ab alio mutetur, præsertim si fuerit materiale: quam ob causam actus, sensus pro-

Quæ sunt sine materia idem est intelligens & intellectum.

Quare sensus non percipit actum suum.

Intellect⁹ intelligit seipsum.

sus proprij, à sensu communi percipitur: cùm verò intellectus noster passibilis, non intelligat per materialem organi mutationem; ideo similitudo non conuenit. Ad aliam confirmationem dici potest, obiectum intellectus esse quoddam ens commune, ens scilicet, & verum, sub quo etiam comprehenditur ipse actus intelligendi. Ex quo patet, suum actum ab intellectu percipi posse; non tamen primò, quia nec in præsenti vita quodlibet ens, est primum nostri intellectus obiectum; sed ens & verum in rebus naturalibus cõsideratum, ex quorum cognitione, in aliorum notitiam tendimus. Sed dices, omne quod intelligitur, agit in intellectum: intelligere enim est quoddam pati ab intelligibili, aut aliquid huiusmodi alterum, scilicet consequens passionem, 3. de ani: 39. sed intellectio non agit aliquid in intellectum, quia agens non agit in suum subiectum, nec forma in suam materiã, in qua existit: non ergo intellectus cognoscit suam intellectionem; alioquin simul intelligeret diuersa, quod non placet philosopho 4. met: 10. Qui vnum non intelligit, inquit, nihil intelligit. consequentia probatur, cùm intellectio lapidis sit in intellectu, aliud vtiq; ab ipso lapide, & intellectus intelligat vtrumq; simul ergo intelligit diuersa. Ad hæc dico, intellectum vnica intellectione posse diuersa intelligere, intellectionẽ verò agere in intellectum, sicut causatum in suam causam. Ad octauum, maior non omnibus modis probanda est: verum enim & falsum, sola ratione differunt. Verum siquidem est quoddam bonum, similiter & bonũ est quoddam verum: propterea, quæ sunt voluntatis, cadunt sub intellectu: & quæ vicissim sunt intellectus, cadere possunt sub voluntate. non ergo obiectorum huiusmodi diuersitas, vt aiunt, potest voluntati esse impedimento, quo minùs possit actum voluntatis percipere. Ad confirmationem, Augustinus dicit, animæ affectus per quasdam notiones esse in memoria, propterea, quòd in intellectu esse nequeant, per solam similitudinem, sicut corpora: neq; per præsentiam, sicut artes in subiecto: sed sufficit, vt sint sicut principiata in suis principijs, in quibus principiatorum habetur cognitio. Ad nonum, cùm quidditas rei materialis, vt multis placet, sit nostri intellectus obiectum; hinc est, quod habitus ad modum obiecti, nostro intellectui non valeant adesse; sed potiùs ad eorum modum, quibus noster intellectus exit in actum intelligendi. Ad confirmationem, valet illa ratio, in rebus quæ sunt vnius ordinis, nẽpe in vno genere causæ, cuiusmodi non sunt ista: habitus enim non pertinent ad obiectorũ ordinem. Itaq; anima intellectiua cognoscit suas potentias per suos actus, quia potentiæ cognoscuntur per actus, vt paulò antè dictum est, in titulo de potentijs animæ: quoniam enim mouet corpus, & sensus largitur; propterea principium motus, & sensus appellatur. Ex potentiarum verò cognitione, essentiæ eiusdem notitiam acquirimus: habitus autem cognoscimus per actus; habitum fabrilem ex actu fabricantis: habitus morales, per opera virtutum: animæ affectus per virtutem intellectus. Intellectus se ipsum cognoscit, vt dictum est: quia est virtus immaterialis supra se ipsum reflexiua: per speciem enim & similitudinem à phantasmatibus abstractam, per quã factus est in actu, se ipsum reflexè contemplatur: propterea, quòd illud reflecti supra se, aliud sit nihil, quàm se ipsum cognoscere. Et reuera, directa intellectio, eo tẽpore intellectui tribuitur, quando rei materialis quidditatem intelligit, quæ eiusdem obiectum ab omnibus propè nuncupatur; vnde fit, vt non nisi sensibile, & phantasiabile, ab intellectu directè & pimariè intelligi posit: reflexè verò & secundariò, hoc est, ad alterius cognitionem, seipsum, suosq; actus, habitus, atq; potentias. In quo quidem maximè distat à sensu, qui huiusmodi reflexionis munere caret, quippe cùm sit virtus organica, & materialis, supra seipsum reflecti non potest: excepto duntaxat communi, qui sese supra aliorum sensuum actus reflectit, atq; conuertit. Perfectissima autem reflexione supra se reflectitur intellectus diuinus; quia monas gignit monadem, & in se suum reflectit amorem. Voluntas quoq; supra seipsam reflectitur: cùm enim

Obiectio. | Solutio. | 8. | 9. | Cognoscit habitus. | Virtus reflexiua. | Directa intellectio. | Indirecta. | Diui intellectus reflexio.

 Deus inef fabilis.

cùm enim nomino voluntatem; nomino & volentem aliquid, & voluntatem volentem se velle. Quocirca ex iam dictis satis perspicuum esse potest, quomodo intellectus seipsum cognoscat, deniq; quomodo eadem specie, & seipsum percipiat, & intelligibile; quia nimirum idem est actus intelligibilis, & intellectus, species intelligibilis scilicet; differenter tamen: nam species est actus intelligibilis, nempè obiectum illius à quo est; quia per intellectum abstrahitur agentem: & ad obiectum relatiuè dicitur, vtpotè eius simulachrum, & imago. Intellectus verò poßibilis actus, nominatur: veluti illius in quo est, in intellectu videlicet, qui est locus specierum, de quibus paulò pòst disputare intendo. Quomodo ergo cognoscat intellectus seipsum, suum actum, potentias, & habitus, dixi.

CAP: VII.

Quomodo intellectus intelligat Deum, & angelos.

Vamuis in quinq; libris Pymandri, & in hoc Asclepij primo, de Dei cognitione disputauerim; tamen aliquid in hoc capitulo de eadem re scribere curaui; vt sic sæpè diuinam illam Dei notitiam reuoluentes, tardæ, ac labili nostræ imprimeretur memoriæ. Hæc enim Dei notitia, est omnis boni parens: religionis mater: iusticiæ custos: virtutum nutrix: fomentum pietatis. Quamobrem, de ea sæpius verba facere lubet, & expedit. Dicamus ergo quomodo intellectus humanus Deum intelligat, videat, atq; cognoscat. Duæ inter cæteras viæ ponuntur à sacris authoribus, quibus nobis iter aperitur, panditurque aditus ad notitiam Dei habendam; quarum altera vocatur affirmationis via, seu positionis per eminentiam: nempè quòd sit perfectior, atq; nobilior omni perfectione, atq; nobilitate creaturarum, imò quòd eminentißimè contineat, quidquid perfectionis virtutis, & nobilitatis in creaturis omnibus haberi poßit. In creaturis est bonum, & melius, quæ ab optimo Deo emanant, & dependunt. Sic sapientia, potentia, vita, virtus, status, motus, sensus, & quæ sunt huiusmodi multa: in creatura, à prima sapientia, potentia, vita, virtute sunt producta omnia. Quam ob causam magnum, & paruum: idem, & alterum: simile, & dißimile: stans, & mobile à Dionysio Areopagita non temerè Deo sunt attributa. Magnus quidem Deus appellatur, quia sua propria magnitudine, magnis omnibus suimet consortium largitur: & extrinsecus super omnem magnitudinem funditur; omnem continens locum, transcendens numerum, transiliens infinitatem. Magnus, inquam, donorum profusione, sine sui diminutione: magnitudo hæc, & infinita est, & quantitate caret, & numero. Idem & paruus, siue tenuis, quod omnia penetret, maria, terras, ætherem, cælumq; profundum: penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus: discretor cogitationum, & intentionum cordis. Dicitur idem semper, quia sua substãtia est æterna, inuertibilis, in seipsa manens, eodemq; modo semper se habens, fortis, constans, immixtus, simplicißimus, nullius egens, qui augeri, minuiq; non potest. Vocatur & alter: quia est omnia in omnibus pro omnium salute, in seipso, & in sua identitate manens. Eius latitudo, est amplißima ipsius ad cuncta progreßio: longitudo verò, virtus peruagans omnia: profundum, abdita illius, & incomprehensibilis virtus: sublimitas autem, eius diuinitas. Nominatur similis, quia eius virtute fit, vt quæ producta sunt, ad ipsum conuertantur, & aliquo modo illius similitudinem, siue vestigium præ se ferre gestiant. Nam & mundi creatura est quidam liber, in quo sanctæ Trinitatis imago inscripta videtur; & per vestigij, & per imaginis, & per similitudinis modum: & vestigij quidem ratio omnibus impreßa est creaturis,

Notitia Dei.

Duæ viæ cognitionis diuinæ.

Dionys. cap. 9. de diui. no.

Magnus.

Paruus.

Idem.

Alter.

Latitudo.

Longitudo.

Profundum.

Similis.

Deus ineffabilis. creaturis, imaginis verò rationis participibus, similitudinis autem, deiformibus. Appellatur etiam dissimilis, quippe qui extra ordinem creaturarum omnium est constitutus; imò per se existit, vt ab omnibus alterum: quia nimirum ipse est omnia, intra omnia, & super omnia, & non est aliquid omnium. Et hæc est secunda via, qua rectè itur ad Dei cognitionem: via vtiq; negationis, quod scilicet Deus non sit hoc, vel illud: negationes enim, licèt minus videantur dicere, plus tamen dicunt. quod quidem intelligentes theologi, diuinitatem partim tanquam nomine carentem, partim ex omni nomine celebrant; vt carentem quidem nomine, supremam diuinitatem, aiunt, increpasse Iacob, Gen: 32. & Gedeonem Iudic: 13. Quid nomen meum quæris intelligere, & cognoscere, quod est ineffabile, quod exuperat omne nomen, quodcunque nominatur in hoc seculo, vel in futuro? Ipse quippe est in omnibus omnia, & in nullo nullus: Ipse est illud Ensoph, id est, res quædam summa, & incomprehensibilis, in remotissimo suæ diuinitatis retrocessu: & in fontani luminis inaccessibili abysso se retrahens, & contegens: nuda manens deitas sine veste, & absq; vllo circumstantiarum amictu: indiscrimina timens, & non ens: & omnia quæ rationi nostræ videntur contradictoria. Ipse est producens ens de non ente: nullius egens, vt sit ipse non ens, ens: & ens non ens. Illa sua infinitudo, & deitas ipsa, est sine indumento; vtpotè sine quouis respectu, & ordine ad creaturas. Amictus lumine sicut vestimento, vt esset lumen de lumine: atq; ita cum vestimenti sui lumine, mundum creauit. Quare, in prima contemplatione, nullum Deo nomen attribui potest prædicatione formali: in secunda verò, bonorum ab eo procedentium omnium nomina, prædicatione causali, ei accommodamus. Propterea Mercurius dicit in Pymandro: Deus nihil est omnium, Deus est omnia: Deus nullum nomen habet, Deus habet omnia nomina. Ita fermè res omnes in Deo sunt pariter, atque non sunt: propterea Parmenides apud Platonem, omnia de ipso vno rerum principio negat pariter, & affirmat. O igitur immensus splendor, nostros obtutus adeò percellens, & captus deuincens; vt veriùs dici videatur, homines te non videre, quàm videre. Quid autem dicemus de eius statu, siue sessione; nisi quòd in seipso manet, in sua immobili identitate stabiliter fixus, atq; fundatus? Moueri verò Deum religiosè putandum est, non per corruptionem, aut immutationem, aut variationem, seu successorium, localemùe motum, non rectum, non orbicularem, non ex vtrisq; constantem, non intelligibilem, non animalem, non naturalem, sed ex eo potiùs, quòd omnia bona faciat, & gubernet suis prouidentissimis sapientiæ & prouidentiæ legibus: Nam & ipsius motus rectus, est eius inflexibilis constantia, processusq; actionum nusquam inclinans: Motus verò obliquus, stabilis fœcundusq; status: Orbicularis autem, identitas continens omnia quæ ab ipso processerunt, & ad ipsum conuersionem habent: omnia est in omnia, & ipse super omnia; pro captu cuiusq; tribuens sui participationem. Itaq; via negationis Deus à nostro intellectu intelligitur; & tunc in mentis fertur caliginem, nempè cognitionis priuationem, & amoris defectum. Deserenda autem est alia caligo, creatura scilicet, vt ad secundam pateat caliginem accessus: primo autem deseritur sensitiua operatio, vegetatiua perdurante: deinde intellectiua, quoad cognitionem entis creati: postremò mens ipsa, quò ad actum secundum: quandoquidem nullum actum circa se, aut quodlibet aliud ens, præterquàm circa Deum exercere valeat; tunc anima & sibi, & creaturæ prorsus moritur; & in summo silentio Deum speculatur: Et hæc quidem cognitio per caliginem, non sine diuino lumine fit, agitur, & propagatur: hoc est mysterium absconditum à seculis, calculum candidum, & nomen nouum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Quò ad verò ad cognitionem spectat, qua noster intellectus intelligentias, siue angelos intelligit; ex tribus potissimùm angelorum effectibus, nempè ex motu orbium, ex corporalium regimine, atq; ex mini-

Dissimilis.

Via diuisionis.

Ensoph.

Parmenides.

Orpheus.

Status Dei.

Motus Dei rectus.

Obliquus.

Orbicularis.

Caligo cognitionis.

Quomodo intellectus angelos intelligit.

ex ministerio, quod nobis impendunt, facilè eam haberi posse, sapientes affirmant. siquidem per speciem intelligibilem à phantasmatibus haustam, quæ sunt rei sensatæ simulachra, angelus intelligi non potest: non enim est corpore magnus, nec qualitate aliqua corporali affectus, vtpote, rubeus, albus, coloratus, & huiusmodi; vt inde hauriantur phantasmata, quæ speciem intelligibilem administrent, pro angeli notitia, cognitioneque paranda. Verùm quia habitudinem habet ad sensibilia, & ordinē; propterea ex illorum argumentis, angeli cognitio elicitur: & primò certè ex motu, quo suum mouet orbem; Deus siquidem mouet orbem mediante intelligentia, suo profectò orbi virtute coniuncta, substantia verò ab eodem disiuncta. Et reuera, Deus sic mundum ordinauit, authore August: super Genesim; vt spiritum præfecerit omni corpori: potestas namq; particularis rectissimè ab vniuersali potestate regitur & gubernatur: proindè inferiora à superioribus administrantur. Mouet, inquit Arist: sicut appetibile: ideoq; 2. cæli Auer: dicit, intelligentias primaria intentione mouere propter se, vt in optima dispositione conseruentur: secundaria autem propter nos. Themistius autem & Alexander dixerunt, ideò ab illis sua corpora moueri; vt in diuina possint similitudine conseruari. Deus, inquiunt, vniuersum mouet motu diurno: intelligentiæ verò, & si in mouendis suis orbibus, non moueant motu diurno; mouent tamen motu circulari: atq; ita primo assimilantur motori, seseq; in optima dispositione conseruant. Plato in Thimæo censuit, intelligentias suos orbes mouere, non quidem pro eorum optima dispositione conseruanda, cùm id muneris diuina illis impartiatur virtute; sed vt diuinis potius obtemperent iussis, pareantq; mandatis. Itaque ex orbium motibus, & quidem plurimis, & diuersis, intellectus humanus, ad angelorum pertingit cognitionem. Secundus autem effectus, est administratio temporalium: aiunt enim philosophi, intelligentias à prima causa influentiam recipere virtutis; eamq; in inferiores, pro captu vniuscuiusq; refundere creaturas: Theologi autem volunt administratorios spiritus esse; propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Plato 4. de legibus: Cùm intelligeret Saturnus, inquit, nullam hominis naturam, res humanas ita gubernare posse; vt si omnibus arbitratu suo dominetur; lasciuiori superbia, iniustitiaq; non repleatur; non homines, sed diuinioris generis dæmones, ciuitatibus nostris reges, principesq; præfecit: quod nunc nos in ouium gregibus, aliorumq; armentis facimus: non enim bobus boues, nec capris capras præficimus; sed nos ipsi genus, melius dominamur. his ergo clarissimis effectibus, angelos Dei cognoscimus. De modo autem præsidendi, non vna videtur omnium fuisse sententia: nam & Plato, vt quidam dicunt, sensibilium corporum intelligentias, seu immateriales substantias, & rationes esse putauit, & species: easdemq; immediatam in corporalia omnia habere præsidentiam. Aristoteles verò voluit eas corporibus præfectas esse cælestibus, non autē rebus sensibilibus, & particularibus, quæ in hoc inferiori mundo aguntur. Auicenna autem sphæræ actiuorum, & passiuorum spiritualem aliquam substantiam immediatè præesse censuit; imitatus Platonem, qui sensibilium formas, arbitratus est, à substantiis immaterialibus profluere. Et reuera Platonici affirmant, formas, quæ sunt in materia ex immaterialibus formis causari: dicebant enim quasdam immaterialium formarum participationes, formas esse materiales; putantes formam quasi aliquid per se perfectum esse, vtpotè ab aliquo formali procedens principio. Atqui Aristo: 7. met: clarissimè profitetur, compositum propriè fieri, idemq; propriè subsistere: formam autem non propriè fieri; sed id tantùm esse, quo aliquid est, & subsistit. Sanè eius est fieri, cuius est esse: fieri siquidem est via ad esse: quod autem factum est, simile est facienti; quia agens agit sibi simile. Quamobrem, quod facit res naturales, composito simile sit, necesse est; aut quia est compositum, sicuti ignis generat ignem; aut quia virtute totum continet

Intellectꝰ intelligit Deum & angelos.

Ex motu orbium.

August:

12. met: 36.

Motus orbiū.

Gubernatio corporalium.

Heb: 1.

Administratio angelorum

Plato.

Arist:

Auicenna.

Platonici.

Cuius est fieri

Intellect⁹ formæ inditæ. planè compositum, cuiusmodi est Deus. Quare omnis informatio materiæ, vel est immediatè à Deo, vel ab aliquo agente corporali; non autem immediatè ab intelligentiis cælestibus, & formis spiritualibus. Porrò, Auicenna in hoc dissidet à Platonicis, quòd omnibus prorsus corporibus inferioribus, vnam tantùmmodo præfecerit immaterialem substantiam, quam intelligentiam vocauit agentem. Theologi. Theologi autem diuersis corporeis rebus diuersas substantias spirituales præpositas esse, constanter asseuerant. August: Vnaquæque res visibilis, ait Augustinus lib: octoginta trium quæstionum, Damascenus. in hoc mundo habet angelicam potestatem sibi præpositam. Similiter Damascenus dicit, ex illis angelicis virtutibus Diabolum extitisse, quæ præerant terrestri ordini. Gregorius. Gregorius quoque 4. dial: ait hunc mundum visibilem, per inuisibilem creaturam disponi, & gubernari. Origenes. Origenes super illud Numer: 22. Cùm vidisset asina angelum, Opus est mundo, inquit, angelis, qui præsint super bestias, & animalium natiuitati, & virgultorum, & plantationum, & cæterarum rerum incrementis: quod quidem intelligendum est, ex diuinæ ordine sapientiæ fieri, diuersis rebus, diuersos rectores præficientis. August: Augustinus quoque in lib: de trinitate tertio, dicit: Omnia corpora per spiritum vitæ rationalem gubernari. In secundo Pymandri, in quo de angelorum custodia, & præsidentia locuti sumus, de hac re latiùs, fusiusque disputauimus. Itaque, quonam modo hominis intellectus tum Deum, tum eius sanctos angelos intelligere possit, dixi.

CAP: VIII.

Intellectus humanus, intelligítne omnia per species sibi naturaliter inditas.

Si per formas insitas intelligat. Ex his quæ dicta sunt, oritur dubium, num intellectus humanus omnia intelligat, per species sibi naturaliter inditas, an per nouiter acquísitas. si enim commune cum angelis habet intelligere, quorum intelligere est per formas sibi naturaliter inditas; propterea, quòd omnis intelligentia sit plena formarum: anima ergo intellectiua, per formas sibi à principio suæ creationis insitas, omnia intelligit. Etenim, quemadmodum se habet terra in fouendis, propagandisque seminibus; ita planè anima intellectiua, in rerum cognitione sibi paranda atque acquirenda: inest enim terræ virtus generalis, cuius virtute semen attrahit nutrimentum, & illud in se conuertit; fœnum præterea ex se producit, tribulos, variaque herbarum genera: animæ quoque intellectiuæ, indita videtur multiformis idearum, seu formularū cognitio, qua potissimùm disponitur, ad diuersarum comparandam cognitionem rerum, ex quibus scientiarum iactis seminibus, capax est multiformis cognitionis habendæ. August. Quomodo autem id in anima fiat, dilucidè Augustinus disserit, lib: 1. retract: cap: 8. Quòd, inquit in lib: de ani: quāt: cap: 20. dixi, omnes artes animā secum attulisse, nostrumque scire esse quoddā reminisci, non sic accipiendum est, quasi anima extra corpus aliquandiu vixerit; & ea quæ interrogata respondet, Plato. in alia priori vita didicisse; sicut dicit Plato in Memnone; sed potius id ei accidere, quia cōnectitur non solum intelligibilibus, verùmetiam immutabilibus rebus, ad quas cùm se mouerit, vel ad se ipsam, in quantùm eas videt, in tantùm de his vera respondet. Nec sanè omnes artes eo modo secum attulit, ac secum habet. Ex ordine ergo, quo August: facta est anima, vim habet omnia intelligendi, non autem ex scientijs & artibus, quæ ei inerant in alia vita, in lib: de Trinitate 12 cap: 15. Platonis reminiscentia. Plato ille philosophus nobilis, ait, persuadere conatus est, vixisse animas hominum, antequam ista corpora gererent, & hinc esse, quòd ea quæ discuntur, reminiscuntur potiùs cognita, quàm cognoscuntur no-

Intellectus formæ inditæ.

tur noua: retulit enim puerum quendam, nescio quæ de geometria interrogatum, sic
respondisse, tanquam esset illius peritissimus disciplinæ. Verùm, si recordatio hæc,
res esset antea cognita, non vtiq; omnes hoc possent; quippe cùm non omnes in prio-
ri vita geometræ extiterint, propterea, quòd tam rari sint in genere humano, vt vix
possit aliquis inueniri: potiùs ergo tenendum est, mentis intellectualis ita conditam Rationes Au:
esse naturam; vt rebus intelligibilibus, naturali ordine disponente, conditore subiun- 1.
cta, sic ista videat in quadam luce sui generis incorporea; quemadmodum oculus car-
nis videt, quæ in hac luce corporea circumadiacent, cuius lucis capax, eiq; congruens
est creatus. Homo præterea interdum est cognoscens in potentia tantùm, & sensu, 2.
& intellectu; vnde per sensibilium actiones, de potentia deducitur ad actum intelli-
gendi; ad actum verò intelligendi, disciplinæ & inuentionis studio. Quare fateri ne-
cesse est, animam intellectiuam in potentia esse; cùm ad eas similitudines, quæ & sen-
tiendi, tùm ad eas, quæ & intelligendi sunt principia. Amplius, si animæ intellecti- 3.
uæ naturalis omnium indita est cognitio; non videtur rationi esse consentaneum, ex
corporis commercio, tantum recepisse detrimenti; vt omnium quæ nouerat, eam ca-
peret obliuio: nullus enim homo obliuiscitur ea, quæ naturaliter nouit, veluti omne
totum maius esse sua parte, & quæ sunt generis eiusdem. Adde, id esse maximè absur
dum, vt alicuius rei naturalis operatio, sui per id sustineat iacturam, quod sibi inest
secundùm naturam. Amplius, deficiente aliquo sensu, simul eorum deficit scientia, Intelligere
quæ illo sensu parari possunt: nam qui cœcus nascitur, nullam habet de coloribus sci- nostrum deficit.
entiam: sed id minimè accideret, si animæ intellectiuæ omnium inditæ essent intelli-
gibilium rationes. Quare, etsi homo in intelligendo cum angelis conueniat, plurimùm
dissidet tamen ab angelicarum mentium virtutis eminentia: mentes siquidem illæ be
atissimæ, speciebus à principio exornatæ sunt, ad quas intellectus humanus, est in po-
tentia tantummodo conditus; habetq; quasdam regulas, veluti quasdam impressiones,
annulo primæ veritatis sibi impressas, atq; sculptas, quibus capax effectus est ad om-
nium scientiam cognitionemq; habendam. Vbinam scriptæ sunt, ait Augustinus, re- 14. de tri: 15
gulæ illæ, quibus animus humanus iustum & iniustũ agnoscit, & habendum esse quod Regulæ scriptæ.
ipse non habet? proculdubiò in libro lucis illius, quæ veritas dicitur, vnde omnis lex
iusta describitur, & in cor hominis qui operatur iustitiam, non migrando, sed tanquã
inprimendo transfertur; sicut imago ex annulo, in ceram transit, & annulum non
relinquit: qui verò non operatur, & tamen videt quid operandum sit; ipse est, qui ab
illa luce auertitur, à qua tamen tangitur: qui autem nec videt, quemadmodum sit vi-
uendum, excusabilius quidem peccat, quia non est cognitæ legis transgressor; sed eti-
am ipse splendore aliquoties vbiq; præsentis veritatis attingitur, quando admonitus
cõfitetur. Si hoc modo intellexeris Platonis ideas, facile euades perplexas multorũ Ideæ Plat:
quæstiones, sicut circa finẽ 1. Pymãdri, & in 12. lib: fusiùs copiosiùsq; disputauimus:
aiunt enim nonnulli, sensibilium rerum formas per se sine materia subsistentes, à Pla
tone positas fuisse, quarum participatione, intellectus humanus sensibilium acquirit
scientiam. nam quemadmodum materia corporalis, ideæ lapidis participatione, fit
hic lapis; ita planè intellectus ideæ lapidis participatione, intelligit lapidem. Ad-
dunt etiam, ideæ participationem, per aliquam eiusdem in participante similitudinẽ
fieri, veluti exemplar, præ se fert participationem, atq; similitudinem exemplaris.
Hoc ergo modo, sicut formæ sensibiles, quæ sunt in materia corporali, ab ideis, veluti
ab earum simulachris, proficiscuntur; ita & nostri intellectus species intelligibiles,
ab huiusmodi, effluunt ideis, veluti earundem impressiones, & depictæ imagines. vn-
de fiebat, vt scientiæ & definitiones ad ideas referrent, sicuti inibi diximus. Verùm Auicennæ opinio.
Auicenna decedens ab hac sententia, autumat, omnium rerum sensibilium intelli-
gibiles species in intellectibus separatis immaterialiter præexistere: & à primo qui-

Intellectꝰ formæ inditæ.

dem intellectu, in ſecundum; & à ſecundo in tertium; & ſic deinceps in omnes demanari, vſq; ad vltimum intellectum ſeparatum, quem ipſe vocat intellectum agentem: ab ipſo autem intellectu agente, in animas humanas, ſpecies intelligibiles effluere, formas verò ſenſibiles in materiam corporalem. Inſuper arbitratur, huiusmodi ſpecies ſimul interire cum actu intelligendi; ideoq; noſtro opus eſſe intellectui iteratis conuerſionibus, vt nouos queat producere actus intelligendi: non enim ſicut Plato dicit, animæ intellectiuæ ſcientiam naturaliter inditam eſſe, eamque immobiliter permanere. Verùm ſi res ita ſe haberet, quare ergo anima vnita eſt corpori? non vtiq; propter corpus; quia neq; propter materiam eſt forma, neque propter mobile motor: fruſtrà enim corpori vniretur, ſi poſſet intelligere, ſuamq; operationem exercere ſine corpore. Si verò dixeris, animam ſenſuum miniſterium appetere, quorum adminiculis confricata, atq; excitata, animaduertat ea, quorum inditas habet intelligibiles ſpecies. ſed tunc ſenſus animam conſopitam magis excitarent, quàm iuuarent ad rerum ſcientiam comparandam: poſſet enim abſq; ſenſuum miniſterio, omnium ſenſibilium cognitionem adipiſci; atq; ita cœcus ſcientiam haberet de coloribus, quod eſt omninò erroneum. Itaq; ſpecies intelligibiles, quas noſter participat intellectus, in aliquod principium per ſuam eſſentiam intelligibile, in Deum ſcilicet, referri neceſſe eſt; à quo formis ſenſibilium, atq; materialium mediantibus, intellectui imprimuntur humano, propter conditiones præſentis vitæ, in qua neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Intellectus ſanè hominis non eget ſubſtantiis ſeparatis, quibus de potentia ad actum intelligendi deducatur: quandoquidem id ſibi præſtetur ab intellectu agente, qui eſt quædam virtus animæ intellectiuæ, nuſquam extra ipſam conſiſtens; ſicut paulò poſt dicemus, cùm de intellectu agente, nobis erit diſputandum. neque valet illa ratio, quòd ſicut ſenſibilia actu exiſtentia extra animam, cauſæ ſunt eorum, quæ ſenſu percipiuntur; ita intelligibilia, cauſæ eorum, quæ intelliguntur: propterea, quòd ſenſibilia illa, actu ſint ſenſibilia, non autem actu intelligibilia; ideoque ſimilitudo reijcitur. Fauet huic præpoſitæ doctrinæ idem Auguſtinus in libro de vera religione, cap: 31. De omnibus, inquit, pulchris, per legem pulchritudinis iudicamus: de ipſa verò lege minimè: vult enim in nobis quaſdam eſſe immutabiles leges, quæ ſupra rationalem animam ſunt; ibiq; eſſe primam vitam, & primam eſſentiam, vbi eſt prima ſapientia. Quapropter, tantò meliora eſſe iudico, quæ oculis cerno; quantò viciniora pro ſui natura ſunt his, quæ animo intelligo. Et in 2. de libero arb: cap: 10. Satis eſt, inquit, quòd iſtas tanquam regulas, & quædam lumina virtutum, & vera, & incommutabilia ſunt: verùmtamen huiuſmodi regulæ, proximæ eſſe nequeunt menſuræ, quibus de aliis immediatè iudicemus; propterea, quòd ſint nimis vniuerſales, atq; communes, reſpectu noſtri intellectus, ac rerum omnium, quarum veritatem quærimus, iudiciumq; proferre intendimus. Neceſſariæ ergo ſunt illæ formulæ à materialibus, & ſenſibilibus abſtractæ, vt per eas ad ſingularia declinantes, id eis ſimulachra conferamus: hoc enim modo metientes, formulis congrua approbamus, incongrua verò reijcimus. Sed dices fortaſſis, ſpecies intelligibiles, ex intellectus poſſibilis ſubſtantia effluere, Auguſtini authoritate fretus, ſic in lib: de trinitate philoſophantis: Illa, inquit, corpora ſunt, quæ foris per ſenſus carnis anima adamauit, eorumq; diuturna quadã familiaritate implicata, nec ſecum poteſt introrſum tanquam in regionem incorporeæ naturæ ipſa corpora inferre, imagines eorum conuoluit, & rapit, factas in ſemetipſa de ſemetipſa: igitur, ſi illæ imagines ſunt ſic factæ; profectò de intellectus ſubſtantia, & non de phantaſmatibus hauſtis à ſenſibus, depromuntur. vnde & ſubdit, Dat enim eis formandis quiddam ſubſtantiæ ſuæ. Sed hæc obiectio facilè ſoluitur, ſi ſequentia Auguſtini verba perpendantur, ex quibus clarè dignoſcitur, non de ſpeciebus intelligibilibus, ſed de ipſis

In quo diſſẽtit à Platone.

Species intelligibiles vnde.

Auguſtini doctrina de formulis intellectus.

Obiectio. 10. de trinit: cap: 5.

Solutio.

Intellectus formæ inditæ.

ipsis phantasmatibus fuisse locutum. Illas, inquit, animæ partes, quæ corporum similitudinibus informantur, cum bestiis nos habere communes sentimus. dat autem aliquid suæ substantiæ, quia hauriuntur virtute intellectus agentis, vnde fiunt species intelligibiles, quæ in ipso intellectu possibili recipiuntur: propterea dicit, ex ipsa, & in ipsa fieri anima, nempè ex intellectu agente, & phantasmate, & in ipso intellectu possibili condi, atque recipi. Socrates apud Platonem aptissima vtitur methaphora, pro huiusmodi formularum elucidanda, depromendaque notitia. Ego, inquit, in docendo, obstetrici persimilis sum, quippe qui non induco scientiam, sed educo; sicut illa conceptos iam fœtus educit in lucem: egent ergo illæ formulæ phantasmatum adminiculis, quibus educantur in lucem: ac proinde non sufficit sola conuersio ad primam intelligentiam, vt dixit Auicenna, neque idearum participatio, vt Plato censuit, sicut quidam dicunt.

Socrates. In theeteto. Obstetricis filius.

Orpheus Musas esse dicit Iouis, & memoriæ filias; propterea, quòd in memoria scientiæ delitescant, quæ nobis tributæ sunt ab omnium parente Deo. Et reuera, vt dicit Plato epistola 7. ad Dionysium, diuina non exprimuntur; nisi ex diuturna consuetudine ad ipsa, vitæque coniunctione: tunc mens per suam formulam suæ ideæ quadrare dicitur; non secus, ac cera, quæ ab annulo formata est, quæque suo congruit exemplari: illa enim quadratio, vera & distincta est hominis intelligentia, qua homo res veras parere dicitur. Quando, inquit Plato in conuiuio, animus diuinæ pulchritudinis amator, diuinas attigerit rationes; tunc non amplius simulachra attingit; sed res veras parit in seipso, partasque nutrit, & fouet. Ex quo patet, Platonem posuisse simulachra, quæ nos phantasmata vocamus, necessaria esse ad formulas nobis insitas excitandas: in quo planè non dissidet ab Augustino.

Orpheus. Plato.

Quare illa idearum participatio, non video quomodo huic Platonis congruere possit sententiæ: illa enim simulachrorum non indiget officio; hic verò dicit, non nisi per huiusmodi simulachra res veras nos consequi posse. Consentit his Augustinus 10. de trinit: 14. Stant, inquit, ipsæ intelligibiles, & non sensibiles rationes, ad quas mentis acie peruenire, paucorum est: & cùm peruenerit, quantùm fieri potuit, non in eis manet ipse peruentor; sed velut acie reuerberata repellitur. Rationes igitur videmus, licèt pauci in illa visione permaneant. Et lib: 9. de trini: cap: 6. dicit huiusmodi regulas esse supra mentem nostram incommutabiles, & permanentes. Ex quibus licet colligere Augustinū voluisse, mentem humanam in lumine diuino, & veritates intelligere æternas, & ipsas incommutabiles regulas, quibus tangimur, & illuminamur.

August: 83. quæst: 46. Simulachra necessaria. August: August: opin:

Quare, quemadmodum ipsius oculi visio, ab externo lumine, sicuti à causa fit vniuersali; & à scintilla quadam inde accensa, tanquam à causa particulari; ita planè actus intelligendi ab ampla Dei mente, & nostra dependet: à Dei lumine, & nostra scintilla nobis connata; Quoniam apud te est fons vitæ, ait Dauid, & in lumine tuo videbimus lumen; propterea, quòd sol sine sole non cernitur, neque aër sine aure auditur, neque Deus sine Deo cognoscitur. Inseruit ergo mentibus hominum ille noster agricola, & parens Deus, quædam semina, quibus possent notiones rerum edere, non secus, ac ore per linguam rerum nomina fingere; adiuuantibus, propter huius vitæ conditionem, simulachris ex sensibilibus, atque materialibus rebus haustis, atque abstractis. Ipse qui est nostræ cognitionis principium, & medium, est & finis: nam & in ipsa luce æterna rationes discernimus, & incommutabiles regulas: denique ipsam duntaxat cognoscimus rerum omnium rationem: quia Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Quomodo ergo istæ diuinæ regulæ mentibus inditæ sint humanis, ad mentem Platonis, Socratis, & Augustini, dixi.

Principium. Psal. Medium.

CAP: IX.

Intellectus formæ inditæ secundùm peripatheticos.

Qvid de huiusmodi formulis peripathetici dixerint, silectio tegi minimè cõuenit, propter rei grauitatẽ, & peripatheticæ doctrinæ authoritatẽ. Porrò philoso: in 3. de ani: sicut supra dictum est, nostrum intellectum tabulæ comparat, in qua nihil est descriptum: in libro verò de generatione animalium, deforis venire affirmat. Tunc alterum eorum euenire necesse est: aut animam intellectiuam de nouo creari; quod enim deforis venit, de potentia materiæ non producitur: aut ante corpus præfuiße. sed creatio peripatheticis non probatur: præfuit ergo, & quidem rationũ & scientiarum plena, quas ex corporeis sensibus nõ hauserat, sed ab omnium opifice acceperat: hæc dixerim secundùm peripatheticorũ fundamenta. Quomodo autem veritas rei se habeat, fol: 40. huius libri determinaui. Obliuiscitur autem omnium, cum corpori coniungitur, ob nimium materiæ fluxum, rursumq; studio & exercitatione reminiscitur, quemadmodum 7. phys: 20. dicere videtur: Sedatis, inquit, paßionibus & affectibus prauis, sublatisq; impedimentis, anima incipit scire & sapere: huius autem primæ scientiæ, nulla est generatio; scire enim & sapere intellectum, perinde est ac sibi consistere & quiescere: ad quiescendũ autem nulla est generatio, propterea, quòd quæ prius erat in habitu scientia, in actum depromitur; vbi sola habitus ad actum denominatio consurgit, quæ relatio quædam est, ad quam non est motus, 5. phys: Quòd si ita res se habet, non multum dißidet à Platone Aristoteles, si anima corpus præceßerit: neq; dicendum est, eam in ignorantiæ, & inscitiæ tenebris tanto tempore vixiße. Itaq; illa tabulæ similitudo, non ad simpliciter eße intellectus referenda est, sed ad corporariam operationem, huius vel illius respectu indiuidui: est enim anima in pura potentia, vt hæc, vt illa intelligat phantasmata, ac simulachra percipiat: propterea ad scientiæ primæ huius hominis, per quietem & constantiam intellectus, illa tabellæ ratio referenda est, quam Plato reminiscentiæ nomine appellauit. Præterea Iamblicus in Simposio Platonis profitetur, ideas nihil aliud eße, quàm rationes & rerum similitudines, in anima mundi formatas, quibus rerum teneat notiones, easq; producere sciat in vltimo mundi complemento. Dicitur enim animam mundi duos ordines habere, & primò quidem ab omnium principe Deo egredi, secundò autem ad eundem reuerti; dum autem reuertitur, plures pertransit imaginandi gradus. Primus certè vocatur amoris origo: secundus verò amoris pabulum: amoris incendium tertius: quartus amoris impetus: quintus amoris perfectio: vltimus amoris status. Primò reuertitur, secundò illustratur, tertiò inhæret, quartò appropinquat, quintò in ea sigillantur omnium rerum formæ, vltimò omnes illæ rerum ideæ eße habent quietum, vocaturq; mundi ornamentum, atq; complementum. Adde ad hæc, animam humanam consimiles gradus conscendere, & in quinto gradu omnium rerum rationes impreßas accipere. Quam ob rem, qui Platonem imitantur, aiunt, animam hominis in signifero circulo fuiße creatam, ibiq; antequàm ad corpus descenderet, sublunarium idearum adimpleri, exornariq; notionibus; atq; ita in corpus illapsam, eiusdemq; mole oppreßam, ac materiæ fluentis diuturna consuetudine prægrauatam, quæ prius didicerat, obliuioni tradere: cùm verò postea exteriorum sensuum rationibus, & phantasmatibus admonetur, in mentem reuocaret, veluti ex graui somno excitatam, quæ priùs obliuioni mandauerat. Verùm hæc omnia sub figmentis dicta sunt, vt porta intelligendi clauderetur prophanis: anima enim mundi, vt sæpius dictum est, Spiritus Sanctus nominatur, qui à Patre, Filioq; procedit, quiq; est amor in diuinis, & animæ humanæ infusus, omnium rerum

Marginal notes: 3. de ani: 14. — Supra 2. 22. — 7. phy: 20. — Tabula rasa. — Iamblicus. — Ideæ in anima mundi. — Sex gradus amoris. — Idearum pia interpretatio.

largitur

Intellect⁹ formæ inditæ.

largitur, atq; infundit notiones. Noster Mercurius, ideas in stellarum imaginibus collocauit: Deus cùm sit perfectissimus mundi opifex, *inquit,* hunc elementarium mundum, instar cælestis condidit: cælestis verò, instar spiritualis, & intelligibilis: atq; ita tot in cælestibus ideas inueniri; quot in elementario habentur species rerum. *Vnde fit, vt quodlibet sydus suo proprio dominetur ideato; videlicet taurus tauris, leo leonibus, scorpius scorpijs, serpens serpentibus, & quæ similiter se habent. Porrò, Plato in Parmenide clarissimè docet, ideas esse similitudines rerum impartibiles, à rebus non distantes, nec eijsdem vnitas atq; coniunctas: ita quòd ipsarum partes non sint in varijs hominibus distractæ, instar partium velaminis, quibus diuersi conteguntur; sed potiùs diei præ se ferunt simulachrum, qui omnibus totus adest; ita & huiusmodi omnibus adsunt indiuiduis, sine aliqua suarum partium distractione, atq; dispendio. Quare quód Aristoteli sunt species rerum, Platoni quidem sunt ideæ, quæ ideo formæ nominantur, eò quòd forma res formet, vt dicit Plato in Timæo, vel sit ratio formandi: sunt enim huiusmodi formæ intellectui humano formandarum rerũ rationes, sunt etiam quidditates, quia vnumquodq; sua quidditate, & ratione vniuersali cognoscitur. Deniq; exemplaria, propterea, quòd omne agens in agendo aliquod intuetur exemplar, ad cuius imaginẽ sua quoq; opera effingere studet: Omnia facito, dixit Deus ad Moysen, secundùm exẽplar, quod tibi ostensum est in monte. Auerroes 12. met: 39. ideas appellat materialium rationes formarum, in mente primi motoris consistentes. Heraclytus dixit huiusmodi formas multum ad scientiæ acquisitionem facere; quia nimirùm, vnumquodq; suo simili deprehenditur, atq; cognoscitur: scientia quoq; æternarum est, & non corruptibilium causarum. Itaq; Plato in Parmenide censuit, ideas esse vniuersalia, à singularibus separata, quæ vbiq; à philosopho vniuersalia appellantur: nec indiscriminatim omnia vniuersalia; sed species & non genera, sed species substantiarum, & non accidentium. Sed de his hactenus, quia circa finem primi Pymandri de his rebus satis dixi. Deinceps diligenter inspiciendum est, quomodo res immateriales ab intellectu humano rationibus deprehendantur æternis. De hac re præclarè in libro 83. quæst: disseruit Augustinus, vbi clarissimè docet, omnium creaturarum rationes in mente diuina existere, quibus omnia formantur, atq; anima intellectiua cognoscit omnia; non quidem in hac vita obiectiuè, sed causaliter: in obiecto enim aliquid cognosci; perinde est, ac imagines in speculo intueri: proinde huiusmodi cognitio beatissimis spiritibus in patria degentibus, est attribuenda. Alio modo aliquid cognoscitur in aliquo, veluti in cognitionis principio, sicut in sole cernuntur ea, quæ videntur in sole: atq; ita fas erit dicere, omnia ab anima intelligi humana rationibus æternis, quia earum participatione cognoscit omnia. Et reuera, ipsum lumen intellectuale, quod in nobis est, aliud nihil est, quàm quædam increati luminis participata similitudo: Signatum est super nos lumen vultus tui, domine, ait Propheta, quo omnia nobis demonstrantur, si illustrationem diuinæ gratiæ receperimus. Pro habenda verò rerum materialium scientia, intelligibilium specierum officio indigemus, sicut capitulo præcedenti dictum est. Idipsum asseuerat Augustinus 4. de trinit: Nunquid, ait, quia philosophi documentis certissimis persuadent, æternis rationibus omnia temporalia fieri: propterea potuerunt in ipsis rationibus perspicere, quot sint animalium genera, quæq; semina singulorum. Sunt ergo illis æternis, hæc rerum simulachra necessaria ad acquisitionem scientiarum, rerumq; notitiam habendam: non enim nostra intellectiua cognitio, per idola fit, & defluxiones, sicut dixit Democritus, authore philosopho de somno, & vigilia: à corporibus enim, quæ cogitamus, idola atq; imagines effluere, nostrasq; mentes subintroire putauit, atque ita rerum scientias in nobis generari; siquidem censuit intellectum à sensu non differre: proinde dixit,*

Margin notes: Mercurii opi; — Platonis opinio de ideis — Formæ. Ideæ. — Moyse. — Auerro; — Quorum sint ideæ. — Intellectus cognoscit res immateriales rationibus æternis — Psal: 4. — August; — Democriti opinio

scientiis

Intellect' formæ inditæ.

ſcientiis de rebus habendis, ſolam ſenſibilium immutationem ſufficere: eandemq́ per imaginum defluxiones, arbitratus eſt fieri, & in huiuſmodi defluxionibus, omnem prorſus actionem collocauit. Ariſtoteles in lib: de anima, intellectum, ſeu animam intellectiuam clarè diſcernit à ſenſibus, ipſumq́ ſentire, non animæ tantùm, ſed etiam totius coniuncti actum eſſe voluit: quia verò ex ſenſibilibus externis, coniunctū ſua recipit ſimulachra, quibus ſibi comparat rerum notitiam, atq; ſcientiam; in hoc à Democrito minimè diſſidet philoſ. ſenſitiuæ enim operationes partis, à ſenſibilibus ritè impreſſionibus depromuntur, non tamen per defluxionis modum, vt ſentit Democritus. Dicit autem philoſophus, intellectus operationem, à corporis communione non demanare, nihilq́ corporeum in rem incorpoream, virtutem habere rei alicuius imprimendæ. Non ſufficit ergo ad intellectualem operationem depromendam, ſola ſenſibilium corporum familiaris impreſſio; ſed neceſſaria eſt virtus intellectus agentis, à quo phantaſmata à ſenſibus hauſta, per cuiuſdam abſtractionis modum in actu intelligibilia reddantur. Ex quo patet ſenſibilium cognitionem, totalem non eſſe, atq; perfectam intellectiuæ cauſam cognitionis, ſed magis quodammodo cauſæ materiam. De Platonis verò opinione, ſic quidem philoſophantur, nempè intellectualem cognitionem, per immutationem intellectus à ſenſibus, minimè fieri; ſed per participationem potiùs intelligibilium formarum. Senſum etiam ponunt virtutem quandam per ſe operantem, à ſenſibilibus verò non immutari, ſed potiùs organa ſenſuum. ex qua planè immutatione, anima quodammodo excitatur, vt in ſeipſa ſenſibilium ſpecies formare poſſit. Corpus non ſentit, dicit Auguſtinus; ſed anima per corpus, quo velut nuntio vtitur, ad formandum in ſeipſa, quod extrinſecus nunciatur. Quare ad mentem Platonis, cognitio intellectualis à ſenſibili non procedit, neq; ſenſibilis à ſenſibilibus rebus omnino: ſenſibilia enim animam ſenſibilem ad ſentiendum, ſenſus verò animam intellectiuam ad intelligendum, excitant. Sed dices fortaſſis, veritatem à ſenſibus expectandam non eſſe, propterea, quòd omne, quod corporeus ſenſus attingit, ſine vlla intermiſſione temporis commutatur; quod autem non manet, percipi nō poteſt: aut quia omnia, quæ per corpus ſentimus, etiam cùm non adſunt ſenſibus, imagines tamen eorum patimur, ſicut in ſomno, vel in furore contingere conſueuit. Cùm igitur ſenſibus non valemus diſcernere, vtrum ſenſibilia, vel imagines falſas ſentiamus, nihilq́ percipi poſſit, quod à falſo non diſcernitur; cognitio autem intellectiua, apprehenſiua eſt veritatis: igitur à ſenſibus vera intellectiua cognitio haberi non poteſt. Ad hæc reſpondeo, ex his verbis Auguſtini, id tantùm oſtendi, nempè veritatem totaliter à ſenſibus non eſſe expectandam; ſed neceſſarium eſſe lumen intellectus agentis, quo immutabiliter veritatem in rebus mutabilibus cognoſcimus, & res ipſas à ſuis ſimilitudinibus ſecernimus. Quare, cùm ſenſitiua cognitio, non ſit abſoluta, & plena cognitionis intellectualis cauſa; non eſt mirum, ſi vltra ſenſitiuam ſeſe diffundit, atque extendit. Sed iterùm dicis cum Auguſtino 12. ſuper Gene: non eſſe putandum facere aliquid corpus in ſpiritum, tanquam ſpiritus corpori facienti, materiæ vice ſubdatur; omni enim modo præſtantior eſt, qui facit ea re, de qua aliquid facit: imaginem ergo corporis, non corpus ſpiritui ingerit, & imprimit, ſed potius ſpiritus in ſeipſo: intellectualis ergo cognitio à ſenſibus non dependet. Dico, de imaginaria, & non de actuali cognitione Auguſtinum fuiſſe locutum: Vis enim imaginaria, inquit Plato, operationem, quæ eſt ſolius animæ, habet. hac quoq; ratione vſus eſt Auguſtinus, qua oſtenderet, à corporibus in vim imaginariam, ſuas ſimilitudines non imprimi, ſed ab ipſamet anima id fieri. ſed tum in ipſa vi imaginaria, non ſolùm paſſiua, verùmetiam, & actiua conſtituenda eſt potentia. Verùmtamen apud philoſophum actio imaginatiuæ virtutis, ad totum coniunctum pertinet: quò fit, vt corpus ſenſibile nobilius ſit organo animalis; habetq́ ad ipſum comparationem, veluti ens

Ariſt: opinio

Intellectiua cognitio an fiat à ſenſib'

Platonis opi:

Auguſt: 12. ſuper gene.

Obiectiones.

Auguſt: octo: 3. quæſt:

Solutio.

Obiect:

Solutio.

Species intelligibilis est necessaria.

ti ens in actu, ad ens in potentia; & coloratum in actu, ad pupillam, quæ colorata est in potentia: hoc modo si intellexeris, nullus remanet ambigendi locus. sed quoniam ad speciei intelligibilis negotium decurrit oratio; par est, vt de illa aliquid dicamus.

CAP: X.

De specie intelligibili, quòd sit necessaria.

Speciem intelligibilem, impressam esse in intellectu possibili, productam ab intellectu agente, distinctamq; realiter à phantasmate etiam illustrato, cum præcipuis theologiæ atq; philosophiæ doctoribus confitemur. Etenim, intellectus possibilis, cùm sit in pura potētia in genere intelligibilium; in actu vt constituatur per aliquam formam necesse est, qua formaliter sit intelligens. quoniam autem phantasma etiam illustratum, in intellectu recipi non potest: materiale est enim: propterea, quòd idem sit secundùm rem illustratum, & non illustratum, veluti idem color est in luce, & in tenebris: igitur, præter phantasmata, ponenda est forma immaterialis, quæ vocatur species intelligibilis, producta vtiq; ab intellectu agente, receptaq; in intellectu possibili, qua ipse intellectus actuatur & perficitur. Et reuera, obiectum cognoscibile proportionem habet ad virtutem cognoscitiuam. Triplex autem est gradus cognoscitiuæ virtutis. Quædā autem virtus cognoscitiua est actus organi corporalis, sensus scilicet; cuius potentiæ sensitiuæ obiectum, est forma in materia corporali existens. quoniam verò materia est indiuiduationis principium; hac de causa, omnis sensitiuæ partis potentia, singularium est cognoscitiua, seu virtutem habet cognoscendi. Quædam autē virtus cognoscitiua, nempe angeli, quia non est actus organi corporei, neq; aliquo modo corpori coniuncta; propterea habet pro suo obiecto formā sine materia subsistentem. quare, etsi materialia ab angelis cognoscātur, non nisi tamē per immaterialia percipiuntur; in se ipsis profectò, vel in Deo. Tertius gradus cognoscendi ad intellectum pertinet humanum: qui tametsi non sit alicuius organi actus, est nihilominùs virtus animæ, quæ est forma corporis. quamobrem illius proprium est, formam in materia quidem corporali cognoscere indiuidualiter existentem, non tamen in materia se taliter habentem. Porrò, cognoscere id, quod est in materia indiuiduali, non quatenus est in tali materia; haud dubium, quin sit formam à materia indiuiduali, quam repræsentant phantasmata, abstrahere. vnde fit, vt intellectus humanus, abstrahendo à phantasmatibus, materialia intelligat; & à phantasmate & intellectu agente, per speciem intelligibilem haustam. Profectò, fieri non potest, vt aliquod potentiale essentialiter, fiat in actu formaliter, nisi per aliquod in eo intrinsecè receptum, sicut fieri nō potest, vt aliquod sit actu calidum, nisi per calorem sibi intrinsecum. Etenim intellectus possibilis, non solùm recipit, sed etiam actiuè producit actum intelligendi. Proindè, quod dicitur à philosopho, quòd intelligere & recipere est pati, ita intelligendum est; vt illud verum sit antecedenter: quia nimirum primum necesse est, vt intellectus recipiat speciem, qua fiat in actu. vnde & illud recipere, quod dicitur pati, non accipitur à philosopho intelligere formaliter, sed antecedenter potiùs, atq; causaliter. Phātasma præterea, quamuis illuminatum, suam relinquere non valet insitam materialitatem; propterea actuare non potest intellectum possibilem, quò intellectionem elicere queat: non enim potest quidditatem intellectui vniuersalem offerre in esse obiectiuo; nisi producta specie, quæ est vniuersalis in repræsentando. Deniq;, primum quod recipitur in intellectu possibili, non est ipsum intelligere; sicut quidam sentire videntur, propter philosophi sententiam 3. de anima 5. dicentis: intellectus nihil est

Necesse est ponere speciem intelligibilē.

Triplex gradus cognoscitiuæ virtutis.

Alia ratio.

Recipere est pati.

Alia ratio.

Alia ratio.

Species intelligibilis est necessaria.

eorum, quæ sunt ante intelligere; quod planè intelligendum est, atque accipiendum intelligere causaliter, & non formaliter. est autem causaliter intelligere, specie actuari; qua in primo actu intellectus positus, in actum prodit intelligendi. ad hunc quoque modum intelligere Commentator accepit, asserens intelligere nihil aliud esse, quàm has intentiones recipere. Itaq; species intelligibilis non est id, quod primò intelligitur, sed quo mediante aliquid intelligitur; alioquin scientiæ non essent de rebus, quæ sunt extra animam; sed de speciebus intelligibilibus, in anima existentibus, quod est falsum omninò: scientiæ enim sunt de rebus, quæ sunt extra animam. Similiter etiam se habet species, & similitudo rei visibilis: id enim quod videtur, est extra animam, res scilicet colorata; species verò, qua videtur, est in oculo. Quare, quemadmodum duplex in parte sensitiua conspicitur operatio: vna quidem in sensu exteriori, quando à præsente immutatur sensibili; suum namq; sine materia cognoscit obiectum, in præsentia materiæ tamen, idq; cum circumstantiis, conditionibus, atq; appendiciis eiusdem: alia est interioris sensus operatio, qua virtus imaginatiua, aliquod sibi format idolum rei absentis: & hæc quidem cognitio fit sine materia, & materiæ præsentia, non tamen eiusdem conditionibus remotis; Ita planè duplex operatio, seu cognitio in parte intellectiua consistit: quarum prima intellectus possibilis, specie vestitur, atq; informatur intelligibili: secunda verò progreditur ad actum intelligendi, diuidendo, componendo, & definiendo, quæ per speciem intelligibilem perceperat. Verùmtamen intellectus cognoscit suum obiectum sine materia, absque eiusdem præsentia, & conditionibus; quia cognoscit absentia; quoniam non lapis, sed species lapidis est in intellectu. Adde, quòd intelligit quidditatem rei, absq; conditionibus materiæ, eò quòd vniuersaliter intelligit; quæ omnia cognitioni sensitiuæ attribui non possunt: virtute siquidem, atq; conuersione intellectus agentis super phantasmata, quædam resplendet, atq; resultat in intellectu possibili similitudo, eorum tantùm repræsentatiua, quò ad naturam speciei, quorum sunt phantasmata. atq; ita abstrahi dicitur species intelligibilis à phantasmatibus: non enim eadē forma numero, quæ priùs fuit in phantasmate, postea est in intellectu, ob suam, vt dictū est, materialitatem; sed species intelligibilis recipitur, quæ est similitudo rei, à phantasmate, & intellectu agente causata, rei vniuersaliter repræsentatiua: intellectus enim est locus specierū, quippe qui intentiones colligit, & similitudines rerum: res siquidē cognitæ animæ insidunt, non secundùm reale, sed secundùm esse similitudinis. Quemadmodū igitur species sensibilis rem repræsentat, & obiectum sensibile, & quidem particulariter; ita species certè intelligibilis, rem intelligibilē, cuius est species vniuersaliter. Lumen enim cùm colorū speciebus oculis offertur, ibiq; species coloris vbi fuerint aggregatæ, ad sensum deferuntur communem; inde puriùs, ac spiritualiùs, ad virtutem imaginatiuam, & phantasticam deducuntur. Ratio autem quoniam circa phantasmata negotiatur, intelligibiles elicit species: demum potentia intellectiua superior, spiritus videlicet, siue mens, his cognitis, quæ ratio aduexit, ad lumen puræ simplicisq; intelligentiæ adducit. Ex quibus omnibus facilè colligitur, speciem intelligibilem, non esse id, quod primò intelligitur; sed id potiùs, quo intellectus intelligit: alioquin illorum sententia esset approbanda, qui dicebant, omne quod videtur, esse verum, & contradictoria simul esse vera: dicebant enim à nobis, & primò, & solas species intelligi; eò quòd vires, quæ sunt in nobis, non nisi proprias percipiunt passiones, sicq; ab intellectu solam suam passionem, speciem videlicet intelligibilem percipi. Quòd si sola propria passio à potentia sensitiua, siue intellectiua cognosceretur; profectò de ea sola ferre iudicium posset. Verùm, cùm potentia cognoscitiua ita afficiat animum cognoscentis, vt id verum putet, quod illa dictauerit: iudicium ergo illius potentiæ propriam sequetur passionem semper, atque ita omne iudicium verum apparebit.

Com: 3. de ani: com: 18.

Duplex operatio sensitiuæ partis.

Quomodo fit species intelligibilis.

Ratio.

Species non est id quod primò intelligitur.

apparebit: qui enim sanum habet gustum, dulce mel dicet esse; qui verò infectum, amarum: sicque de vna, eademque re contradictoria prolata, erunt vera; & omnis opinio æqualiter erit vera, omnisque similiter acceptio. Non ergo species intelligibilis se habet ad intellectum vt quod, sed vt quo; siquidem est rei intellectæ similitudo, & forma, qua intellectus intelligit. quoniam autem supra seipsum intellectus reflectitur; proinde eadem quidem reflexione percipit suum intelligere, & speciem quoque intelligibilem, per quam intelligit. vnde fit, vt species intelligibilis post illius intellectionem intelligatur, cuius ipsa est species, & similitudo. Cùm ergo hæc ita se habeant, omninò censendum est, intellectioni nostræ speciem intelligibilem necessariam esse. Et reuera, si intellectus separatus recipit huiusmodi species, vt patet in notitia vespertina angelorum, qua res abstractiuè, & non intuitiuè, idque per infusas sibi species contemplabantur: igitur intellectus coniunctus, species recipere potest: in his enim, quæ sunt eiusdem rationis formalis, quod vni conuenit, & alteri similiter potest conuenire. intellectus autem separatus, & coniunctus sunt eiusdem rationis; imò interdum contingit, vt sint idem numero: ergo quod prius. Amplius, beatissimæ Christi animæ, multa quidem erãt cognita, quorum conspectus non aderat, nec solùm in verbo, verùmetiam & in proprio genere: Paulus quoque illorum meminerat, quæ in raptu viderat; non quidem per phantasmata, quia eorũ phantasmata haberi nõ poterant: sunt ergo necessariæ species intelligibiles. Amplius, si intellectus modò fuerit in potentia propinqua, & accidentali ad aliquid intelligendum, qui priùs fuerat in potentia essentiali remota: mutatur ergo per aliquam formam, non per obiectum, ad quod sola est relatio rationis. Per illam ergo formam fit præsens intellectui obiectum intelligibile: ideoque prior est naturaliter actu intelligendi; potentia siquidem propinqua, qua quis potest intelligere, intelligendi actum præcedit: et hæc quidem forma, vocatur species intelligibilis. Intellectus præterea, si priùs potest naturaliter habere sibi præsens obiectum actu vniuersale; proculdubiò, priùs habebit speciem intelligibilem, quàm actum intelligendi. Sanè, obiectum ratione sui, actum præcedit: igitur vniuersalitas, quæ est propria obiecti conditio, quatenus est obiectum, actum præcedit intelligendi; quod quidem exequi non potest sine specie intelligibili: præcedit ergo ipsum intelligere, atque necessaria est nostræ intellectioni conficiendæ. Quòd si dixeris, eandem speciem numero, duas rationes diuersas, nempè obiectum vniuersale, & singulare repræsentare non posse; ideoque phantasma, quod ex sui natura obiectum præsefert, sub singularis ratione, idem sub ratione vniuersalis repræsentare non posse. Dico, eandem omninò speciem, diuerso tamen respectu, obiectum diuersimode repræsentare posse: non enim eodem modo noctu lucentia colores illuminatos ostendunt, sicut in die, solis lumine fulgurante. Eodem quoque modo in obiecto opposita eadem species repræsentare poterit, diuerso lumine affecta, phantasiæ scilicet, & intellectus agentis: ergo quod prius. Amplius, sicut ars se habet ad materiam; ita intellectus agens ad intellectum possibilem. sed ars materiæ imprimit suæ conditionis sigillum: igitur intellectus agens, cuius opus est, omnia facere, intellectui agentis suæ conceptionis imprimit formam, propterea quòd est omnia fieri. sed primus terminus actionis intellectus agentis, est vniuersale in actu, quod actum præcedit intelligendi: prius ergo recipitur species in intellectu possibili, quàm actus intelligendi: neque esse potest vniuersale sine specie intelligibili. Actio igitur intellectus agentis, qua de repræsentatiuo singularis, facit vniuersalis repræsentatiuum, ad aliquam realem formam terminatur: quæ vniuersale, quatenus est vniuersale, formaliter repræsentat: alioquin actio eius ad vniuersale sub ratione vniuersalis mutari non posset; quæ quidem absque specie intelligibili esse nequeunt. Iterùm, intellectui possibili ante actum elicitum, obiectum præsens esse non potest, 6.

Speciei intelligibilis necessitas.

Intelligit suũ intelligere.

Rationes theologicæ. 1.

2.

3.

4.

Vniuersalitas conditio obiecti.

5.

Speciei intelligibilis necessitas. in cognitione quidem abstractiua, nisi aliquo repræsentatiuo mediante, specie scilicet intelligibili. sed obiectum intelligibile, fit illi præsens virtute phantasmatis, & intellectus agentis; quæ intellectui proxima, agunt ad modum naturæ, atque ita in
7. illo causant præsentiam obiecti: necessaria ergo species intelligibilis. Item, si sensui quidem communi color præsens est, non solùm quia visui præsens est; verùmetiam, quia organo adest sensus communis per speciei præsentiam: id enim facit ad potentiæ cognitiuæ perfectionem, posse nimirùm præsens habere obiectum, sub ea planè ratione, qua est talis obiectum potentiæ: igitur, intellectui possibili, præsens erit obiectum, non solùm quia virtuti præsens est phantasticæ; sed etiam quia in intellectu fulget per speciem intelligibilem: alioquin imperfectior esset sensu communi, quod est falsum: imperfectus siquidem esset intellectus, si suam operationem circa proprium obiectum habere non posset; nisi per virtutem phantasticam; propterea quòd intellectui, quatenus est potentia, virtus phantastica contingenter coniungitur. Dependere autem in propria operatione promenda, à re sibi contingenter connexa, non paruam sonat imperfectionem. Ponenda est ergo in intellectu possibili species intelligibilis, naturaliter prior actu intelligendi.

CAP: XI.

Argumenta contraria.

NOn defuerunt homines acri ingenio, qui contra prædicta acutè & ingeniosè argumentati sint. Illa, inquiunt, virtus, quæ non est organica, sed,
1. *summè disposita ad actum intelligendi, nullam potest priorem actu speciem recipere: id enim sensui competit, qui est potentia organica. sed intellectus possibilis non est virtus organica, vt ex supradictis patet: igitur non priùs recipit speciem intelligibilem, quàm actum intelligendi. Amplius,*
2. *illa ponenda sunt in intellectu possibili, circa quæ, vel in quibus intellectus, quod quid est, speculatur. sed huiusmodi sunt phantasmata, authore philosopho, & non species*
3. de ani: *intelligibiles: Speculamur, inquit, quod quid est in phantasmatibus, quæ se habent ad intellectum, sicut sensibilia ad sensum; proinde nihil sine phantasmate intelligimus: non ergo ponendæ sunt species intelligibiles, sed phantasmata sufficere possunt.*
August: 15. de trini: *Sic etiam docet Augustinus, verbum non ex specie, sed ex habitu gigni, ex ipsa profectò scientia, quam memoria tenemus. Iterùm, species impressa ab obiecto, singu-*
3. *lare præ se fert, & non vniuersale: actio enim est singularis. à quocunque igitur fuerit impressa; singulare præ se ferat, & non vniuersale, quod intellectui offertur, necesse est. Nulla ergo species impressa intelligibile sub ratione intelligibilis, siue vniuersalis, repræsentare potest. Profectò, præsentia obiecti, est causa speciei, & non species obiecti: non enim, quia species est in oculo, ideo præsens est obiectum; sed potiùs ideo præsens est species, quia obiecti præsentia oculo adest. Primi ergò obiecti repræsentatio per speciem non fit: ideoque speciei necessitas stabiliri non potest, propter obie-*
4. *cti potentiam. Præterea, quemadmodum vnum corpus, authore Algazele 4. met: diuersis simul figuris depingi, figurarique non potest; ita planè, nec idem intellectus diuersis obiectis simul. Sed si species in intellectu esset forma naturaliter agens pro intellectione conficienda; plurimæ quoque possent esse simul, atque simul agere, propterea, quòd non sit maior ratio de vna quàm de altera. Non ergo necessaria est speciei intelligibilis præsentia; sed sufficit phantasma, & intellectus agens cum intellectu possibili, ad intellectionem producendam. Iterùm, si species intelligibilis est omni-*
5. *bus modis necessaria; tunc intellectus possibilis, passionem realem sentiret, atque experire-*

Speciei intelligibilis necessitas.

periretur in speciei huiusmodi receptione, esset illius perfectio realis, atque illam reciperet, instar subiecti accidens reale recipientis. Itaque non pateretur intellectus ab intelligibili, quatenus est intelligibile; sed potius ab agente reali: atque ita intelligere non esset motus rei ad animam, imò omnis profectò intellectio, esset eius actio absoluta; sicuti forma stans, quæ ad terminum exteriorem non egreditur, quæ omnia sunt absurda. Item, species intelligibilis, non est quid diuersum ab intelligere, siue intellectione: cognitio enim primò recipitur in potentia cognoscitiua: propterea certè, potentia cognoscitiua appellatur, quòd cognitionem primò recipiat. sed species intelligibilis in intellectu primò recipitur, vt omnium est sententia: igitur à cognitione, seu intellectione non dissidet, sicque intellectionem siue intelligere minimè præcedet, quod apertè aduersatur rationibus suprà positis. Si præterea species intelligibilis res esset omninò diuersa ab ipso intelligere, seu intellectione; tunc fermè antequàm intelligeret esset in actu, quod Aristoteli non probatur, firmiter statuenti, intellectum, quo opinatur anima & intelligit, nihil esse actu eorum, quæ sunt ante intelligere. Consequentia autem perspicua est satis: species siquidem intelligibilis, & ipsum intelligere præcedit, & res est realiter diuersa. Adde, quòd priùs ipsa intelligeretur, quàm quidditas eius, cuius est species: ignotum enim ad alicuius rei notitiam ducatum præbere non potest. sed id à veritate quàm maximè discrepat; alicuius siquidem similitudo non cognoscitur, nisi eo priùs cognito, cui est similitudo: intellectus quoque docente philosopho, priùs intelligit quidditatem, quàm speciem intelligibilem: ergo quod priùs.

6. 7. 3. de ani: 5. 3. de ani: 9. & 10.

CAP. XII.

Soluuntur Argumenta.

AD primum dico, maiorem illius falsam esse: non enim talis corporis dispositio in specie, præsentiæ obiecti causa censenda est; sed potentia potiùs apprehensiua, quæ obiectum habet actu cognoscibile sibi præsens. Quare hoc interest inter sensum & intellectum, quòd sensus in parte corporis, quod organum illius appellatur, præsens sibi obiectum habeat: intellectus verò tum obiecti præsentiam actu priorem, tum etiam ipsum actum in ratione receptiua: non ergo species præcisè ordinata est propter organum: nam ipsa pars cognitiua suapte natura, obiectum sibi præsens habere potest; secus autem se habet potentia organica, cui obiectum præsens non est, sed suo organo, nempe in ea corporis parte, quæ ab organica perficitur potentia. Itaque intellectui ob sui perfectionem, nobilitatemque præsens est obiectum; non quidem organo insculptum atque impressum, organicus enim non est; sed in specie intelligibili, quæ præcedit actum intelligendi Ad secundum, ad omnes propemodum philosophi authoritates dicendũ, eam phantasiæ & intellectus, pro huius vitæ conditione, connexionem haberi; vt nihil in vniuersali intelligat homo, cuius singulare in phantasmate non priùs habuerit. Perinde est ergo conuersio ad phantasmata, ac eum, qui vniuersale intelligit, illius singulare imaginari: non enim in phantasmate, sicut in ratione videndi, ab intellectu quod quid, siue quidditas conspicitur; sed in specie intelligibili, prius quidem visa in suo singulari, in phantasmate vtique, per phantasiæ virtutem. vnde & intellectus locus specierum dicitur: quia nimirum species saluat & conseruat, quod profectò potentiæ organicæ efficere atque præstare non possunt. Et cùm infers, speciem intelligibilem nõ in memoria, sed in scientia ab Augustino collocari, dico, speciem intelligibilem positam esse ab Augustino, tametsi illius nomine vsus non fuerit. Vnde 15. de trinit: cap: 11. cùm dixisset, ex scientia, quam memoria tenemus, verbum gigni, mox subdidit,

1. 2. August: sententia.

Speciei intelligibilis necessitas.

quòd formata cogitatio ab ea re, quam scimus, verbum sit. Gignitur, inquit, de sci-
entia quæ manet in animo, quando eadem scientia intus dicitur sicuti est: similima
est enim visio cogitationis, visioni scientiæ. quando ergo quod est in notitia, hoc est, in
verbo; tunc est verum verbum, quando nimirum verbum similimum est rei notæ, de

Verbum gigni ex scientia.

qua gignitur; & imago eius, quando de visione scientiæ, visio cogitationis exoritur:
nihil enim refert, quando id didicerit quis, quod scit loquitur; quando scilicet ad me-
moriam suam, aciem suæ cogitationis conuerterit; ac si in corde suo dixerit quod sci-
uerit. Cùm igitur ab Augustino, verbum tribuitur memoriæ vt gignenti, idq́ scien-
tiæ ratione; obiectum præsens intelligitur ab eo, in memoria intellectiua, cui non est
præsens per scientiam, veluti habitum à specie distinctum, sed per speciem intelligi-
bilem. Itaq́ scientia ibi accipitur, pro habituali obiecti præsentia in memoria intelle-
ctiua, quæ virtualiter est scientia, propterea, quòd ex obiecto præsente, tota virtua-
liter nascitur. Hæc species, est illa scientia, quæ de potentia essentiali, ad accidenta-
lem, docente philosopho 8. phys & 2. de ani: intellectum deducere dicitur. Differt
hæc ab illa, quæ propriè dicitur scientia, eò quòd necessaria sit ante illam propriè di-
ctam, pro primi actus consideratione: disponit enim intellectum, ad actum conside-
randum. Ex quo patet, quomodo Augustini authoritates sint intelligendæ, de verbi
3. productione. Ad tertium, consequentia esset recipienda, si totalis causa speciei esset
obiectum. Cùm verò ad illius productionem conficiendam, intellectus agens, vt causa
partialis accedat; mirum videri non debet, si ex his species genita, obiectum sub op-
posita ratione singularitatis præ se ferre possit. Ad confirmationem dico, obiectum
prius esse præsens intellectui, quàm speciem intelligibilem; sed præsentia reali, qua a-
gens est præsens passo; ex illius siquidem præsentia, siue approximatione, huiusmodi

Præsentia obiecti causa speciei.

species in intellectu gignitur, quæ est ratio formalis intellectionis; ex specie verò ge-
nita, quæ est imago gignentis, fit obiectum præsens, sub actus cognoscibilis, seu repræ
sentati ratione. Ex quo patet, quòd diuerso respectu, & præsentia obiecti sit causa
speciei, & speciei obiecti. Ad quartum, ratio Algazelis explosa est iampridem: op-
4. positorum enim rationes, authoribus philosopho & Commentatore, 7. met: in intel-
lectu non sunt opposita: similiter species intelligibiles, non sunt sicut figuræ corpo-
rales; quippe quæ secundùm Commentatorem, 6. met: sint formæ simplices: non ergo
valet similitudo. Ad quintum, intellectus non solùm patitur ab obiecto speciem in-
5. telligibilem imprimente, passionem verè realem; verùmetiam ab eodem obiecto, in
specie intelligibili relucente, passionem intentionalem: & illa quidem passio, est re-
ceptio intellectionis, quæ ab intelligibili exoritur, quatenus in specie resplendet intel-
ligibili. Istud autem pati, est propriè intelligere. Neq́ ex hoc sequitur, intellectio-
nem non esse motum rei ad animam: nam speciei impressio, huiusmodi motus subit vi
cem, quatenus in illa specie res habere esse dignoscitur. Itaq́ intellectio sequens spe-
ciem impressam, est motus rei ad animam: intellectione namq́ obiectum habet esse
in anima actualiter cognitum, quod priùs habitualiter tantùm cognitum habebat.
6. Ad sextum, species intelligibilis, vt dixi, non est essentialiter cognitio, sed aliquo mo-
7. do causa cognitionis; non formaliter, sed causaliter, & hoc sufficit. Ad septimum,
iam dixi, intellectum possibilem non esse aliquid formaliter per speciem intelligibi-
lem, ante suum intelligere: quia species intelligibilis, non est de eius essentia, sed bene
potentialiter, & antecedenter. Ex hoc negatur confirmationis consequentia. Et cùm
dicis, ab ignoto causam notitiæ non proficisci, dico id veritatem habere in tertio actus
intellectus, qui est discursus ab vno ad aliud: in primo autem non opus esse, vt illud
quod causat cognitionem, sit primum cognitum; species siquidem coloris in visu exi-
stens, in cognitionem ducit coloris; priùs tamen quàm color, minimè cognoscitur.

Speciei intelligibilis necessitas.

CAP XIII.

Alia Argumenta.

*IN rebus non parum obscuris, captuque difficilimis, non vnus illarum,
sed plures conscij, atq; eruditi consulendi sunt authores; vt sic tandem
ex multorum sententiis, aliquid veritatis à nobis videri poßit. hanc ob
causam aliquorum, & quidem doctißimorum argumenta his nostris
commentariis inserere studui; vt habeat lector locum amplißimum,
& ad legendum, & ad disputandum. Arguunt autem, res corporeas, & materiales
per formas à phantasmatibus haustas, à nostro quidem intellectu percipi non posse. si* 1.
*per formas à phantasmatibus abstractas res materiales humanus intellectus perci-
peret; proculdubiò falsitas inueniretur in ipso: intelligeret enim rem aliter, quàm se
haberet: materialium namq; rerum formæ, à particularibus seiunctæ, separatæque
non sunt, quorum quidem singularium similitudines phantasmata gerunt: non ergo
intelligit res corporeas, per phantasmatum abstractionem. Reuera, si res materia-
les, atq; naturales sine materia definiri non poßunt; quia in earum diffinitionem ca-
dit materia, sicut animal in definitionem hominis: nec ergo intelligi sine materia:
materia enim, cùm sit indiuiduationis principium, non percipitur per se ab intellectu.
Amplius, si phantasmata, authore philosopho 3. de anima, se habent ad animam in-* 2.
*tellectiuam, sicut colores ad visum: non ergo continget aliquid intelligi per abstra-
ctionem à phantasmatibus; sed per eorundem potius impreßionem: quia nimirum
phantasmata intellectui impreßa, cum intellectu poßibili, & lumine intellectus a-
gentis, actum producunt intelligendi: visio enim non fit per aliquarum à coloribus
specierum abstractionẽ; sed per colorum potius in visum impreßionem. Neq; id fieri
potest, vt dicitur, virtute intellectus agentis, quandoquidem ille se habeat ad phan-
tasmata, sicut lumen ad colores: lumen verò non abstrahit aliquid à coloribus; sed
potentia visibiles, actu visibiles reddit: nihil ergo per abstractionem à phantasma-
tibus intellectus humanus potest intelligere. Species præterea intelligibiles, se habent* 3.
*ad intellectum humanum, sicut id quod, non quo intelligitur: omne autem tale, non
est abstractum virtute intellectus, sed est res per se subsistens. Sanè, quod intelli-
gitur, actu est in intelligente: id enim quod actu intelligitur, est ipse intellectus in
actu. sed species intelligibilis, est huiusmodi, propterea, quòd ipsa sola, de re intel-
lecta, actu consistit in intellectu percipiente, atq; cognoscente: non ergo est quo, sed
quod intelligitur: siquidem quod intelligitur, non est extra animam, sed in anima:
quod enim est hîc, est extra animam, sensibile est & corporeũ; quod verò in anima,
intelligibile & incorporeum: atq; ita est species intelligibilis, sicut dictum est. Am-* 4.
*plius, res intellectæ sunt species intelligibiles, res intellectæ sunt paßiones animæ:
quia voces sunt notæ earum paßionum, quæ sunt in anima: igitur paßiones animæ
sunt species intelligibiles, atq; ita sunt ea, quæ actu intelliguntur, non quibus alia fi-
unt actu intelligibilia, aut intelligi poßunt. Ad hæc, & similia, facilè est responde-* Soluuntur argumenta.
*re: & ad primum quidem, consequentia non probatur: intellectus enim vnum abstra
hit, alterum non intelligendo; vtpote intelligit colorem, non intelligendo cloratum: in
quo planè abstrahendi modo, nulla falsitas inuenitur. Secus verò res se haberet, si
id fieret per modum compositionis, nempè, si vellet à rebus abstrahere ea, quæ nullo
modo realiter abstrahi poßunt, nisi per earum corruptionem; vt rationale ab homi-
ne, & materia à rebus materialibus. Potest ergo intellectus humanus res corpore-
as, & materiales intelligere per formas à phantasmatibus haustas, sine aliqua suæ
intellectionis falsitate: non enim ita abstrahit speciem lapidis à materia, vt non*

Speciei intelligibilis necessitas.

intelligat eam esse in materia: alius siquidem est modus intelligentis in intelligendo, quàm modus rei in essendo: quia nimirum quod intelligitur, est in intellectu immaterialiter, & per modum intellectus, ideò nulla est falsitas. Et cùm dicis, quòd phantasmata sunt particularia, à quibus species intelligibiles abstrahuntur: igitur & ipsæ similiter se habebunt. Dico, ad cuiuslibet speciei materialis rationem pertinentia, puta hominis, equi, leonis, sine principijs indiuidualibus considerari posse: non enim ad speciei rationem pertinent; hoc enim est abstrahere vniuersale à particularibus, seu speciē intelligibilem à phantasmatibus; speciei vtiq; naturam speculari, absq; indiuiduantium principiorum consideratione, quæ per phantasmata repræsentantur. Ad confirmationem dico, rei naturalis speciem ab intellectu abstrahi quidem à materia indiuiduali, non autem à communi. Est autem materia communis, vt caro, & os: indiuidualis verò, vt hæ carnes, hæc ossa. Itaq; intellectus abstrahit speciem hominis à materia indiuiduali, quia ad eiusdem rationem non pertinet, vt dicit philosophus 7. met: Species autem mathematicæ à materia, ritè sensibili, non autem indiuiduali, per intellectum abstrahi possunt; à materia intelligibili indiuiduali, non autem à materia intelligibili communi. Est autem materia sensibilis, materia corporalis, quæ qualitatibus sensibilibus subiacet, nempe calido & frigido, duro & molli, & his similibus. Materia verò intelligibilis, est substantia, quæ subiacet quantitati: substantiæ autem priùs inest quantitas, quàm sensibiles qualitates; proinde, numeri, dimensiones, & figuræ, quantitatum terminationes, sine sensibilibus qualitatibus considerari possunt; non tamen sine materia communi intelligibili, hoc est, intellectu substantiæ quantitati subiectæ; sed bene sine hac vel illa substantia, abstractione vtiq; à materia indiuiduali intelligibili. Ad secundum, negatur similitudo: colores enim tum in materia corporali indiuiduali, tum etiam in potentia visiua, eundem habent existendi modum, ideoq; visui suam possunt similitudinem inprimere. Secus verò se habent phantasmata, propterea quòd indiuiduorum similitudines sint, in corporeis organis existentes; propterea, quoniam eundem cum intellectu humano modum existendi non habent, sese in intellectum possibilem inprimere nequeunt. Quam ob rem intellectus agens supra phantasmata sese conuertens, similitudinem inde educit eorum repræsentatiuam, quorum quidem sunt phantasmata ad naturam speciei pertinentia. Et is profectò est modus speciem intelligibilem abstrahendi: non enim, vt dixi, eadem numero forma, quæ priùs in phantasmatibus extiterat, postmodùm in intellectu resultat & transfertur. Ad confirmationem respondeo, virtute intellectus agentis, & phantasmata illuminari: quia habiliora, aptioraq; redduntur, vt ab eis species intelligibiles abstrahi possint; sicut pars sensitiua, ex cōiunctione, quam habet ad intellectum, validior efficitur & viuacior. Et species intelligibiles abstrahi possunt: quia nimirùm intellectus possibilis, absq; indiuidualibus conditionibus percipit naturas specierum, earumq; similitudinibus vestitur, informaturque; abstrahit siquidem species intelligibiles à phantasmatibus; quia in vniuersali rerum naturas considerat, per conuersionem vtiq; ad phantasmata. Ad 3. quia intellectus est in intelligente; idcirco res intellecta in actu, dicitur intellectus in actu; eò quòd eius similitudo sit forma intellectus, sicuti rei sensibilis similitudo, forma est sensus in actu. Itaq; species intelligibilis, non est id, quod actu intelligitur, sed similitudo rei intellectæ. Ad confirmationem dico, quòd quemadmodum vniuersale abstractum duo importat, ipsam naturam rei scilicet, & abstractionem, seu vniuersalitatem; ita planè id, quod actu intelligitur, & rem intellectam, & hoc, quod est ipsam intelligi. Quare, ipsa rei natura, cui accidit intelligi, abstrahi, siue vniuersalitatis intentio, non nisi in singularibus inuenitur; ipsum verò intelligi, siue vniuersalitatis intentio in intellectu: quemadmodum enim coloris pomi similitudo, & non odoris,

Margin notes:
- Vniuersale. (beside "quòd phantasmata sunt particularia")
- Materia communis, & indiuidualis. (beside "quidem à materia indiuiduali, non autem à communi")
- Sensibilis materia. (beside "diuiduali, non autem à materia intelligibili communi"; partly blotted)
- Intelligibilis materia. (beside "duro & molli, & his similibus")
- 2. (beside "tia, abstractione vtiq; à materia indiuiduali intelligibili. Ad secundum")
- Modus abstrahendi speciē intelligibilē. (beside "naturam speciei pertinentia")
- 3. (beside "sali rerum naturas considerat")

odoris, est in visu intuentis; ita planè humanitas quæ intelligitur, non nisi in isto, vel illo homine inuenitur. Quòd verò percipiatur ab intellectu absque indiuiduantium conditione; in causa est, natura intellectus recipientis, in quo speciei naturæ, & non indiuiduantium principiorum similitudo consistere potest. Ad 4. dico, per voces species intelligibiles non significari; sed ea potius, quæ sibi format intellectus, ad aliquid de rebus extrinsecis promendum: in parte siquidem sensitiua, quædam est operatio, qua perficitur sensus, quia à sensibili immutatur: alia verò est formatio, qua videlicet vis imaginatiua simulachrum sibi format, aut nondum visæ rei, aut visæ, & absentis. Vtraq; autem hæc operatio in intellectu coniungitur: intellectus namq; possibilis passio primò consideratur, quatenus videlicet specie intelligibili formatur: qua quidem formatus, & instructus, in actum certè progreditur definiendi, diuidendi, seu componendi, quæ quidem per voces significantur. Quare, ratio, quam nomen significat, definitio quidem est: quam verò enuntiatio; intellectus diuisio, seu compositio: quòd verò necessaria sit species intelligibilis, & quomodo abstrahatur, dixi. Ex his autem quæ dicta sunt, colligi potest, intellectum in statu præsentis vitæ intelligere non posse, etiam post intelligibilium specierum acquisitionem, nisi ad phantasmata sese conuerterit. Cùm enim in sua operatione promenda, organo non vtatur corporeo; profectò ab ipsius actu nullatenus impediretur, nisi opus haberet actu alicuius potentiæ corporeo organo vtentis: huiusmodi autem sunt sensus, & imaginatio, aliæq; animæ vires, quæ ad partem sensitiuam pertinent. Quare, & in noua sibi comparanda, & in exercenda iam acquisita doctrina, imaginationis, cæterarumq; huiusmodi virium actus necessarius est intellectui intelligere cupienti. Læso namque imaginatiuæ organo, sicut in phreneticis clarè videtur, & memoratiuæ, vt in litargicis apparet, intellectus vacat ab actu intelligendi: est ergo nostro intellectui ad phantasmata necessaria conuersio. Ad hæc accedit, quòd quando aliquis cupit aliquid intelligere, quasi exempla, sibi phantasmata fingit, in quibus, veluti in quibusdam picturis, intuetur, quod intelligere cupit. hinc est, quod & exemplis rudes animos instruimus, quos erudiendos suscepimus: sic enim potentia cognoscitiua, ad ea sese accommodat, quæ sunt intelligenda. Rectè ergo dictum à philosopho, intelligentem oportere phantasmata speculari: verùmtamen Dionysius Areopagita docet, absque phantasmatibus Deum contemplantis cognitionem fieri: Admonetur, inquit, sanctus Moyses, vt mundetur, vt separetur à vulgaribus turbis, vt summitatem ascensionum diuinarum contendat: ibi non ipsi congreditur Deo, neq; ipsum cernit, est enim inuisibilis, sed locum, vbi stetit. Hoc autem reor, insinuat augustissima quælibet, & suprema visibilium atq; intelligibilium, rationes congruas, ac signa quædam esse eorum, quæ subiecta sunt, omnia transcendenti Deo; per quæ, ipsius præsentia omnem intelligentiam superans demonstratur, supra spirituales sanctissimorum ipsius locorum summitates supergressa. Tum verò ipsa quoq; visibilia, atque intellectualia contemplator linquens, ingreditur ignorationis mysticam profectò caliginem, in qua omnia scientiæ, & cognitionis præsidia terminans, totus in eo fit, qui tactum penitus, visumq; refugit, sicque supra sensum, mentemq; cognoscit. Hæc Dionysius. Si ergo contemplator cognoscit supra mentem, & sensum; hauddubium quin etiam sine phantasmate cognoscat, & videat: propterea cap: 2. vocat huiusmodi modum cognoscendi, scientiæ priuationem; & videre esse nescire, doctamq; esse ignorantiam scientiam, per omnium phantasmatum ablationem. Ad hanc, inquit, nos per lucidam liquidissimam caliginem admitti oramus, & per visus scientiæque priuationem videre, omniumque rerum ablationem. Sic enim qui natiuam effigiem ex quauis materia faciunt, omnia tollunt quæ impedire possunt liquidum latentis decoris intuitum, ipsamque in seipsa pulchritudinem occultam sola sublatione pandunt; vt ignoratio-

Speciei intelligibilis necessitas.

4.

Intellectus nō potest intelligere sine conuersione ad phantasmata

5. Dionysius de mystica theologia cap. primo.

Cognoscere sine phantasmate.

Species intelligibilis à quo fiat.

nem illam velamine amoto, noscamus. Per phantasmatum ergo amotionem, ascendit contemplator.

CAP: XIIII.

Species intelligibilis, à quo producatur.

Voniam quidem visum est, & quidem non absque grauissimis rationibus, doctissimorumque virorum authoritatibus, speciem intelligibilem necessariam esse intellectui possibili, ad suum actum intellectionemque promendam; deinceps dicamus, à quibus huiusmodi species producitur; à phantasmate, vel ab intellectu agente, vel ab vtroque simul. Vna est opinio, quæ asserit speciẽ intelligibilem, ab intellectu agente produci, veluti à principali agẽte; à phantasmate autẽ, velut ab instrumento: phantasmata enim mouere possunt intellectũ possibilem. Cùm verò intelligibilia sint in potentia, & nõ in actu, ex seipsis habere nequeunt virtutẽ speciei intelligibilis producendæ; siquidẽ intellectus non mouetur, nisi ab intelligibili in actu: propterea accedens intellectus agens, suo profectò lumine phantasmata illustrat, cuius illustratione fiunt intelligibilia in actu; sicut corporeæ lucis virtute, colores fiunt actu visibiles. Hoc autem interest inter huiusmodi lumina, quòd lumen corporeum medium illuminat, non autem obiectum, siue colores: lumen verò intellectus agentis, phantasmata, & intellectum possibilem. Iste namque intellectus, est lumen, quia intelligere, est lux intelligenti; lumen vtique creatum, sigillum, & impressio luminis diuini, participata profectò luminis increati similitudo: Signatum lumen vultus Dei, vt dicit Dauid 4. Et reuera, vnum sit primum agens in anima intellectiua, quo est omnia facere, necesse est: alioquin minoris mundi insigne nequaquam præ se ferret: sic enim decet pulchritudinem vniuersi; vt præter agens vniuersale, quod in omnia agit, in quolibet rerum ordine, sit vnum primum agens, in quo sit status illius ordinis. Quare, qui negant animam intellectiuam intellectum agentem habere; ritè falsitatis arguuntur: nam etsi nonnulli ex philosophorum dicant, intellectum humanum ex superiorum mentium lumine illustrari; non tamen asserunt, intellectum agentem, non inesse vniuersitati suorum intellectibilium proportionatum. Iste ergo intellectus se habet instar lucis: quia in ordine eorum, quæ sunt ab anima percipienda, vniuersalis agentis officio fungitur; siquidem lux vniuersaliter influit in omnia actiua, atque passiua in materia existentia. Primi autem actus agentis est, à primo ad vltimum sese diffundere per omnia media, atque ita ritè vniuersa peragere, quæ ad sui ordinis rationem pertinent. Qua propter intellectus agens, absque intermissione agit; vt intelligibilia in potentia, actu fiant intellectioni proportionata: ex qua quidẽ perpetua ratione agendi, nomen accepit; vt suorũ intelligibilium forma diceretur: ipse planè est omnis intelligibilitatis semen, sub cuius actu intelligibilia animam mouere dicuntur. Quam ob causam, nõ temere dicitur præcipuus speciei intelligibilis auctor, atque formator, & illuminator. Illuminat autem phantasmata, nullam spiritualem formam imprimendo: lumen enim non imprimit coloribus speciem, sunt enim per se visibiles; sed sui præsentia reddit actu visibiles 3. de anima 18. Obiectum profectò intellectus in phantasmate existens, mouere potest intellectum: verùm quia sub conditionibus materialibus, velut in tenebricosis velaminibus delitescit; ideò, vt actu mouere possit, assistentia sibi necessaria est intellectus agentis: ex cuius quidem præsentia, mouet absque materialium conditionum tegumento, quæ eidem obiecto, in phantasmate connexæ erant, atque coniunctæ. Quare, sic illuminari phantasma, perinde est, ac sine materialium, & indiuiduantium conditionum

Ab intellectu & pantasmate.

Lumen intellectus agentis

Necessitas intellectus agẽtis.

Illuminat nõ inprimendo formam.

Illuminari phantasma.

Species intelligibilis à quo fiat.

ditionum perceptione, intellectui possibili quidditatem vniuersalem offerre: id autem præstat intellectus agens sui luminis præsentia, suaq; virtute agendi. Etenim, si corporeum lumen id efficit, vt albedo in lacte, dulcedini connexa, visui sine dulcedine offeratur; hauddubium, quin excellentiori modo, id præstari possit ab intellectu agente, vt quidditas rei præsentetur, non præsentatis quibus erat conditionibus connexa. Reuera, non omne verè agens habet imprimere, nisi egerit actione media, qua aliquid producitur, atque imprimitur; sed sufficit id conferre ex sui præsentia, vt possit aliquid agere, quod priùs non poterat: & hac quidem est nobilissima actio, qua superiora confortant inferiora, qua eleuantur inferiora, & nobiliora fiunt; non quidem alicuius formæ impressione, sed assistentia, & coniunctione superioris virtutis. Itaq; intellectus agens, est causa actiua intelligibilis speciei: quia nimirum est lumen intellectuale, principium vtiq; actiuum ad cognoscendas veritates intelligibiles. Vnde Augustinus 12. de trinit: 15. Mens, inquit, rebus intelligibilibus naturali ordine, disponente conditore, subiecta, sic ista videt in quadam luce sui generis incorporea; quemad modum oculus carnis videt, quæ in hac corporea luce circùm adiacent. proinde ad ipsum spectat, facere de non vniuersali, vniuersale: vel de re intellecta in potentia, intellectam in actu. Si essent, inquit Auerroes, essentiæ rerum vniuersales, non indigeremus intellectu agente. cùm autem vniuersale, in quãtum vniuersale nihil sit in existentia; sed in aliquo tantùm sit, vt ipsum obiectum repræsentãte; ideò eo indigemus: intellectus ergo agentis est, hoc edere repræsentatiuum; propterea, quòd ad aliquam formam realem eius actio terminatur, quæ repræsentat vniuersale, in quantùm vniuersale. Illius ergo proprium est causare speciem intelligibilem: sua siquidem interest, de ordine sensibilium, ad ordinem intelligibilium obiectum transferre; quod quidem contingit, quando ex phantasmate, speciem haurit intelligibilem. Amplius, intellectus possibilis, est in potentia receptiua, secundùm Aristotelem, ad speciem nouam recipiendam: non ergo potest speciem intelligibilem producere, neque solus intellectus agens; alioquin homo sine phantasmate posset intelligere: nam, etsi intellectus agens, sit principium vniuersale omnium specierum; vnam nihilominùs gignere formam non potest, sine agente particulari, & propinquo. Phantasma igitur, licèt non sit principale agens; est tamen minùs, vel saltem instrumentum speciei intelligibilis. Sicut enim sensibile, si suo sensui particulari connexum fuerit, & propinquum; mox in illo speciem sui imprimit: amoto autem, amouetur & species: ita, si phantasma proximum fuerit, per virtutem intellectus agentis; mox gignitur species intelligibilis in intellectu possibili: amoto autem; & eadem amouetur. Sic enim docemur à Commentatore: Intellecta, inquit, id est, species vniuersales, quibus res intelliguntur vniuersaliter; colligata sunt cum intentionibus imaginatis, & corrupta per earundem corruptionem, atq; hanc dicit esse philosophi mentem. Hoc ipsum confirmat 3. de anima 5. Præparatio, inquit, existens in imaginatiua virtute; est præparatio in mouente, vt sit motor: quod profectò veritatem nequaquam haberet; nisi aliquomodo speciei intelligibilis phantasma principij rationem haberet. Sed aliquis non temerè dubitabit contra prædicta, si phantasma speciei intelligibilis esset principium, aut id præstaret propria virtute; & tunc effectum se præstantiorem produceret, quod est absurdum: aut virtute alterius; & ita propriè actiuum principium dici non posset, non enim sua, sed alterius virtute ageret. Adde, quòd materiale nequeat producere immateriale; eò quòd nullam ad inuicem proportionem habeant. Sed species intelligibilis, est immaterialis, phantasma verò materiale: ergo illius actiuum principium esse non potest. Amplius, si phantasma speciem produceret intelligibilem, intellectum vtiq; nobilitatis præstantia excelleret: in ipsum enim ageret: agens autem nobilius est passio. Sed hoc est

Margin notes: Intellectio per intellectũ agentem. — 3. de ani: 18. — Quare ponitur intellect9 agens. — 3. de ani: 30. — Obiectiones. 1. — 2.

Species intelligibilis vnde sit.

maximè absurdum, & à ratione alienum: ergo quod priùs. Adde, quòd si phantasma principium esset actiuum; tunc speciem intelligibilem formali, aut virtuali actu haberet. non quidem formali; alioquin eiusdem esset speciei, nempe immaterialis cum specie intelligibili: neque virtuali, aliter intellectui nobilitate antecelleret; sicut sol, qui actu virtuali, præstat igne caliditatis vigore, & potentia. Dico, phantasma virtute intellectus agentis intelligibilem speciem producere; ideoq; propriè, & per se, illius actiuum principium dici non posse. Pari quoq; facilitate soluitur confirmatio eiusdem. Ad 2. dico, formas materiales in intellectum possibilem agere non posse; nisi quatenus lumine intellectus agentis quidam fiunt, vt ita dicam, intellectus, & species immateriales: inter agens enim & patiens, quædam est naturæ cõmunicatio. Ad confirmationem, dico habere speciem actu virtuali, quia aliquomodo in illius actionem concurrit. Et cùm affers similitudinem de sole, dico illud intelligi oportere de agente principali, non autem de propinquo, quod agens primum determinat: neque huiusmodi agens est nobilius passo, tum quia non est eiusdem ordinis, tum verò quia non est propriè per se agens. hæc quæstio est multùm perplexa propter multiplicem authorum controuersiam.

Soluuntur rationes. 1. 2.

CAP: XV.

Species intelligibiles in eodem simul plures non esse.

Idimus, & audiuimus speciei intelligibilis necessitatem, & productionem, seu necessariam productionem; deinceps quærendum nobis est, an plures species intelligibiles se compatiuntur simul in intellectu. Si autem species intelligibilis est naturæ specificæ repræsentatiua, & ab vna natura non nisi vna species producitur; profectò, sicut duæ naturæ specie distinctæ, non se inuicem compatiuntur in eodem subiecto; ita planè nec duæ species intelligibiles in eodem intellectu, ipsum simul actuantes, vt simul plura, in quantùm plura, intelligat: fieri enim non potest, vt idem subiectum, plurimis formis vnius generis, & diuersarum specierum perfici possit; sicut fieri non potest, vt idem corpus, diuersis depingatur coloribus simul, & secundùm easdem partes, neq; diuersis formetur figuris; sed omnes certè species intelligibiles, sunt vnius generis, quippe quæ sunt vnius potentiæ intellectiuæ perfectiones. Ad intelligendum igitur simul diuersa, idem intellectus non est pluribus speciebus intelligibilibus vestiendus, atq; perficiendus. Vnde philosophus ait in lib: topicorum: Intelligere est vnum solum, scire verò multa; plures enim species non habentes ad inuicem ordinem, absolutè acceptæ, plura ponunt intelligibilia. Vnum verò, si plures ad vnum ordinem confluant, siquidem cuiusq; actionis modus, formam consequitur, quæ est actionis principium. Quæcunq; ergo sub vna specie ab intellectu percipi possunt; simul profectò percipiuntur: hinc est, quòd omnia Deus speculetur per vnum, per suam vtiq; essentiam. Quæ verò per diuersas intelligunt, non simul intelliguntur: in causa verò est, sicut dixi, quòd licèt res, quarum sunt species, sint diuersorum generum; ipsæ tamen species, ad vnã spectant intellectiuã potentiam, quæ diuersis simul speciebus informari non potest. Fauet huic nostro proposito, philos: 4. met: asserens, Quòd qui non intelligit vnum, nihil intelligat. Amplius, virtus indiuisibilis, ad quæcunq; sese cõuerterit; tota ac totaliter se conuertit. sed huiusmodi est noster intellectus possibilis: non potest ergo ad diuersas intelligibiles species se conuertere, & illis simul informari. Sanè vnius oculi, vna est visio. sed intellectus est oculus animæ: vnam ergo habet visionem, qua omnia videt sub illius vnionis specie. Reuera, si posset simul plura intelligere diuersis

Plura simul intelligere.

2. top. 8.

Per modum vnius intelligere.

Quod nõ possit plura simul intelligere.

Species plures in eodem intellectu.

speciebus; posset etiam simul plura cogitare, etiam omnia, quorum species sua memoria continet: non enim maior ratio est de vna, quàm de pluribus; intellectus siquidem nunquam actu intelligit, nisi quod prius actu cogitauerit. sed simul omnia cogitare, mens non capit humana: ergo quod priùs. Solent nonnulli contra prædicta sic arguere: qui intelligit totum, simul intelligit vt hominem, vel domum. sed qui intelligit totum, intelligit partes: ergo, qui intelligit partes, simul intelligit, atq; ita simul species intelliget, quæ sunt ipsius generis partes: plura ergo simul intelligit. Profectò, vnius ad alterum differentia cognosci non potest, nisi vtroq; simul apprehenso, vt dicitur in lib: 2. de ani: t. 46. sed intellectus noster cognoscit differentiam vnius ad alterum: igitur cognoscit multa simul. Amplius, in eodem puncto âëris contingit esse plures species intentionales: similiter ergo & in intellectu plures species intelligibiles; est enim instar puncti indiuisibilis, cui plures huiusmodi species possunt inesse: impossibilitas namq; formarum existendi simul, ex oppositione sumitur. sed species oppositorum in intellectu non sunt oppositæ; ibi enim non sunt secundùm esse naturale: ideoq; sese inuicem compatiuntur. Amplius, omnes species non sunt eiusdem generis: non enim minus distant species lapidis, & species cæli, quàm lapis & cælum. Quare, si causæ vniuocæ genere distinguuntur, earum quoq; effectus similiter se habebunt, cùm species ab obiecto causetur; proculdubiò species lapidis & cæli eiusdem generis esse non possunt: neq; ob id, ab vno eodemque intellectu, simul intelligi, quandoquidem nihil abijciant à subiecto. Possunt ergo simul esse, quemadmodum in âëre lumen simul recipitur, & calor. Neque idem de figuris & speciebus debet iudicium fieri: figuræ enim propter diuersos partium situs, se inuicem non cõpatiuntur, species autem, quoniam hoc vacant diuersarum partium situ; idcircò in eas non cadit repugnantia existendi. Præterea, si species vnius generis simul esse nequeunt: nec ergo simul conseruari: non minus enim est species intelligibiles parere, quàm partas tueri: eiusdem quoq; generis sunt, & cùm intelliguntur, & cùm etiam conseruantur. Nec valet dicere, quando sunt in habitu, non esse in actu perfecto, atq; completo: formam enim informare, & esse formaliter largiri, ipsam dicit esse in actu cõpleto. Neq; etiam admittendum, quod aliqui dicunt, actum completum esse, actualiter operari: aliud enim est loqui de esse formæ completo in se: aliud verò de actuali operatione; hoc enim est distinguere inter actum primum, & secundum: nihilò enim minoris color est perfectionis, & cùm visionem in corpore actualem exprimit, & cùm lumine desistente, actualiter non videtur: ergo quod priùs. Iterùm, quod est supra tempus, intelligit omnia simul; quia priùs & posteriùs ad tempus pertinet. sed intellectus possibilis est huiusmodi; quia deforis venit, & organo non ptitur corporeo, atq; tempore consumitur: igitur plures species, siue plura simul potest intelligere. Respondeo ad primum, atq; dico, duobus modis partes intelligi posse, & sub quadam confusione, quatenus scilicet sunt in toto, atq; ita, quia per formam totius illarum habetur cognitio, simul profectò cognoscuntur, cuiusmodi potest esse plurimarum specierum cognitio, quæ sub forma & ordine vnius speciei cognoscuntur. Secus verò res se habet de cognitione distincta, quando quælibet res, per suam speciem dignoscitur; tunc enim simul plures species intelligi non possunt, sicut simul vnico actu intelligere omnia membra animalis, & partes domus, & species generis. Ad confirmationem dico, vnius ad alterum comparationem, siue differentiam, sub vnius comparationis, seu differentiæ ratione ab intellectu percipi, sicut dictum est. Ad secundum, non oppositio, sed vnigeneitas potiùs specierum prohibet, ne plures simul actu sint in eodem indiuisibili: siquidem species intentionales, quatenus res, & qualitates sunt in genere entium, sic sunt actus in medio; vt verò sunt species sensibiles, ipsi vtique sensui principium sunt sentiendi: & ita non sunt in actu perfecto, nisi sensu a-

Argumenta contraria. 1. 2. 3. 4. 5.

Soluuntur argumenta. 1. 2.

Species intelligibilis remanet.

ctu sentiente: non sunt ergo in actu perfecto, siue completo in ipso medio; sed vt in deferente potiùs. Ex quo patet, id quod dictum est, nempè fieri non posse, vt idem simul pluribus formis eiusdem generis perficiatur, secundum actum perfectum, atque completum. De actu autem incompleto, seu in habitu, non venit, neque agnoscitur ista difficultas existendi: duo enim contraria, in gradibus sese inuicem capiunt, & compatiuntur. Vnigeneitas ergo est in causa, quòd plures species simul actu completo intelligi non possunt; quia nimirum sunt vnius generis proximi, sicut sunt omnes species colorum. Huiusmodi ergo formæ vnigeneæ, quamuis non sint oppositæ, non se tamen compatiuntur; quia vnitas potentiæ receptiuæ in subiecto id non patitur. etenim formæ diuersorum generum, pro diuersarum proprietate, conditioneque formarum, in subiecto recipiuntur: nam & propter diaphaneitatem, in corpore recipitur color: & propter humiditatem, sapor: vnde fit, vt in pomo simul sint album, & dulce: formæ autem vnius proximi generis, quoniam secundùm vnammet receptiuam potentiam subiectum obseruant. hinc est, quòd plures sub distinctis ordinibus, illud informare nequeunt: nam quemadmodum potentia respicit actum, & colores diaphaneitatem, est enim color actus perspicui; sic planè vna potentia, vnum actum simul: & vna pars corporis, vnum colorem simul: & plures potentiæ, plures actus, similiter plures partes corporis, plures colores: vna enim non esset potentia, si plures actus simul haberet: nec vna pars corporis, si simul plures colores formales reciperet.

Repugnantia non est oppositio.

Diuersæ potētiæ recipiunt diuersas formas.

3. Ad tertium, quamuis species lapidis, & cæli, quatenus sunt effectus, & qualitates, genere distinguantur; vt sunt tamen species intelligibiles, minimè genere dissident: noster enim intellectus cùm sit forma simplex, non nisi vno modo suas species intelligibiles considerat. Proinde species intellectus angelici, & humani non sunt eiusdem ordinis; quia illorum intellectus eiusdem quoque ordinis non sunt. Ad confirmationem, similitudo non recipitur, si eiusdem generis proximi, & secundùm esse perfectum, formæ extiterint, cuiusmodi non sunt calor, & lumen.

4. Ad 4. bifariam intellectus considerari potest, vt res quidem, & natura quædam: deinde, vt intellectus: species quoque, vt qualitas quædam, & vt species intelligibilis, quatenus scilicet intellectum in actu constituere potest. Porrò, intellectus, quatenus intellectus, esse denotat intelligibile, & non naturæ: ideoque licèt species intelligibiles, quatenus sunt res, & qualitates, in intellectu similiter se habente, conseruentur, & inhæreant; non sunt tamen in actu perfecto, vt sunt species intelligibiles, & vt est intellectus, nisi quando ab eis actu intellectus mouetur ad intellectionem promendam. Quoniam verò plures species, quatenus sunt huiusmodi, non mouent simul ad intelligendum plura, quatenus plura; ideoque plures species intelligibiles, vt intelligibiles, in eodem intellectu, vt intellectus, in actu perfecto esse non possūt.

5. Ad 5. noster intellectus est supra tempus, quod est numerus motus corporalium rerum: non autem supra tempus, quæ est intelligibilium operationum vicissitudo: de qua August. 8. supra Genesim, Deus mouet creaturam, inquit, spiritualem per tempus: pluralitas enim specierum intelligibilium, vicissitudinem causat intelligibilium operationum, qua vna prior altera dicitur operatio.

CAP. XVI.

Species intelligibiles remanent postquàm intellectus cessat intelligere.

Non paruo

Species intelligibilis remanet.

On parua eſt quæſtio inter ſapientes, ſi ſpecies intelligibiles, ſeu habitus acquiſiti remaneant, poſtquàm ceſſat intellectus ab actu intelligendi, an ſimul cum ipſo actu corrumpantur. hanc ob cauſam de huiuſmodi controuerſia aliquid dicere conſtitui: vtile enim eſt, non ſolùm philoſophiæ, verùmetiam & theologiæ cultoribus. Et inprimis dicimus, ſpeciem intelligibilem non corrumpi, etiam omni intellectione ceſſante, actuq́ intelligendi: ſic enim docet philoſophus: Sunt, inquit, & propriæ corruptiones multæ exiſtentium, ſcientiæ autem corruptio per accidens &c. ex quibus ſic arguitur: Subiectum ſcientiæ, & ſpecierum intelligibilium, eſt intellectus, qui eſt incorruptibilis, nec (quò ad primam intellectus operationem, in qua non eſt per ſe verum, & falſum, ſed per accidens) contrarium habent, præſertim cùm in potentiis cognoſcitiuis, contrariorum ſpecies, contrariæ non ſint: igitur ſpecies intelligibiles remanent in intellectu poſt actum intelligendi. ſic namq́ palam philoſophi doctrina denuntiat: Omne quod corrumpitur, à ſuo contrario, vel ad corruptionem ſui ſubiecti, corrumpi. Cùm verò neutra iſtarum in ſpecie intelligibili inueniatur; hauddubium, quin ipſa remaneat incorrupta, corruptione vtique intrinſeca, & reali; non autem extrinſeca: corrumpitur enim phantaſma, à quo extrinſecè producitur, cuius quidem reſpectu quodam modo corruptionem ſubire videtur: ſicut & potentia materiæ extrinſecè dicitur corruptibilis, reſpectu vtiq́ iſtius, vel illius formæ, quæ abijcitur à materia: non autem realiter, & intrinſecè; propterea quod ſit ipſa ſubſtantia materiæ, vt dictum eſt in quarto Pymandri. Itaq́ proximis, actiuiſque ſpeciei principiis, poſt intellectionem remanentibus, nullaq́ vera contrarietate accedente, & ipſam remanere ſpeciem, neceſſe eſt. Etenim in dormientis philoſophi intellectu remanent phantaſmata in phantaſia, & intellectus agens, vt lumen: humiditas autem non impedit ſpecierum conſeruationem: ſiquidem in intellectu, qui non eſt calidus, vel humidus, vtpotè non organico, & non in phantaſmate, ſpecies illæ ſedem poſuêre. ſecùs autem res ſe habet de ſpecie ſenſibili, in organo humido reſidente; à quo quidem recipitur, non tamen facilè retinetur. Quibus hæc non fuit probata doctrina, in viribus ſenſitiuis, nempè in imaginatiua, cogitatiua, & memoratiua, ſpecies ſenſibiles poſuêre: proinde & cùm illis viribus ſimul corrumpi. Sed iſti à vero quàm maximè aberrant, & à philoſopho dicente, intellectum locum eſſe ſpecierum. Poſſunt autem dici corruptibiles ſecundùm quid, non autem ſimpliciter: quia nimirum aliqua ex illis viribus corrumpitur, è quibus huiuſmodi ſpecies producuntur. nam habitus ſcientiæ actibus ſimiles ſunt, ex quibus acquiruntur 2. eth: Actus verò intellectus in hac præſenti vita, per conuerſionem ad phantaſmata, quæ in prædictis viribus ſenſitiuis habentur, fiant neceſſe eſt. Ex his autem actibus, intellectus poſſibilis facultatem acquirit, vt per huiuſmodi ſpecies receptas, rerum quidditates conſideret: in ipſis autem inferioribus viribus, quædam acquiritur facilitas, ſiue habilitas; vt per conuerſionẽ ad ipſas, intellectus faciliùs poſſit intelligibilia ſpeculari. Quare, reſpectu iſtarum virium, imaginatiuæ, vtiq́ cogitatiuæ, atq́ memoratiuæ, quibus acquiruntur, non autem intellectus, in quo perpetuã ſedem habent, ſpecies intelligibiles corrumpi dicuntur; cùm reuera fixæ, ac indelebiles in intellectu ipſæ perſeuerent. Vnde philoſ: Eſt igitur tunc potentia quodãmodo: non tamen ſimiliter ante addiſcere, aut inuenire etc. Intellectus enim, poſt actualẽ cognitionem, & intellectionẽ, non eſſet magis ſciens, quàm priùs, ſi ilicò poſt intellectionẽ actualem ſpecies illæ aufugerent, atq́ euaneſcerent; ſiquidem eodem modo foret in potentia, ſicut antè, ita vt intellectus ſpeciebus ornatus, poſtquàm deſineret ab actu intelligendi, perinde eſſet, ac intellectus pueri ſcientijs minimè imbutus, ſed imbuendus, quæ omnia abſurdiſſima ſunt, & à vero diſſona. Sed non temerè contra prædicta aliquis ſic inſtabit dicens, his aduerſatur

Philos. de longitudine & breuit. vitæ.

Rationes.

Aliorum opinio.

3. de ani.

3. de ani. 8.

Aliæ rationes

Commen-

Species in telligibilis remanet.

Commentator, 3. de ani: 39. Necesse est, inquit, vt formæ existentes in intellectu secundùm velocitatem, & rem velocioris transmutationis non fixam, & quòd illæ eædem formæ sint existentes extra animam in rebus sensibilibus, secundùm quod habitus cōsistit in habente habitum, & res fixa in re patiente. si ergo species intelligibilis remanet in intellectu, post actualem considerationem: non ergo erit res velocis transmutationis non fixæ.

Argumenta contraria.

1. Amplius, si species intelligibilis remanet in intellectu, nihil actu intelligentis: igitur actu non intelligens, actu intelligeret: omne enim abstractum actu, est actu intellectum, authore Commentatore 3. de ani: 36. & 2. met: 1. species namq; remanens in intellectu, est actu abstracta: actu ergo intellecta, non sine intellectu, atq; ita non intelligens actu, intelligens actu.

2. Amplius, virtus receptiua, non est conseruatiua eiusdem speciei, vt dicitur de memoria & reminiscentia. sed intellectus possibilis recipit: non ergo conseruat speciem intelligibilem.

3. Reuera, sicut se habet sensus ad sensibilia; ita intellectus ad intelligibilia 3. de ani: 3. sed deficiente sensatione, species sensibilis à sensu minimè conseruatur: visu enim deficiente, non remanet species coloris; ita deficiente intellectione, deficit species intelligibilis.

4. Amplius, si violenta ægritudo immutat scientiam, multò magis mors, quæ est omnium immutationū terribilissima. Ad hæc accedit, quòd duæ formæ vnius speciei essent in eodē subiecto, nempè in intellectu Pauli, siue Basilij in vita æterna, species scientiæ acquisitæ, & superno lumine infusæ, quod Paulo non probatur, dicenti, Siue scientia destruetur, siue linguæ cessabunt. (1. cor: 13.) Demum improbi, qui in hac vita pollent scientia, in futura vita, probis & bonis præstantiores essent, & meliores, quod est prorsus falsum, imò impium & erroneum.

Soluuntur argumenta.

1. Respondeo ad primum argumentum, atq; dico, speciem intelligibilem bifariam intelligi posse, & secundùm suam ipsius naturam, & indolem, & secundùm eiusdem vsum. Et primo quidem modo, quia in intellectu recepta est, ob rationes iam dictas, fixam nequaquam permanere. Secundo autem ad modum actus, cui coniungitur, se habere, in quo certè diu persistere non possumus, propter phantasiæ defectum atq; laborem. Hoc ergo modo, non fixam, sed mobilem sedem transmigrandi species intelligibilis habere dicitur.

2. Ad secundum potest dici, quòd illud, Omne actu abstractum &c. veritatem habeat in substantijs, nō autem in accidentibus, cuiusmodi est species intelligibilis: quæ, quoniam non per se subsistit, sed ordinatur ad intellectionem recipiendam, ex se ipsa intellectio esse non potest: nam etsi abstracta sit, vt alia abstractione non egeat; eget tamen actu intelligendi.

3. Ad tertium, illud veritatem habet in virtute organica: quia nimirum virtus bene receptiua, alia opus habet in organo dispositione. Etenim receptiua, cùm non sit bene conseruatiua, propter humiditatem dominantē, siccitate indiget: humidi enim est faciliter recipere, sicci autem diu conseruare, & cum difficultate autem recipere. Hæc intellectui cùm non insint, vt dictum est, non eget virtute conseruante. Ad cōfirmationem, negatur similitudo; siquidem desistente sensus particularis sensatione, propter remotionem sensibilis aliquod speciei conseruatiuum sensibilis, in sensu particulari non remanet; deficiente autem actu intelligendi, remanet species intelligibilis: propterea dicitur à philosopho 2. de anima t. 60. (2. de ani: t. 60) Quod intelligimus, cùm volumus; nempè sine exterioris sensibilis præsentia: Mouentia, inquit Auerroes, virtutem vniuersalem, sunt entia intra animam humanam, quibus anima cùm vult potest intelligere.

4. Ad quartum, ratio illa respicit scientiæ corruptionem ex sensitiuarum virium parte procedentem, non autem speciem intelligibilem seu habitum scientiæ in intellectu residentem. Ad probationem dico, vtramq; scientiam vnius rationis non esse, diuumque Paulum, de scientia, non quantum ad habitum, sed potiùs quò ad cognitionis modum fuisse locutum. nam etsi species intelligibiles remaneant in animæ à corpore separata; non tamen remanet idem omninò modus intelligendi, nempè per conuer-

Species intelligibilis remanet.

conuersionem ad phantasmata; sed per modum animæ separatæ intellectiuæ conuenientem, de quo postea dicemus. Ad illud, de scientia improborum, illorum scientia nihili pendetur, propter eminentem scientiæ claritatis Dei, quæ in suis electis mirificè apparebit.

Scientia destruetur.

CAP. XVII.

Species intelligibilis realiter differt ab actu intelligendi

X his, quæ dicta sunt, posset quis ambigere, an species intelligibilis realiter distinguatur ab actu intelligendi: ad quod quidem dicimus, realiter distingui, sicut & sapientissimi quique arbitrati sunt: species enim intelligibilis reducit intellectum possibilem, in pura potentia existentem in genere intelligibilium, ad actum intelligendi, sicut mouens propinquum: mouet namque immediatè intellectum ad intelligere. Realiter ergo differt ab actu intelligendi: siquidem principium actus intelligendi, & ipse actus, se habent vt causa & effectus, quæ realiter dissident ab inuicem. Illius profectò actus immediatũ principium, intellectui agenti minimè adscribendum puto. neq; etiam intellectui possibili: intellectus siquidem possibilis est in pura potentia ad ipsum intelligere: agens verò, vniuersalis vice motoris fungitur ad intelligendum. quare, aut simul causaret omnem intellectionem, atq; ita intellectus simul intelligeret omnia: aut nullam, quod est absurdum. neq; phantasmati est attribuendum, quia non sunt actu intellecta; sed solùm in potentia, vt dicit Commentator 3. de anima 18. illud verò immediatum primum, est intellectum in actu: reliquum est ergo, vt sit species intelligibilis; sicut ex sufficiente diuisione patet legitimè, & acute intuenti. Amplius, si species idem esset cum intellectione; tunc principium speciei, esset etiam intellectionis principium, quod est falsum: principium enim productiuum intellectionis, est intellectus possibilis specie intelligibili actuatus. Consequentia ex se manifesta est. Amplius, si species intelligibilis remanet, sicut capite præcedente dictum; remota omni intellectione, vt realiter ab ea distinguatur, necesse est. Itaq; species intelligibilis rei materialis, est quid aliud realiter ab illius rei intellectione: quæ quidem intellectio, est cognitio, quam de re sibi præsentata per speciem, intellectus habere dicitur. Sed quidam contra prædicta sic argumentantur: Nullam speciẽ, nullamq; formam intellectui impressam inueniri: & hanc fuisse philosophi, & commentatoris intentionem, qui per speciem intelligibilem, actum intelligendi prænotârunt. dicebant enim intelligere nihil aliud esse; quàm menti habere præsens obiectum per modum apparentis, siue manifestati: sicut videre non est aliud, quàm præ oculis obiectum visibile præsens esse. Si itaq; ab intelligere species realiter separatur; proculdubiò, res bis intelligeretur, atq; bis intellectui appareret, quod esset inane, & superfluum. Consequentiæ autem ratio in hoc consistit, specie enim intelligibili, obiecti similitudine existente, cùm per ipsam ostendatur, per ipsum quoq; intelligere, à specie realiter distinctum, iterum ostenderetur; atque ita bis appareret, & bis intelligeretur. Ne ergo sequantur ista absurda, præstat dicere, ab ipsa intellectione speciem intelligibilem realiter minimè separari. Amplius, duæ similitudines eiusdem obiecti in eodem intellectu simul esse non possunt; quia non potest duabus similitudinibus simul informari. sed id accideret, si species realiter ab intellectione esset distincta; intellectio siquidem est similitudo obiecti; propterea, quòd actus potissimùm imitatur obiectum. species quoq; est similitudo obiecti: duæ ergo similitudines essent simul in eodem intellectu, quod est falsum. Amplius, intentiones in anima, authore

Quod distinguatur realiter.

3. de ani: 18.

1.

2.

Rationes probantes.

Argumenta contraria.

1.

2.

3.

Species intelligibilis differt ab intelligere.

Commentatore 2. de anima r. 22. sunt comprehensiones, siue intellectiones. sed intentiones sunt ipsæ species: igitur species sunt intellectiones. Hoc ipsum confirmat 3. de anima 32. asserens intelligere aliud esse nihil, quàm intentiones recipere. sed intentiones, quas recipit ab intellectu agente, sunt ipsæ species, quæ vtique, vt idem sint realiter cum actu intelligendi, siue cum ipsa intellectione, necesse est.

4. Amplius, intellectus possibilis, cùm potentia sit cognoscitiua, in ea non recipitur aliud, nisi quod est in potentia ad cognitionem; nempe ipsum intelligere, siue actum intelligendi: species verò intelligibilis, cùm non sit actu cognitio, in intellectum non recipitur; sicut in potentia visiua, non nisi color recipitur, & in auditiua, sonus, & in odoratiua, sapor, & quæ sunt similia. Reuera, si primum, quod recipitur in intellectu possibili, est cognitio; & species immediate in intellectu recipitur: cognitio est ergo. sed non est cognitio sensitiua: igitur est cognitio intellectiua, & ita habetur propositum.

5. Amplius, si ita res se haberet; tunc ab intellectu priùs species, quàm rei quidditas intelligeretur, quod quidem philosopho non placet 3. de anima 9. & 10. huiusmodi enim, quæ causa rei quidditatis cognoscendæ, primò in intellectu ponitur, primò cognoscitur, eò quòd ignotum ad cognoscendum ignotum, nullam prorsus aptitudinem habere videtur. Ex his ergo, & similibus, nituntur ostendere, speciem intelligibilem ab actu intelligendi non distingui realiter.

Soluuntur argumenta.

Verùm ad hæc facilè est respondere: & ad primum quidem dico, intellectui rem bis offerri, per speciem profectò

1. habitualiter, per intellectionem autem actualiter: ex quo patet, non bis intelligi, quia non bis actualiter apparet: neque superfluum ibi aliquod recipi, quia bis actualiter non apparet; sicut superfluum non est, si dormiens aliquid sciat habitualiter, quod

2. postmodùm euigilans à somno, actualiter percipit. Ad secundum dico, in eodem intellectu respectu eiusdem obiecti, duas similitudines simul recipi posse: sed vnam quidem in habitu, alteram verò in actu, neq; inde aliquod sequi absurdum, atque in-

3. conueniens. Ad tertium, intentio est comprehensio causaliter, non autem essentialiter: non enim intellectus, est merè potentia passiua; sed specie actuatus, est productiuus intellectionis depromendæ: intentio ergo est comprehensio, id est, comprehensionis causa: non identicè ipsa comprehensio, neque intentionis receptio, est ipsa intellectio; causa siquidem non est idem cum suo effectu.

4. Ad quartum, licèt species intelligibilis, non sit essentialiter cognitio; est tamen aliquo modo causa cognitionis, & hoc sufficit; vt quod in virtute cognoscitiua recipitur, formaliter, vel causaliter

5. sit cognitio. Ad quintum, consequentia non valet, sicut suprà dictum est, eò quòd illud verum sit in tertio actus intellectus, qui est discursus ab vno ad alterum. Itaque species intelligibilis realiter differt ab intelligere, siue ipsa intellectione. Deinceps dicamus, quomodo sit intellectionis principium.

CAP: XVIII.

Species, est intellectionis principium nec ne.

Rationes probantes.

1. Voniam quidem in præcedenti capitulo dictum est, intellectionis causam materialem, seu dispositiuam, non autem formalem, & effectiuam, speciem intelligibilem esse; propterea, vtile erit videre, quomodo hæc res se habeat. Imprimis autem dicimus, actiuum intellectionis principium, speciem intelligibilem nõ esse: alioquin potentiæ intellectiuæ nobilitate antecelleret; nobiliorẽ enim operationem haberet; nobilius siquidem est intellectionẽ efficere, quàm recipere, quia agens est nobiliùs passo: non ergo species est principium actiuum intelle-

2. ctionis. Amplius, species intelligibilis est principiũ intellectionis receptiuum, quia in-

tellectus

Species non est principiũ intellectionis.

*tellectus possibilis, mediante specie intelligibili, intellectionem recipit: ipsa ergo pri-
ùs intellectionem recipit: proinde non est illius principium actiuum, alioquin idem re
ciperet diuersa, quorum vnum ordinem haberet ad alterũ. Adde, quod tunc faceret
de potẽtia intellectis, actu intellecta, quæ sunt opera intellectus agentis. Amplius, ha-
bitus nihil aliud esse videtur, quàm species intelligibilis rei formata in intellectu. sed
actus est causa habitus: quia ex frequentatis actibus fiunt habitus, & non est causa* 3.
*vniuoca, vt ex habitibus fiant actus, sed æquiuoca potiùs; habitus enim & actus, non
sunt eiusdem speciei, quandoquidem rationem habitus subeant permanentis, & qui-
escentis, actus verò pereuntis & transeuntis; in huiusmodi autem causis, circulus al-
terius alterum generandi non admittitur: habitus ergo siue species intelligibilis, non
potest esse intellectionis, siue actus intelligendi principium actiuum; siquidem huius-
modi habitus potentiam inclinant, & facilitant; non quidem ad patiendum, aut agen-
dum, sed vt facilius & promptius actus eligantur, vel respuantur ab eadem potentia.*

Habitus inclinat.

*Quare, habitus inclinat potentiam, sicut prior ad posteriorem formam subiectum in-
clinare dicitur; propterea, quòd cum posteriori forma, prior & cognationem ha-
bet, & saluetur, atque perficiatur: veluti se habet siccitas in ligno, ad recipiendum
calorem ab igne, in quo quidem siccitas, non inclinat ad agendum, neque ad subiecti-
uè patiendum, siue recipiendum, ita quòd siccitas, sit ratio subiectiua in calore reci-
piendo; sed inclinare dicitur, quia cum forma caloris naturaliter saluari potest. Spe-
cies ergo non est principium actiuum intellectionis, sicut dictum est. Verùm, contra*

Argumenta contraria.

*prædicta sic posset aliquis obijcere: Si habitus intellectualis est principium, informat
enim intellectum, ideoq; est considerationis principium 6. eth: neque materiale pro-
fectò, seu subiectiuum, principium esse potest; eò quòd soli intellectui competat: ne-* 1.
*que formale; quia actui congruit: neq; finale; quia habitus ordinatur ad actum se-
cundum, veluti ad finem 1. eth: igitur est principium actiuum intellectionis. igitur
species quoque intelligibilis similiter se habebit: habitus certè intellectualis non vi-
detur differre à specie intelligibili, vt habitus scientiæ, & rei scitæ species intelligi-
bilis. Adde, quòd habens speciem intelligibilem, authore philosopho 3. de anima 8.
per seipsum, & operatur, & intelligit; quod planè minimè accideret, si species intel-
ligibilis non esset actiuum intellectionis principium. Iterùm, omnis forma, authore
philosopho 2. de generatione 53. est alicuius actiuum operationis principium: Mo-* 2.
*ueri, inquit, & pati, est materiæ: alterius verò principij, est mouere, & agere, for-
mæ scilicet. sed species intelligibilis est quædam forma in intellectu consistens: est
ergo alicuius operationis, hoc est, intellectionis principium. nam si non est effectiuũ;
esset vtique receptiuum intellectionis principium, atque ita ipsa intelligeret: illud e-
nim, in quo recipitur intellectio, intelligat necesse est; sicut in quo recipitur visio,
videt, & in quo recipitur auditio, audit: est ergo intellectionis principium effecti-
uum. Amplius, forma actiua, quæ primum esse largitur, respectu actus secundi,
est principium actiuum. sed habitus prudentiæ est huiusmodi: est enim habitus cum* 3.
*vera ratione actiuus, sicut ars est habitus factiuus 6. eth: vbi à sapientia, scientia, &
intellectu, prudentiam philosophus separat, eò quod sit actiua: igitur est principi-
um actiuum operationis secundæ, quo prudens agit opus prudentiæ. Ad hæc accedit,
quòd id est principium actiuum intellectionis, quod est intellectui ratio, qua aliquẽ
finem sortitur. sed huiusmodi est habitus, siue species intelligibilis; illa siquidem spe-
cie intellectæ habituatus, eligit, & operatur: est ergo principium actus eligendi re-
spectu illius finis. Amplius, actus magis præsefert similitudinem habitus, quàm po-
tentiæ, vt patet ad sensum: igitur habitus est illius principium actiuum; agens e-* 4.
*nim in agendo effectum sibi similem procurat efficere. Reuera, id, quo aliquis redu-
citur ad potentiam accidentalem; sine dubio est principium actiuum illius, veluti*

Species non est principiū intellectionis.

est calor respectu actus calefaciendi, & scientia respectu actus considerandi, sicut
dicit philosophus 2. de anima, & 8. phys: quòd anima ignari, habitum scientiæ non
habentis, in potentia sit essentiali; habentis verò in potentia accidentali: ergo quod
prius. Præterea, sicut se habet artifex, ita quoque & ars: ad idem enim genus cau-
sæ pertinent, authore philosopho 3. met: & 2. phys: vbi artem refert ad genus causæ
5. efficientis, de arte, nempè de habitu loquens, à quo artifex denominatur. sed artifex
est in genere causæ efficientis: de arte igitur, seu de habitu, simile erit iudicium:
atque ita haberetur propositum. Ad hæc, & similia non est difficilè respondere: &
Soluuntur argumenta. ad primum patet solutio, habitus enim intellectum disponit ad intellectionem reci-
1. piendam; non autem causat, aut agit actum intelligendi, sicut dictum est. Neq; est
inconueniens, teste philosopho 4. met: 20. & 5. 17. vt vnum accidens sit subiecti dis-
positiuum, & præparatiuum ad aliud accidens recipiendum. Ad confirmationem
dico, philosophum, & commentatorem ibi loqui de potentia passiua propinqua, vel
remota: non autem de potentia actiua, quæ non indiget extrahente de potentia ad
actum. Ad 2. maior non omnibus modis vera est: alioquin si omnis formæ est age-
2. re; tunc iretur in infinitum in ordine formarum: cuiuslibet enim formæ accidenta-
lis, est aliqua actio, quæ quidem est aliqua forma; atque ita actionis esset actio in
infinitum. Authoritas ergo illa substantialibus, & non accidentalibus formis est ac-
commodanda. Et cùm infers, quòd materiæ sit pati, formæ verò agere; dico illud in-
Materiæ est pati. telligi oportere de materia prima, & forma sibi conueniente, quæ est illius perfe-
Formæ est agere. ctio. etenim, quemadmodum proprium opus materiæ est pati; ita planè formæ ma-
teriam perficientis, est agere: forma enim substantialis, est actiuum specificæ ope-
rationis principium. Ad confirmationem dico, intelligere, siue intellectionem in
specie intelligibili recipi quidem, vti in dispositione necessaria, non autem, vt in sub-
iecto principali subsistente. visio siquidem recipitur in anima visiua, non tamen sine
magnitudine: neque ob id necesse est, vt ipsa magnitudo officio fungatur intelligen-
di. Sed dices, quemadmodum nullibi inuenitur albedo, quin & ipsum album dica-
tur, vnde & superficies dicitur alba, tametsi principale nequaquā sit albedinis sub-
iectum; ita sanè videtur rationi consentaneum, vt virtute intelligendi polleat, in quo
intellectio recipitur. Verùm huiusmodi similitudo, non est recipienda: non enim sub-
stantiæ, in qua existit albedo proprium accidens esse probatur: ideoq; aliquod aliud
denominare potest; sicut intelligere est proprium accidens animæ: proinde non ni-
si animæ competit intellectiuæ, vt hoc nomine vocetur. itaque species intelligibilis nō
est formaliter intelligens; sed est id, quo aliquid formaliter intelligit, & intellecti-
onem recipit. Ad 3. prudentia non est principium operationis actiuum, neq; simili-
3. ter ars; alioquin habitus speculatiui, sapientia, scientia, & intellectus eodemmodo
ad suas operationes se haberent. Dicuntur autem suarum operationum principia a-
ctiua, quòd ad exteriores actiones homines dirigant, quod profectò habitus specu-
latiui nequeunt efficere: prudentia siquidem moralium actus componit, & tem-
perat: ars verò in exteriorem materiam, actionem suam dirigit. Ad confir-
mationem dico, omne habens finem, in se principium actiuum suum finem attin-
gendi, vel aliquid in sua natura habere, cuius ope suum finem attingere potest. hoc
ergo modo habitus suum finem habere dicitur: quia nimirum per suæ intellectiuæ
potentiæ actiuitatem, valet suum finem attingere. Ad 4. scientia duobus modis po-
4. test intelligi: vno quidem modo pro specie ab obiecto impressa, quæ tum habitus,
tum scientia dicitur: habet enim in intellectu rationem permanentis, & quiescentis.
dicitur quoq; principium actiuum cum intellectu pro simplici notitia intelligenda,
atque acquirenda, quatenus obiecti vicem subire dicitur. vnde & huiusmodi habi-
tus, seu scientiam intellectum de potentia essentiali ad accidentalem deducere, di-
cunt,

sunt, & sic intelligenda est philosophi sententia. alio modo scientia, & habitus sunt relictæ qualitates ex multis actibus sciendi, quibus non competit officium deducendi ad potentiam accidentalem. De habitu quoq; prudentiæ simile potest esse iudicium; propterea, quòd species impressa, à primo obiecto practico, principium sit reducendi intellectum de potentia essentiali, ad actum prudentiæ: proinde & illa species potest dici, ob causam iam dictam habitus prudentiæ. habitus verò, id est, qualitas ex actibus prudentiæ derelicta, non est principium actiuum ad prudentiæ actum eligendum: hac ergo distinctione, totum argumentum euacuari potest. Ad 5. ars primò accepta, id est, vt est species rei artificialis ab obiecto impressa, sicut loquitur philosophus 7. met: vbi ait, ab arte fieri, quorumcunque species est in anima: non autem, vt est qualitas ex actibus derelicta, in genere causæ efficientis à philosopho collocatur: illa autem species ab obiecto impressa, ars dici potest, & habitus. neque valet, quod ab aliquibus infertur, habitum, quia causa est moralitatis in actu, esse virtuosè, seu officiosè agendi, largiri: non enim sequitur: quantitas largitur primum esse; ergo est alicuius secundæ operationis principium. Quare, non omne quod largitur esse primum, largitur quoq; & secundum, operationem scilicet; nisi fortè ad primum secundus sequatur, cuiusmodi nõ est in proposito. Ex his ergo, quæ dicta sunt, & similibus satis perspicuè constare puto, quomodo species intelligibilis non sit intellectionis, siue ipsius intelligere principium actiuum.

Species & intellect⁹ faciũt vnũ

5.

CAP: XIX.

Ex specie, & intellectu fit magis vnum, quàm ex materia, & forma.

Voniam speciei intelligibilis virtus, non parum prodest intellectui possibili, pro sua intellectione elicienda, atq; formanda; propterea operæ pretium fuerit perquirere, & perquirendo indagare, & indagando aperire, quomodo ex specie intelligibili, & ex intellectu possibili fiat magis vnum, quàm ex materia & forma. Et est manifestum, ait philosophus, quod materia & forma copulentur ad inuicem, tanquam congregatum ex eis sit vnicum, maximè intellectus materialis, & intentio intellecta in actu: quod enim componitur ex his, non est aliquod tertium aliud ab eis. Commentator in commento illius loci dicit apertè, Ex intelligibili specie, & ex intellectu possibili, magis fieri vnũ, quàm ex materia & forma. Duo igitur examinãda, atq; explicanda occurrũt: vnum, cur ex illis duobus nõ fiat vnum tertium, sicut fit ex materia & forma? alterũ, quare fit magis vnum, quàm ex materia & forma. Et primum quidẽ facilè soluitur, quando quidẽ ideo ex eis non fiat vnum, quia non sunt inuicẽ causæ simpliciter secundùm esse: intellectus enim, est causa rei scitæ simpliciter secundùm esse, & non è contrario. ex materia autem & forma, resultat tertium, quoniam sunt inuicem causæ: non enim materia, seu forma se habet per modũ disponentis, instar speciei intelligibilis; sed per modum propriè & realiter causantis: compositum namque constat ex materia, & forma, intelligere verò non constat ex intellectu, & specie intelligibili. Ad 2. difficile est respondere, propter diuersas interpretum opiniones: quidam enim dicunt, ideo fieri magis vnum, quia intelligibile immediatius vnitur intellectui, quàm forma materiæ, quæ non nisi mediante dimensione, authore Auerroe in libro de substantia orbis, materiæ coniungitur. Sed tunc quis posset dicere: ex materia & dimensione fieri magis vnum, quàm ex materia & forma, quod Auerroi non probatur. Maior prætera esset vnio formæ accidentalis in subiecto, quàm materiæ & formæ: quandoquidẽ vt Auerroes dicit 2. de ani: 8. sine vllo medio materiæ insit. Ideo alij dixerunt, illud

3. de ani: 6.

Philosophus

Cõmentator.

Quare non fit vnum tertiũ

Quare magis vnum.

Opinio. 1.

2.

Species nó est scientia.

magis vnum, non esse immediationis, sed identitatis: intellectus enim & intelligibile sunt essentialiter idē, sed diuersa per accidēs, vt docet Aue: in lib: dest: dest: disput: 7. solut: dub: 3. Sed reuera nō est ita, propterea quod in solo Deo idē essentialiter sit
3. intellectus, & intelligibile. Alij dicunt esse magis vnum firmitatis, & stabilitatis; quia nimirum illa vnio ex vniuersalibus constat, quæ sunt perpetua: vnio verò materiæ & formæ, quæ temporum volubilitati subiacet, transmutatur, ideoq; maxima
4. omnium censenda non est. Alij dixerunt, fieri magis vnum causalitatis ad operationem exercendam; eò quòd compositum ex intellectu, & specie, respectu intellectionis conficiendæ, receptiuam vnitatem habent: actiua verò ex intellectu pendet, & obiecto; idcirco sunt magis vnum. quæ autem ex vnione materiæ, & formæ dependent, minorem habent vnitatem; quia illorum principia sunt indiuisa in causando, v-
5. met:15 num autem ab indiuisione sumitur. Potest dici, quòd fiat magis vnum, quia inde nō resultat aliquod tertium, sed simul coalescunt, & ambo sint spiritualia, inuisibilia, & immaterialia, quod planè de forma, & materia dici non potest. Porrò de perfecta vnione, multa dicta sunt in 3. & in quinto Pymandri: hæc autem obiter dixerim

Species an sit scientia.

speciei intelligibilis gratia. Reliquum est, vt dicamus, vtrum species intelligibilis rei scitæ sit ipsa scientia. Cùm autem sic singula fiat, inquit philosophus 3. de anima, tex: 8. vt sciens dicitur, qui actu scit, id est, cùm reducitur in actum specierum intelligibilium, sicut sciens quando actu intelligit. Ex quo patet, non bene de speciebus intelligibilibus Auicennam sensisse: posuit enim huiusmodi species in intellectu post actus intelligendi minimè conseruari, quod planè manifestè pugnat contra philosophum, dicentem, intellectum reduci in actum, per modum, quo sciens ex habitu, ad actum sese aduocat, & reducit: nam prius erat potentia intelligens. cùm verò actu intelligit; species intelligibiles in eo sunt secundùm actum perfectum: quando autē cessat ab actu intelligendi; medio modo se habent inter potentiam puram, & actum

Rationes.

purum. Ex his ergo non temerè aliquis dicet, speciem intelligibilem scientiam esse. Et
1. reuera, si scientia est alius habitus à specie intelligibili; tunc certè eiusdem rei, secundùm eandem rationem essent habitus intellectuales diuersi. siquidem de triangulo, quatenus est triangulus, haberi potest scientia 1. poste: 22. Species quoque intelligibilis de triangulo eidem potest inesse intellectui trianguli scientiam habenti:
2. atque ita duo habitus eiusdem rei simul essent, quod est absurdum. Amplius, sicut se habet species rei artificialis ad rem artificialem; ita rei scibilis ad rem scibilem per conuenientem similitudinem. Sed ars, vt dicitur 7. met: cap. eorum autem quæ sunt, est idem cum specie artificiali: idem ergo erit scientia cum specie scibili, siue
3. intelligibili. Ad hæc accedit, quòd omnis habitus intellectualis, in numero illorum quinque continetur, nempè sapientiæ, scientiæ, intellectus, artis, & prudentiæ 6. eth:

Habitus intellectuales.

sed species intelligibilis rei scitæ, est habitus; quia in intellectu perdurat, & consistit: & non est sapientia; quia sapientia constat ex principiis à motu, & à materia semotis, & abstractis: neque est intellectus, quia est habitus principiorum demonstrationis complexorum: neque est ars, aut prudentia; propterea quòd sint habitus de rebus operabilibus à nobis: species autem intelligibilis circa speculabilia versa-

Solutio.

tur: reliquum est ergo, vt huiusmodi species sit habitus scientiæ. Sed hæ rationes facilè solui possunt: nam quòad primam spectat, licèt de triangulo, aut de aliquo alio simili subiecto, species intelligibilis haberi possit; de ipso tamen triangulo seorsim, & secundùm se, nequaquam propriè scientia acquiritur; nisi de inhærentia passionis ad subiectum, vnà cum subiecto: pro cuius quidem inhærentiæ vera, ac firma dispositione habenda, habitus scientificus disponit. de huiusmodi autem inhærentia habetur species intelligibilis, quæ eam considerat, non tamen firmiter, atque perfectè; propterea opus est habitu scientifico ad huiusmodi considerationis firmitatem statuen-

statuendam. Itaque de huiusmodi inhærentia diuersimodè duo habitus simul haberi possunt: quorum vnus imperfectam, alter verò perfectam de huiusmodi inhærentiæ consideratione, speculationem obseruat. Ex quo patet, scientiam propriè habitum intellectualem esse, fit enim ex actibus frequentatis; species verò intelligibilis, nequaquam, præcedit namq; actum intelligendi. Dicitur tamen habitus intellectualis, eò quòd intellectum disponat ad intellectionem conficiendam, atque depromendam eius rei, cuius ipsa est simulachrum, & species; idq; consideratione incomplexa, absque affirmationis, & negationis certitudine, sicuti sunt primæ operationes intellectus. sed de huiusmodi habitu, non est sermo philosophi in 6. ethicorum. Ibi enim loquitur de habitu propriè, ac perfectè intellectum perficiente, ad complexam considerationem producendam. Adde, quòd quamuis species intelligibilis rei scitæ, non sit formaliter scientia, quia ad modum scientiæ non acquiritur; ad scientiam tamen reducitur; quia ad eius considerationem ordinatur: ordinatum enim ad finem, reducitur ad suum finem. Ex quo patet, quomodo species intelligibilis discrepet à scientia, & qua ratione habitus intellectualis dici possit. Verùm aliqui peracutè de hac re ita philosophantur: Species intelligibilis, inquiunt, est illa scientia, quæ reducit intellectū de potentia essentiali ad accidentalē, authore philosopho 8. phys: 32. & 2. de anima 25. Non autem ea est, quæ propriè dicitur scientia, quæque est habilitas quædam ab actibus causata, atq; derelicta: ista enim præcedit actum producendum, quauè informatur intellectus, vt ad suam operationem prodire possit; alioquin non operaretur tūc magis, quàm prius. Quare in cognitione species dicitur sciētia, & formaliter habitus cognitiuus; quia est qualitas, quæ in intellectu remanet, ipsum disponens ad actum producendum: hæc illi.

Species nō est scientia.

Duo habitus simul.

Species quare habitus dicitur.

Alia.

Quomodo est scientia.

CAP: XX.

Intelligere est essentialiter agere.

Postquàm visum est, speciem intelligibilem non esse intellectionis, siue ipsius intelligere, causam effectiuam; quærendum nobis est, an ipsum intelligere sit essentialiter agere, vel pati, & à quo potissimùm, & effectiuè procedat. Est autem intelligere essentialiter agere, quoniam solus intellectus intellectionem producit; mediante tamen specie intelligibili, per quam, veluti per suam formam constitutus in genere intelligibilium, ad secundum actum producendum progreditur. Non est tamen existimandum, intellectum sub specie intelligibili existentem, intellectionem producere, sicut aqua existens sub calore, calefactionem afferre consueuit: calefactio enim à solo calore generatur: intellectio verò, siue intelligere ab intellectu effectiuè. neque existimandum est, quod sicut ex materia & forma fit vnum tertium, quod non se toto, sed solùm ratione formæ est actiuum; sic ex intellectu, & specie, tertium fiat, quod solius speciei ratione sit actiuum: veritatem enim habere non potest in genere cognoscētium, bene autem in genere naturalium. Dicendum est ergo, quòd ex specie, quæ est ipsum obiectum, in esse cognoscibili, in intellectu recepta, non fiat aliquod tertium: sed ipsemet intellectus fit ipsum intelligibile in esse cognoscibili: atque ita totus factus in actu, se toto, & non ratione partis, festiuus egreditur ad actum intelligendi. Ad hunc ergo modum, intelligere est essentialiter agere, pati verò antecedenter, seu concomitanter. vel si magis propriè loqui volueris, vtere hoc modo dicendi, Intellectum, dum actum producit intelligendi, se habere per modum actiui essentialiter, passiui verò concomitanter: nam agens & patiens, eis competunt rebus, quæ

Quomodo sit essentialiter agere.

Verus sensus

Essentialiter agere.

passione

Intellige-re agere.

Potentia actiua.

passione prædicamentali agunt, & patiuntur: intelligere autem, & omnis actio immanens, in qualitatis, & non in actionis prædicamento collocantur. Et reuera, potentia rationalis respectu sui actus, non est merè passiua: alioquin eius actus esset à solo 1. obiecto, quod est falsum. Consequentia probatione non indiget: falsitas consequentis vel ex his potest esse perspicua, quòd nullum agens per se, eam eligat actionem, quæ suæ speciei terminos transgreditur; quia effectus causam suam minimè transcendit. Cùm verò obiectum intelligibile, & volibile à viuo, & non viuo separatum sit, atque abstractum; non video, quomodo actus potentiæ rationalis actiua causa esse, aut dici possit. 2. Amplius, actus immanens, est subiectiuè in suo agente; sed non est subiectiuè in suo obiecto, sed circa obiectum: igitur subiectiuè in potentia rationali, atque ita effectiuè, & actiuè ab ea producitur. Amplius, si solum obiectum rationalem actum produceret; tunc non esset aliquis habitus voluntarius: moueret enim ad modum naturæ, atque ita produceret actum merè naturalem; & sic funditùs periret tota planè philosophia moralis, meritorum discretio, virtutum præmium, male actorum pœna, & inuiolabilis iustitia. 3. Quamobrem, licèt potentia intellectiua sit passiua, id est, receptiua sui actus; est tamen actiua eiusdem: & vt semel dicam, est essentialiter actiua, & concomitanter passiua. Verùmtamen ex seipsa sola, suum actũ producere non valet: alioquin semper intelligeret, vel in promptu illi esset actus intelligendi, cuius contrarium experientia nos edocet: non enim semper intelligimus, neque quando libet, in promptu nobis est facultas intelligendi. Opus est ergo obiecto per speciem intelligibilem intellectum actuante, & obiectum intelligibile repræsentante, pro intellectione producenda, & exprimenda, siue pro ipso intelligere explicando. Itaque intelligere effectiuè est ab intellectu: illa enim est formalis ratio alicuius, vt dicitur 4. met: 28. quæ per nomen exprimitur. Sed hoc nomen intellectio, siue intelligere, intellectus actionem denotat, cuius actio est immanens: intellectũ verò actiuum esse respectu suæ actionis clarissimè commentator protestatur: Duæ, inquit, sunt actiones intellectus, quarum vna est intelligere, alia autem est extrahere: Et 12. met: 39. Intellectus, inquit, natus est diuidere ea, quæ sunt adunata in re. Aristoteles quoque 3. de anima, 49. Necesse est, inquit, vt intellectus sit mouens secundùm quòd est desiderans, non secundùm quòd est comprehendens, neque secundùm quòd desiderium est alia virtus ab intellectu: Intellectus ergo appetit apud philosophum. Sed dubitabit aliquis, quomodo fieri potest, vt duplex sit actio intellectus, passionis vna, altera verò actionis? nullus enim intellectus in nobis duas habet actiones: nec ergo intellectus existens in nobis, vt dicit Commentator. Valet ab vniuersali ad indefinitam negatiuè. Antecedens patet satis, quia intellectus agens, duas actiones non habet, neque etiam intellectus potentiæ: illius enim actio est facere intellecta in actu, istius verò eadẽ recipere. Dici potest, illam Auerrois propositionẽ, hoc modo verã esse, nempè intellectũ existentẽ in nobis, habere vim cõfundendi; vt sit sensus, cõgregatum ex intellectu agente, & ex intellectu possibili, duas actiones habere, recipere videlicet, & agere. Et ista actio, inquit, scilicet creare intellecta, est prior, vtique tempore, nobilitate, & diffinitione: sicut dicendum erit in cap: de natura intellectus agentis. Verùm obseruandum est, nos modò non loqui de actione intellectus agentis, sed de actione intellectus possibilis: num scilicet specie intelligibili concepta, ex seipso exeat ad actum intelligendi producendum: constat enim intellectum potentiæ, specie intelligibili habituatum, opus illi non esse intellectu agente, vt Auerroes dicit 3. de anima 18. & 4. cæli 2. Virtutes actiuæ, ait, & passiuæ in hoc differunt, quòd actiuæ non indigent motore extrinseco, cùm exierint de potentia ad actum, sicut geometer habens habitum geometriæ. Quare, si intellectus potentiæ habens habitum alicuius rei, non indiget intellectu agente, vt in actum prodeat intelligendi; omninò

Intellectio effectiuè est ab intellectu.

2 de ani: cõ: 55 & 3. 21 & 36.

Intellectus appetit.

Actio actiua.

Intellige-re est agere.

omninò consentaneum rationi esse videtur, vt per modum actiui se habeat in sua intellectione depromenda, concomitanter verò per modum passiui. Peripatheticorum quidam dicunt, quòd intelligere est sicut sentire, ideoq; sit pati perfectiuè à suo intelligibili. Potest dici, in hoc cognationem habere ad inuicem, quòd quemadmodum sentire iudicat de suo sensibili; ita quoque intelligere de suo intelligibili: vnde dicit Themistius, multorum fuisse sententiam, ipsum intelligere per essentiam fieri intellectus potentiæ: nosq; intelligere per essentiam intellectus, modò ab ipsis sensibilibus priùs fuerimus excitati. Verùm non est hîc leuiter transeundum: cùm enim intelligere sit actio, atque effectus, non quidem productus ab obiecto, vt dictum est: neq; ab intellectu agente; quia eius opus est, de potentia intellectis, actu intellecta facere: neq; à specie intelligibili; eò quòd virtutem non habeat actum producendi, sed determinandi, ad hanc, vel ad illam rem intelligendam. nam si sola species actum intelligendi produceret; tunc intellectum possibilem dignitate præcederet, qui planè est animæ essentia, aut eiusdem nobilissima potentia: cuius enim actus est nobilior, & ipsum est nobiliùs. sed agere est nobiliùs quàm pati 3. de anima 19. Honorabilius est agens patiente: & species intelligibilis agit, intellectus verò possibilis recipit intellectionem: nobilior ergo esset nobilissima animæ potentia, quod est falsum. Adde, quòd tunc causa totalis deterior esset suo effectu: intellectio siquidem nobilitatis virtute speciei intelligibili antecellit: propterea, quòd vltima perfectione intellectum perficit. Non ergo à sola specie intelligibili intelligere effectiuè proficiscitur: neque à solo intellectu; quia sine specie intelligibili, non actu causa efficiens, sed huiusmodi specie actuatus, est totalis, & efficiens causa suæ intellectionis. Species namque intelligibilis, non respicit substantiam; sed modum actus intelligendi: proinde quòd actus ille sit intellectio, hoc munus ab intellectu recipit: quòd verò sit huius, vel alterius, à specie intelligibili. Concurrit autem species ad intelligere producendum, obiecti præsentandi gratia, vniendiq; cum intellectu, quòd per essentiam vniri non potest; quia non lapis, sed species lapidis est in anima: deinde causa actuandi intellectum, educendique de potentia ad actum; de potentia essentiali ad actum primum: inde postea sic actuatus exit in actum secundum. Ex his ergo satis constare puto, ipsum intelligere effectiuè ab intellectu possibili produci, atq; esse essentialiter agere, pati verò concomitanter. Empedocles putauit potiùs esse operationem ad extra transmissam, quàm intus immissam. Plotinus enn: 6. lib: primo, cap: 22. circa finem, Forsitan, inquit, nec intelligere quidem est facere: non enim in ipsum, quod intelligitur se transfert; sed potius est de ipso: neque prorsus est effectio, neque oportet actiones omnes esse effectiones, aut quicquam facere; potest autem ibi secundùm accidens esse factio. Apud Platonicos intelligere non est agere, vel pati; sed quæ erant velata, ablato velamine, patefacere, nihil noui addendo, seu recipiendo, sicut suprà dictum est. Quid ergo sit intelligere, dixi.

Si intelligere est pati.

Sentire.

Them:

Species non producit actũ

1.

2.

Officium speciei.

Empedocles:

Plotinus.

CAP: XXI.

Argumenta contraria.

IN hac re graui, quæ non sine multa caligine intelligitur, multorum rationes adhibendæ sunt; vt ex multorum sententiis, vndique veritas quæsita, & interrogata, tandem sese prodat in medium. Itaque contra huius quæstionis veritatem, multorum quidem iudicio, rectè propalatam, atq; ostensam, sic arguere nonnulli consueuerunt. Si, inquiunt, 1.
intellectus se toto, & partialiter intellectionem producit, eamque in seipso recipit;

Intelligere est agere.

efficiens ergo, & materia respectu eiusdem in idem numero coinciderent, quod quidem philosopho non probatur 5. met: cap: de causis. Sanè, inter agens, & patiens, vt in eodē lib: dicitur, cap: ad aliquid, relatio inuenitur realis, cui necessaria sunt extrema realiter distincta; cuiusmodi non est idē ad semetipsum, quia nō distinguitur realiter à seipso: intelligere ergo non est essentialiter agere, sed pati. Amplius, intel
2. ligere, est recipere sine transmutatione, vt dicit com: 3. de ani: 14. Recipere est pati obiectiuè tantùm, & non subiectiuè; quod planè astruit exēplum de tabula rasa positū, in qua pictura recipitur, non autē ex eius substantia imago coloribus distincta educitur: sic igitur intellectio nō educitur ex virtute intellectus; sed ab obiecto immittitur, si verum est exēplum, quod à philosopho tantæ rei aptatur. Præterea, in a-
3. licuius formæ impressæ receptione, & nō in alicuius actus prodēdi exercitatione potētia passiua consistit; ideò enim passiua dicitur, quia recipit, & non exerit actū intelligendi. sed intellectus potentiæ, est purè passiuus, vt dictū est: non ergo intellectionem producit, sed recipit. Profectò fieri non potest, vt subiectum formam aliquam recipiens ad aliam formam producendam moueatur, id est, quòd intellectus per speciem in se receptam, actum educat secundum; illumq; in se subiectiuè recipiat: alioquin idem, & secundùm idem esset in potentia, & actu: ergo quod prius.
4. Iterùm, nihil potest esse causa effectiua alicuius rei in se manentis; nisi destructa, & confusa potentiæ actiuæ, & passiuæ ratione: propterea, quòd potentia actiua, principium sit in aliud agendi, & mouendi; passiua verò ab alio moueri, & agi. Quare, si intellectus actum produceret intelligendi, respectu eiusdem actus, & temporis ageret, & ageretur: moueret, & moueretur: sicq; duo contradictoria essent simul vera. Reuera, sicut se habet intelligere ad intelligentem; ita planè intelligi ad intelligibile. sed intelligere respectu intelligentis est sicut vera passio ad suum subiectum, per modum tamen actionis signata: intelligi ergo se habebit ad intelligibile, sicut vera actio, signata per modum passionis: atque ita obiectum, & non intellectus
5. produci actum intelligendi. Item, si intelligere est actio elicita ab intellectu; tunc multa sequerentur absurda, nempè quòd visio Dei, qua intuentium mentes beatitudinis munere donantur, à solo Deo, creato intellectu non cooperante, creari, efficiq; non posset: quod quidem rectè non consonat, præsertim cùm non semper necesse sit, intelligere, ab aliquo effici; sicuti est in Deo, cui intelligere est suaipsius substantia: aut si efficiatur, opus sit; non tamen ab eo, qui intelligit, quemadmodum perspicuè videri potest in intelligentiis, quæ, authore philosopho, per suas ipsorum substantias plurima intelligunt. Adde, quòd tunc Deus aliquam creaturam beatificare non posset, nisi illa etiam seipsam beatificaret, quod veritati repugnat; esset enim
6. infinitæ virtutis, & intelligere non esset pati, vt philosophus sentit. Amplius, aliquid potest esse formaliter intellectio, etiamsi intellectum minimè informet: quidquid enim facit aliquid formaliter intelligere, priùs vtiq; est realiter in ipso. sed si intellectio faceret intellectum formaliter intelligere; prius certè quàm intellectum informaret, esset actualiter intellectio: non ergo ad intellectionem spectat, esse intellectus operationem immanentem.

CAP: XXII.

Soluuntur Argumenta.

1. D primum dici potest, illius consequentiam nihil virium habere; non enim habet contrarietatem respectu eiusdem: siquidem intellectus quatenus est specie actuatus, atque vestitus, intellectionem efficit; quatenus verò

Intelligere est agere.

nus verò est nudus, est receptiuus eiusdem. Ex hoc quoque solui potest confirmatio: relatio enim illa non est eiusdem ad eandem rem eodem modo se habentem. nam intellectus, vt actuatus specie, & vt præcisè intellectus non sunt idem realiter; aliquid enim reale in intellectu specie actuato includitur, quod in nudo intellectu nequaquam inuenitur: non est ergo simile, quod in confirmatione adducitur. Ad
2. *secundum dico, intelligere esse recipere absque transmutationis varietate, quæ est à contrario in contrarium, non autem absq; ea, quæ est solus intellectus atque perfectio. Quò ad verò ad exemplum spectat, commentator dicit esse rethoricum, & viam ad docendum: nam quemadmodum tabula rasa, nullam sibi actu hærentem picturam habet; ita intellectus potentiæ, nullam habet ex his quas recipit formis, actu sibi inhærentem. in hoc autem ab inuicem differunt, quod intellectus specie actuatus, actum producit secundum, intellectionem scilicet: tabula verò rasa, receptis picturæ coloribus, nullam habet virtutem actus alicuius edendi, atq; producendi.*

Tabula rasa.

3. *Ad 3. dico, intellectum, potentiam esse passiuam in recipiendo speciem, & actum primum: actiuam verò in producendo secundum; intelligere scilicet, siue intellectionem: atq; ita vnam eandemq; potentiam ad diuersos respectus relatam, actiuæ rationem subire, atque passiuæ. Quare, quatenus est passiua, perfectio ipsius in actione exercenda non est posita, sed quatenus est actiua. Ad confirmationem respondeo, intellectum ante suum intelligere in potentia esse formali: in actu autem virtuali, formali quidem, quia nondum est actuali intellectione formatus; virtuali autem, qui actu iam habet speciem, qua potest exire ad actum secundum. hæc autem duo se inuicem compatiuntur, potentia videlicet formalis, & actus virtualis diuersos respectus habentes.*

4. *Ad quartum dictum est, aliquid esse in actu, & in potentia respectu eiusdem; sed diuersimode: neque inde sequi aliquod absurdum: quandoquidem actus formalis non pugnet contra potentiam virtualem: neq; vicissim potentia virtualis contra actum formalem; sed bene actus, & potentia eiusdem speciei. Ad confirmationem dicendum, intelligere esse actionem immanentē intelligentis: tametsi intellectus potentiæ in recipienda specie intelligibili se habeat per modum patientis: factus tandem in actu per eandem speciem, intellectionem actiuè elicit, & concomitanter per modum passiui recipit. Quare, eademmet intellectio, actio dicitur, quatenus ab intellectu producitur: passio verò, quatenus ab eodem recipitur.*

5. *Ad quintum, quamuis à solo Deo, illa intellectio & creari posset, & infundi; per eam nihilominùs nemo intelligeret: propterea, quòd cognitio sit actio immanēs cognoscētis: nihil autem agit per actionem à se distinctam, vt dicitur 3. phys: cō: 11. nisi ab eo fiat, vel ad illius actionem conficiendam cooperetur. Solus autem Deus est sua intellectio, & non aliqua alia creatura; quia est vna subsistens, non transiens intellectio, & purus actus, non alicui permixtus potentiæ. Et cùm dicis, Deum non posse aliquem beatificare, verum quidem totaliter, non tamen obiectiuè: creatura enim absque vltima sua perfectione beata esse non potest: vltima autem perfectio operantis, vel rei, quæ nata est operari, est planè sua cooperatio. quare, fieri non potest, vt huiusmodi creatura, beatitudinem assequatur, nisi & ipsa quoq; cooperetur: beatitudinem verò per modum obiecti, solus Deus efficit; quia ipsemet est rationalis creaturæ beatitudo obiectiua. Ex hoc quoque patet satis, non esse necessarium, creaturam infinitæ esse virtutis, & perfectionis simpliciter, eò quòd sit causa effectiua partialis, non autem principalis, & totalis.*

Quomodo Deus beatificat creaturā.

6. *Ad sextum, antecedens non recipitur, probatio quoq; reiicitur: nam albedo facit formaliter album, & tamen ipsa non est alba. Illa præterea intellectio, licèt esset entitas quædam; propriè tamen intellectio dici non posset, propterea quòd nullus intelligit per actum à se separatum. itaque, illa intellectio sic separata, suum quidem haberet esse, non certè intelligens, sed intelle-*

Intellectus causa effectiua.

Intellige re est agere. ctionis: quippe cùm esse intelligens, actum formæ cum habitudine ad potentiam intellectiuam denotet: non ergo illa intellectio intelligeret. Itaque, quemadmodum potentia sensitiua, præsente suo obiecto, ex seipsa suum actum producit; ita intellectus potentiæ, informatus præsentia obiecti per speciem intelligibilem, actum elicit intelligendi. Sed dices, sicut intellectus agens non potest pati, quia illius est omnia agere; ita intellectus poßibilis, non potest agere, quia est omnia fieri. nam si eßet actiuus, poßet vtique ex seipso speciem producere, atque ita non opus haberet virtute

Alia argumenta. intellectus agentis, sibi enim ipsi sufficeret, quod est absurdum. Consequentia est satis manifesta: nam si virtutem habet nobiliorem effectum, nempè intellectionem

1. producendi; multò magis effectum ignobiliorem, speciem vtique intelligibilem, producendi haberet virtutem: illa enim est forma à phantasmatibus abstracta, hæc au-

2. tem à virtute intellectiua edita. Amplius, omne actiuum voluntatis imperio subditum, ab eodem imperio impediri, atque prohiberi potest. sed actus intelligendi à voluntatis dominio præpediri non potest, quò minus conclusionis veritati non firmiter hæreat: non ergo merè liberè, sed magis naturaliter agit; atque proinde in edenda, depromendaque sua intellectione, paßiui potiùs, quàm actiui munus subire videtur. Iterùm, omne habens entitatem actiuam ab alio distinctam; habet quoque operationem distinctam, quam edere potest, & producere. sed intellectus poßibilis habet entitatem distinctam à specie intelligibili, & virtutem actiuam intellectionis producen-

Soluuntur argumenta. dæ: producet ergo intellectionem sine specie, quod est falsum. Respondeo, atque dico, consequentiam non valere: intellectus enim paßibilis, sicut dictum est, diuersi-

1. modè agit, & patitur: neque ex hoc sequitur aliquod inconueniens. Ad probationem negatur similitudo: nam etsi intellectus specie formatus, intellectionem elicere valeat, non tamen speciem potest producere; quia ad illius receptionem se habet in

2. pura potentia paßiua: non ergo est simile. Ad secundum, voluntas non potest à prima obiecti intellectione intellectum impedire; non enim in potestate nostra situm est, quibus visibilibus tangamur: potest tamen impedire intellectum à secunda intellectione, & tertia; denique vniuersaliter ab exercitio actus intelligendi, postquàm obiectum intellectum est, & voluntati ostensum, atque patefactum. Sed dicis, veritati ostensæ intellectum ita firmiter hærere; vt inde à voluntate deduci, & auocari non poßit: obiectum ergo aßensum causat in intellectu. Dico, duplicem esse intellectus actiuitatem: alteram, qua intellectionem producit, quæ quidem à solo intellectu effectiuè dependet; à specie autem, siue obiecto concomitanter, & determinatiuè; & hæc profectò voluntati non subditur; quia est propria ratio, qua à voluntate discernitur. alteram verò, qua suos actus continuare, & multiplicare po-

3. test, quæ planè à voluntatis imperio prohiberi potest, & impediri. Ad tertium, similitudo illa valet in his, quæ sine alterius ope, ad suarum prodeunt operationum exercitium conficiendum: in quorum numero intellectus poßibilis haberi non potest, propter causam sæpiùs dictam: quia effectus in actu primo per speciem intelligibilē, inde exit ex seipso in actum secundum.

CAP: XXIII.

Alia argumenta de speciei, & obiecti neceßitate.

Vamuis paulò ante, cap: de neceßitate speciei intelligibilis, abundè disputauerim de causa, & ratione speciei intelligibilis; quia tamen acria indies emergunt ingenia obscurißimarum rationum plena, parcere pennæ nolui; vt habeat diligens lector locum amplißimum ad legendum, &

Intellige-re est a-gere.

dum, & disputandum. Arguunt ergo nonnulli contra ea quæ dicta sunt hoc modo:
Cuilibet rei inest propria operatio naturalis, & quæ sunt necessaria eidē operationi ex-
plendæ atq; exercēdæ; quia natura non deficit in necessariis: vnde si cælū esset animatū, 1.
ab omnium parente Deo sensuū organa accepisset. sed propria, & naturalis ratio in-
tellectus possibilis, est intelligere, vt communis est omnium sententia: igitur secum
habent omnia, quæ pro sua intellectione exercenda sunt necessaria. quòd si ab exte-
rioribus oportet illum species intelligibiles mendicare: non ergo perfectè conditus
est à Deo, quod est falsum. Amplius, non est danda species generalis in intellectu, 2.
quia illa prohiberet extraneum 3. de anima 4. nec ergo species acquisita. Sanè, nulla
simplex operatio in duo principia est reducenda; vnum enim sufficit. sed intellige-
re est simplex operatio: non ergo reducenda est ad intellectum, & speciem intelli-
gibilem. Quare, nulla ponenda est species intelligibilis in intellectu possibili. Præte- 3.
rea, si species in intellectu poneretur; proculdubiò naturaliter ageret, atque ita in-
tellectus per eam semper actu intelligeret: & si plures species essent, plures actu
intellectiones essent, quod est falsum omninò. Reuera, si circa suum obiectum, absq;
alicuius extrinseci receptione voluntas vim habet agendi; similiter etiam sese habe-
bit intellectus, cùm sint ambæ potentiæ eiusdem essentiæ: ad quid enim poneretur,
nisi, vt esset intellectionis principium! sed principium intellectionis, est potentia
intellectiua, species autem non est potentia intellectiua: ergo quod prius. Amplius, 4.
si species est necessaria intellectui; tunc ipse intellectus per se ad intellectionem pro-
ducendam, sicut ad propriam perfectionem ordinem minimè videretur habere, quod
est falsum: siquidem ad aliquem actum nulla potentia per se ordinem habet, ad cu-
ius principium est in potentia contradictionis. sed intellectus per te est in potentia
contradictionis ad speciem, quæ, vt dicis, est principium intellectionis: ergo etcæ.
Sanè, si species intellectionem produceret, effectiuè, aut concomitanter, & deter-
minatiuè; tunc intentiones logicæ, & relationes rationis in actu esse non possent, eò
quòd nullum ens reale sit ens rationis: causatum verò à specie, est ens reale, cuius-
modi non sunt intentiones logicæ, & relationes rationis: necessariò ergo non est po-
nenda species intelligibilis. Respondeo ad primum argumentum, atq; dico, quemli-

Soluuntur argumenta.

bet intellectum tum angelicum, tum etiam humanum, pro sua propria operatione ex-
plenda, atque exercenda, congrua, ac sufficientia habere principia, secundùm pro- 1.
prium vniuscuiusq; modum. sed angelicum species concreatas, humanum verò per
sensuum organa, eam sibi acquirere, atq; parare; alioqui frustra corpori vniretur:
natura ergo homini dedit principia, quibus suam operationem exercere posset. Ad 2.
secundum, consequentia non est recipienda: species siquidem illa generalis, volunta-
tis non subdiretur dominio; sed totum, quoad fieri posset, intellectum actuaret, at-
que ita semper esset in actu perfecto: nullamq; aliam admitteret speciem, propterea,
quòd duæ formæ eiusdem generis in actu perfecto, eodem in subiecto esse non pos-
sint: species verò acquisitæ, quoniam medium obtinent inter actum perfectum, &

Plures species acquisitæ.

puram potentiam, possunt habitualiter in intellectu inueniri, etiam plures eiusdem
generis, idem perficientes subiectum, nec inde sequitur aliquod absurdum. Ad con
firmationem, maior non habet in omnibus veritatem, nempè in his principiis, quæ il-
lam operationem diuersimodè respiciunt, atq; considerant: intellectus enim, sicut di-
xi, substantiam, species verò modum actus considerat. Ad tertium, secunda conse- 3.
quentia non est recipienda, quandoquidem species non sit principale intellectionis
principium, sed potentia intellectiua. Quare, licèt species naturaliter ageret, intel-
lectus tamen per eam non semper agit, vel præpeditus à voluntate, vel ab aliqua alia
causa. Approbo nihilominùs primam intellectionem omnem actum voluntatis præ-
cedere. Ad confirmationem, negatur similitudo: voluntas enim est potentia actiua,

Intelligere est agere. *intellectus verò passiua, ideoq; virtutē non habet agendi, nisi priùs per speciem actuatus extiterit: similiter quoq; se habet sensus potentia passiua: deniq; ipsa quoq; voluntas ab obiecto recipit speciem amoris.* Intellectus. 4. *Ad quartum, dictum est sæpius, quòad modum, non autem quòad substantiam actus, intellectionem principij rationem habere; qua quidem specie actuatus intellectus, actum producit intelligendi, qui ritè ex suo obiecto specificatur. Ad ipsam autem speciem, naturaliter intellectus inclinatur, non autem est in potentia contradictionis, quia naturaliter appetit suam actuationem. Ad aliam confirmationem, consequentia negatur: non enim sola species est causa actus intelligendi; sed ipse intellectus, à quo propriè ipsa intellectio procedit. Quoniam verò potest sese super actum intelligendi reflectere, ac rem ad extra ad ea quæ sunt ad intra conferre; hinc est, quòd relationes rationis gignendi habet facultatem. Adde, quòd hæc ratio non facit ad rem, propterea quòd entia rationis tantùmmodo habeant esse cognitum, non causam effectiuam realiter producentem.*

Quod act⁹ intelligendi effectiuè sit ab obiecto. *Sed argues fortassis, actum intelligendi ab obiecto procedere, dicens, Si actus distinguuntur per obiecta, vt dicitur 2. de anima, non quidem formaliter; eò quòd obiectum non sit formaliter actus intelligendi: neque materialiter; materia enim actuum est subiectum, anima scilicet: neq; ratione finis; quia operationis in agente manentis, non est alius finis præter vsum 9. met: Distinguuntur ergo per obiecta effectiuè, atque ita habetur propositum, actum videlicet intelligendi, effectiuè ab obiecto produci.* 1. *Amplius, eadem prorsus causa limitata, & eiusdem rationis non producit diuersos actus specie distinctos: quia ab vno, non nisi vnum producitur.* 2. *Sed à diuersis obiectis diuersæ proficiscuntur intellectiones specie distinctæ: non ergo à sola potentia intellectiua effectiuè illæ procedunt, sed ab obiectorum diuersa virtute.* 3. *Amplius, quòd species non respiciat modum actus; nec obiectum potentiam determinet ad actum intelligendi: quidquid enim intellectui ab aliquo alio imprimitur, est species, vel habitus, aut actus. sed illud impressum ab obiecto, quo intellectus determinatur effectiuè ad actum intelligendi, non est species, propterea quòd huiusmodi impressionem species præcedat: neque est habitus, quia sequitur actum: est ergo actus intelligendi, & sic habetur propositum. Adde, quòd si actus determinatur ab obiecto: non ergo intellectus solus potest producere actum intelligendi.*

Soluuntur argumenta. 1. *Respondeo ad primum, atq; dico, actus distingui per obiecta manifestatiuè; quia assimilantur obiectis, & non potentiæ intellectiuæ: propterea eorum manifestatio, atque declaratio potiùs ab obiectis dependet, quàm à potentia intellectiua, tametsi ab ea effectiuè emanent.* 2. *Ad secundum dico, potentiam intellectiuam pro sua dignitate, atque perfectione actiua, diuersas habere virtutes ad diuersas operationes producendas: speciem verò, & obiectum actum intelligendi effectiuè nequaquam producere; sed modum actus producendi perscribere, seu determinare: quia nimirum potentia intellectiua, indifferenter se habet ad actuum huiusmodi productionem exercendam; veluti qui indifferenter se habet, ad huius, vel alterius artis rationem recipiendam.* 3. *Ad tertium, dico, illud, quo intellectus determinatur ad huius actus productionem, esse speciem intelligibilem, obiectum intellectui offerentem; à qua profectò intellectus impressionem non recipit actiuam, sicut aqua ab igne recipit impressam formam caloris, alioquin ipsa esset totalis causa intellectionis; sed determinationem, modi substantiæ actus intelligendi: quia hac specie præsente, hunc elicit actum, altera verò alterum. Ex his ergo patet, quomodo intelligere sit agere, quia profectò ab intellectu possibili effectiuè producitur, qui & passiuus dicitur; tum quia est in pura potentia ad speciem intelligibilem recipiendam; tum quia actū cōcomitanter recipit, quem producit: quibus sanè de causis intelligere pati nominatur,* Intelligere est pati: *& dicitur apud peripatheticos, licèt Platonici aliud sentiant. Cæterùm, species intelligibilis*

telligibilis

Intellige-re est agere.

telligibilis illustratione intellectus agentis producta, qua constituitur intellectus in actu primo, impressa nominatur; quia per intellectum agentem possibili intellectu imprimitur: subsequens verò intellectionem, vt terminus eius, species expressa vocatur; quæ est imago, & similitudo rei intellectæ. Dicitur autem expressa, non quia sit phantasma illustratum, à quo res intelligibilis intellectui ostenditur; sed potiùs est conceptus, & verbum mentis, quod producitur ab intellectu per actum intelligendi. huiusmodi autem conceptus, est terminus intellectionis, in quo primò res intellecta cognoscitur, & intellectui manifestatur.

Species impressa & expressa.

Et is quidem conceptus à Theologo vocatur verbum mentis, à logico intentio, quæ diuiditur in primam, & secundam, à philosopho, ratio, definitio, similitudo, imago, deniq; species expressa. Porrò, intentio prima, bifariam potest intelligi; obiectiuè videlicet, & formaliter: obiectiuè autem, est res intelligibilis, nempe quidditas rei obiecta intellectui, atque præsentata, ad cuius cognitionem habendam intellectus specie actuatus, actum ordinat intelligendi: itaque, prima intentio obiectiuè, est obiectum intellectui per speciem intelligibilem ostensum, quodcunq; illud extiterit.

Verbum mentis.

Intentio prima quid sit.

Obiectiuè.

formaliter autem, est conceptus ab intellectu formatus de re obiecta, & ostensa; qui dicitur ratio, seu definitio rei intellectæ: & hæc quidem pro suæ tuendæ fundamento veritatis, rem habet obiectam, atq; præsentatam. vnde fit, vt animal rationale, quatenus est hominis definitio, ad naturam hominis, ceu prima intentio formalis, ad primam intentionem obiectiuam comparetur.

Formaliter.

Secunda autem intentio obiectiuè, est respectus rationis, qui rem consequitur, quatenus est intellectui obiecta, & per primam intentionem formalem cognita. cùm enim intellectus rei quidditatem in vniuersali intelligit; vt abstractam à singularibus percipit: atque ita in quadam communitate, & indistinctione intellectui obijcitur; sicque ab intellectu percipitur per primam intentionem formalem. Ad eam verò sic obiectam, sequitur communitas illa, atq; indistinctio, quidditas omnibus inferioribus communis, qui planè est respectus, relatio vtique rationis; eò quòd rem obiectam consequitur, non extrinsecus manentem, quia determinata est, & in singularibus distincta. huiusmodi respectus, est ens rationis, secunda intentio obiectiuè, quia intellectus secundariò aduertit.

Secunda intentio obiectiuè.

Secunda autem intentio formalis, seu formaliter, est secundus conceptus ab intellectu productus de re sub illo respectu rationis subsistente; cuius immediatum fundamentum est quidem ille respectus, sed rei obiectæ virtute. vbi enim intellectus percepit naturam rei, sic in vniuersali intellectam, suis esse secundùm prædicationem inferioribus communem; mox conceptum generis, multis profectò speciebus; speciei verò, multis indiuiduis communem, actum, vel aptitudine producit: & hæc sanè secunda intentio formaliter nominatur.

Secunda intentio formalis.

Cæterùm, non est silentio prætereundum, conceptum intellectus obiectiuè sumptum in primam non diuidi intentionem, & secundam: intentio enim prima, obiectiuè accepta, cùm sit ipsa rei quidditas, intellectui obiecta per opus intellectus fieri non potest. sed omnis conceptus intellectus fit per opus intellectus; quia est terminus intellectionis: igitur conceptus sic acceptus, in diuisionem illam non incidit. Secunda præterea intentio obiectiuè sumpta, est purum ens rationis: non enim est, ab aliquo effectiuè, neq; in aliquo subiectiuè. Conceptus autem intellectus est ens reale in prima specie prædicamenti qualitatis, eandem habens entitatem cum actu intelligendi; vterque enim & ab intellectu producitur, & in intellectu subsistit, sicut intellectiones, habitus, & scientiæ.

Conceptus quomodo diuiditur.

Conceptus autem formaliter sumptus, in primam, & secundam intentionem diuiditur. Omnis quippe conceptus intellectus, vel habet pro suo immediato fundamento rem intellectui obiectam, atque ita est prima intentio formaliter, quæ definitio, vel ratio rei nominatur: vel illum respectum, qui dicitur communitas, vel indistinctio, vel in re, quatenus stat sub illo respectu; & sic est secunda

Concept⁹ formalis diuiditur.

Intellect⁹ componit & diuidit.

cunda intentio formaliter, quæ est in prima specie qualitatis. Ex hac autem distinctione plurimæ perplexitates dissoluuntur.

CAP: XXIIII.

Intellectus intelligit componendo, & diuidendo.

Vid sit intelligere, & quomodo fiat; ex supra dictis perspicuum esse potest: posthac dicendum nobis erit, quonammodo intelligat, & vtrum in ipso falsitas inueniri possit & veritas. Quòd vero intelligat componendo, & diuidendo, facilè ostendi potest: nam cùm instar rerum generabilium, de potentia ad actum exeat; proculdubiò, non statim à suæ conditionis principio, sed successiuè suam acquirit perfectionem, rerum vtique cognitionem. Quare primùm apprehendit rei quidditatem, deinde illius proprietates, accidentia, & habitudines rei essentiam circumstantes. inde necesse habet, vnum apprehensum alij componere, & diuidere: atq; ex vna compositione ad aliam perquirendo proficisci, quod est propriè ratiocionari. Vnde philosophus duas posuit intellectus operationes, indiuisibilium scilicet apprehensionem, & compositionem, & diuisionem. Indiuisibilium, inquit, intelligentia in his est, circa quæ non est falsum: in quibus autem est falsum; iam & verum est, compositio quædam iam intellectuum est: hæc illæ. Duæ ergo sunt operationes intellectus, quarum vna est indiuisibilis intelligentia, qua vnius rei quidditas seorsum ab altera ab intellectu percipitur; puta homo secundùm se, animal, & quæ sunt generis eiusdem. & hæc prima intellectus operatio nominatur. Altera verò dicitur compositio, & diuisio. Ex diuersis siquidem intellectionibus, vnitatem immediatè concipit, & identitatem ipsorum adinuicem, quæ compositio nominatur, quæ fit ab intellectu de re intellecta. Quòd si res illæ vnum extiterint, & idem sibi inuicem; tunc illa compositio propter sui conformitatem, veritas appellatur: sin minus, falsitas; quia res diuersæ sunt ab inuicem. Similiter res se habet in diuisionis ratione: nam cùm res diuisim interdũ percipiantur, puta leo, vt aquila; etc. contingit postea, vt ea ordinatè cum diuersitate, vel diuisione eorum ab inuicem intelligantur, vtpotè leonem aquilam non esse: & hæc quidem intellectio dicitur diuisio; quæ tunc rei conformis erit, & vera, quando verè res ipsæ ab inuicem diuisæ sunt, atq; discretæ: sin minus, contrario modo se habebit. Quamobrem rectè dictum à philosopho 6. met: 8. Verum quidem affirmationem habere in composito, negationem verò in diuiso, falsum autem huius partitionis contradictionem. Itaq; veritas vno modo conformitatem significat in compositione, vel diuisione existente, quam profectò intellectus producit: similiter & falsitas deformitatem denotat. Alio modo veritas, & falsitas denotant conformitatem, vel deformitatem cognoscentis ad cognitum. veluti cùm dicimus, sensum verum esse; quia conformitatem habet cum sensibili 2. de anima 63. & 3. 21. Postremò veritas est entitas rei, quæ nata est facere veram suiipsius cognitionem. secundùm quem profectò modum veritas in intellectu esse habere non potest: non enim lapis, sed similitudo lapidis est in anima; alioquin lapis intelligeret, quod est absurdum: sunt tamen in intellectu entitates specierum, rerumq; cognitiones. Est autem in intellectu veritas, quæ est conformitas compositionis, & diuisionis ad rem intellectam: similiter & falsitas, quæ est compositionis, & diuisionis difformitas, quam efficit intellectus. hæc autem compositio, seu diuisio, est intellectio, qua percipit aliqua mediantè eorum diuersitate. Omnis autem intellectio est in intellectu subiectiuè, non autem in re quæ intelligitur: veritas autem est in compositione, & diuisione, similiter & falsitas: igitur sunt in intellectu.

Quomodo intelligat.

3. de ani: 21.

Simplicium apprehensio.

Compositio.

Diuisio.

Veritas & falsitas quomodo accipiatur

3. de ani: 38.

huiusmo-

Intellect⁹ verus vel falsus.

huiusmodi autem veritas non est in prima operatione intellectus: tametsi in illa veritas inueniatur, quæ dicitur conformitas cognoscentis ad cognitum, quomodo & sensus particularis verus dicitur in suo sensibili 3. de anima 26. Intellectus, inquit, qui est secundùm quod quid erat esse, dicitur verus, sicut videre proprium verum est. Hoc ipsum confirmat inibi Commentator, actionem, quæ est informatio, semper esse veram: falsitas verò in ea operatione inueniri non potest: circa indiuisibilia, ait 21. non est falsum. In causa autem est, quia si in prima sua operatione intellectus habuerit speciem quidditatem rei repræsentantem; tunc quidem veritatem habet, vt dictum est: sin minus, falsitatem minimè habebit, sicut dicit philosophus. Sed operæpretium erit scire, quomodo in compositione, & diuisione intellectus contingat falsitas, & deceptio: pro cuius rei noticia habenda, non ignorare oportet, intellectum, quò ad huius rei negotium spectat, cum sensu quandam cognationis similitudinem habere. sensus autem, vt dictum est, circa proprium obiectum minimè decipitur, vtpote visus circa colorem; nisi fortè per accidens, ex aliquo videlicet organi impedimento: cuius rei exemplo nobis potest esse gustus febre laborantium, qui dulcia reputat amara. Quare, circa sensibilium communium cognitionem exprimendam, sæpiùs deluditur sensus, cùm videlicet iudicat solem paruam habere magnitudinem: similiter lunam, & alia sydera cæli. maiorem quoq; sustinet deceptionis iniuriam in sensibilibus per accidens cognoscendis; cùm mel pro felle recipit, propter coloris similitudinem. in causa autem est, quia ad proprium obiectum vnaquæque potentia per se ordinem habet: quæ autem sunt huiusmodi, semper eodem modo se habent. Quare, manente potentia, circa proprium obiectum, iudicium eius non deficit. Obiectum autem intellectus, vt dicitur, est quidditas rei, circa cuius cognitionem intellectus non fallitur; sed potius circa ea, quæ eiusdem circumstant essentiam. vnde fit, vt dum intellectus vnum ordinat ad aliud, componendo, diuidendo, ratiocinando, decipiatur non nunquam. Hanc ob causam circa illas propositiones erroris damnum non patitur, quæ statim cognoscuntur, cognita terminorum quidditate: veluti sunt prima principia, ex quibus innascitur, secundùm certitudinem scientiæ in conclusiones infallibilitas veritatis. Decipitur verò per accidens intellectus, circa quodquid in rebus compositis: non quidem ex parte organi, quo caret omninò; sed potiùs ex parte circa definitione compositionis interuenientis; dum falsa veris commiscet, & possibilibus impossibilia: quæ quoniam in simplicium cognitione intercedere nequeunt; idcircò, vt dixi, in illa non cadit deceptio. Quomodo autem sit duplex intellectus operatio, & veritas, atq; falsitas in intellectu, dixi.

Qualis veritas sit in prima operatione intellectus

Quare in compositione & diuisione accidit falsitas.

Obiectum intellectus.

Decipitur per accidens.

CAP: XXV.

Argumenta contraria.

Ed contra prædicta posset aliquis arguere: Quod non potest simul multa intelligere; non potest componendo, & diuidendo rei veritatem, aut falsitatem inuenire: compositio enim, & diuisio non nisi multorum esse potest. sed intellectus, vt suprà dictum est, non potest simul multa intelligere: igitur, veritatem, & falsitatem non acquirit componendo, & diuidendo. etenim compositioni omni & diuisioni tempus præsens adiungitur, præteritum, vel futurum. sed intellectus abstrahit à tempore, sicut etiam à cæteris particularibus conditionibus: ergo quod prius. Amplius, intellectus intelligit per assimilationem ad res, quia cognitio fit per simile. sed compositio, & diuisio nihil est in rebus: quippe quia in rebus, non nisi res, quæ per prædicatum, & subiectum significatur: 1. 2.

Intellectꝰ verus vel falsus.

catur: quæq; est vna, & eadem, si compositio est vera; homo enim verè est id quod est animal: non ergo intellectus componit, & diuidit. Amplius, bonitas & malitia
3. *sunt in rebus 6. met: 8. sed veritas est quædam bonitas, perfectio est enim; malitia autem quidam defectus: non ergo sunt in intellectu, sed in rebus. Sanè, veritas & falsitas sunt in illo, quod ipsam propositionem denominant: ergo in intellectu: obiectum enim intellectus non est in intellectu; sicut obiectum visus non est in visu. sed*
4. *veritas est obiectum intellectus: ergo quod prius. Iterùm, verùm est illud quod est, authore Augustino: ergo per locum à coniugatis, veritas est rei entitas, atq; ita veritas non solùm est in rebus causaliter, sed etiam subiectiuè. Reuera, illud est formaliter in aliquo, & subiectiuè, quod ipsum denominat. sed res dicitur vera à veritate: veritas ergo est etiam in rebus subiectiuè. etenim, si bonum est in rebus; qua-*
5. *re ergo in eisdem non erit verum, cùm vtrumq; conuertatur cum ente? Item, quòd veritas sit etiam in prima operatione intellectus, & non in intellectu componente, & diuidente. Quidquid competit causato, priùs certè competit causæ. sed intellectui componenti, & diuidenti veluti ab intellectus simplici causato, competit veritas, & falsitas: multò ergo magis competat, necesse est, intellectui simplici, siue primæ intellectus operationi. nam si veritas est in intellectu componente, & diuidente propter iudicij rationem; hauddubium quin de veritate iudicium animæ extimationem*
6. *exprimat, atq; ita omne apparens foret verum, sicut vetus error fateri consueuerat. Amplius, veritas nominatur per comparationem entis ad intellectum. sed prima operatio, qua intellectus ad res comparatur, est huiusmodi, propterea, quòd rerum quidditates formet, earundem diffinitiones concipiendo: ratio ergo veri priùs est in prima, quàm in secunda operatione intellectus: hæc, & similia dici possunt.*

Soluuntur argumenta.

1. *Dici potest ad primum, compositionem intellectus & diuisionem, per quandam differentiam, seu comparationem fieri: atq; ita intellectum multa cognoscere componendo, & diuidendo, sicuti rerum differentiam, earumq; comparationes cognoscendo. Ad confirmationem, tempus ex ea quidem parte compositioni, atq; diuisioni intellectus coniungitur, qua sese ad phantasmata conuertit, non autem ex ea, qua à*
2. *phantasmatibus abstrahit. Ad secundum dico, hoc discrimen inueniri inter intellectus compositionem & rei, quòd illa identitatem eorum quæ componuntur, hæc verò diuersitatem denotet: proinde, cùm dicis compositionem nihil esse in re; verum qui-*
3. *dem est secundo, non autem primo modo. Ad tertium, bonitas moralis, & malitia sunt in anima 5. met: cap: de quali: in fin. Significant, inquit, quale bonum & malũ in animatis: & horum in habentibus electionem, nempè in hominibus: atq; ita bonitas non est tantùmmodo extra animam. Alio modo bonitas, qua res est bona, non est in actu appetentis; sed in ipsa re, quæ vocari potest bonitas entitatiua: & secundùm istum modum verum est, bonum tantùmmodo esse in rebus. Et cùm infers quòd veritas sit quædam bonitas, bene dicis de morali, non autem de entitatiua. Veritas præterea, qua res dicitur verè cognita, est in intellectu cognoscente, similiter & falsitas, propterea argumentum non ritè procedit. Ad confirmationem, veritas modo prius exposito accepta, est in propositione significatiuè; in re autem intellecta, causaliter; in intellectu autem formaliter, vt in subiecto. Ad aliam, obiectum primarium intellectus, non præcedente alterius intellectione, nequaquam in intellectu inuenitur, sed secundariũ, quod post alterius intellectionem percipitur. hoc quoq; modo veritas, quæ est compositionis diuisionisq; cõformitas in intellectu inuenitur: quia nimirum ipsa intelligitur, post aliarum rerum intellectionem, quæ priùs intelligun-*
4. *tur. Ad quartum, veritas trifariam potest intelligi, antecedenter, atq; ita illud dicitur verũ quod est, vt dicit Augustinus: Auicenna quoq; 2. met: Veritas cuiuslibet rei, inquit, est proprietas sui esse: de hac autem veritate non est nobis sermo, quòd*

Quæ bonitas in mente.

Veritas & falsitas quomodo in propositione & in re.

Veritas tripliciter definitur.

sit in

Intellect⁹ componit & diuidit.

*sit in intellectu: entitas enim rei præcedit rationem veritatis. Alio modo accipitur
consequenter; & est veritas, qua res cognoscitur, de qua Hilarius, Verum est decla-
ratiuum esse rei: nec ista veritas facit ad rem. Postremò, veritas est quædam confor
mitas, qua ratio veri formaliter perficitur, quæue est adæquatio, siue conformitas
rei & intellectus. hoc ergo modo veritas subiectiuè non est in re ad extra; sed in ipso
intellectu diuidente, & componente. Ad confirmationem, res dicitur vera impro-
priè, & materialiter à veritate sibi inhærente: formaliter verò ab intellectu diuino,
seu humano, in quo existit: sicut cibus dicitur sanus, à sanitate, quæ est in animali,
& non sicut à forma inhærente. Ad aliam, negatur similitudo: bonum enim denotat
perfectionem appetentis, verum autem cognoscentis. Ad quintum, veritas de illo
priùs dici debet, in quo sui inuenitur perfecta, atque completa ratio: complemen-* 5.
*tum siquidem cuiuslibet motus est in suæ termino operationis; motus autem cogno-
scitiuæ virtutis terminatur ad animam. Cùm ergo perfecta, atq; completa ratio ve-
ritatis, vt dixi, sit in secunda operatione intellectus; par est, vt de illa propriè, &
prius dicatur, quàm de prima, in qua non habet veritas suarum conditionum comple
mentum. Reuera, cognitum est in cognoscente per modum cognoscentis; ideò cogni-
tiuè virtutis motus, terminatur ad cognitionem intelligentis, appetitiuæ verò ad rem
intellectam. bonum autem quoniam dicit ordinem entis ad appetitum; verum autem* Bonum in rebus verum in intellectu.
*ad intellectum; hinc est, quòd bonum, & malum in rebus, verum autem & falsum
in intellectu esse dicuntur: proinde res vera minimè dicitur, nisi quia cum intelle-
ctu adæquationem habet. Ad confirmationem, quemadmodum lux in äerem à sole
immissa, non äeris, sed solis motum sequitur; ita planè veritas à rebus in anima pro-
ducta, non animæ existimationem, sed existentiam sequitur rerum: ab eo enim, quod
res est, vel non est, oratio dicitur vera, vel falsa. Ad sextum, licèt quidditatum* 6.
*formatio sit prima operatio intellectus; per eam tamen rei minimè æquatur: proin-
de in ea nequaquam veritas inuenitur, sed in secunda, sicut dictum est. sed de his sa-
tis dictum. Dubitant nonnulli, vtrum diuisio sit prior compositione: & ex parte qui-* Vtrum diuisio sit prior cõpositione.
*dam astruunt, diuisionem priorem: nam hæc prior est, Socrates sanus non est, quàm
hæc, Socrates sanus est: quoniam Socrates priùs non est, quàm sit. Huius opinionis
videntur fuisse Auerr: Alexander, Ammonius, & similes. Sed dici potest, diuisi-
onem bifariam intelligi posse, enunciatiuè quidem, quæ perinde est, ac propositio
negatiua; & ita compositione posteriorem esse: vel pro intentione rei diuisæ, & sim-
plicis; & sic esse simplicium intelligentiam, & consequenter, vt dicit Auerr: com-
positionem præcedere. Dubitant etiam, num sit aliqua simplicium compositio sine* Simplicium compositio.
*tempore? Dico, omnem propositionem esse compositionem rei cum tempore principa
liter, vel saltem per accidens: nam hæc, homo est, fuit, erit, est compositio rei cum
tempore. alia est compositio rei cum re principaliter, mediantè tamen tempore;
vt pluuia est aqua guttatim cadens, quoniam necessariò prædicatum subiecto conne-
ctitur pro omni differentia temporis. Sed dices, quamlibet intellectus operationem
abstrahere à tempore; eò quòd intellectus sit vniuersalium, quæ non subiacent tem-* Intellectus abstrahit à tempore.
*pori. Respondeo, bene quidem abstrahere à tempore entitatiuè: quandoquidem quæ-
libet eius operatio pro sua propria entitate est soluta à tempore: non tamen repræ-
sentatiuè; propterea, quòd prædicatum non inest subiecto, nisi mediante aliqua dif
ferentia temporis. itaq; duæ sunt intellectus operationes, intellectio, & compositio
intellectionum: & intellectio quidem non est falsa; compositio autem, & diuisio, &
falsa esse potest, & vera: compositio autem intellectionem præsupponit, quia non
potest esse secunda sine prima. Porrò, secunda operatio compositio vocatur, non qui-
dem simpliciter; sed noematum, id est, notionum, & conceptuum; & id quidem ob-* Noëmatum.
iectiuè, vt dicit Themistius, quia nimirùm est earum rerum quæ ab intellectu ap-

 prehen-

Intellect' intelligit indiuisibile.

prehenduntur. Et hæc profectò compositio est veluti vnum entiū, quia non est verè, vnū est, sicut & prima: quippe quæ est terminus simplex, & incomplexus, sed illius similitudinem imitatur, propterea, quòd additione prædicati vnum ens efficitur. Quam ob causam Empedoclis compositioni persimilis esse videtur, qui quatuor elementa ingenita esse voluit; & ab illis in prima rerum origine, rerum partes dissimilares seorsum emanasse, vtpotè capita, ceruices, bracchia, humeros, & quæ sunt generis eiusdem: & has quidem partes lite dirimi, amicitia autem coniungi. Ad hunc ergo modum simplicia, veluti membra seorsum distincta ex primo mentis partu pullulant; in secundo autem compositione, & diuisione, velut amicitia, & lite componuntur, & dirimuntur. Quare, sicut in prima rerum compositione cōtingit, vt bene, & malè illarum fieret partium compaginatio; ita planè accidit, vt fiat noematum compositio, atq; diuisio. Philoponus dubitat, quomodo in intellectione indiuisibilium non sit falsitas, cùm apertè philosophus dicat, in libro de interpretatione, circa illorum intellectionem falsum, neq; verum inueniri: & 6. met: semper verum, & nunquam falsum. soluit contradictionem dicendo, veritatem bifariam accipi posse: substantialiter quidem, veluti cùm dicimus hominem verum; eò quòd non sit pictus, & marmoreus: alio modo, vt distinguitur contra falsum: atq; ita verum est, propositio vera, falsum autem est, propositio falsa. tum dicit intellectionem indiuisibilium esse semper veram; quia non est sophistica, sed substantialiter talis, qualis dicitur. quòd si secundo modo acceperis falsum; tunc illa operatio vtroq; nomine caret. Suffragatur huic sententiæ & lucidissimus Simplicius, à quo eadem fermè approbantur. Arabes huiusmodi intellectum informationem appellant; eò quòd talium intelligentia intellectus naturalibus illorum formis venustetur, atq; informetur: componentem autem, seu complexorum, fidem, propter assensum intellectus, ad talium compositionem, diuisionemq; conficiendam. Itaque secunda operatio, est enuntiatio alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo; in qua necesse est compositionem, & diuisionem accidere. Est autem prior intellectus simplicium, & incomplexorum, & quodammodo causa intellectus componentis, & diuidentis, sicut dixit Empedocles, quòd capita ceruices præcesserint, & deinde in vnam compagem coaluerint: sic asimetros, & diametros, ex quibus oritur compositio, quòd diameter sit asimeter. Hæc autem cōpositio propositionis non est opus naturæ, sed rationis, & intellectus: propterea dictum est à philosopho 3. de anima 22. ab intellectu compositionem fieri. Sed post hac speculemur, quomodo intellectus intelligit indiuisibile.

Empodoclis compositio: | Philoponus. | Veritas duobus modis. | Simpli: | Arabes.

CAP: XXVI.

Intellectus intelligit indiuisibile.

Arist: 3. de ani: 23.

INdiuisibile autem, quoniam dupliciter potentia aut actu est, inquit philosophus. Quoniam quidem hactenus disputando perquisiuimus, quonam modo diuisibilia intellectus percipiat; posthac dicere propusuimus, quomodo indiuisibilia & negationes intelligat, vt sic vndequaq; actus intelligendi enodentur, & perspicui euadant. Pro huius autem notitia habenda, non ignorare oportet, id primò, & per se à nostro percipi intellectu, quod est eius proprium obiectum, quod planè à quibusdam rei quidditas nominatur: indiuisibile autem per eam, quam ad huiusmodi quidditatem habitudinē habere videtur. Porrò, multis modis indiuisibile dicitur, 3. de ani: 23. Vno quidem modo sicut continuum, quod est actu indiuisum, licet sit diuisibile potentia: huiusmodi autem prius à nobis percipitur, quàm eius diuisio, quæ in partes secatur: confusa enim distinctam præcedit cognitio.

Alio

Intellectus intelligit indiuisibile.

Alio autem modo indiuisibile dicitur secundùm speciem, veluti ratio hominis, quoddam est indiuisibile: & huiusmodi quoque indiuisibile priùs intelligitur, quàm intellectus componendo & diuidendo, affirmando & negando, sua negotia peragat. In causa verò est, quia hæc duo, quasi suo ab intellectu percipi possunt. Alio modo dicitur indiuisibile, eò quòd omninò sit indiuisibile, punctum videlicet & vnitas, quæ actu seu potentia diuidi non possunt. Et id quidem indiuisibile posterius, per priuationem vtique diuisibilis cognoscitur: ideoque punctum priuatiuè definitur, videlicet punctum est, cuius pars non est: similiter & vnius ratio, vt dicit 9. met: In causa autem est, eius oppositio ad rem corporalem, cuius quidem quidditas ab intellectu per se cognoscitur. Omnia ergo priuatiua intelliguntur per habitum, vtpote per bonū malum, & cæcitatem per visum. Sed dicet aliquis, si simile per simile cognoscitur, & indiuisibile maiorem cum intellectu similitudinis affinitatem habere videtur, quàm diuisibile; indiuisibilis intellectus est enim, & simplex: prius ergo indiuisibile ab intellectu percipitur quàm diuisibile. Reuera, quod in definitione ponitur, prius à nobis cognoscitur: definitio siquidem, vt dicitur 9. topicorum, ex prioribus fit, & notioribus: sed punctum ponitur in definitione lineæ; quia est longitudo, sine latitudine, cuius extremitates sunt duo puncta sicut dicit Euclides: & vnitas ponitur in definitione numeri; quia numerus est multitudo, mensurata per vnum, 10. met: ergo quod priùs. Dico, similitudinem per quam cognoscimus, speciem esse cogniti in cognoscēte residentem: ideoque cognitionem per conuenientiam ad obiectum, non autem per similitudinem naturæ ad potentiam cognoscitiuam fieri. Cùm ergo diuisibile maiorem cum obiecto intellectus cognationem habeat, quàm indiuisibile, sicut dictum est; hinc est, quod priùs ab intellectu percipitur. Ad 2. seu ad confirmationem dico, in definitione lineæ communiter sumptæ, punctum non poni; sicut patet in linea infinita, & circulari, in quibus non nisi in potentia punctum inuenitur: Euclides autem cum definiret lineam finitam, & rectam, in eius definitione punctum posuit, veluti lineæ terminum. itaque quando illa sumuntur, vt suarum quantitatum priuationes; profectò non in se ipsis, sed in suis accipiuntur quantitatibus, quas participant: hoc modo punctum est terminus lineæ, & vnitas numeri mensura, & nunc continuatio præteriti & futuri tēporis. Quare hæc intelliguntur per suos habitus oppositos, & quasi reflexè, veluti malum per priuationem boni, & ignorantia per priuationem scientiæ: hoc est, cognoscimus esse talia, quia ipsis præsentibus, bonum & scientia adesse non possunt. Vnde philosophus 3. de ani: 25. Punctum autem, & omnis indiuisio, & sic indiuisibile monstratur, sicut priuatio, & similis ratio in alijs est; vt quonam modo malum cognoscitur, aut nigrum? contrario namque modo cognoscitur. Themistius dicit duobus modis indiuisibile dici, vno quidem & præcipuo modo forma, veluti Deus, & intelligentiæ, quæ non sunt indiuisibiles priuatiuè, sed positione: alio modo sunt indiuisibilia, quia nimirum eorum esse in priuatione consistit. Vnumquodque ergo negationem includens alicuius, negatione eiusdem cognoscitur: intellectus verò vna eademque specie, & habitum apprehendit, & negationem illi oppositam, vtpote bonum, & malum, virtutem, & vitium: etenim vna est priuatiuè oppositorum species: non tamen æquè primò, quandoquidem species illa ad habitum per se, & primò pertineat. Priuationes, inquit Themistius, nullam formam siue speciem à seipsis habent, aut facere possunt, qua cognoscantur: nam quod per se non cadit in sensu, propriam in intellectu speciem efficere nequit. sed huiusmodi sunt priuationes: non ergo per se, & primò intelliguntur. Et reuera, candor, lumen, vox, sonus per se sentiuntur, priuatione verò, obscuritas, opacitas, silentium: eodem quoque modo priuationes ab intellectu percipiuntur. Quam ob causam bene dictum est à Simplicio, vnam eandemque quidditatem, seu speciem primò, & per se bono competere, deinde malo: bonum enim

Indiuisibile dicitur multis modis.

Punctum quid sit.

Argumentū.

Euclides.

Solutio.

Cognitio fit per simile.

Priuationes per habitus cognoscūtur.

Them: Indiuisibile positione & priuatione.

Exemplum.

Intellect' intelligit priuationes.

num enim essentialiter & primò est ante non malum priuatione: priùs enim bonum est bonum, quàm bonum non sit malum, vel non bonum, vt dicitur in lib. periherm: 2. in habitu ergo est negatio sui oppositi. Proinde bonum primum est intellectio suipsius, secundariò intellectio mali: vna ergo intentione numero intellectus intelligit bonum per se, & malum per accidens, formam, & priuationem: album, & nigrum, id est, candorem, & tenebras.

Simpli: Duplex intellectio.

Annotat Simplicius duplicem intellectionem, alteram prorsus actualem, absq; alicuius imperfectionis admixtione, cuiusmodi est Dei intellectio: alteram verò potentiæ admixtam, quæ ad intellectum potentiæ pertinet: cuius intelligere, respectu rerum naturalium, non est in potentia per carentiam, sed per imperfectionem potiùs. Intellectio ergo, quâ simul forma, & priuatio intelligitur, est in potentia, propter priuationis admixtionem. vnde philosophus in eodem textu: Oportet autem potentia esse, quod cognoscit: & in ipso potentiam inesse. quòd si causarum alicui nullum sit omninò contrarium; illa seipsam profectò cognoscit.

Philoponus.

Philoponus arbitratur à philosopho quæri, & solui quæstionem: Vtrumnè à Deo priuationes, mala scilicet intelligantur. Et respondet, non intelligi: quia non est intellectus potentia, nec in se habet huiusmodi intelligibilia per priuationem: quocirca intellectus diuinus est purus actus, & separatus à materia, & ab omnibus intelligibilibus. Intellectus ergo diuinus, vt ipse dicit, non cognoscit priuationem; quia illi non

Themist:

inest cognitio habitus, qua priuatio cognoscitur. Vnde Themistius dixit, quòd quemadmodum visus, si semper actu lumen cerneret, tenebras nequaquàm agnosceret; ita

Deus intelligit priuationes.

intellectus, si semper actu formam intelligeret, illius priuationem nequaquàm perciperet; propterea est in potentia ad vtrumque: cùm verò intellectus diuinus sit semper purus actus, non videtur fieri posse, vt priuationes intelligat. His aduersatur di-

Plato.

uinus Plato 2. & 10. de republica, in Gorgia, & 10. de legibus, vbi apertissimè ostendit nihil horum deum latere: Deus parua, inquit, & magna videt: bona, & mala, alioquin non esset vltor malorum: non enim magnis prouidet, parua autem negligit: nunquam enim ab illo negligeris, nec si ita paruus sis, vt in terræ profundum ingrediaris: nec si adeò sublimis fias; vt pennis elatus in cælum voles: sed conuenientia supplicia dabis, siue hîc manens, siue ad inferos profectus, siue ad remotiorem aliquem locum translatus: hæc Plato. Ex quibus patet, omnia à Deo vnico actu intelligi: sicut diffusius disputatum est in 4. Pymandri, cap: de dei prouidentia, & iterùm de dei scientia.

Arist:

Aristoteles quoque in libro de bona fortuna, ait, si mala Deum lateant, æquum iudicem eum non fore: intuitu siquidem suæ essentiæ, vt proprij sui obiecti, seipsum intelligit: omnia verò quæ sunt ad extra, consecutiuè; eodem vtiq; contuitu, & actu intelligendi. Non autem dicitur intelligere priuationes, sicut intellectus in potentia: qui dum animaduertit se esse in potentia ad intelligibilium cognitionem habendam; se in actu puro non esse, intelligit: & sic syllogizando priuationes intelligit. Amplius, priuationes, & habitus intelligit scientia, quæ à rebus non dependet, nec ab eisdem causatur; sed in intellectione suæ essentiæ, quæ est causa rerũ, & formalis ratio intelligendi omnia: hoc autem modo peripathetici non negarent Deum omnia intelligere.

Priuationes an sint entia.

Cæterùm, non est silentio tegendum, priuationes non esse prorsus semotas à ratione entis: sunt enim entia, quæ per se habent esse; veluti sunt substantiæ, quæ primò, & principaliter entia appellantur. ad hoc autem primum, &

Ens duobus modis.

ratum entis genus, cætera referuntur. Sunt & alia entia secundi generis, quantitas scilicet, & qualitates, & proprietates substantiæ. alia, entia appellantur, quia sunt via ad substantiam, vtpote generatio, corruptio, motus. in vltimo autem, & tenuissimo gradu entis priuationes, & negationes habentur; quæ ideo entia nominãtur, quia de ipsis ratio negotiatur. Iterùm, ens esse censetur, quod in decem prædicamenta diuiditur: vel quod propositionis veritatem denotat; veluti cùm dicitur af-

firmatio

firmatio vera, similiter & negatio; vt cæcitas priuatio visus, quo quidem modo priuationes entia nominantur: cæcitas enim non est aliquid in rerum natura; sed potius est alicuius entis remotio: verùmtamen quia veram efficit propositionem, propterea nomen entis accepit. Sed non temerè aliquis dubitabit, si priuatio non habet esse in rerum natura: non ergo potest orationem veram efficere; quia ab eo quòd res est, & non est, oratio dicitur vera, & falsa. Omne prætereà ens, res appellatur: propterea, quòd res cum ente conuertitur. Quare, si priuatio, seu negatio est ens; vt quædam res sit, necesse est. Ad primam obiectionem respondet Auicenna, asserens de eo, quod nullo modo est, aliquid enunciari non posse: proinde necesse est, vt de quo enunciatio conficitur, aliquod ens sit, saltem mente comprehensum, in quo esse habere dicitur: & hoc sufficit, vt non extra numerum, ordinemque rerum censeatur. Ad aliud, nomen rei duobus modis accipitur: & vno quidem modo res dicitur, cui est ratum esse & firmum in rerum natura; vtpote quidditatem, & essentiam habens. verùm quia res per suam essentiam est cognoscibilis; hinc factum est, vt hoc nomen illi tribueretur, quod in cognitionem cadit; ita quòd res à reor, reris, nomen sortiatur: hoc ergo modo priuationes, & negationes res dici possunt. Ex his ergo patet, quomodo intellectus intelligit indiuisibilia, priuationes, & negationes: denique quonammodo priuationes in numero entium haberi possunt. Sed dices, terminis primæ intentionis, aliquod ens in re existens, correspondeat necessarium esse. sed cæcum, & quæ sunt generis eiusdem, sunt termini primæ intentionis: igitur aliquid in re eis correspondet, atque ita priuationes & negationes, non sunt entia rationis, vt dicit Auerroes 12. met: com: 4. Dico, in re nihil esse quod illis respondeat, vt suppositum; bene autem vt subiectum, sicut priuationi, quæ est cæcitas, oculus correspondet. Itaque sicut logici dicunt, negatio vera per affirmationem cognoscitur, cui opponitur. Sanè, per id negatiua propositio, quæ composita negatio dicitur, intelligitur, per quod sanè probatur seu explicatur. sed negatiua explicatur per affirmatiuam sibi oppositam: igitur per illam intelligitur; sed non eodem modo: nam negatio vera per affirmationem falsam, & negatio falsa per affirmationem veram intelligitur; vt homo non est equus, per hanc, homo est equus, & homo non est animal, per istã homo est animal: atque ita negatio semper per affirmationem cognoscitur.

Negationis formalitas.

Obiect: 1. 2.

Solutio. 1. 2.

Res duobus modis.

Obiectio.

Solutio.

Logicorum ratio.

CAP. XXVII.

Negatio, habetné distinctam formalitatem ab affirmatione?

SI priuationes, & negationes sunt entia, rectè aliquis posset ambigere, an negatio, quæ est altera pars contradictionis, ex natura rei distinctam formalitatem habeat? Pro cuius rei intellectu, necesse est scire, triplicem esse negationem, nempè negationem negantem, quæ totum negat, quidquid affirmatio stabilierit, absque subiecti & habitudinis delectu, vt non ens: & hæc cùm nihil ponat in esse tum rei, cùm etiam intellectus; nullam profectò habere potest formalitatem. Alia est negatio priuans, quæ sibi subiectum determinat, veluti cæcitas, quæ oculum, non manus, aut pedes lumine priuat. Negatio negans, siue simplex, rei absentiam absolutè denotat; vt non videns indifferenter verificatur de chymera, & lapide: negatio autem priuans, proprium subiectum obseruat: proinde cæcitas de animantibus solis dicitur, quibus insita est à natura aptitudo videndi: non enim omne non videns, cæcum appellari potest. Et hæc certè negatio, quoniam propositionem

Negatio triplex.

Negans. Priuans.

veram

Negationis formalitas. *veram reddere valet, non est omninò explodenda à numero entium, sicut præcedente capite dictum est. Alia negatio est infinitans, vt non homo, non equus, quæ qualitatem negat determinatam, seu actum specialem; substantiam verò, siue esse in cõmuni relinquit. Sed præsens de simplici negatione, quæ est altera pars contradictionis, negotiatur inquisitio. Porrò contradictio bifariam dicitur, propositionum scilicet, & terminorum: & prima quidem est propositionum, vtroq; termino participantium eodem ordine, & quantitate: secunda verò est terminorum ad inuicem pugnantium, inter quos non est dare medium secundùm se, vt sedere & non sedere, diligere & non diligere, stare & non stare, ens & non ens, verum & non verum. formalitas præterea communissimè accepta, à rei forma nomen sortitur, sicuti materialitas à materia. sed tunc sicut vnius rei, vna est forma; ita profectò & vna formalitas. Alio modo communiter pro modo essendi; & sic album & albedo, cùm sint diuersi modi essendi, diuisæ quoq; sunt formalitates. Postremò, & magis propriè, est rei quidditas, siue capax sit definitionis, siue eam recipere nequeat. Itaq; formalitas est quædam conditio, qua aliquid denominatur aliquid tale; vt album, vel nigrum, & id genus plurima: & quoniam tàm à forma, quàm ab aliquo alio formæ similitudinem gerente, aliquid tale appellatur; idcirco tàm forma, quàm formæ similitudo, formalitas nuncupatur. His ita elucidatis, ad quæstionem dico, affirmationem & negationem, ex parte intentionis, non autem ex parte rei, formaliter differre: nam formalitas negationis, qua negatio denominatur, est alia ab ea, qua denominatur affirmatio. si enim negatio est falsa, & affirmatio vera; negatio denominatur falsa, & affirmatio vera; atq; ita differunt formaliter, siue ratione; quatenus formalitas est conditio quædam, qua aliquid denominatur tale. ex parte autem rei, hac formalitatis discretione non seiunguntur; propterea quod homo non est animal, & similes negationes, nullum esse habere possunt: ea enim differre dicuntur, vt dicit philosophus 5. met: quæ sunt in rerum natura. sed negatio negans, simplex, siue vt est altera pars contradictionis, non habet esse, quia altera exponentium semper est falsa: non ergo differunt: neq; sunt eadem; quia esse commune non habent: quare hoc modo, negatio distinctam non habet formalitatem. Reuera, quod nihil ponit ex natura rei, in re extra animam, nullam dicit formalitatem, si formalitas virtutem habet terminandi intellectum, ex ratione ab intellectu apprehensa. sed negatio negans nihil ponit in re, sed vniuersaliter negat omnia; alioquin non differret à negatione priuante: ergo quod prius. Amplius, quod mente concipimus, vt dicitur 1. de interp: & 4. met: nominibus explicamus, aliquod positiuum significantibus. si ergo non ens positiuè concipimus: aliquod ergo positiuum significat, & illud erit ens: & ita à nobis ens intelligi non potest, nisi ratione entis: & sic non erunt distinctæ formalitates, vt non ens, & ita nullam habebit formalitatem; eò quòd formalitas sit quid positiuum in re, vt quidam aiunt, ex natura rei existens. Amplius, ens, & non ens, verum, & non verum: authore philosopho circa finem quarti met: sunt contradictoriè opposita. sed non ens dicit per te formalitatem distinctam; tunc quæro, aut hoc efficit quatenus est ens, & tunc vnum contradictorium statueret, seu poneret reliquum, quod est falsum: vel sicut medium inter ens, & non ens. sed inter affirmationem, & negationem non datur medium: aut sicut non ens; & tunc habetur propositum, nempe quòd negatio simplex, nullam dicat formalitatem, quia nihil dicit positiuum. Adhæc accedit, quòd actus positiuus, & realis, non terminatur ad non ens: actus enim ab obiecto distinctionem recipit. sed actus intellectus est positiuus, & realis: non ergo terminatur ad alteram partem contradictionis. Quòd si obieceris, actus distingui quidem, non autem specificari per obiecta; eò quòd sint extrinseca, actus verò intrinseci; dico eadem esse principia constituendi, & distinguendi. Quare, si inest obiectis virtus distinguendi,*

Infinitans.

Contradictio duplex.

Formalitas quid sit.

Solutio.

Quomodo nõ habeat formalitatem: 1.

2.

3.

4.

5.

Actus distinguũtur per obiecta.

Negationis formalitas.

stinguendi, insit necesse est, & constituendi. Obiectum præterea, licèt sit extrinsecum, est tamen principium actionis; sicut finis, qui est primus in intentione: propterea illud suum esse non impedit, quò minus sit principium specificandi, sicut & distinguendi. Itaque, negatio simplex non dicit aliquam formalitatem distinctam positiuè ab affirmatione opposita per se; sed per accidens, & ex parte intentionis, nō autem ex parte rei: dicit enim formalitatē ratione inclusæ affirmationis sibi oppositæ, vt homo non est equus, quia homo est homo: non ergo, vt negatiua; sed vt affirmatiua potiùs, & ideò per accidens. Sed animaduersione opus est, negationem simplicem ad duas affirmationes referri; quarum vnam complectitur, alteram verò destruit; veluti homo non est leo, homo est leo, & homo est homo: primam aufert, secundam confirmat. hac enim de causa ista est vera, homo non est leo: quia ista est vera, homo est homo. itaque, negatio distinctionem, & augmentum recipit ab affirmatione, quam delet: atque ita vni negationi vna affirmatio opponitur, sicut dicitur primo perihermenias, vt homo non est leo, homo est leo. ab ea autem, quam includit, amittit vnitatem; propterea, quòd vnius affirmationis plures possunt esse negationes; vt homo est homo, homo non est leo, lapis, terra, cælum, & quæ sunt eiusmodi multa. Ex quo patet, negationem simplicem ab ea, quam includit, & supponit affirmatione, distinctam formalitatem non habere; quia ex natura rei distinctam conceptibilitatem non habet: nihil enim distinctè concipitur, eo secluso, quod in sua ratione intrinseca complectitur. Sed huiusmodi est negatio simplex respectu affirmationis, quam includit; vt homo non est lapis, quia homo est homo: Ergo. Verùmtamen respectu affirmationis quam destruit, puta, homo est lapis, distinctam formalitatem habere dicitur: illa enim distinctas formalitates habent; quorum alterum manet in altero, alio non manente. sed negatio manet in homine, vtpote homo non est lapis, sua opposita affirmatiua, nempe homo est lapis, non manente: igitur ex natura rei distinctas formalitates habent. Amplius, illa distinctis formalitatibus seiunguntur, quorum vnum dicit perfectionem simpliciter ex natura rei: alterum verò imperfectionem. sed hominem non esse lapidem, & hominem esse lapidem, sunt huiusmodi: ergo quod prius. Adde, quòd ea, quæ non sunt eadem in primo modo dicendi per se, distinctas habeant formalitates, sicut iam patet. sed negatio simplex, non includitur in conceptu negationis, quam destruit, nec sunt eadem in primo modo dicendi per se: distinctas habent ergo formalitates. Ex his ergo sic intellectis, priores rationes facilè soluuntur: nam cùm dicitur, non ens, non posse habere distinctam formalitatem; eò quòd non cadit in obiectum intellectus, sed ab eo remouetur; verum quidem est ex parte rei, & affirmationis, quam includit; non autem ex parte intentionis, & affirmationis, quam destruit. vnde & philosophus 4. met: in obiecto adæquato intellectus, secundùm ambitum, ordinemque analogiæ, quam habet ad primum ens, priuationes enumerat, & negationes, quæ profectò entia appellantur; quia ad primum ens aliquam reductionem habent: ens ergo, vt ens, sese diffundit ad entia positiua, & priuatiua, atque negatiua. Cùm verò separat philosophus in eodem libro, ens à non ente, quia impossibile est, idem esse, & non esse; tunc certè loquitur de ente positiuo, quod secluditur ab ente non positiuo. Et cùm dicis, negationem per affirmationem, & priuationem per habitum cognosci; veritatem quidem habet in specie, qua cognoscitur; quia specie affirmationis intentæ, non autem destructæ, negatio cognoscitur: similiter, & per speciem habitus, priuatio. Ad aliud, inter contradictoria realiter opposita, non est inuenire medium reale; sed aliquam communem rationem, & intentionem rationis, quæ ex parte obiecti de vtroque concipi potest. neque inde sequitur aliquod absurdum; propterea quòd contradictoria eo modo quo posita sunt, intelliguntur. Ad aliud, de actu reali dico, actum intellectus

Negatio includit duas affirmationes.

Aliorum opinio.

Quomodo habeat distinctā formalitatem

Soluuntur rationes.

Negatio cognoscitur per affirmationē.

Inter contradictoria non datur mediū.

habere in negatione simplici formalitatem realẽ, siue distinctam, virtute abstractionis; abstrahit enim à positiuo, & non positiuo, sicut ens consideratum à metaphisico, quod communitate analogiæ, est commune enti positiuo, & negatiuo; metaphisicus enim considerat negationes, & priuationes: sub ente ergo continentur, alioquin non esset illi sapientiæ obiectum adæquatum. Quare, cùm obiectum habitus non excedat obiectum potentiæ; inde fit, vt obiectum intellectus, ad ens positiuum, se extendat, & negatiuum. vnde, quia eius obiectum priuationes, & negationes subterfugere nequeunt; hinc est, quòd distinctè ab intellectu percipi possunt. Sanè, cùm negatio ex natura rei distincta sit à sua opposita affirmatione; inde fit, vt ab intellectu distinctè concipi possit; tametsi aliqui dicant, illam differentiam, seu formalitatem, esse intentionalem, non realem, quia sola intentione conficitur. Sed argues fortaßis, dicens: Intellectio negationis fit ab ente, vel à non ente: non quidem à non ente, quia nihil efficit: nec ab ente, quia ab eo entis intellectio producitur, & causatur, & non intellectio non entis: idem enim secundùm se non est causa oppositorum. Deinde qualis est ille ordo, vt vnamet species entis primo ipsum repræsentet, deinde suum oppositum? ordo enim inter res inuenitur, ens autem, & non ens, non sunt res ab inuicem distinctæ. Sed hæ obiectiones aduersantur doctrinæ philosophi, & sui commentatoris, quæ traditur 9. met: 3. vbi aiunt, rationales potentias esse ad opposita: quia scientia quædam ratio est oppositorum, rei scilicet, & priuationis, seu negationis; sed rei priùs, & per se, negationis verò, seu priuationis posteriùs, & per accidens; rationem autem accepit pro specie, & similitudine: quare vnum potest esse causa duorum, vnius quidem per se, alterius verò per accidens, sicut dictum est. Ad 2. dico, ordinem ibi esse ex parte entis; veluti omnis homo, primò est ipsemet homo, secundò non ipsemet homo: negatione, ablationeuè, inquit philosophus inibi, ipsum contrariũ ostenditur. Sed tempus est redeundi ad nostrum Mercurium, deinceps disputando de intellectu agente, & de obiecto intellectus, & de reliquis actibus intelligendi. Laus tibi Deo, Optimo, Maximo, summo sapienti, sapientiæ fonti, qui me confortâsti ad scribendum, & ad intelligendum illuminâsti.

Formalitas negationis.

obiectio 1.

2.

Solutio. 1.

2.

Textus Mercurii.

At intellectus qualitatis, qualitasque sensus summi Dei sola veritas est: cuius veritatis in mundo ne quidem extrema linea vmbra dignoscitur: vbi sunt mendacia, vbi genituræ, vbi errores videntur.

Commentum XII.

Cap: I.

Voniam quidem de natura intellectus paßibilis, & eiusdem modo intelligendi multa dicta sunt, non sine præclarißimorum virorum rationibus, & argumentis; rationi consentaneum esse iudico, vt post hac cum nostro magno Mercurio, cæterisq; sapientißimis hominibus, de natura intellectus agentis verba faciamus. Is autem intellectus à Mercurio vocatur intellectus qualitatis, quia est qualitas, hoc est potentia animæ, sicut & intellectus poßibilis, vt dictum est supra. Intellectus, inquam, qualitatis ab effectu, quem

Intellectus qualitatis.

Intellectus agens.

producit, intellectionem scilicet, quæ est quædam intellectus possibilis qualitas, atq; perfectio. Cùm verò id magnæ sit virtutis, & arduæ actionis; ita, vt quædam dei similitudo censeatur; ideoq; qualitatem sensus summi dei nuncupauit. Et reuera, esse intellectum separabilem, impassibilem, immixtum, & in actu, magnæ sunt intellectus agentis conditiones, & insitæ dignitates. Adde, quòd illustrare phantasmata, & ab eis illustratis, speciem intelligibilem abstrahere, & per eandem speciem, intellectum possibilem determinare, non paruam ostendunt atq; vulgarem illius virtutis potentiam. Rectè ergo à nostro Mercurio vocatur sensus summi dei. Sanè, quemadmodum in mundo intelligibili, inquit Plato 6. de republica, Deus est lumen intelligibile, quo planè cælicolæ omnes illustrantur ad intelligendum, & ad diligendum; ita certè sol iste in loco visibili ad visum se habet, & ad ea quæ videntur: & intellectus agens in regno animæ ad ea quæ intelliguntur. Etenim, sicut sine illo primo, & supremo lumine intelligibili, mentes angelicæ nihil intelligerent, & mundus iste corporeus, sine lumine visibili, nihil videret; ita profectò & intellectus possibilis sine intellectu agente in hac vita, nihil intelligeret: ideoq; à philosopho lumen appellatur. Verùm inter huiusmodi lumen, & lumen visibile multum interest: lux enim corporea, non obiectum, colores scilicet, sed solum medium illuminat: lux verò intellectus agentis cùm phantasmata, tùm etiam intellectum possibilem illustrat: propterea, & lumen animæ nuncupatur, quia lumine fit omnis cognitio. Amplius, sicut inibi dicit Plato, Deus intellectionem præbet, nec tamen est ipsa intellectio, & lumen visibile visionem efficit, nec tamen est ipsa visio; ita planè intellectus agens principalis est author in producenda specie intelligibili, qua intellectus possibilis informatus, intellectionem producit; nec tamen ipse est species intelligibilis, siue intellectio. Duabus quidem ex causis turbari oculi consueuerunt: & cùm ex lumine ad vmbrã descendimus, & cùm ex tenebris in lucem prodimus eodem quoq; modo afficitur intellectus possibilis: vel cùm ex lumine intellectus agentis, in suam vmbram descendit: vel cùm ex suis tenebris, in illius lumen prodijt. Quare, quemadmodum oculi cæcutiunt, ac si purus visus in illis non esset, quoties non ad ea vertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat, sed ad illa, quæ nocturnis radiis attinguntur; ita sanè intellectus possibilis in hac vita positus, cæcutit, ac si pura virtus intelligendi in eo non esset; quoties ad suas tenebras sese vertit, & non ea, quæ fulgent lumine intellectus agentis. Quam ob causam dicit Mercurius, solam veritatem ibi vigere: in reliquis autem animæ partibus, nõ nisi mendacia, & errores, vmbras, & genituras. mendacia quidem in phantasmatibus componendis: errores in specie intelligibili educenda: vmbræ in intellectione formanda: genituræ in diuersorum actuum productione. & quamuis veritas in secunda intellectus operatione effectiuè consistat; causaliter tamen emanat à luce intellectus agentis. Etenim, si absq; compositione, & diuisione non est veritas; nec illa sine simplici intelligentia, nec simplex intelligentia, sine specie intelligibili; nec species intelligibilis, sine phantasmatibus; nec phantasmata sine lumine intellectus agentis. Reliquum est igitur, vt ab eo dependeat fundamentum veritatis; modò ipse hæserit primæ veritati, in qua veritas, & ipsum ens emicat, vt dicit Plato: ipsa prima veritas nostrum illustrat intellectum agentem, & intelligentiam præbet, ac suo lumine phantasmata illuminat, & potentia intelligibilia, actu intelligibilia efficit. illuminare autem ea, quæ sunt in tenebris, simulachrũ est summi, & optimi entis. Hac de causa Mercurius Deo gratias agit, qui eum donauerit lumine naturali, & illud superno suo lumine illustrauerit. Sed tibi Deus summe, inquit, gratias ago, qui me videndæ diuinitatis tuæ illuminasti lumine. Fatetur se per lumẽ videre lumen: nobis enim lumen est, quia Signatũ est super nos lumen vultus tui domine: & opus est nobis lumine gratiæ imperfectæ in præsenti, & cõsummatæ, atq; perfectæ

[Margin notes: Qualitas summi Dei. — Intellectus agens comparatur Deo. Plato. — 3. de ani: 18. — Plato. — Oculus duobus modis turbatur. — Mercurius. — Veritas intellectus agentis — Plato. — Tex: — Dauid 4.]

perfectæ in futuro, vt lumen illud cernamus, à quo est omne lumen. Sed hoc differt, inquit, intellectus à sensu, quòd intellectus noster ad qualitatem sensus mundi intelligendam, & dignoscendam, mentis peruenit intentionem; quia ex his, quæ intelligit visibilibus, inuisibilis seu superioris mundi qualitatem dignoscit, ob sui celerem intellectionem, præueniendo quodammodo mentis intentionem, quæ illam discere, ac scire desiderat.

In tellectus mundi.

Verùm intellectus mundi, siue ipsius cæli, quod cælum animatum putauerit, siue animæ mundi, vel ipse intellectus agens, qui est nobilior propter sui luminis virtutem, peruenit ad æternitatem, id est, ad Dei diuinitatem: & deos, id est, angelos cognoscendos, qui suprà se sunt. vnde nobis contingit, vt quasi per caliginem, quæ in cælo sunt, videamus, quantum poßibile est per conditionem sensus humani.

Visio per caliginem.

Duplex est autem ista caligo: altera est creatura, quæ relinquitur: & altera est creatoris, ad cuius notitiam habendam accedimus. sed quia quàm longißimè posita est ab intellectu in hac vita constituto; propterea illius cognitio cum caligine à nobis percipitur.

Dionysius de mystica the: cap. 2.

Dionysius, ad hanc perlucidam, liquidißimamq́; caliginem, orat admitti, & per visus, scientiæq́; priuationem videre, ac scire eum, qui aspectum omnem, scientiamq́; transcendit; & hoc ipsum non videre, & non scire, est veraciter videre, ac scire. Quomodo autem id fiat, ostendit: per oblationem, & negationem; veluti qui natiuam effigiem ex quauis materia facit; is profectò omnia tollit, quæ impedire possint liquidum latentis decoris intuitum, ipsamq́; in seipsa pulchritudinem occultam sola sublatione pandit. Sed dum hæc nititur intellectus auferre, non paruam in cognoscendo patitur caliginem: sicuti & Moyses, qui ex caligine cum Deo loquebatur: & Plato ex profunda specu imagines desuper ambulantes considerabat. Aristoteles verò dicebat, se habere visum noctuæ, quæ lucem solis clarè incedentem, ferre non valet: Paulus apostolus videbat per speculum in ænigmate, nondum autem facie ad faciẽ; quia per fidem ambulabat, & non per speciem.

Moyses. Plato. Arist: Paulus. Lux & caligo.

Ex quo licet colligere ex Mercurio, cæterisq́; sapientibus, intellectum agentem, quem appellat Dei similitudinem, & lucem esse, & caliginem, diuerso tamen respectu: nam ad phantasmata illustranda, & speciem intelligibilem producendam, lumen est & virtus luminosa: ad superiorum verò cælestiumq́; spirituum cognitionem percipiendam; caligine in hac vita offunditur, egetq́; subleuante lumine.

Lumen Dei.

Quam ob rem in fine Asclepij in suis laudibus, quas Deo agit Mercurius, huius luminis meminit superni, quo noster intellectus agens illustratur: Gratias tibi agimus, *inquit,* summè, & exuperantissimè Deus; quia tua gratia tantum sumus cognitionis tuæ lumen consecuti. donas enim nos sensu, ratione, intelligentia: sensu, vt te cognoscamus: ratione, vt suspicionibus te indagemus: intelligentia, vt te cognitione cognoscentes, gaudeamus, ac numine saluati tuo, gaudeamus: quòd nos in corporibus sitos, æternitate fueris consecrare dignatus. hæc est enim sola humana gratulatio, cognitio maiestatis tuæ: cognouimus te, & lumen tuum maximum, solo intellectu sensibili: hæc Mercurius.

Laus Mercurii.

Ex quo clarißimè intelligimus, lumen nostri intellectus agentis, ex illustratione diuini luminis proficisci, illiusq́; perpetua illustratione indigere; vt ritè illustrare poßit, quæ eius lumine indigent. In alio hymno, quem edidit circa finem 13. Pymandri, orat totum illuminari, à luce omnium Deo: O lux, *inquit,* totum illumina, spiritus Deus. *Id est: Tuo summo, & ineffabili lumine illumina lucernam meam, illumina tenebras meas, illumina lumen intellectus agentis, & potentiam paßibilis, phantasmata, speciem intelligibilem, intellectiones, omnesq́; actus intelligendi: denique totum hominem illustra, qui totum creasti, & beatum efficere determinasti. Est enim intellectus noster capax lucis, creatus: est & ipse lux, suo lumine tenebras illustrans. sed non est ipse lux vera, & independens; quia sine prima luce cœcutit, & cali-*

Hymnus Pymandri.

Intellectꝰ agens secundùm Platonem & Plotinum.

& caligines versat. Intellectus est oculus animæ. sed oculus intellectus, siue mẽtis, est Deus; ita quòd intellectus est lux de luce, oculus de oculo, lumẽ de lumine. Sic enim docet Mercurius in codẽ dial. Ipse enim est mẽtis oculus, ipse est vnũ, & omne, lux, & vita: *nec quisquam miretur intellectum agentem qualitatem, siue imaginem Dei à Mercurio appellari: quandoquidem circa finem vndecimi Pymandri dicat; nihil esse in rerum natura, quod non aliquam preseferat diuinitatis imaginem. Quòd si ita res se habet, quid Deo cognatiùs, & viciniùs, intellectu creaturæ rationalis, & intellectualis? Rectè ergo ipse intellectus agens nostræ animæ, dictus est qualitas summi Dei: veritatis origo: intellectionis fundamentum: intellectus sensibilis: oculus de oculo: lumen de lumine: intelligentia: intelligentiæ lumen: purificator, & director intellectionis. Et reuera, si homini non inesset intellectus agens; non esset profectò perfectè minor mundus, imago formæ mundi, in quo sunt, quæ aguntur quædam quæ acta agunt: postremò vnum primum, vniuersale, & semper actu agens. sic etiam in anima, phantasmata aguntur: intellectus possibilis actus, agit: agens verò est primum agens, & vniuersaliter agens. Quam ob rem rectissimè lux appellatur; propterea, quòd sicut lux vniuersaliter influit in omnia quæ sunt actiua, & passiua in materia; ita intellectus agens suum lumen, suamque actionem diffundit in omnia, quæ intelliguntur, & intelligunt in regno animæ. Sanè, omnis actus primi agentis, ex hoc vniuersalis dicitur, quòd ad omnia sese porrigat media; per omnia se extendens, & à primo pergit vsque ad vltimum. Sic igitur agens intellectus in ordine intelligibilium ab intellectu possibili, vniuersaliter agit, per omnia media sese diffundens; à primo ad vltimum pergens sui luminis illustratione: atque ita incessanter agit sicut primum agens intrinsecum per suam essentiam; sicut lux per suam essentiam lucet. Æmplius, quemadmodum in ordine rerum corporalium, vnum est primum agens in his quæ faciunt, & fiunt, lux solis scilicet; ita & in ordine eorum, quæ ab anima intelliguntur, est vna prima lux naturalis, cuius est omnia facere, & altera potentia, cuius est omnia fieri: sicut dixit philosophus 3. de anima, de quo paulò pòst erit nobis disputandũ. hæc autem dixisse sufficiat ad dilucidandum Mercuriũ.*

Deus oculus mentis.

Imago Dei in omnibus.

Epilogus.

Necessitas intellectus.

Quare agens dicitur.

In omnibꝰ vnum primum agens.

CAP: II.

Intellectus agens secundùm Platonicos.

AMbiguum esse videtur apud nonnullos, imò plurimi pro comperto habuerunt, intellectum agentem, à Platonis philosophia non probari. Etenim cùm duæ præcipuæ operationes intellectui attribuantur agenti, quarum vna, ea quæ potentia sunt intelligibilia, actu intelligibilia efficere: altera verò illuminare intellectum possibilem, in intelligibili recipiendo, cui respondet prima operatio agentis intellectus, & in iudicio proferendo, & huic secunda. si ergo Plato posuit in rerum natura intelligibilia in actu: non est ergo o-[illegible] intellectu agente, qui extrahet ea de potentia in actum. Adde, quòd scire nostrũ sit quoddam reminisci, nihilque de nouo addiscimus, nulla foret necessitas ad ponendum intellectum agentem, nisi fortassis propter secundam operationem eiusdem. Adhæc accedit sententia Commentatoris 3. de ani: dicentis, Quòd si quidditates rerum essent actu intelligibiles, & abstractæ, sicut dixit Plato; non indigeremus intellectu agente. sed hæc sententia posset intelligi de intellectu abstrahente, non autem de eliciente, & actum intelligendi causante: nam etiamsi quidditates illæ essent actu intelligibiles; adhuc tamen cõuersione ad phãtasmata opus nobis est, vt à nobis intelligi possint. Plato in suo Phedone apertè dicit, quæ à nobis cognoscuntur, siue addiscuntur, priùs in

Intellectus agens secundũ Platonem.

Auerro:

Phedo Platonis.

Intellect' agēs secū dum Platonem & Plotinum

alia vita didicisse: Antequam, inquit, inciperemus videre, aut audire, alijsq; vti sensibus; oportuit nos æqualis ipsius scientiam possedisse, videlicet quid ipsum sit; si modò æqualia hæc, quæ sensibus subiacent, ad ipsum adeò relaturi sumus, vt iudicemus anniti quidem hæc omnia talia: sciuimus ergo ante ortum, atq; statim nati, non solùm ipsum æquale, maiusq; & minus, verùmetiam eiusdem generis omnia. Est ita, ac si acceptis scientijs, non semper obliuisceremus, oporteret & cum ipsis nasci, semper etiam per omnem vitā scire. nam si scire, est acceptam alicuius rei scientiam retinere, nec amisisse; obliuio enim scientiæ iactura est: porrò, si acceptam ante otium scientiam, nati amisimus, deinde verò freti sensibus circa ipsas scientias, illas quas antea habueramus, recipimus; nonnè id quod discere appellamus, esset scientiam propriam recuperare, atq; id reminiscentia rectè nominatur? fieri enim potest, vtcum quis aliquid senserit, vel videndo, vel audiendo, vel aliter sentiendo, aliud quiddam ex hoc cognoscat, cuius erat oblitus, cui quidem hoc quodammodo propinquabat, siue simile id sit, siue dissimile; ita, quod iampridem dico, è duobus alterum: aut enim scientes nati sumus, scimusq; per omnem vitam omnes: aut quod deinde dicimus discere, duntaxat reminiscuntur, atq; disciplina reminiscentia est: reminiscuntur ergo quæ aliquando didicerant. Sed quando acceperunt animæ nostræ scientiam? non certè postquàm homines nati sumus: erant igitur animæ priusquam in humanam speciem deuenirent; hæc Plato. Cuius opinio dissentit à catholica fide, quæ asserit, quotidiè animas rationales à Deo creari, & corporibus infundi, sicut supra dictum est, vbi de animarum creatione incidit sermo. Verùmtamen hæc Platonis doctrina aufertnè prorsus intellectum agentem? si enim discere est scientiam perditam recuperare, sicut nobiscum interdum agitur, qui ea, quæ magno labore didicimus, incuria, & pigritia obliuiscimur: deinde primam scientiam recuperare cupientes, solertiam adhibemus & industriam, quæ profectò omnia absq; conuersione ad phantasmata, & illuminatione intellectus fieri non possunt; non video quomodo ex hac Platonis reminiscentia, aut idearum actualitate, intellectus agens explodendus sit omninò: neq; actuales illas ideas, neq; scientiam priùs inditam recuperare possemus, sine conuersione ad phātasmata. Ad hæc accedit, quod ab eo docetur 6. de Repub. omnem scilicet nostram cognitionem virtute fieri primi luminis, & intellectum nostrum se habere ad primū, & intelligibile lumen, sicut se habet oculus corporis ad lucem solis: neq; enim oculus capax esset videndæ lucis, nisi & ipse lux esset; propterea quod cognitio fiat in suo simili. Si ergo noster intellectus intelligibilium cognitionem acquirit virtute primi luminis; ipse vt lux sit necesse est. Porrò hoc nomen dignitatis, & actionis communiter tribuitur intellectui, ab omnibus propemodum philosophiæ cultoribus: non ergo à Platone intellectus agens penitus negligitur, etsi non ita distinctè de eo disputārit, sicut & posteriores philosophi: Præsente, inquit, oculis visu, nisi adsit & agentis tertium propriæ ad hoc naturæ aptum; neq; visus videbit quidquam, neq; videri colores poterunt; medium autem hoc lumen est. Profectò visibilis ipsius vis, & videntis potentia, iugo quodam aliarum omnium coniugationum maximè honorando iūctæ sunt. Solis certè lumen efficit, vt visus noster quàm optimè cernat, & oculis obiecta cernantur. Visus sol non est, neq; oculus, cui inest visus, sol est: sed ex omnibus sensuum organis, id maximè solis particeps est, nempè vim quàm habet ex sole infusam seruat. His suffragatur Plotinus, Quamdiu, inquit, in superna extitimus regione, in ipsa mentis natura sufficienter contenti; tunc intelligebamus, & in vnum omnia colligentes cōtemplabamur: postquàm verò huc deuenimus; vicissim animo persuasionem inducere exoptamus, tanquam in imagine exemplar contemplari volentes: forsitan ergo oportet nostram animam edocere, qua potissimùm ratione se ipsum intellectus intueatur; docere, inquam, hanc ipsam naturam animæ, quæ intellectualis, ponentes eam cogita-

Animas præfuisse.

Discere est eeminisci.

Catholica fides.

Intellectus agens secundū Platonem.

Plato 6. de repub:

Sol efficit visum.

Plotinus en: 5. lib. 3. cap. 6.

Intellect' agens secundũ Arist: & Auerroem.

cogitatricem, & intellectum quendam esse, vel vim quandam per intellectum, ipsumque munus ab intellectu sortiri: hæc Plotinus. Porrò, si anima est cogitatrix, & cogitare actus sit rationis discurrentis, & id muneris anima recipit ab intellectu; non tibi videtur hoc modo intellectus agẽtis officiũ indicasse? siquidẽ anima, id est intellectus possibilis, specie intelligibili accepta, ab intellectu agente, in suum opus prodit intelligendi, sicut suprà dictum est: verùm quia hæc dilucidiùs, & apertiùs à peripateticis enodantur; propterea ad eorum studia libentiùs accedimus.

CAP: III.

Intellectus agens secundùm peripatheticos.

PRæclarè de natura, & necessitate intellectus agentis disputatum est à philosopho in 3. libro de anima, in quo clarissime ab eodem docetur, quænam causa illum impulerit; vt huiusmodi poneret intellectũ, quæq; sit illius necessitas, atq; vtilitas. Cùm, inquit, in omni natura sint quædam, quorum alterum quidem vnicuiq; generi materia est, quod id esse patet, quod est potentia illa cuncta: alterum verò causa est, & efficiens omnia nimirùm efficiendo, atque agens talem subiens rationem, qualem ars conditione ad materiam subit; necesse est, & in anima differentias has easdem inesse: hæc philosophus. Et est sensus: in omni natura est aliquid loco materiæ, & aliquid loco formæ. sed anima est natura: in ea ergo est intellectus possibilis, qui tenet locum materiæ, & intellectus agens, qui subit locum agentis, atq; formæ. Porrò, quod materiæ vicem possidet, est omnia fieri in potentia. sed otiosa est illa potentia, vt dicitur 1. cæli, quæ non reducitur ad actum. sed nihil reducit se de potentia ad actum, 9. met: igitur necesse est ponere in anima intellectum agentem, cuius est omnia facere. Sic etiam videre est in naturalibus, in quibus est materia, quæ in potentia est ad omnes formas: & in artificialibus subiectum capax est formæ recipiendæ. sed omnibus his necessaria est virtus agentis, vt de potentia ad actum exeant, atque suam perfectionem assequantur; itaque licèt sit diuinus intellectus supra animam rationalem, à quo anima virtutem sortitur intelligendi, sicut mouens secundum, præsupponit mouens primum, à quo recipit vim mouendi; inest tamen animæ intellectus mouens, & agens, vt sua potentia intrinseca: siquidem in omni natura perfecta, præter agentia vniuersalia, propriæ inditæ sunt virtutes actiuæ, pro illius naturæ proprijs operibus perficiendis: vnde & in animantibus, præter vniuersalem solis actiuam virtutem, similia sibi procreandi insita est virtus seminalis. Cùm ergo anima humana, sit cæteris animãtibus præstantior natura; par erat, vt & hac dignitate agentis minimè priuaretur; vt quæ potentia sunt, actu fierent intelligibilia virtute intellectus agentis. Etenim, res sensibiles materiales, quatenus materiales sunt, & indiuiduæ, materiæ conditionibus iunctæ; non nisi huiusmodi velaminibus depositis, ad earum intellectionem intellectum possibilem mouere possunt; propterea, quòd non sit virtus materialis, organo corporeo affixa. Quare, vt in anima sit virtus actiua, à qua abstrahantur, atq; denudentur hæc sensibilia, fiantq; actu intelligibilia, necesse est, quæ quidem à philosopho vocatur intellectus agens. Sanè, omne quod est in potentia, non reducitur ad actũ, nisi per aliquod ens in actu. sed intellectus possibilis, vt dictum est, in genere intelligibilium, est in pura potentia: fit ergo in actu per speciem intelligibilem, per intellectum agẽtem productam. Nam quemadmodum oculus sine luce videre non potest, etiã si aptus sit ad videndum; ita planè nec intellectus possibilis, sine lumine intellectus agentis per speciem intelligibilem, ab eodem abstractam, & genitam. Et modus qui

3. de ani: 17.

Philosophus

Quod sit intellectus agens.

Agens intellectus potentia intrinseca anima.

Necessitas intellectus agẽtis.

Intellectus agens secundū Aristotelē & Auerroem.

qui coegit nos, inquit Auerroes, ad ponendū intellectum agentem, idem est cum modo, propterea indiget visus luce: non enim visus à coloribus mouetur in tenebris delitescentibus; quia tunc sunt potentia visibiles, sed in actu positis, quod planè absque luce fieri nequit omninò. ita & intentiones imaginatæ, non nisi actu intellectæ, intellectū materialem mouere possunt, quod quidem fit per intellectum in actu. Amplius, quod reducit aliquid, siue potentia quæ reducit aliquam aliam potentiam de potentia essentiali, ad actum primum, & essentialem: non eadem sibi, 8. physicorum: sed intellectus agens reducit intellectum materialem in actum per speciem intelligibilem: igitur necessariò materialis intellectum præsupponit agentem. Nam si potentia, quæ in suo actu naturali producendo, alterius præsupponit actionem naturalem, sibi essent eædem; proculdubio tunc in huiusmodi actionibus depromendis processus fieret in infinitū, quod est falsum. Sed intellectus possibilis in omni suo actu, authore philosopho præsupponit abstractionem à phantasmatibus, quæ fit virtute intellectus agentis: ergo quod prius. Iterùm, eadem potentia non est simpliciter seipsa nobilior. Sed intellectus agens est nobilior possibili; quia agens est nobilius passo: est ergo necessarius agens intellectus, & animæ rationalis potentia intrinseca deriuata à superiori intellectu. Etenim alicui rei actio naturalis, non nisi per aliquod principium sibi formaliter inhærens tribui potest. Sed facere potentia intelligibilia, actu intelligibilia, quibus intellectus possibilis actu intelligit, est actio naturalis intellectus: igitur est principium inhærens, & non extrinsecum. Vnde Auerroes 3. de anima 4. Necesse est, inquit, authore Aristotele, ponere in anima rationali duas differentias, scilicet, virtutem actionis, & virtutem passionis; & vtramq; partem esse partem animæ, & quidem incorruptibiles: hæc Comment. ex quibus satis constare potest de mente Commentatoris, & Aristotelis, intellectum agentem esse animæ rationalis partem. Amplius, sic arguit comm: 19. si intellectus agens est immixtus, & separatus; materialis quoq; similiter se habebit, quod nequaquam veritatem haberet, si intellectus agens non esset pars animæ intrinseca. Amplius, in 12. met: com: 17. adductis multorum opinionibus, qui de his duabus animæ actionibus loquuntur; remittit se ad ea, quæ in 3. de anima disputauit: vbi apertè ostendit, esse duas differentias, siue partes essentiales, seu potestatiuas animæ rationalis; quarum vna est actiua, altera verò passiua. Item, 3. de anima 20. consentit Alexandro dicenti intellectum agentem species verè producere, easq; ab intellectu materiali recipi: dissentit verò, dum dicit Deum esse intellectum agentem. Econtra conuenit cum Themistio, eò quòd dicat intellectum esse animæ rationalis partem: discrepat, quia id per similitudinem fieri putauit: voluit enim Themistius, & Theophrastus, intellectū materialem agentem, & speculatiuum, vnum esse intellectum secundùm subiectum, & per tres dispositiones, quæ eis competunt, differre ab inuicem, atque dissidere. quare Themistius dixit intellectum agentem pro quadam similitudine vocari; non autem pro rei veritate: similiter & intellectum possibilem, quod quidem Commentatori minimè probatur. Et reuera, cùm apud Commentatorem, tum etiam apud Aristotelem nusquam inuenies, Deum esse animæ rationalis partem: nimis est remotum à Dei simplicitate, & quàm longissimè abest ab illius magnitudine: nam etsi homo per suum intellectum agentem continuetur primo motori, à quo dependet, veluti à suo efficiente, & fine; non est tamen ipse intellectus agens hominis Deus, vt quidam perperam senserunt; sed animæ virtus, & potestas. Quam ob causam bene arguit Themistius Alexandrum 3. de anima, cap: 31. Quomodò, inquit, rectè dixisset Aristoteles, in anima rationali inueniri aliquid, quod est omnia fieri: & aliquid quod est omnia facere; si intellectus agens non sit animæ pars, & quidem vera, & non extrinseca? Vnde Commentator 12. met: comm: 38. adducens illa verba philosophi:

Com: 18. 3. de ani:

1. 2. 3. 4.

Intellectus agens est potētia intrinseca.

Com: 4. 5. 17. 18. 19. 20. 36.

Themist:

Theophrast:

Deus non est pars animæ.

Contra Alex:

Auerroes.

Intellect⁹ agens secundũ Aristo: & Auerroem.

phi: Deductio qualis optima paruo tempore nobis. Ex hoc apparet, inquit, Aristotelem opinari, formam hominis, quatenus homines sunt, non nisi per continuationem eorum cum intellectu fieri, qui declaratur in libro de anima, quòd sit principium agens, & mouens nos. sed is intellectus, est nobilissima animæ virtus: non ergo est motor extrinsecus, & primus intellectus: alioquin prosus ruerent Philosophi, & Commentatoris rationes, & argumenta, quæ palam se ostendunt legentibus. Amplius, 3. de anima id clarissimè protestatur: Et ideo, inquit, opinandum est, quod iam apparuit nobis ex sermone Aristotelis, quòd in anima sunt duæ partes intellectus: quarum vna est recipiens: alia verò agens, quæ facit intentiones: & hæ duæ partes non sunt generabiles, neq; corruptibiles. Et paulò inferius, tres partes posuit in anima, nempè intellectum agentem, materialem, & speculatiuum, siue factum: & duas quidem incorruptibiles, tertiam verò, id est intellectum speculatiuum, generabilẽ, atq; corruptibilem. Hoc idem approbat com: 20. commendans Themistium, eò quòd senserit, intellectum agentem Deum non esse; sed esse partem animæ rationalis, & ab intellectu materiali ratione distingui. Alexander autem in lib: suo de anima cap. de intellectu agente, dicit, intellectum agentem esse primam causam: Vnde, inquit, sicut prima causa dicitur bona, quia est suæ, & aliorum bonitatis causa; ita planè dicitur intellectus, quia est causa, quòd alia cognoscantur. Auicenna 9. suæ met: cap: 4. arbitratus est, vltimam intelligentiam, mundo inferiori præsidentem, formarũ dispensatricem, intellectum agentem appellandum; quia anima rationalis ad ipsum conuersa species recipit intelligibiles. Auerroes, etsi censuerit, animam intellectiuam non esse formam informatiuè, sed assistentem; intellectum tamen agentem dicit esse animæ virtutem, sicut & intellectum possibilem 18. de anima, comm: lib: 3. Necesse est, inquit, vt in ea sit pars, quæ dicitur intellectus secundùm quod efficitur omni modæ similitudinis, & receptionis: & quòd in ea sit etiam secunda pars, quæ dicitur intellectus, secundùm quòd facit istum intellectum, qui est in potentia intelligere omnia actu. Amplius, si intellectus agens esset Deus; tunc Deus esset passioni obnoxius, quod est falsum, & impium: intellectus enim agens repatitur, teste Auerroe 3. de anima 20. vbi Alexandri similitudinem de igne, qui in agendo repatitur, & de intellectu agente, approbare videtur: est enim agens vno modo, & alio modo recipiens. Ignis, inquit, est innatus alterare corpus per virtutem existentem in eo; sed tamen cùm hoc patitur quoquomodo ab eo quod alterat, & assimilatur cum eo aliquo modo similitudinis. est ergo agens vno modo, & recipiens alio modo. hæc Comm. Sed Deus non est passibilis: non ergo est nobis proprius, & immediatus intellectus agens. Amplius, in libello de animæ beatitudine, hunc distribuit ordinem entium, primum quidem ens Deum, secundum intelligentias, tertium intellectum agentem, quartum verò animam, deinde formam, postremò materiam. Ex quo patet, intellectum agentem secretum esse, atq; separatum à diuino intellectu: nimis enim intellectus possibilis capacitatem excedit, atq; proportionem: deniq; intellectus agens principaliorem atq; nobiliorem haberet virtutem agendi, quàm sit virtus abstrahendi, quia nimirum seipsum intelligeret: consequens autem commentatori non probatur 3. de anima 36. Amplius, si Deus est nobis immediatus intellectus agens: igitur omnis nostra intellectio immediatè est nobis à Deo: quia intellectus possibilis est in pura potentia ad speciem intelligibilem recipiendam, ex qua specificatur intellectionis modus. atqui plurimæ sunt intellectiones non bonæ: Deus ergo illarum causa diceretur, quod est falsum. Quòd ergo intellectus agens sit pars animæ, dixi.

3. de ani: cõ: 5. sol: quæst: 2

Themist.

Alexander.

Auicenna.

Auerro.

Rationes.

Ignis repatitur.

Ordo entium

Intellectus agens non est Deus.

Intellect⁹ agens est pars animæ.

CAP: IIII.

Argumenta contraria.

De natura, & necessitate intellectus agentis, non parua extitit apud veteres & modernos, siue posteriores philosophos controuersia: propterea quibusdam visum est, ex sententia, textuque sermonis philosophi, intellectum agentem, partem animæ rationalis probari non posse. In o-
1. 17. 3. de ani: mni, inquit, natura, duo sunt necessaria, agens videlicet, & patiens. sed sic ista possunt esse, vt non sit vna numero natura vtrumque continens; sed sufficit, vt insint in natura producenda, sicut & effectui causæ in esse videntur: igitur intellectum agentem, & possibilem animæ rationali essentialiter, & formaliter inesse, ex illa philosophi sententia, sufficienter ostendi non potest. Adde, quòd philosophus 3. de anima dicat, seu nominet intellectum huiusmodi, virtutem in omnia facere, hoc
3. 28. est, intellectum, & agentem omnia; eò quòd intelligat, & faciat intelligibilia in potentia, fieri actu intelligibilia in intellectu possibili. sed nullus intellectus existens in homine intelligit; excepto duntaxat intellectu possibili: igitur intellectus agens, ad
2. mentem philosophi, est separatus ab homine. Amplius, quod est natura intellectu-
3. de ani: alis actu, non est potentia animæ; alioquin perfectione eiusdem substantiæ antecelleret. sed intellectus agens, est substantia, actu ens, immaterialis, & immixtus: igitur est natura intellectualis per se subsistens. Adde, quòd quædam proprietates à
3. de ani: 20. philosopho intellectui tributæ sint agenti, quæ animæ humanæ minimè conueniunt: nimirùm, quòd sua scientia sit idem rei scitæ, & quod non prius intelliget in potentia, & postea in actu, sed quod semper intelligat. Sed intellectus humanus non est idem absolutè cum re scita; sed tantùm vt scita: nec datur intellectus, qui semper actu intelligat, sicut vera experientia comprobare potest: igitur, sicut dicit Com-
3. de ani: 18. mentator 3. de anima 18. philosophus per istum intellectum intellexit intelligentiam
3. agentem. Amplius, omnis intellectus, qui est omnia facere, est Deus: perinde enim est, ac omnia, quæ ab intellectu humano recipi possunt, posse efficere. sed intellectus agens est omnia facere, vt dicit philosophus 3. de anima: igitur, secundùm philosophum Deus est intellectus agens. Sanè, quod animæ nostræ intellectum infundit, est intellectus agens; quia scilicet intellectus speculatiuus in intellectu possibili ab intellectu agente infunditur, dum potentia intellecta, facit actu intellecta. sed Deus infundit animæ rationali intellectum 3. Rhetoricorum, Intellectui Deus lumen accen-
Auer: dit in anima, inquit philosophus: ergo quod prius. Quam ob causam Commentator 3. de anima 20. dicit se sequi opinionem Alexandri, qui dicebat, Deum esse intellectũ agentem, & non approbare Themistij sententiam, intellectum agentem partem ani-
3. de ani: 36. mæ intrinsecam esse affirmantis. Quam ob causam 3. de anima dicit, intellectum agentem esse primam causam: causam agentem intellectum materialem. & 20. intellectum agentem intellectui possibili prætulit, & digniorem existimauit, quòd sit actu intelligens, & de potentia in actum intellectum possibilem deducere valeat, & huius generis multa. Agens, & patiens præterea, si sunt partes animæ essentiales,
4. anima semper ageret, seu intelligeret: illa enim sufficiunt ad actionem producendã. sed hoc est falsum, quia sine phantasmate nequit intelligere: ergo intellectus agens non est pars animæ rationalis. Reuera, si nihil est in actu, & in potentia respectu eiusdem; proculdubiò intellectus agens pars animæ esse non potest, propterea quòd sit substantia actu ens: intellectus verò possibilis in potentia ad omnia intelligibilia,
5. qui est aliquid, imò pars animæ intrinseca. Iterùm, intellectus agens non est passio, neque habitus animæ: habitus enim & passiones, respectu passionum animæ, non habent ra-

bent rationem agentis. sed paßio potiùs eſt ipſa actio potentiæ paßiuæ, habitus verò aliquid, quod ex actibus conſequitur: igitur eſt animæ potentia. ſed omnis potentia fluit ab animæ eſſentia, vt ſuprà dictum eſt: intellectus ergo agens animæ non ineſſet per participationem ab aliquo ſuperiori intellectu; ſed ab animæ eſſentia procederet, quod pro abſurdo apud plures philoſophiæ habetur ſtudioſos. Amplius, ſi intellectus agens eſt pars animæ; tunc ex intellectu agente, & poßibili fieret vtique vna ſubſtantia per ſe, atq; ita à principio nobis, vt forma intellectus agens vniretur, ſicut & intellectus poßibilis, quod Auerroe 3. de anima 36. non probatur. Conſequentia patet ex Comm: 1. com: dicente, ab aliis ſpeciebus nos per intellectum diſtingui poßibilem, qui à primo inſtanti generationis, vt forma nobis coniungitur. Sanè, ſi ita res ſe haberet; tunc duplex nobis ineßet potentia cognoſcitiua abſtracta, nempè intellectus agens, & intellectus poßibilis, quod ſummopere diſplicet com: 3. de anima 18. ergo quod prius. Item, anima rationalis, nullam propriam habet actionem, quin dependeat à corpore, veluti à ſuo ſubiecto, ſiue obiecto, 3. de anima 30. Sed intellectus agens, vt dicitur 3. de anima 12. & 15. intelligit ſeipſum ſine phantaſmate, & dependentia à corpore: non ergo actio animæ propria, nec pars intrinſeca. Item, aut intellectus agens eſt virtus, ſeu potentia animæ, aut eius pars. ſed primum non probatur; quia intellectus agens eſt ſubſtantia actu ens, nobilior intellectu poßibili 3. de anima 19. Virtus verò, ſeu potentia eſt in prædicamento qualitatis, vt ex prædicamentis patet: neq; ſecundum, quia non eſt pars quantitatiua; quia eſt ſubſtantia ſpiritualis, & non corporalis: neq; pars ſubiectiua, alioquin anima non eßet vna ſecundùm ſpeciem, cuius oppoſitũ vult philoſophus 2. de anima 32. Vltimum, inquit, & minimum logiſmum, & diaoneam. neq; eſt pars eſſentialis, alioquin anima non eßet ſubſtantia ſimplex, ſed compoſita, quod planè euertit naturam formæ, quæ, vt dicitur lib: ſex principiorum, eſt ſimplicis eſſentiæ. A ſufficienti ergo diuiſione, intellectus agens, non videtur eſſe pars animæ rationalis. Amplius, nulla videtur fore neceßitas ad ponendum intellectum agentem: quoniam vna, eademq; potentia, reſpectu diuerſorum, & agentis fungi poteſt officio, & patientis: nam actiua dicitur, quatenus ſpeciem intelligibilem elicit abſtrahendo: paßiua verò eandem recipiendo. neq; obſtat, quod ſolet obiici, nimirùm intellectum poßibilem de potentia eſſentiali ad primum actum ab intellectu agente deduci; quandoquidem voluntas vnica potentia, ex potentia eßentiali deducat ſeſe ad habitum moralem; ad actum primũ, cauſando in ſe huiuſmodi habitum, ad quem prius erat in potentia eßentiali. vna ergo virtus intellectiua pro diuerſis actionibus diuerſa nomina habet. Item, ſicut lumen ſe habet ad viſum; ita intellectus agens ad animam, & eius intellectum paßibilem 3. de anima 19. ſed lumen non eſt pars animæ ſenſitiuæ intrinſeca; ſed quoddam medium extrinſecum, ad colorum viſionem diſpoſitiuum; ita & lumen intellectus, ſiue ipſe intellectus agens, non eſt pars animæ intrinſeca; ſed lumen diuinum, ſiue angelicum, quo intellectus diſponitur humanus ad intelligibilium cognitionem recipiendam: atq; ita non eſt pars, ſiue potentia animæ rationalis.

Intellect⁹ agens eſt pars animæ.

6.

7.

8.

9.

10.

CAP: V.

Soluuntur Argumenta.

AD primum dico, falſum ab arguente ſupponi, nimirùm abſolutè, & vniuerſaliter de omni natura philoſophum fuiſſe locutum, cùm in generatione inanimatorum, quorum generatio eſt à principio extrinſeco actiuo, non ſint agens & patiens principia intrinſeca: ſermo 1.

Intellect⁹ agens est pars animæ.

ergo philosophi est de perfectorum animatorum producenda specie, ac generatione propaganda, cuius agens & patiens, siue materia sunt intrinseca ipsi genito; vtpote virtus seminis in materia, ex quibus inesse animal perfectum producitur. Quare, si hæc necessaria sunt ad perfecti animalis generationem conficiendam; erunt quoque necessaria in anima intellectiua pro intellectione depromenda: illa enim præsto sunt, præter agentia vniuersalia: sic ista præsto esse in anima intellectiua, necesse est, præter alios intellectus illuminantes, ne propria operatione anima vacaret. Ad confirmationem, intellectus in actu semper esse dicitur, quòad suam partem pertinet. quòd verò non semper actu intelligimus, ex parte proficiscitur intellectus potentiæ: intelligere siquidem intellectui competit possibili, & non agenti: proinde à philosopho lumini comparatur, cuius actio est facere. ita & hæc virtus intellectus appellatur, nō quia formaliter intelligit, sed quia intelligibilia apparere facit, atque ita apud philosophum nominatur intellectus causaliter. Ad 2. substantia stat in obliquo, vt sit sensus: intellectus agens secundùm suam substantiam, est actu ens; non quidem in genere entium naturalium, sic enim differret ab intellectu possibili, cùm vterque sit potentia, animæ intellectiuæ, in genere siue in secunda specie qualitatis; sed in genere intelligibilium, in quo intellectus possibilis est ens in pura potentia, 3. de ani: tex: 4. Est autem ens in actu, in tali genere causaliter, & non formaliter: & hoc modo naturæ intellectualis esse dicitur. Et cùm dicis, quòd tunc potentia animæ perfectiori modo intellectualis diceretur, quàm animæ substantia; consequentia non valet, propterea quòd substantia animæ sit formaliter intellectiua, illa verò potentia causaliter. Ad confirmationem dico, illas conditiones intellectui possibili à philosopho fuisse tributas, existenti sub actu intelligendi, qui profectò vocatur intellectus in actu, sicut suprà dictū est, cùm de intellectu in actu loqueremur. Porrò, intellectus in actu dicitur res scita in actu; quia in hoc differt à semet ipso, qui antequam actu intelligat, est res scita in potentia: potentia namque cognoscitiua, pro ipso accipitur obiecto cognoscibili actu, vel potentia. Ad 3. omnia facere duobus modis accipitur, nempè omnia producere, sicut prima causa omnium rerum, & id soli Deo competere approbo: vel omnia facere actu intelligibilia, quæ priùs erant potentia intelligibilia, intellectui possibili, quæcunque potest ille intellectus capere; & ita soli conuenit intellectui agenti. Ad confirmationem, intellectus agens non infundit formaliter intellectum; sed producit speciem intelligibilem, quæ causaliter dicitur intellectio, & metaphoricè intellectus. Nihil ergo contra nos argumentum virium habere videtur; quia falsa supponit, & intelligit. Ad 4. intellectus non nisi abstrahendo intentiones, agens nominatur, & vicissim non nisi intentiones recipiendo, passiuus dicitur: quare falsum supponitur, illa agere & pati sine phantasmate: non enim intellectus agens se habet ad intellectum possibilem, sicut visibile actu ad visum; alioquin statim omnia intelligeremus; sed potius, vt faciens obiecta in actu, quod planè absque phantasmatū præsentia fieri non potest. Ad confirmationem, nihil prohibet animam actu immaterialem existentem, aliquam habere virtutem, quæ immaterialia efficiat, per abstractionis officium: alterā verò, quæ eadem recipiat; quia est in potentia, ad determinatas rerum species, non vno eodemque modo abstrahendo, & recipiendo. Ad 5. dico, intellectum agentē esse potentiam, & partem animæ rationalis per participationē diuini luminis intellectū passibilem illustrantem; quia nimirùm est impressio primi luminis: nam cùm animæ essentia sit immaterialis, à primo intellectu creata; eodem quoque modo & potentia, per participationem primi intellectus ad suorum operum executionē perficiendam prodire poterit. Ad 6. duobus modis potest intelligi intellectum agentem nobis vniri, vt partem animæ intrinsecam; & sic ab initio nobis connectitur, nec vnquam à nobis separatur: vel vt perfectus per species intelligibiles; & sic à princi-

Intellectus agens non intelligit.

Intellectus causaliter.

2.

Conditiones intellect⁹ possibilis.

3.

4.

5.

6.

pio nobis

pio nobis non coniungitur; quia ab initio non est adeptus omnium intellectiones; neq; eius abstractio in intellectu possibili recipitur, per modum producendi omnium abstrahibilium cognitionem. Ad confirmationem, non inest nobis duplex potentia cognoscitiua formalis, sed vna formalis, altera causalis, qua ratione actio illa, agens intellectus appellatur: verè enim atq; directè intellectui possibili competit intelligere, cui etiam propriè conuenit speciem intelligibilem, à phantasmatibus abstractam, recipere. Ad 7. dico, animam rationalem propriam operationem habere, quæ eius substantiam consequitur; sed illam in hac vita exercere non posse, neq; seipsam intelligere, sicut suprà dictum. & cùm dicit Aristoteles, Intelligentem quemcunq; etc. de noua intellectione, & suæ superaddita substantiæ loquitur; propterea quòd æstimauit illius substantiam æternam, intellectionem æternam habere, in quo à catholica fide recedit. Ad 8. dicitur, esse partem substantialem animæ, ipsam verò animam, nō componi ex materia & forma corporali; benè tamen ex suis partibus substantialibus, quæ illius simplicitatem labefactare nequeunt. Vnde Commentator 3. de ani: 20. huiusmodi intellectus duos dici propter actionis eorundem diuersitatem, arbitratur: actio enim vnius est generare, alterius verò informari: vnde Commentator dicit, Necesse est, inquit, ponere in anima rationali has duas virtutes, virtutem vtiq; actionis, & passionis: vnus enim intellectus existens in nobis, habet duas actiones, siue operationes, quarum vna est de genere passionis, nempè intelligere; altera verò de genere actionis, abstrahere scilicet formas: non ergo sunt duo intellectus, sed vnus. Ad 9. dico vnum esse intellectum duas operationes habentem, propter rationes iam dictas. Quòd si dixeris, pari facilitate voluntatem agentem ponendam esse, & passibilem; dico id necessarium non esse, siquidem intellectus agens dicitur, quòd speciem actui præuiam, non actum intelligendi producat. secus autem se habet voluntas, quæ actum volendi, non autem aliquam præuiam speciem elicit; propterea quòd in voluntate actum simpliciter præcedat nihil. Itaq; intellectus agens ad imaginem pertinet, sub ratione gignentis verbum, seu actualem intelligentiam; vnde & ad memoriam spectat, dicitq; potentiam intellectiuam, quæ vtramq; virtutem complectitur. Ad 10 dico, intellectum agentem à philosopho habitum quendam vocari, quod est lumen: non quidem habitum, siue dispositionem ex frequentatis actibus genitam; sed habitum quendam medium inter purum actum, & puram potentiam. lumini autem comparatur, sicut paulò antè dictum: quia quemadmodum lumen diaphanum disponit, & disponendo efficit, vt colores actu illud moueant; ita planè intellectus agens phantasmata disponit, vt ex ipsis species intelligibilis genita, intellectum excitet passibilem ad intelligendum. Ex hac autem luminis similitudine, non licet arguere, non esse animæ virtutem intrinsecam; propterea quòd huiusmodi similitudine actio ostēdatur virtutis agentis. Neq; Deus hoc modo intellectus agens dici potest: nam cùm sit agens vniuersale, non agit sine proximo, & particulari agente; nihilò enim minus per vniuersalem rationem agendi, intellectus agens quàm sensus agens est appellandus: neq; enim agit, vt agens particulare apud philosophos. Catholici quoq; asseuerāt, Deum, cùm ad extra agit, merè contingenter & liberè agere, quod sanè Alexandro, cæterisq; non probatur suæ sententiæ sectatoribus, ob eam profectò causam, quòd putent à simplici, & pura substantia, quæ necessariò agit, nihil noui fieri. Non ergo potest esse intellectus agens, nisi vt agens vniuersale: neq; hoc modo agit, nisi mediante proprio, & particulari intellectu agente, vt dixit Aristoteles, & Auerroes. Amplius, lumen, quod ab eo in intellectum materialem diffunditur, vt ille intellectus attolleretur, sicut dicebat Alexander, si esset res particularis; tunc intellectus eò celsitudinis non attolleretur, quò vniuersale subiectiuè, siue obiectiuè attingere posset; quia receptum disponitur atq; recipitur per modum recipientis: si verò sit res vniuer-

Marginalia: Intellect⁹ agens est pars animæ. — 7. — 8. — 3. de ani: 4. Duæ virtutes in nobis. — 9. — Quare non dicitur volūtas agens & passibilis. — 10. — Quare lumen dicitur. — Quod intellect⁹ agens nō sit Deus. — Auer: 3. 4. de ani:

Intellect⁹ agens & posſibilis ſunt vnũ & duo.

vniuerſalis: igitur qua ratione poteſt intellectus materialis illud lumen vniuerſale recipere; eodem modo immediatè omne aliud vniuerſale reciperet, quod eſt falſum: quia omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſu. Sunt ergo intellectus agens & poſsibilis, partes reſpectu conſtituti, rationalis animæ ſcilicet, & virtutes reſpectu operis; non autem diuerſæ, ſed diuerſimodè conſideratæ, atq; inſpectæ. Quòd ergo intellectus agens non ſit Deus, & ſit virtus animæ, dixi.

CAP: VI.

Intellectus agens, & poſsibilis ſunt duo, & vnum.

*Q*Voniam huiusmodi negotium de intellectus agentis, & poſsibilis diſtinctione, propter diuerſas multorum ſententias, perplexum eſt, & obſcurum; idcirco ad dilucidationem illius conficiendam, nonnulla addere curaui. Hac autem de re, Auerroes 3. de anima 20. loquens, dixit: Iſtæ duæ ſubſtantiæ, ſunt duo vno modo, & vnum alio modo, quod planè à quibusdam ſic interpretatur: Sunt vnum, inquiunt, quia ad vnam operationem concurrunt: ſunt autem duo; quia in diuerſis cauſarum generibus, agens nimirùm effectiuè transferendo, poſsibilis verò paſsiuè recipiendo. Amplius ſunt vnum, quia agens eſt perfectio poſsibilis: ſunt duo, quia diuerſis operationibus diſtinguuntur, agere ſcilicet, & pati; tamenſi eadem ſit actio paſsioni: quia nimirùm intelligere eſt actio, quatenus eſt ab agente; & paſsio, quatenus eſt in recipiente, ſiue patiente. Alijs viſum eſt eſſe vnum, vnitate dependentiæ in agendo, loci, atq; ſubiecti: quia ſcilicet operatio poſsibilis, propriè, & immediatè dependet ab agente. vnde aiunt animam compoſitam eſſe ex duobus principijs intrinſecis, ex agente & poſsibili, veluti ex perficiente, & perfectibili: ſic enim docemur à Commentatore 5. 3. de ani: Sicut lux, inquit, eſt perfectio diaphani; ſic intellectus agens perfectio poſsibilis. Et iterùm com: 20. Intellectus qui eſt in nobis, ex agente & poſsibili componitur: materialis autem, ſeu poſsibilis ab agente perficitur. Hoc idem confirmat 36. vocans agentem formam, non quia informet materialem, inſtar animæ, corpus informantis; ſed quia perfectionem largiatur, ad actum intelligendi, propter ſpeciem intelligibilem ab eo productam: intellectus ſiquidem materialis, ſine actu intelligendi in genere intelligibilium, eſt informis, & imperfectus: informatur autem, atq; perficitur, per intellectum agentem, virtute ſpeciei intelligibilis ab eo productæ. Verùm, ſi attentè quis inſpexerit Auerrois atq; Ariſtotelis mentem, huius rei veritatem facilè inueniet: dicunt enim, vnam eandemq; animam, & paſsiuam appellari, quatenus à rebus intellectis mouetur: actiuam verò, quatenus ab ea mouentur. Quamobrem Ariſtoteles dixit: Neceſſarium eſſe ponere in anima has duas virtutes, ſed vnam eſſe illarum naturam incorruptibilem. Itaq; anima rationalis eſt actiua & paſsiua: actiua quidem, quatenus per ipſam fiunt intelligibilia actu: paſsiua verò, quatenus per ipſa intelligibilia fit in actu intelligendi. Intellectus ergo agens & poſsibilis, non ſunt partes eſſentiales diſtinctæ, ſed ratione tantùm ab anima diſcretæ: ideoq; illa duo ſunt differentiæ, vtpote virtutes ab anima nõ re, ſed ſola ratione ſeiunctæ; eadem enim anima, & patientis ſubit vicem, & agentis. Errat autem Auerroes, dum putat animam rationalem conſtare, ex anima ex ſemine, quam cogitariam nominat; & ex altera ab extrinſeco accedente, ex quibus quaſi ſemianimabus conficitur rationalis: anima enim rationalis, non educitur ex ſemine, vt ſuprà dictum eſt, cuius partes intellectiuæ, ſunt intellectus agens, & materialis, non re ſed officio, ab inuicem diſtincti. Vnde Themiſtius in 3. de anima arbitratur, vnam ſimplicem ſubſtantiam eſſe intellectum agentem, & poſsibilem, ratione ac modo diuer-

Quomodo ſunt vnum.

Agens perfectio poſsibilis

Veritas quæſtionis.

3. de ani:

Error Auer:

Them:

ctio diuersam: nam in quantùm nos reddit actu intelligentes, rationem sibi modumq; accommodat agentis: in quantùm verò speciem recipit, rationem vendicat sibi intellectus possibilis. Est ergo apud Themistium vna simplex substantia, rationibus partita, atq; diuisa. Sit nobis exemplo huius quæstionis dissoluendæ illa metaphora de igne, quæ posita est à Commentatore 4. meteo: Ignis, inquit, virtute caloris agit in aquam, quæ ratione sui humoris patitur: contrà, aqua virtute frigoris agit in ignem, & ille ratione siccitatis repatitur. Quare quemadmodum ignis, sicco patitur, & calore agit; ita planè intellectus gradu priuationis, quo distat à diuina perfectione, ab intelligibilibus patitur; gradu verò perfectionis, agit. Hoc autem interest inter huiusmodi actiones, quòd illorum actio sit physica; ideoq; opus habeat principijs realiter distinctis; horum verò intentionalis; propterea ei sufficiunt principia intentionaliter discreta. Porrò apud Auerroem, tribus modis intellectus agens descriptus, siue distributus inuenitur: quidam certè, qui solis similitudinem præferat, & is est Deus benedictus, & gloriosus, de quo Auerroes 12. met: 38. Intellectus, inquit, qui est in fine gaudij, & voluptatis, à quo cælum dependet, & natura. Is autem intellectus, cùm sit supremum ens, tùm essentia, tùm gradu perfectionis, à nostro intellectu possibili in infinitum discrepat. Alius verò lumini comparatur, & is ratione & officio, non autem re & essentia dissidet à possibili intellectu; de quo Auerroes in eodem côm: Forma hominis, inquit, in eo quòd homo, non est nisi per continuationem eorum cum intellectu, qui declaratur in lib. de anima, qui est principium agens, & mouens nos, de quo paulò ante locuti sumus. De hoc etiam loquitur Auerroes, asserens ideo luminis similitudinem gerere, quia in esse receptiuo omnium intelligibilium perfectionem possibili conferat intellectui; sicut diaphano in esse receptiuo lumen tribuit colorum perfectionem, vt sæpènumero dixi. Itaq;, quemadmodum propriè, ac principaliter virtute solis, sed mediante lumine virtus visiua efficitur; ita planè virtute primi agêtis, sed mediante nostro intellectu, in nobis efficitur intellectio. Tertius verò intellectus apud Auerroem est instrumentalis, quo intellectus potentiæ intellecta speculatiua attingit, cuiusmodi sunt propositiones primæ, quæ intellectus in habitu apud Auerroem nominantur. Ex horum ergo distinctione, & diuisione, plurimæ soluuntur obscuritates, & quæ in commentis Auerrois inueniri, aut falsò excogitari possût. Itaq; agens, & possibilis, si comparentur ad inuicem secundùm rationem formalem agentis & patientis; sic absq; dubio, agens nobilior est patiente; quia agens nobiliùs est passo. At verò, si ad eorum actus referantur, suosq; fines obseruent, contrà res se habebit: intellectus enim possibilis, perfectiorem actum habebit, omnem perfectionem actus intellectus agentis excedentem, nempè visionem beatificam, & cognitionem summi entis intelligibilis. Intellectus præterea passibilis, virtualiter attingere potest cognitiuè obiectum perfectum, quod intellectus agens nequit efficere. Hæc & similia de vtrorumq; dignitate & distinctione, breuiter dicta, sufficere arbitror.

Intellect⁹ agens & possibilis sunt vnũ & duo.

Quomodo intellectus agit & patitur.

Triplex intellectus agens. Sol.

Lumen.

Auer:

3. de ani: cô: 5

Intellect⁹ instrumentalis.

Vter nobilior

CAP: VII.

Argumenta contraria.

IN hac quæstionis obscuritate, non desunt argumenta, & quidem grauissima, quorum primum potest esse tale: Obiecti præsentia sufficit ad immutationem potentiæ, hoc est, vniuersale, siue quidditas rei ad immutandam potentiam intellectiuam, sicut color immutat potentiam visiuam: non ergo est necessarius intellectus agens intellectioni explicandæ, atq; absoluendæ. Nam quemadmodum non ponitur sensus agens; ita quoq; non est ponendus 1.

ponendus

Intellect' agens & possibilis sunt vnũ & duo.

ponendus agens intellectus, propterea, quòd sicut se habet sensus ad sensibilia; ita planè intellectus ad intelligibilia. Amplius, lumen est, gratia cuius ponitur intellectus agens, sicut dictum est. sed lumen est visioni necessarium pro medij illuminatione conficienda: color enim ex seipso motiuus est lucidi. sed in operatione intellectus non ponitur aliquod medium, quod necesse sit fieri in actu: non ergo necessariò
2.
3. ponendus est intellectus agens. Intellectui possibili præterea, sola sufficit immaterialitas; vt formæ in eo immaterialiter recipiantur: quia similitudo agentis recipitur in patiente, non secundùm modum agentis, sed patientis: nulla ergo videtur fore necessitas ponendi intellectum agentem, vt species actu intelligibiles redderentur. Am-
4. plius, intellectus agentis, si nulla est propria operatio: nullo ergo modo est ponendus. Consequentia patet, quia cuius nulla haberi potest operatio, frustratoriè poneretur. Antecedens clarissimè ostendi potest: non enim ponendus pro phantasmatum illustratione producenda; eò quòd non agat in phantasmata, nec aliquid in eis imprimat: quidquid enim imprimeret, vtique materiale esset; receptum enim, vt dictum est, naturam sequitur recipientis: vnde fieret, vt in intellectum immaterialem agere non posset; phantasmata enim materialia sunt. Adde, quod rationi est consenta-
5. neum, vt agens priùs in proprium passum, quàm in alienum agat. sed proprium passum agentis intellectus, est intellectus possibilis: prius ergo agit in intellectum possibilem, quàm in phantasmata: atque ita non est necessarius, vt aliquid imprimat, vel abstrahat à phantasmatibus. Reuera, abstractio, quæ in phantasmata ageret abstrahendo, realis esset, vel rationis. non quidem realis; eò quòd omnis separatio realis, vel est corporis à corpore, vel formæ à subiecto, siue à materia, quarum aliqua huic accommodari non potest. non quidem ea, quæ est corporis, veluti est lapidis à cumulo, sicut iam patet: neque formæ à materia; alioquin huiusmodi abstractio esset eductio formæ à potentia materiæ, quod est absurdum: non est ergo realis abstractio. neque est rationis, propterea quòd huiusmodi ad intellectum possibilem spectet: ergo quod
6. prius. Amplius, quòd non agat in intellectum possibilem, sic probari potest: aut enim absque concursu phantasmatum ageret, & sic phantasmata non eodem modo se haberent ad intellectum possibilem, sicuti se habent sensibilia ad sensum, quod planè philosopho non probatur; qui huius similitudinis gratia, voluit intelligere esse quoddam pati ab intelligibilibus. aut ageret vnà cum phantasmate; ita quòd ex ipso & ex phantasmate fieret vnum agens totale, quod profectò admitti non potest; quia nimirum effectus indè productus, maiorem cum phantasmate, quàm cum intellectu agente affinitatem haberet: siquidem agentis proximi, & particularis, potius quàm vniuersalis, & remoti similitudinem effectus imitatur; ita namque hominis potiùs, quàm solis homo genitus præsefert similitudinem. Cùm ergo hæc ita se habeant, nulla ratio apparet, quæ explicet causam; cur ab authoribus positus sit intellectus
7. agens. Item, quòd non sit aliquid ipsius animæ; illuminare enim est propria actio intellectus agentis, quæ propriè conuenit primæ causæ: non ergo intellectui tribui debet humano. cùm enim ex sui natura sit separabilis: non videtur ergo ad animæ rationalis essentiam pertinere. Amplius, intellectus agens non potest dici perpetuus;
8. quia habet principium, & ex nihilo constat, ideoque vertibilis est in nihil. denique quia destructis phantasmatibus, nulla illi relicta est actio operandi: destructa verò propria operatione; & ipsum destructum iri, necesse est. Intellectus ergo agens non est immortalis.

 Intellect⁹ agens & possibilis sunt vnũ & duo.

CAP: VIII.

Soluuntur Argumenta.

D primum dico, ad immutandam potentiam, obiecti præsentiam non sufficere, nisi in actu extiterit. intellectus autem obiectum secundùm esse, quod habet extra animam, non est intelligibile: ideoq; necesse est, vt fiat actu intelligibile per virtutem intellectus agentis. Ad probationem, negatur assumptum: sensibile enim, sua sponte actu mutat potentiam sensitiuam; propterea ei opus non est sensu agente, sicuti intelligibili intellectu agente; quia ex sui natura nequit immutare potentiam intellectiuam. Ad secundum, non in vniuersum est approbanda illa luminis similitudo: nam etsi in hoc cum intellectu conueniat, quòd quemadmodum visui necessarium est lumen, vt videndi actum exercere possit; ita & intellectui possibili lumen intellectus agentis, vt in actum prodeat intelligendi: in hoc verò dissidet, quia lumen medium solùm illuminat; lumen autem intellectus agentis, & medium illuminat, & obiectum. Ad tertium dico, sine agente præexistente, non sufficere dispositionem recipientis: cùm verò sensibilia non subsistant extra materiam, nisi aderit intellectus agens, qui faciat intelligibilia in actu; nihil prodest immaterialitas intellectus possibilis. Ad quartum, ex supra dictis patet, intellectus agentis tres operationes esse: quarum prima est, illustrare phantasmata: secunda verò, ex phantasmatibus illustratis, speciem intelligibilem abstrahere: tertia autem per speciem intelligibilem abstractam, intellectum possibilem determinare. Et cùm dicis, intellectus agens non imprimit aliquid in phantasmatibus, ergo non illuminat: Respondeo, non illuminare phantasmata, aliquid imprimendo; sed abstrahendo potius, atq; confortando intellectum possibilem, quò commodiùs, & aptiùs speciem intelligibilem suscipiendi haberet virtutem. dictum est enim, rerum ordini consentaneum esse, vt supremum infimi attingat infimum supremi: atque ita natura sensitiua in sui supremo, in actu cogitatiuæ, ad summum spiritualitatis, & actualitatis gradum perueniat; infrà tamen intellectualium ordinem. Eodem modo phantasia existente in actu secundo, & sua phantasmata ritè ordinando, intellectus agens illis assistens, atq; per conuersionem ad ipsa, propinquus effectus, & coniunctus, sicut lumen coloribus cõnectitur, phantasmata obiectiuè illuminat: qua quidem illuminatione, supremum, quòad fieri potest, spiritualitatis gradum attingunt ita; vt aptissima sint, ex quibus species intelligibilis extrahi possit. Hoc ergo modo intellectum agentem agere in phantasmata, nullum sequitur absurdum. Ad quintum, dictum est suprà, præter phantasma, aliud genus poni debere: intelligibile enim in actu distat ab intelligibili in phantasmate, genere; quia intelligibile in actu, est immateriale, cuiusmodi non est intelligibile in pantasmate. Et cùm infers, phantasma suapte natura, est impotens ad agendum in intellectum: ergo semper erit tale: quia quod est tale per essentiam, vbicunq; fuerit positum, erit tale. dico, phantasma in seipso, huiusmodi impotentiam habere; non autem in ordine ad aliud, sub cuius authoritate cooperari dicitur, quod tamen ex seipso agere non posset. patet ergo quomodo intellectus agens abstrahat, nihil imprimendo in phantasmatibus. Itaq; phantasma concurrit sicut causa partialis, non autem principalis ad producendam speciem intelligibilem: propterea illa similitudo de sole, non facit ad rem; tum quia sol est agens principale; tum quia intellectus agens speciei depromendæ sit causa proximior, atq; cognatior. Huius autem speciei intelligibilis duo gradus numerantur: quorum vnus est vniuersalis in repræsentando: alter verò singularis in essendo. & primum quidem habet ab intellectu possibili, in quo recipitur: secundum verò ex phā-

Right-margin notes, in order down the page: 1. — 2. — 3. — 4. Triplex operatio intellectus agentis. — 5. — Duo gradus speciei intelligibilis.

Intellect⁹ agens & possibilis sunt vnũ & duo.

tasmate, ex quo partialiter est producta: omne enim, quod in aliquo recipitur, in eo
est, ait Auerroes 3. de anima 4. & 5. per modum recipientis. Quare, gradum vniuer
salitatis species recipit ab intellectu, qui cùm sit sine materiæ conditionibus; efficit,
vt species rem vniuersaliter repræsentet. Non ergo eodem modo quod intelligitur in
6. *re existit, & intellectui præsentatur: quippe qui & mathematica intelligit, non coin-*
7. *tellectis sensibilibus, vniuersalia, sine particularibus, quæ tamen non sunt præter sin*
gularia. ex hoc apparet solutio sexti argumenti. Ad septimum dico, intellectum a-
gentem non esse ab anima separatum; sed esse aliquid ipsius animæ: intelligere enim
cum phantasmate, vt dictum est, est propria operatio intellectus in corpore positi,
quod rectè absq; intellectu agente absolui non posset, cuius est phantasmata illumi-
nare: & ab eis sic affectis, speciem intelligibilem abstrahere. Quare, si proprius, &
particularis non inesset homini intellectus agens; tunc per eum nihil intelligeret, quia
non operatur, nisi per aliquod in eo formaliter existens. sed consequens est falsum:

Illuminare cui competat.

ergo & antecedens. Itaq; licet vniuersali creaturam lumine illustrare, opus sit primi
intellectus agentis; phantasmata tamen illuminare, ad proprium hominis pertinet
intellectum agentem. vocatur autem separabilis, siue separatus à materia: non qui-
dem secundum esse; sed secundùm operationem potiùs; quia in agendo, organo non
8. *vtitur corporeo. Ad octauum, intellectus agens dicitur perpetuus à parte pòst,*
quia caret fine, non autem principio; qui planè non est corruptibilis, quia in seipso
non habet corruptiuum principium; sed est annihilabilis per potentiam creantis. De-
structis autem phantasmatibus, suum non amittet munus intelligendi; propterea,

Si aliquod intelligibile in actu precedat speciem intelligibilem.

quòd intelligere cùm phantasmate, sit officium intellectus coniuncti, & non absolu-
ti, & à corpore liberi. Pro huius quæstionis clariori cognitione habenda, non erit in-
utile animaduertere, si aliquod intelligibile in actu, ab intellectu agente productũ,
speciem intelligibilem præcedat: siquidem à nonnullis dicitur, in phantasmate ali-

Luminis duplex effectus.

quod intelligibile in actu, à lumine intellectus agentis, per modum abstractionis pro-
duci, ante intelligibilis specier productionem. Est autem luminis duplex effectus, for
malis scilicet, & obiectiuus: formalis quidem est esse illuminatiuum, veluti videre
licet in diaphano illuminato: obiectiuus verò est apparere, veluti si lumen, non illu-
minato medio, colores illuminet; tunc planè, obiectiuum, & non formalem effectũ
diceretur habere; vt videre etiam licet in cognitione vnius, & non alterius sibi con-
iuncti, vt cognoscendo colorem lactis, & non saporem. Itaque, in phantasmate exi-
stente hac particulari natura, per aduentum luminis intellectus agentis, phantasma
profectò illustratur: non quidem formaliter, vt diaphanum; sed obiectiuè potius,
vt color. Ex qua profectò illustratione, in phantasmate splendet quidditas rei, sine

Singularitas non ens actu intelligibile.

singularitate eidem connexa: atq; ita in phantasmate relucet intelligibile in actu,
natura videlicet abstrahens, ab hic, & nunc, quæ quidem mouet intellectum possi-
bilem. non apparet autem singularitas, quia esse non potest intelligibile in actu; sed
quidditas, cui non repugnat hoc munus, nisi huiusmodi singularitatis ratione: lu-
men siquidem corporeum, pomi colorem, non saporem, aut odorem ostendit; quia
nimirùm illorum conditionibus aduersatur, virtute lumini palâm fieri, ac foras suas
protendere vires, coloris verò minimè. Ita planè quidditas rei, lumine intellectus,
visibilis, atq; intelligibilis redditur; non autem singularitas eiusdem: quomodo au-
tem singulare intelligatur, paulò pòst dicetur. Ex his autem colligere non licet, phan
tasma esse actu intelligibile; sed in eo per resplendentiam intellectus agentis illud
fieri: neq; superfluam esse speciem intelligibilem, sicuti non superfluit species visibi-

Author speciei intelligibilis.

lis, tametsi color sit actu visibilis: neq; intellectum agentem, minorem habere vir-
tutem, ac mediate concurrere ad speciem intelligibilem depromendam: etenim, v-
numquodq; agit secundùm quod est in actu. sed phantasma non habet intelligibile

in actu,

Intelligibile in actu.

in actu, nisi mediante lumine intellectus agentis: igitur lumen intellectus est primum, & immediatum agens speciei intelligibilis: nullumq; inter ipsum, & speciem producendam interuenit agens medium. non enim, quemadmodum corpus illuminatum mouet visum; ita phantasma, lumine intellectus agentis affectum, speciem producit intelligibilem; sed ipse intellectus agens est lumen, quo phantasmata secundùm quidditatem in eo existentem, dicitur splendere: atq; ita ab vtroq;, sicut dicut dictum est, species intelligibilis producitur. Ex quo patet vtrumq; ab intellectu agente immediatè procedere, quodam tamen ordine: nam prius natura illa in phantasmate, deinde ab intellectu, & phantasmate sic affecto, intellectus mouetur possibilis: atq; ita intellectus agens per phantasmata, intelligibilia in actu ab eo effecta, in intellectu possibili scientiam efficit. Vnde Aristoteles dicit, 3. de anima, intellectũ possibilem pati ab intelligibili: quòd nisi esset in actu illud intelligibile, philosophi sententia non esset recipienda. Sed dices, intelligibile in actu abstrahit ab hoc, & nunc, quod phantasmati nequaquam competere poterit; eò quòd ad sensibilium, & materialium genus pertineat. Sanè, quidquid in phantasmate præsentatur, à vi cogitatiua comprehendi potest. sed intelligibile in actu per te potest fieri in phãtasmate: igitur potest à cogitatiua comprehendi. atq; ita inter sensum, & intellectum nihil interesset: intelligere enim intelligibile in actu, est proculdubiò officium intellectus, & non sensus. Dici potest, intelligibile in actu bifariam intelligi posse, nempe formaliter, & obiectiuè: & formaliter quidem esse speciem intelligibilem, cum reliquis immaterialibus: obiectiuè verò quidditatem in phantasmate lumine affecto resplendentem. Porrò, inter formale, & obiectiuum intelligibile in actu, plurimùm interest: formale siquidem est immateriale secundùm esse: obiectiuum verò secundùm solam relucentiam. Item, formale abstrahit ab hoc, & nunc, secundùm esse: obiectiuum autem secundùm relucentiam tantùm. Item, formale, quatenus est species intelligibilis, secundùm se totam, non est nisi quidditatis similitudo: obiectiuum verò, quatenus est tale, quidditatis tantùm est imago: secundùm verò se totum, quidditatem siue singularitatem materialem repræsentat. Itaq; phantasma, cùm sonet singularium imaginem; propterea ad sensibilium genus, & materialium pertinere dicitur, non autem ad genus abstrahentium ab hoc, & nunc. Quoniam ergo intelligibile est in potentia: ideoque à cogitatiua comprehendi potest. Verùm, quia quidditas in phantasmate illustrata lumine intellectus agentis, abstractum aliquid, & semotum à sensibilibus denotat; idq; virtute luminis supradicti intellectus, non autem materialium sensibilium; hac de causa dicitur intelligibilis in actu: atq; ita phantasma secundùm esse reale, est sensibile: secundùm verò esse relucentiæ, intelligibile. Ex quo patet, secundùm omnem modum præsentandi, à virtute cogitatiua phantasma comprehendi non posse. Ex hoc autem modo dicendi multa dubia solui possunt, & diuersæ opiniones conciliari.

Intellectus patitur.

Intelligibile in actu dupliciter dicitur.

Phãtasma est imago singularium.

Quidditas intelligibilis in actu.

CAP: IX.

Intellectus agentes, singuli in singulis.

Ostquam visum est, quæ sit natura, & conditio intellectus agentis; operæpretium erit videre, & intelligere, vtrum sit vnus numero in omnibus, an in singulis singuli. Quæ quæstionis veritas, ex præmissis dependet, nempè intellectum agentem esse aliquid animæ, vtiq; ipsius virtutem. Quare, cùm virtus vnius animæ, in singulis animabus esse non valeat; par est vt pro numero animarum, sit etiam & intellectuum agentium numerus: fieri enim non potest, vt

Plures intellectus agentes.

Intelligibile in actu.

diuersorum subiectorum sit vna & eadem virtus. Sed non temerè aliquis poterit arguere: Intellectus agens est immaterialis, sicut & intellectus possibilis: vnus ergo est in omnibus hominibus: multiplicatio enim spectat ad materiam.

Argumenta contraria.

1. Sanè, quod alijs præstat vnitatem, causaq; est vnitatis, ipsum, vt sit magis vnum, necesse est, vt patet. sed intellectus agens, facit vniuersale, quod est vnum in multis: igitur est vnus in omnibus. nam si omnes homines in primis conueniunt conceptionibus intellectus, & eisdem per intellectum assentiunt agentem; necessariò inde sequitur, vt in vno conueniant intellectu agente: vnus ergo numero est in omnibus intellectus agens.

2. Amplius, si pro numero hominum ponendus esset numerus intellectuum agentium; tunc actu infiniti essent intellectus agentes, ad eorum mentem, qui mundum æternum esse dixerunt, propter infinitos homines, quod planè philosopho non probatur, infinitum in actu prorsus despiciente.

Soluuntur argumenta.

1. Dico, intellectum agentem non esse ex materia ex qua, quia non constat ex materia ex qua; sed bene est in materia, hoc est, in essentia animæ subiectiuè. dicitur autem separatus, non quasi sit aliqua substantia separata; sed potius non est actus alicuius corporalis organi.

Intellectus facit vniuersale

Ad confirmationem respondeo, ab intellectu agente, per virtutem modumq; abstrahendi, vniuersale fieri: neq; ob id necesse est, vnum esse in omnibus; sed potius vnam habere habitudinem ad omnia, à quibus abstrahit vniuersale, & quorum respectu vniuersale sit vnum. Ad aliam cōfirmationem, licèt omnia, quæ sunt eiusdem speciei, in actione communicent, quæ naturam consequitur speciei, & per consequens in virtute, quæ est actionis principium; non sunt tamen eadem numero in omnibus. Etenim, primorum intelligibilium cognitio, est actio, quæ speciem humanam consequitur: proinde in virtute, quæ est huius actionis principium, homines communicent necesse est, quæ quidem virtus spectat ad intellectum agentem. Quare non est necessarium, vt illa eadem virtus, sit vna numero in omnibus; sed potius ab vno in omnes demanare principio, atq; diffundi.

2. Ad 2. patet responsio ex suprà dictis in tractatu de animæ immortalitate: infinitum enim dici non potest, cui potest fieri additio: quantumlibet namq; præcesserint circulationes; semper tamen nouæ addi possunt, atq; adiungi: non ergo actu erunt infiniti intellectus agentes.

Quare agens dicatur in intellectu.

Itaq; intellectus agens est aliquid animæ rationalis, ad omnia illa actiuus, quorum intellectus possibilis est receptiuus; ipse quippe est habitus quidam, & lumen, principium actiuum cognoscendi veritates intelligibiles: præstantior ex vna parte intellectu possibili, sicut dictum est: cuius operatio est illuminare phātasmata; non quidem aliquid imprimendo, sed sua præsentia illustrando; ex cuius illustratione atq; præsentia fit, vt obiectum intellectus, quod prius in phantasmate, sub materialibus tegumentis delitescebat, ipsum moueat intellectum, prioribus exuuijs, ac conditionibus depositis; licèt eidem connexæ sint obiecto in phantasmate existenti.

Illuminari phantasma.

Phantasma ergo à lumine intellectus agentis illuminari: perinde est, ac efficere, vt intellectui possibili quidditatem vniuersalem, abiectis conditionibus indiuiduantibus repræsentet: id autem fit præsentia intellectus agentis. nā si lumen corporeum efficit, vt albedo dulcedini in lacte cōiuncta, visui offeratur, nō ablata illius dulcedine; multò melius intellectus agens suo lumine id præstare poterit; vt quidditas rei intellectui offeratur, non oblata materialitate eiusdem, sicut dictum est suprà. Quòd si dixeris, proprium agentis esse aliquid imprimere, & non tantùm sua præsentia aliquid ostendere: dico, id agentis esse actione media aliquid producentis, siue imprimentis, cuiusmodi non est lumen intellectus agentis; propterea, quòd agat absq; aliquo alio mediæ actionis adminiculo: suiq; præsentia præstat, vt obiectum latens in publicum prodeat.

Facere intelligibilia in actu

Itaq; vna ex intellectus agentis operationibus est, vt phantasmata illuminet: altera verò, vt intelligibilia in potentia, faciat intelligibilia in actu, sicut dicit Commentator 3. de anima 18. & hæc quidem est eadem cum prima, vel eam saltem con-

tem concomitatur; hoc enim ipso, quòd colores illuminantur, actu visibiles fiunt; ita lumine intellectus, obiectum motiuum fit in actu, quod prius erat in potentia: hoc ergo modo ex intelligibili in potentia, migrat in intelligibile in actu. Et hæc operatio certè abstractioni quidditatis vniuersalis à conditionibus indiuiduantibus, persimilis esse censetur: & illa quidem fit absq; separatione, vel remotione reali, sed præsentatione vnius sine alterius, etiam coniuncti: & talis planè repræsentatio, dicitur abstractio; quia remotis fit conditionibus, ac tenebris excussis ex præsentia lucis. Tertia illius operatio est, qua producit speciem intelligibilem in intellectu possibili, per abstractionem à phantasmate, quam quidam volunt à solo phantasmate produci, præsente lumine intellectus agẽtis; sicut species visibilis producitur à solo colore per præsentiam luminis. sed dictum est suprà, cùm de natura speciei intelligibilis sermo esset, phantasma etiam illuminatum, materialium genus exuere non posse; receptum enim in organica fit potentia: idcirco speciem intelligibilem, quæ est prorsus immaterialis, producere nequit. Similitudo autem de colore, & specie visibili non facit ad rem, eò quòd species visibilis, non prætergrediatur materiæ terminos. Quare, vt dictum est, ex intellectu agente principaliter, & ex phantasmate instrumentaliter, species intelligibilis conflatur: in seipso enim phantasma virtutem habet imperfectam speciei intelligibilis producendæ; sed ab intellectu agente vigoratum, cooperatur eiusdem productioni. Verùm sicut dictum est, ante speciei intelligibilis productionem, prius natura fit obiectum intelligibile in actu, deinde producitur species: siquidem ab intellectu agente, non sicut medium, sed sicut obiectum, phantasmata illuminantur: hoc est, in phantasmate apparet quidditas rei, sine conditionibus materialibus, quæ sensui & non intellectui sunt visibiles. Ex illa autem rei quidditate sic affecta, & ex intellectu agente, producitur species. In causa autem est, quia illa res actu intelligibilis effecta per illuminationem phantasmatis, intellectui vniri non potest: obiectũ namq; actu intelligibile, per suam substantiam intellectui iungi non valet, quandoquidem id soli competat diuinæ essentiæ, quæ alieno intellectui per seipsam vnitur: neq; per phantasma vniri potest, propterea, quòd propter eiusdem materialitatem, siue materialem conditionem, forma intellectus esse non potest. Quare ponenda est forma prorsus immaterialis, à cuius virtute in actu primo constitui possit intellectus possibilis, & obiectum repræsentetur vniuersale, & eidem intellectui vniatur. Et hæc quidem est species intelligibilis, quæ posterius natura producitur, ex intellectu, & phantasmate illuminato, illuminatione illa, qua fit obiectum intelligibile in actu præcedente. Quid ergo sit intellectus agens, & quot sint illius operationes, breui dixi.

Intellect. agentis operationes.

Abstractio.

Species intelligibilis nõ est à phantasmate.

Intelligibile in actu.

Necessitas speciei.

CAP: X.

Intellectus obiectum quale sit.

QVoniam quidem de intellectu agente, & possibili, de specie quoq; intelligibili, & intelligere, hactenus multa dicta sunt, quorum cognitio absq; obiecti proprij, & adæquati, intellectus coniuncti notitia, plenè haberi non poterit; propterea de huius obiecto, posthac mihi loquẽdum esse putaui, vt plena sit huius nostri negotij institutio. Porrò de tali obiecto verba facere videtur philosophus, 3. de ani: text: 9. Quoniam, inquit, aliud est magnitudo, & magnitudinis esse, & aqua, & aquæ esse: sic autem & in multis, sed non in omnibus: in quibusdam enim idem est, esse carni, & carnem; & alio aut aliter se habente, discernit intellectus: hæc Aristoteles. Latini expositores arbitrãtur, de intellectus coniuncti obiecto, quod est quidditas rei materialis, siue ipsum vniuersale sen-

Obiectum intellectus.

Arist: 3. de ani: 9.

Intellectꝰ obiectũ.

sale sensibile, in sensibilibus, siue phantasmatibus existens, philosophum fuisse locutum: arguit enim enthimematicè ad hunc modum: In omnibus compositis ex indiuiduo, & vniuersali, ex materia, & forma, ex quidditate, & habente quidditatem; aliud profectò est quidditas, & aliud habens quidditatem; & aliud vniuersale, & aliud indiuiduum: hoc autem non est in prima substantia separata, cuius esse essentia sunt idem. Sed dubium est, quomodo intellectus discernat vtrumq;, an vna eademq; virtute, an eadem virtute, sed diuersimodè se habente: obiectum enim intellectus, est vniuersale in singularibus; indiuiduum autem per conuersionem ad nos,

Simpli:

sicut dicit Simplicius: Discernit, inquit, anima rationalis parte sensitiua magnitudinem, & aquam, & similia indiuidua, quorum ratio, est caro quædam: intellectu autem, vniuersalia quidditates rerum; aut vt separatus à corpore, aut cognitione, quæ est similis lineæ rectæ; quæ quidem cognitio se habet vt circumflexa ad seipsam. Quare, ad mentem Simplcij, tria videntur esse animæ rationalis obiecta, quorum vnum est accidens quod solo sensu apprehenditur: alterũ vniuersale, quod solo intellectu, idq; cognitione recta intelligitur: tertium autem indiuiduum materiale, vt hæc aqua, hic ignis, quòd intellectus percipit per conuersionem ad materialia. Verùm ab expositoribus latinis, à Themistio quoq;, & Auerroe, duo tantùm obiecta posita sunt, vniuersale scilicet, & singulare: & vniuersale quidem solo intellectu cognosci aiunt, singulare autem sensu. Voluit ergo philosophus quidditatem speciei specialissimæ, ab anima per intellectum cognitione recta apprehendi: singularia verò parte sensitiua.

Cognitio recta.

Tria obiecta.

Themist:

Themistius subiungit, apprehendi quoq; indiuidua, cognitione circumflexa, non quidem seorsum, sed vniuersalibus collata, seorsum vera per sensum. quatenus verò vniuersalibus comparantur, intellectu apprehenduntur conuerso ad nos, atq; aliter se habente: & sic coincidit cum Simplicio. hoc autem tertium genus ex duobus ab Aristotele positis, colligi potest. Ad hunc etiam modum locuti sunt Alexander, & Plutarchus. Philoponus autem putat vtrumq; ab anima per intellectum apprehendi; sed vniuersale recta, particulare verò cognitione circumflexa. Hoc autem modo fit cognitio reflexa: intellectus enim apprehenso vniuersali per cognitionem rectam, ad species quibus vniuersale apprehendit, sese reflectit, atq; ita species apprehendit; ex quarum apprehensione, apprehendit etiam phantasmata, ex quibus species producuntur; ex phantasmatibus verò singularia, per phantasmata repræsentata. Quare, intellectus intelligit vniuersalia per lineam rectam, id est, quatenùs est intellectus; singularia verò per lineam reflexam, quatenùs scilicet ad nos conuertitur. Hanc ob causam Auerroes, com: 11. cognitionem, qua intellectus intelligit vniuersalia, dicit esse connaturalem, & propriam: qua verò apprehendit singularia, esse per sensum, & non secundùm naturam. Quam ob causam, huiusmodi cognitio à philosopho, comparata est lineæ sphærali: à Platone autem lineæ gyratiuæ. Verùmtamen non est silentio tegendum, quare hæc cognitio sphæræ comparetur: in circulo namq; duo inuenire est, nempè vnitatem lineæ, quæ in gyrum voluitur; & virtutem vnam numero, quæ potest eam voluere. ad propositum: linea est obiectum: & virtus comprehensiua, est virtus reuolutiua; siquidem intellectus est virtus reflexiua: suum verò obiectum, est à prima vsq; ad vltimam formam, veluti linea quæ semper procedit. Quapropter intellectio, qua intellectus intelligit primam formam, deinde formam illius formæ, circularis lineæ similitudinem præ se ferre videtur. Quoniam verò quidditas & singulare, duo sunt obiecta; singulare autem non sui, sed sensus ratione, ab intellectu percipitur; hinc est, quòd inibi lineæ vnitas deficit, & virtutis quoq; eandem circumuoluere valentis, ita, vt quòd postea ab eodem percipitur, quasi extra ordinem intelligatur, suam rectitudinem flectendo. His ita elucidatis, videndum est, quid sit quidditas, quidue vniuersale. Est autem quidditas essentia rei, quæ à quo quid est deriua-

Philoponus.

Quid cognitio circumflexa.

Auerro:

Arist:

Plato.

Cognitio circularis.

Obiectum linea.

Virtꝰ mouẽs intellectus.

Intellectꝰ obiectū.

Quidditas quid sit.

deriuatur, quæ alio nomine vocatur perfectio suppositi, & quod quid est rei: cùm enim accipitur vt rei perfectio; tunc quod quid est nominatur. Verùmtamen quidditas abstrahit à supposito, sicut quodlibet abstractum à concreto: quod quid est autem concernit suppositum, sicut quodlibet concretum. Quoniam autem definitio, rei explicat quidditatem; ideo est sermo quidditatis, & essentiæ, vt dicitur 7. met: Essētia autem importat aliquid in ordine ad esse; propterea essentia dicitur, per quam ens habet esse: nomen verò quidditatis sumitur ab essentia. Quoniam autem id, per quod res constituitur in proprio genere, siue specie, per differentias, quod quid est rei indicātes, significatur; ideo essentia quidditas vocatur: hac autē ratione definitio quòd quid est à philosopho appellatur. Vocatur quoq; quidditas rei materialis vniuersale, quod perinde est, ac forma totius, veluti humanitas, quæ absq; cōditionibus materialibus, & phantasmatibus indiuiduātibus consideratur. Anima autem est forma partis; idcircò vniuersale dici non potest, sed humanitas, quæ resultat ex coniunctione animæ & corporis. Hæc est, quæ dat esse toti, & dicitur essentia rei: quia totum esse cōplectitur. Hæc est essentia, & forma totius, & vniuersalis; quæ quidem secundùm esse existentiæ, non est sine supposito, vt dicitur 7. met: res enim absq; sua quidditate esse nō potest; propterea quòd nihil sit rei intimiùs sua quidditate: secundùm verò esse essentiæ differt a suppositis, quæ illam participant. Aliud, inquit, est caro, & aliud carnis esse, propterea alia virtute cognoscitur caro, id est, suppositum, siue indiuiduū, & alia carnis esse, quidditas scilicet, siue intellectualiter se habente. Quidditates rerum, inquit philosophus 7. met: 20. non sunt existentes, nisi per se rerum quidditates habentium: nam etsi quò ad intellectum, rei quidditas ipsum singulare præcedat; quò ad existentiam tamen, sequitur potius. vnde Commentator 3. de ani: 36. authoritate Auempacis dicit, rei intellectæ quidditatem, non esse particularem, sed vniuersalem. Quare secundùm Alexandrum, & Auerroem, 12. met: com: 27. Singularia in esse præcedunt, vniuersalia verò in intellectu. Sic etiam docetur à Cō: 7. met: 20. Vniuersalia non existere, nisi ad existentiam singularium, atq; ita singularibus posteriora esse: Actus siquidem vt dicitur in proēmio met: generationes, & motus singularium primò sunt: ideoq; dictum à philosopho 1 de ani: 8. Animal vniuersale aut nihil est, aut posterius. Itaq; quidditas, vt concipitur ab intellectu, est vniuersale; non quidem ita, vt suæ conceptioni præter singularia correspondeat: nihil enim ipsi composito vniuersali in mente, in voce, vel in scripto, præter singularia correspondere potest; dicitur tamen vniuersale, quia nimirùm sub quadam confusa indifferentia singularium concipitur. Singulare autem est habens quidditatem, compositum discretè sumptum, vt Plato, vel Mercurius. Cùm ergo hæc ita se habeant, obiectum intellectus coniuncti, quidditas rei materialis rectè nominatur. Porrò multifariè primum obiectum dici potest: nempè primitate adæquationis, temporis, resolutionis, perfectionis. Primitate autem temporis, siue generationis sunt elementa cuiusq; artis siue scientiæ, veluti sunt literæ grammaticam scire cupienti. eædem quoq; sunt obiectum primitate resolutionis: nam orationes resoluuntur in dictiones, dictiones in syllabas, syllabæ verò in literas, & propria elementa. Primitate adæquationis, est visibile ad visum, vt visus est: perfectionis autem primitate, est albedo, quæ inter visibilia excellit. Obiectum quoq; est duplex, formale scilicet, & materiale: & formale iterùm duplex, quo, & quod. Obiectum autem formale quo, est illud, per quod aliquid obijcitur potentiæ, eamq; mouet; sicut lumen est obiectum quo obijcitur color visui, eumq; mouet & excitat. Obiectum verò formale, quod, est illud, quod potentiæ obijcitur, ad cuius præsentiam potentia terminatur, ad aliorum quoq; quæ sub illo obiecto formali continentur, cuiusmodi est color, seu visibile ad visum. Obiectum autem materiale est illud, quod potentiæ obijcitur, non profectò quatenùs potentia

Essentia.

Deffinitio. 7. met:

Vniuersale.

Quidditas secundùm essentiam est in intellectu.

Obiectum primū quot modis dicitur.

Obiectum duplex quo & quod.

Obiectum q formale.

Obiectū materiale.

Obiectū motiuū & obiectū adæquationis.

potentia est, sed quatenus potius est in tali natura, vel statu constitutum, quod quidem est formalis obiecti pars subiectiua; veluti visibile remissum est obiectum materiale auis nocturnæ; quia nimirùm proportionem habet ad visum, in tali natura existentem. Adde, quòd obiectum potentiæ est aliud motiuum, aliud verò terminatiuum, non tamen æqualiter se habent, vt infrà patebit. His igitur sic excussis, atq; ostensis, videndum est, quod sit obiectum adæquatum, priùs tempore, & resolutione intellectus potentiæ, in quantùm est natura intellectiua. Communis sanè sapientûm sententia dicit, ens vniuersalissimo modo sumptum, omnes modos entis comprehendens, obiectum humani adæquatum esse intellectus; quatenus absolutè consideratur, vt potentia intellectiua: vnumquodq; enim est intelligibile, in quantum est ens: quod enim non est, non contingit scire, 1. phys: Et est sensus, quod tum ratione, tum re, nō est ens, intelligi non potest, 4. enim met: priuationes, & negationes in numero entium collocauit; alioquin ab intellectu non formaretur hæc propositio, Priuatio est negatio formæ in subiecto apto. Est etiam primum primitate temporis, & resolutionis: etenim, quemadmodum in demonstrationibus, fit resolutio in aliqua prima principia complexa, quæ cùm attigerit intellectus, sistit pedem discurrendi; ita in inquirendo rei quidditatem, & essentiam, ad vnum primum conceptum à seipso apprehensum, sese confert, & quiescit; alioquin nihil certi, & determinati in suis conceptibus haberet, sed in infinitum pergeret inuestigando, sicque periret omnis certa, & determinata cognitio. Illud autem, quod primò concipitur ab intellectu, vt communissimum est ens, in quod etiam, authore Auicenna 1. suæ met: omnes suos conceptus refert resoluendo. Est ergo ens hoc modo obiectum intellectus. Amplius, illud est intellectus nostri adæquatum obiectum, quod includitur in omni per se intelligibili ab intellectu. sed huiusmodi est ens: ergo quod prius. Ratio autem formalis est abstractum ipsius entis, nimirùm entitas: nihil enim est per se intelligibile ab intellectu, in quo ratio huiusmodi formalis, quidditatiuè, aut denominatiuè inclusa non cernitur. Hæc autem adæquatio obiectiua, non est secundùm prædicationem; propterea quòd de omnibus per se intelligibilibus, essentialiter, & quidditatiuè non prædicetur: siquidem passiones entis, & modi contrahendi ens, atq; vltimæ differentiæ sunt per se intelligibiles, de quibus tamen ens essentialiter, & quidditatiuè non prædicatur. Est ergo adæquatum adæquatione disiuncta, ex adæquatione scilicet; partim secundùm virtutem, partim verò secundùm prædicandi officium. verùm de natura entis in tertio Pymandri multa dicta sunt. Non est autem primum obiectum primitate perfectionis; eò quòd sub ente vniuersalissimè sumpto, graduū perfectio, & distinctio habetur, quorum omnium perfectissimus, est Deus benedictus, qui, ad mentem multorum, est primum obiectum intellectus, primitate vtique perfectionis. sed animaduerti necesse est, ens, vt ens, nostri quidem intellectus absolutè considerati, non quo, sed quod obiectum esse formale; verùm autem quo: vnius enim potentiæ duo obiecta eiusdem rationis esse non possunt. Reuera, quemadmodum lux est obiectum quo in visu; ita planè veritas in intelligibili: ideo enim aliquid ab intellectu percipitur; quia illius similitudinis per speciem compos, atq; capax redditur. In assimilatione autem stat ratio veri. Ens autē est intelligibile, vt quod: quādoquidem in omni intelligibili intellectus intuitus ad rationem entis terminetur: vnumquodq; enim intelligibile, quia est ens, & esse ei debetur, intelligi necesse est. est ergo obiectum vt quod attingitur, & ad quod terminatur actus intellectus. Itaque, quomodo intellectus nostri, quatenus est potentia intellectiua, formale obiectum, vt quod, primum primitate adæquationis, temporis, resolutionis, non autem perfectionis, sit ens, vt ens communissimè sumptum, breuiter dixi: quia in tertio Pymandri de hac re latiùs disserui.

Primum primitate, tēporis

Auicenna.

Entitas. Ratio formalis.

Primum primitate perfectionis Deus.

Ens est obiectum quod.

CAP:

Intellect⁹ obiectum

CAP: XI.

Intellectus obiectum proportionatum, & connaturale, est quidditas rei materialis.

Deinceps disputare intendo, quonammodo quidditas rei materialis, sit proportionatum, & connaturale nostri intellectus obiectum: quoniam enim anima rationalis alicuius est materiæ forma, duabus ornata potentiis, actiua scilicet, & paßiua, intellectu vtiq; agente, & poßibili; proculdubiò illud erit obiectum proportionatum intellectui poßibili, ac connaturale, in hac vita degenti; quod certè redditur intelligibile in actu per intellectum agentem: quia paßiuæ potentiæ, actus correspondet actioni. sed de substantiis abstractis quidditas actu intelligibilis à nostro intellectu agente fieri non potest: immateriales enim cùm sint, ex seipsis actu minimè sunt intelligibiles. fiunt autem intelligibiles actu quidditates substantiæ materialis, quæ abstrahuntur à materiæ conditionibus virtute intellectus agentis. atq; ita quidditates, siue quidditas substantiæ materialis, est primum obiectum, primitate generationis, proportionatum, atq; connaturale intellectus nostri coniuncti. Sumitur autem hic quidditas in vniuersali, de qua phantasma haberi potest, à quo etiam extrahitur species intelligibilis lumine intellectus agentis. Hæc autem quamuis primò moueat intellectum coniunctum, adæquatè tamen terminare non valet: intellectus enim poßibilis, cùm sit virtus paßiua, non nisi à virtute mouetur intellectus agentis. etenim potentia intellectiua in communiorem fertur, quàm sit quidditas rei materialis, rationem, substantiæ scilicet, & entis. Non ergo quidditas rei materialis, est adæquatum nostri intellectus obiectum: siquidem id, quod secernitur à ratione formali alicuius potentiæ, ab eadem potentia cognosci non potest: omne namq; quod à lumine semotum est, & colore, à potentia visiua conspici non potest. Sed quidditas substantiæ, & quidditas entis ab intellectu nostro, præcisa à quidditate rei materialis, percipi potest; superiùs enim, & priùs, à suo præscinditur inferiori, cuiusmodi est quidditas iam dicta: ergo quod prius. Adde, quòd quandocunq; aliquæ duæ potentiæ, eiusdem sunt rationis, solo numero discrepantes, obiectum adæquatum vnius, similiter erit, & alterius. Sed intellectus hominis separatus, & coniunctus, sunt eiusdem speciei: habent ergo adæquatum obiectum, nempè ens commune ad ens finitum, & infinitum; propterea quòd in omni ente includitur, quod ab intellectu intelligitur. Quam ob rem nostri intellectus obiectiua ratio, atq; formalis, est abstractum ipsius entis, entitas scilicet; eò quòd nihil sit per se intelligibile ab intellectu, in quo non claudatur quidditatiuè, seu denominatiuè huiusmodi ratio formalis. Substantia autem est primum intellectus obiectum primitate vtiq; principalitatis, si ad inuicem prædicamentorum genera comparentur: illud siquidem, quod est prioris, & perfectioris entitatis; primum profectò est intellectus obiectum, primitate, vt dixi, principandi. Sed huiusmodi est substantia, quæ cæteris generibus dignitate antecellit principandi: omnia enim, vt dicit philosophus, alia genera prædicamentalia non sunt entia; nisi quia sunt ipsius substantiæ, qualitates scilicet, quantitates, paßiones, aut aliquid huiusmodi: igitur substantia est primum obiectum hac primitatis dignitate appellandum. Reuera, vnumquodq; sicut se habet, vt sit; sic se habet ad intelligi, & cognosci. sed substantia habet esse verum, & proprium: prius ergo hoc modo cognoscitur. Verùmtamen quidditas rei materialis, est primum obiectum, vt dixi, primitate generationis: motiuũ quidem, non autem totale, & adæquatum terminatiuum: quia nimirùm intellectus poßibilis mouetur virtute intellectus agentis, cuius profectò virtus ad ea tantùmmo

[Margin notes: Rationes — Obiectũ proportionatũ. — Quid sit quidditas. — Quidditas nõ est adæquatũ intellect⁹ obiectum. 1. 2. — 3. — Entitas. — Substantia — 7. met. 2. — 2. met. 2. 4.]

Intellectꝰ obiectum

do sese extendit, ex quibus phantasmata possunt haberi, sicut paulò ante dictum est.
id autem soli competit naturæ materiali: immateriale enim vt sic, non cadit sub sen-
su, neq; etiam sub phantasiæ virtute, atq; operatione. Rectè ergo nominatur sola sub-
stantiæ materialis quidditas primum motiuum intellectus coniuncti. Sanè, cognitũ
Quomodo sit obiectũ quidditas. est in cognoscente secundùm modum cognoscentis: proinde cognoscentis cognitio,
suæ imitatur naturæ modum. quare modus rei cognitæ non excedit modum cogno-
Cognitum sequitur modũ cognoscendi scentis; alioquin potius super naturalis, quàm naturalis cognitio diceretur: quam ob
causam cognitum, modum sequitur naturæ cognoscentis. Quoniam autem cognitio na-
turalis modum sequitur, quo naturaliter cognoscens est cognitum; iccirco naturalis
cognitionis mensura, ipsa erit natura cognoscentis. Sanè, si anima humana est in vl-
timo gradu intelligibilium; inde fit, vt à phantasmatibus cognitionis varietatem men-
dicando acquirat: talis enim ordo potentiarum in hac vita degenti, est illi attri-
butus ab omnium opifice Deo. propterea via generationis, primò mouetur à quiddi-
tate rei materialis, abstracta lumine intellectus agentis. Sed dicet aliquis, si cogni-
Argumenta contraria. tum est in cognoscente, secundùm modum cognoscentis: cognitio ergo est proportio-
nata cognoscenti, & cognitionis obiectum similiter, quod quidem vero minimè con-
sonat: oculus siquidem cælum amplum, & incorruptibile intuetur; ipse verò est par-
uus, & corruptibilis: non ergo cognoscens est ipsum cognitum. Adde, quòd si con-
ditionalis illa esset vera; tunc profectò angelus inferior superiorem nequiret intelli-
gere, ob modum superioris essendi, inferioris captum excedentem. Ad hæc accedit,
ab intellectu creato, etiam lumine gloriæ illustrato, Deum videri non posse; eò quòd
modus essendi Dei omnem excedit creaturæ capacitatem, quouis lumine perfusam.
beati quoq; Deum videre non possent: nulla enim potentia, suum vincere potest ad-
æquatum obiectum, ac supra ipsum eleuari. nam & visus non potest videre phanta-
smata, neq; etiam propter alicuius virtutem habitus deforis aduenientis: potentia si-
quidem naturalis priùs obiectum, quàm habitum inspicit de nouo accedentem. Ve-
Solutio. rùm ad hæc respondetur, ex illa conditionali non haberi, inter cognitum, & cogno-
scentem omnimodam proportionis, ac similitudinis, necessariam esse æqualitatem:
sed negari excessum in modo essendi generico: siquidem modus essendi cognoscentis,
& cogniti non secundùm speciem, sed secundùm genus, aut quasi genus sumitur.
Obiecta ergo potentiis attributa, non sunt adæquata extensiuè; sed intensiuè natu-
1. raliter: quia supra illa, ex virtute suæ naturæ potentia naturalis quidditatiuè pene-
trare non potest. Non ergo sequitur, cælum ab oculo nostro videri non posse, quia est
incorruptibile: propterea, quòd corruptibile, & incorruptibile, accidentia, siue diffe-
rentiæ accidentales sint rei visibilis. vnde fit, vt visibile hac qualitate affectum, non
excedat modum videntis. Ad aliam rationem dicitur, in modo essendi generico an-
2. gelos inter se nequaquam differre; quia formæ sunt, non in aliqua materia; sed per se
subsistentes: nec tamen sunt suum esse; sed potius esse habentes. his autem formis
connaturale cognoscere formas, siue naturas non in materia existentes, quod planè
superat facultatem intellectus humani in hac vita degentis: siquidem illius proprium
est ea cognoscere, quæ in materia indiuiduali esse habent. anima enim, qua cogno-
Modus cognoscendi animæ humanæ. scimus, forma est alicuius materiæ, duabus cognoscitiuis ornata virtutibus, sensu vti-
que & intellectu. & prima quidem est actus alicuius organi corporei, secunda verò
minimè. vnde fit, vt non nisi singularia à sensu percipiantur; ab intellectu autem v-
niuersalia, quæ abstrahuntur à singularibus. Ad tertiam obiectionem dicitur, pec-
care secundùm non causam, vt causam: excessus enim obiecti supra modum cogno-
3. scentis, non est in causa, aut pro causa assignatur, vt Deus ab anima beata videri non
possit; sed potius propriæ virtutis imbecillitas. Ad 4. similiter patet responsio, quã-
4. doquidem non de quocunq; obiecto, sed de quidditatiua, ac naturali cognitione, no-

 Intellectus intelligit singularia

stra sit inquisitio : approbo nihilominùs, intellectum creatum per diuinæ gratiæ infusionem eleuari posse, ad clarum Dei contuitum, visionemq; habendam : non enim hic est sermo de obiecto adæquato intensiuè, sed intensiuè tantùm. hæc dicta sufficiant. Sed iterùm arguet quis, si quidditas est primum intellectus obiectum ; tunc *Alia argumenta.*
prima quidditas, nempè substantiæ 7. met: primò intelligeretur, cuius oppositum 1.
accidit, quandoquidem accidens priùs quàm substantia intelligatur: intellectus enim in intelligendo dependet à sensu, 3. de anima. constat autem accidens magis esse sensibile quàm substantia : non ergo quidditas est primum intellectus obiectum. Adde, 2.
quòd tunc indiuiduum quidditatis, siue singulare nequaquam posset intelligi; differt enim à quidditate 3. de anima 9. Diuersorum autem diuersæ sunt potentiæ cognoscitiuæ, quia potentiæ distinguuntur per obiecta. sed consequens est falsum, quia intellectus de singulari, siue de indiuiduo quidditatis, aliquid enuntiare potest; vtpotè dicendo, Mercurius est homo: ipsum ergo intelligit : ergo quod prius. Amplius, quod 3.
sensu non percipitur, ab intellectu cognosci non potest : propterea, quòd sine phantasmate nihil intelligat 3. de anima 30. Phantasma autem rei sensibilis similitudo est 2. de anima 39. sed quidditas non est sensibilis, authore Auerroe 2. de anima, comm: 63. vbi ait, à sensu quidditatem minimè comprehendi posse. Sed ad hæc dici potest, *Solutio.*
& ad primum quidem, accidens prius cognosci, generationis, non perfectionis ordine : nam sicut accidens respectu substantiæ, est diminutæ, atq; minoris entitatis; 1.
ita planè est imperfectionis cognitionis : porrò imperfectiora via generationis præcedere consueuerunt, 9. met: 20. Ad aliam obiectionem dico, non eodem modo, &
quidditatem, & singulare ab intellectu cognosci, sicut paulò inferius patebit. Ad 2.
3. non est intentio Commentatoris nullo modo quidditatem à sensu cognosci posse ; sed 3.
non ita, ac ab intellectu, cognitione vtique, siue comprehensione vniuersali. Verùm quia sermo incidit, intellectum humanum particularia, siue singularia percipere ; operæpretium me facturum putaui, si accuratiùs, atq; diligentiùs huiusmodi quæstionem dilucidauero ; tametsi in 3. Pymandri de hac re, verba me fecisse memini: addere enim aliquid, non erit inutile.

CAP. XII.

Intellectus intelligit singularia.

QVoniam hactenus disputauimus de obiecto intellectus humani ; deinceps quærendum nobis est, an singulare ab eodem intellectu percipi possit : loquimur autem de singulari in materia formam habente. De hoc autem philosophus 3. de anima 9 præclarè disputauit : In quibusdam, inquit, solum idem est esse carnis, & carnem, nempè indiuiduum quidditatis, & ipsa quidditas : in alijs verò est aliud. sicut aliud est magnitudo, id est, singulare magnitudinis, & aliud magnitudinis esse, essentia vtiq; magnitudinis, similiter aqua, & aquæ esse; ita quidem ipsum indiuiduum, quia quibusdam miscetur accidentibus, à sua ipsius quidditate aliqua diuersitate secernitur: Socrates namq; aliquo modo ab humanitate distinguitur, eò quòd accidentibus coniungitur, quæ ipsi humanitati non insunt. *Quid singulare.*
Porrò, singulare & vniuersale bifariam considerari possunt : & vno quidem modo, quatenus duorum obtinent obiectorum naturam, atq; virtutem ; atq; ita à diuersis animæ percipiuntur potentijs, nempè vniuersale quidem ab intellectu, singulare verò à sensu : alio modo, quatenus sub vno conceptu comprehenduntur, & sic habent vim vnius formæ conceptæ, & ita ab intellectu singulare percipitur : necessarium enim fuit, vt aliqua vna virtus, intellectus scilicet, inter vniuersale & singulare differentiam po- *Quod intelligat singulare*

Intellect' intelligit singularia tiam poneret; qui etsi suapte natura puras percipiat quidditates, quatenus tamen cor
pori coniungitur, ac ad inferiora conuertitur, singularia intelligit. Sanè, si intelle-
Rationes. ctus hanc componit propositionem, Mercurius est homo, cognoscit ergo extrema: nã
1. inducendo vniuersale, cognoscit vtiq; singulare in antecedente. Adde, quòd ad habi-
2. tus intellectuales spectent prudentia & ars, quæ sunt de singularibus. Intellectus
quoq; cognoscit ens per se: ergo cognoscit maximum ens. etenim si singulare per se
non cognoscitur; id profectò contingeret propter materiam. atqui materia addit ad
entitatem: igitur ad cognoscibilitatem: quia res sicut se habet ad esse, ita se habet ad
cognosci. Adde, quòd obiectum mouens intellectum per se cognoscitur. sed singula-
3. re mouet & non vniuersale, quia actiones sunt suppositorum: cognoscitur ergo ab in
tellectu; nam & ab eodem singularibus nomina imponuntur: ab intellectu ergo co-
gnoscuntur. Et reuera, quidquid potest virtus inferior; & superior similiter. sed sin-
4. gulare cognoscitur à sensu: igitur ab intellectu veluti à virtute superiori. Item, in-
tellectus potest intelligere omne, quod continetur sub suo primo obiecto; sicut visus
5. potest videre omne, quod continetur sub colore. sed ipsum singulare quidditatis, con
tinetur sub ente: ergo etc. præsertim, cùm, sicuti dixi, enuntiet aliquid de singulari,
& ponat differentiam inter singulare & vniuersale: cognoscit ergo vtrumq;. Sed du-
Obiect. bitabit aliquis, si cognitio per assimilationem fiat, & intellectus in nullo actu recto,
seu reflexo, cum singulari materiali, cognationis similitudinem habeat: igitur huius-
modi singulare ab intellectu cognosci non potest. nam si ab eodem singulare cogno-
sceretur rectè siue reflexè; proculdubiò ipsius singularis in seipso conceptum expri-
meret atq; formaret, propterea, quòd omnis intellectio aliquo in conceptu consistat.
atqui propositio singularis formari non potest, absq; conceptu incomplexo termini
singularis: in intellectu autem poni non potest conceptus materialis indiuidui; con-
ceptus siquidem est expressa rei conceptæ similitudo; quæ quidem indiuidui simili-
tudo, nostro intellectui tribui non potest; alioquin non abstraheret ab hoc, & nunc,
& in ipso poni possent species singularium intelligibiles; par enim ratio est, quo ad
hoc, de impressa, & expressa similitudine: non ergo intellectus intelligit singulare.
Solutio. Sed his aduersatur philosophus 2. de anima, in quo loquens de sensu communi, ait, O-
portere iudicem aliqua duo cognoscentem, discernere vtrumq;. sed intellectus discer-
nit singulare ab vniuersali: vtrumq; ergo cognoscit, tametsi proprium singularis con-
ceptum minimè formet; puta, quia in conceptu alterius ipsum cognoscit, qui quodam-
Cognitio arguitiua. modo illius dici potest, arguitiuè quidem, non autem directè: ponit enim intellectus
differentiam inter Sortem, & quod quid erat esse hominis, id est, inter hoc, & vniuer-
sale. sed ad cognitionem singularem habendam, sufficit cognitio arguitiua: dum e-
nim intellectus concipit hominem, & singularitatem, ac per se hominem non subsiste-
re; inde arguendo concludit, in rerum natura quasdam res singulares inueniri, ab v-
niuersali sibi oblato differentes, differentia quidem sibi incognita, vtpote sorteitate,
in cognoscendo Socrate: vnde directè, siue indirectè sorteitatem non percipit se per-
cipere, sed singularitatem in communi. Etenim si proprio conceptu, & directa co-
Directa cognitio. gnitione intellectus hunc hominem perciperet, cùm hoc esset materiale signatum; haud
dubium, quin de singulari quidditatiuam haberet cognitionem. sed cùm principium
singularitatis sit in rebus materialibus materia indiuidualis, & intellectus intelligat
ab huiusmodi materia abstrahendo, quòd verò abstrahitur sit vniuersale; non video,
quomodo directa cognitione, & proprio conceptu, singulare percipere queat: siqui-
dem abstractis speciebus intelligibilibus, per ipsam vniuersale directè intelligit; in-
directè verò, & alieno conceptu singularia, quorum sunt phantasmata, vnde format
hanc propositionem, Mercurius est homo. Neq; per species intelligibiles actu intel-
ligeret, nisi sese ad phantasmata conuerteret, in quibus species intelligibiles intelli-
git. Con-

Intellectus intelligit singularia.

git. Concipitur ergo singulare in nostro intellectu, non proprio, sed alieno conceptu.
Itaq; intellectio Socratis, vt Socrates est, circumscriptis per intellectum omnibus ac-
Socratis & hominis intellectio.
cidentibus, non est alia realiter ab ea, qua intelligitur homo intellectione. Secus ve-
rò res se habebit, si cum suis accidentibus intelligatur; tunc enim non vna eademq; e-
rit amborum intellectio: aliud enim est ipsum intelligere, quatenus est homo; aliud
verò quatenus est hoc indiuiduum signatum, proprijs accidentibus circumscriptum;
siquidem huiusmodi accidentia sensu percipiuntur. Proinde dictum est à Commen-
tatore 3. de anima 9. indiuiduum comprehendi ab intellectu mediante sensu, id est,
comprehensione, qua comprehenditur simul cum suis accidentibus. Vnde Aristote-
les 3. de anima 10. idem affirmat, asserens, sensitiuum, calidum, & frigidum iudicare,
quorum ratio quædam caro est, scilicet in quorum proportione carnis forma consistit.
Diuersis modis intelligit.
Alio autem, supple, principio cognoscendi, aut eodem aliter se habente. Etenim in-
tellectus quandoq; secundùm formam propriam aliquam quidditatem intelligit, ve-
luti carnem, secundùm quod caro est: interdum verò quidditatem illius quidditatis;
quod perinde est, ac intelligere rem illam secundùm aliquam speciem, & formam
communem, quæ ad eius essentiam pertinet. Igitur diuersis modis contingit vniuer-
sale & singulare percipi ab intellectu; propterea, quòd ipsum indiuiduum substantiæ,
vt Socrates, siue accidentis, vt hæc albedo, vna penitùs & simplici intellectione non
percipitur, ob accidentium permixtionem, quæ in sua specie minimè inueniuntur. Di-
citur autem à nonnullis singulare materiale propriam speciem habere in intellectu, &
sic intelligi ab intellectu: ab alijs verò solùmmodo intentio vniuersalis in intellectu
ponitur, cuius virtute per accidens, cognosci singulare affirmant; iudicium enim est
à posteriori; quia nimirùm species intelligibilis rei sequitur, & non præcedit rem, à
Soluuntur rationes.
qua abstrahitur. Ex his solui possunt rationes priùs positæ: & prima quidem, quæ
dicit intellectum distinguere vniuersale à singulari, & ita vtrumq; cognoscere: sin-
gulare enim cognoscitur ab intellectu; non tamen in singulari, sed in vniuersali, siue 1.
in conceptu alieno, & cognitione arguitiua, sicut docet Auerroes 2. de ani: 67. Ad
2. vera esset consequentia, si in terminis naturaliter significantibus, illa propositio ab 2.
intellectu fieret: modò autem cùm fiat in terminis ad placitum significantibus, mini-
mè approbatur. Ad 3. licèt prudentia, & ars sit de rebus singularibus, non est ta- 3.
men per propositiones singulares; sed indefinitas, vel particulares, aut vniuersales,
non necessarias tamen. Et cùm dicis, quòd intellectus cognoscat ens per se: verum
est apud eos, qui tenent entis quidditatem vniuocè dictam: vel quæ est prædicatum
vniuocum, non autem apud eos, qui actum materialem adæquatum intellectus arbi-
Maximũ ens.
trantur esse obiectum, propterea, quòd huiusmodi actus per se nõ cognoscitur. Ex hoc
patet, quòd si maximum ens intelligitur substantia indiuidua materialis; illam sub
proprio conceptu non intelligi. Et cùm infers, quòd materia non potest esse in causa,
quia addit intelligendi virtutem, dico, entitatem materiæ potentialis intelligibilem
esse per accidens, atq; ita nihil agere contra prædicta. Ad 4. quidquid cognoscit
virtus inferior, cognoscit etiam virtus superior, alio tamen modo; quia nimirùm sin- 4.
gulare à sensu per se cognoscitur, ab intellectu autem per accidens, & sic cognoscit
omne quod cadit sub suo obiecto directè, & per se; alia verò arguitiuè, & consequẽ-
Quare indiuiduum materiale per se non intelligitur.
ter. Itaque singulare materiale per se, & directè intelligi non potest: quia vnum
quodq; cognoscitur, quatenus est in actu, & à materia semotum: quia intellectio fit
per abstractionem à materia. Sed singulare materiale non est huiusmodi, non quidem
respectu sui, sed materiæ, & accidentium quibus coniungitur: non ergo per se intelli-
gitur: indiuiduum siquidem materiale non abstrahitur ab hinc, & nunc; ideo non est
per se, & directè intelligibile. Verùmtamen quatenus singularia materialia in rati-
one vniuersali, & specifica conueniunt, ab intellectu percipiuntur; ac de eis in eorum

Intellect⁹ intelligit singularia

absentia negotiatur: at quatenus sunt in esse indiuiduali constituta; sic intellectus reflexè, & per accidens considerat. etenim materia, quæ est principium indiuiduationis, secundùm se est ignota, nec cognoscitur nisi per formam, à qua sumitur ratio vniuersalis: ideoq; singularia in sua absentia, non nisi per vniuersalia cognoscuntur. Reuera, dum anima humana corpori coniuncta, suum intelligibile apprehendit; ad suum actum considerandum reuertitur, suamq; speciem intelligibilem, atq; eiusdem originem; atq; ita in phantasmatum considerationem, & singularium, quorum sunt phantasmata, sensim atq; arguendo descendit. Patet ergo, quonam modo singularia materialia ab intellectu corpori coniuncto, percipi possunt. Verùm quomodo singularia abstracta à materia, vtpotè Deus benedictus, & intelligentiæ, à nostro intellectu intelligantur; in multis locis latißimè disputaui: de singulari autem mathematico, idem potest esse iudicium. Dixi ergo, si intellectus intelligat singulare, nec ne.

Materia principium indiuiduationis.

CAP. XIII.

Argumenta contiaria.

1. Vnt nonulli, qui contra prædicta arguere conantur, & quidem non temerè, & absq; bonis & validis argumentis. Intellectus non intelligit, nisi suum obiectum, quod est vniuersale, vt omnium propemodum est sententia. sed singulare, non est vniuersale: non ergo intelligitur à nostro intellectu. Etenim, quemadmodum se habet sensus ad vniuersale; ita planè & intellectus ad singulare, per conuenientem similitudinem. sed sensus vniuersale nequaquam cognoscit, vt dicitur 1. posteriorum: nec ergo intellectus singulare. nam si intellectus cognosceret singulare; superflueret vtiq; sensus, & frustra positus fuisset à natura: natura enim, quod per vnum potest, per plura oporari non audet, 1. cæli 45. sed id maximè pugnat contra naturæ dignitatem 1. cæli 12. ergo quod prius.

Quòd intellectus non intelligat singularia.

2. Amplius, virtus, quæ non est hic & nunc, non cognoscit illud quod est hic & nunc; talia enim non proportionantur ad inuicem: cognitio siquidem fit secundùm quandam similitudinem cognoscentis ad cognitum. sed singulare est hic & nunc, intellectus verò abstrahit ab hic & nunc, cùm sit impermixtus: nullam ergo cum singulari cognationis similitudinem habere videtur. hæc & similia dici possunt in fauorē eorum, qui volunt singulare materiale à nostro intellectu percipi non posse. Sed ad primum respondetur, quòd sub primo intellectus non continetur obiecto, ab eo minimè intelligi. Et cùm dicis, intellectus obiectum esse tantummodo vniuersale: Respondeo verum esse, hoc quidem sensu, quòd obiectum intellectus comprehendatur ab intellectu, comprehensione vniuersali; veluti si diceremus, obiectum visus esse rem visam, non autem quòd ipsa visio sit formaliter principium mouens visum; sed potius cognitione quæ est visio, obiectum visus cognosci. Vnde à Boetio eruditè dictum est: Vniuersale est, cùm intelligitur. Proinde nullum inde sequitur absurdum, vt res quæ singulariter existit, ab intellectu vniuersaliter comprehendatur. Quare etsi singulare, vniuersale formaliter non sit, vt singulare est; illud tamen quod est singulare, secundùm esse extra animam vniuersaliter intelligitur. Non ergo illorum probanda venit sententia, qui aiunt, obiectum intellectus vniuersale esse; ita, vt vniuersalitas sit ratio formalis, per quam aliquid intellectum mouet, sicut color quo aliquid mouet visum; propterea, quòd res non sit actu vniuersalis, nisi secundùm esse, quod in intellectu obtinet. Porrò, esse rei in intellectu existens, non est obiecti ratio formalis, quæ primò intellectum mouere poßit. Sed dices, omne quod intelligitur, est vniuersale. sed singulare ab intellectu intelligitur: igitur singulare est vniuersale, quod est absurdum. Respondeo, omne quod in-

Soluuntur argumenta.

Vniuersale obiectū intellectus.

Obiectio.

Solutio.

Intellect⁹ intelligit singularia

quod intelligitur vniuersale appellari secundùm esse, quod habet in intellectu, atq; ita
singulare posse vniuersale nuncupari : neq; ista sunt opposita, propterea, quòd singu-
lare secundùm esse materiale, subsistit in esse indiuiduali : secundùm autem esse, quo
ab intellectu apprehenditur, formam recipit vniuersalis; non quidem in se, sed in in-
tellectu concipiente, atq; intelligente. Ad confirmationem, negatur similitudo : sen-
sus enim non antecellit intellectui perfectionis, nobilitatisq; ordine: ideoq; non est ne-
cesse, vt idem prorsus, quod & ipse intellectus, intelligat. Intellectus verò, cùm sit po-
tentia superior, atq; nobilior, cognoscit id quod & sensus; diuerso tamen modo, sicut
dictum est. Ad aliam confirmationem, negatur consequentia : licèt enim ab intelle-
ctu cognoscantur singularia; non nisi tamen mediantibus sensibus. propterea sensuum
ministerio deficiente, deficit quoq; & scientia: non ergo sensus frustra positi sunt à na-
tura. Ad 2. virtus intellectiua quæ non est hic & nunc, id est, quæ non est conten- 2.
ta, nec inclusa in loco determinato, non cognoscit quod est hic & nunc, cognitione quæ
comprehenditur hic & nunc, id est, indiuiduali & determinata; sed vniuersali & in-
distincta, idq; ex natura intellectus, qui est abstractus & immaterialis. Hæc autem
huiusmodi inter se proportionem habent : quia nimirùm virtus, quæ est hic & nunc,
est potentia talis, qualis est actu, quæ non est hic & nunc, quod quidem huic proposi-
to potest esse satis. Verùm alij è diuerso arguere nituntur : Quoddam, inquiunt, est
indiuiduum abstrahens ab essentia : non enim singulare (quantum ad se spectat) ad
existentiam determinatur. eodem quoq; modo, nec vniuersale, quod quidem singula-
re, speciei naturam, ac indiuidualem tantummodo complectitur proprietatem. alio 1.
modo dicitur singulare, quatenus existit, nihil tamen includens accidentium. tertio
modo dicitur singulare, quod & existentiam complectitur, & accidentia. Sed quonis mo-
dorum singulare acceptum, pùtant ab intellectu percipi posse, idq; per se, & ex sui
natura, imò quòd sit primò intelligibile. etenim singulare est verum ens, quia to-
tam includit superiorum quidditatiuam entitatem, proprietatem quoq; indiuidualem,
& aliqua etiam accidentia, quæ omnia non adimunt, sed potius augent entitatem : igi-
tur per se & primò, ab intellectu nostro percipitur; intelligibilitas enim sequitur en-
titatem, cùm ens sit obiectum intellectus. Amplius, à quo non remouetur intelli- 2.
gibilitas, ob rationem alicuius sibi additi; proculdubiò est per se intelligibile. sed hu-
iusmodi est singulare, saltem primo modo intellectum, quòd intra sese nihil præter
vniuersale complectitur, nisi gradum vltimum actualitatis, atq; vnitatis, quæ est in-
diuidualis differentia; alioquin ipsum vniuersale non esset per se intelligibile : ange-
lus quoq; cùm sit singularis, non esset per se intelligibilis. si enim singulari non com-
petit, quatenus est singulare intelligi : igitur angelus seipsum nequiret intelligere;
quod est falsum. Item, quodcunq; aliud à singulari intelligitur, quò ad quidquid in- 3.
telligibilitatis in eo existentis; nequaquam completè includit : quia nimirùm non in-
cludit gradum illum, seu indiuiduam differentiam, qua singulare est singulare. sed
ipsum singulare quidquid est intelligibilitatis in omni superiori, completè complecti-
tur, vt dictum est : igitur per se primò, & directè à nostro intellectu percipitur, non
autem indirectè, & per accidens. Amplius, intellectus practicus dirigit ad agen- 4.
dum : igitur cognoscit singularia; actus enim sunt circa singularia. etenim si intel-
ligit seipsum : igitur intelligit singulare; ipse enim est quoddam singulare; alioquin a-
liquem actum non haberet, actus enim singularium sunt : cognoscit ergo singulare,
maximè quia cognoscit extrema compositionis, cognoscens compositionem, cùm sit
virtus sensu superior. Iterùm, eiusdem naturæ, idem est modus operandi. sed anima 5.
separata & coniuncta, sunt eiusdem naturæ : habent ergo eundem modum operandi.
anima autem separata cognoscit singulare : & coniuncta ergo similiter. Adde, quòd
intellectus intelligit speciem intelligibilem, quæ est res singularis, per subiectum sin-
gulare

Sensus nō sūt ociosi.

Argumenta contraria.

Triplex singulare.

Intellect' intelligit singularia gulare indiuiduata: igitur directè intelligit singularia. Iterùm, si intellectus angelicus directè ac distinctè singularia intelligit, multò quidem faciliùs intellectus humanus id ipsum efficiet; eò quòd est propinquior potentia, ideoq; cum intelligibili maiorem habet propinquitatis affinitatem. ad hæc accedit, quod intellectus dirigit nos
6. in agendis, actus autem sunt singularium. Cognoscit ergo directè singularia.

CAP: XIIII.

Soluuntur Argumenta.

1. Quomodo singulare sit verum ens.

Dici potest ad primum argumentum, singulare verum ens appellari, quatenus verum ens distinguitur contra nihil: quòd si intellexeris verum, nempè ens actu intelligibile; sic singulare ratione suæ materiæ, quæ ignota, & potentia intelligibilis, verũ ens dici non potest: potentia enim materiæ diminuit de ratione entitatis sic dictæ, & consequenter de ratione intelligibilitatis.
2. Ad 2. dico, non aduersari singulari intelligibilitatem, seu intelligi ab intellectu humano; sed id ei accidere, propter materiã cui coniungitur; quia nihil intelligitur, nisi immaterialiter intelligatur.
3. Ad 3. ex illo argumento sequitur oppositum: ex hoc enim quod singulare, non nisi in vniuersali, in potentia, & incomplete includitur, & eius intellectio terminatur ad vniuersale primò; rectè inde sequitur, singulare non esse per se primò intelligibile. Sed dices, si singulare primò non intelligitur: nunquam ergo intelligitur. Consequens est falsum; quia saltem reflexè intelligitur. Consequentia patet, quia si primò non intelligitur: igitur per aliquod additum. Sed rursus de illo addito, si primò, & per se, an per aliud intelligatur, quispiam sciscitabitur: nõ quidem per aliud; alioquin esset processus in infinitum. sed illud additum est singulare: igitur primò intelligitur. Respondeo, singulare per additamentum, quod est singulare, non intelligi; sed potius per naturam specificam, siue per quidditatem rei materialis: quæ cum intelligitur in singularibus, per modum iam dictum, singularia intelliguntur à nobis.

Quomodo primo intelligitur.

4. Ad 4. dico, particularis operabilis electionem syllogismi intellectus practici, vt dicitur 7. ethi: conclusionem esse: ex vniuersali autem propositione, non nisi mediante aliqua singulari propositione assumpta, directè concluditur singularis. quare vniuersalis ratio intellectus practici, cùm non moueat, vt dicitur 3. de anima, nisi mediante particulari apprehensione sensitiuæ partis, non est quod aliquis dicat, intellectum rectè intelligere singulare. Et cum infers, quòd intellectus intelligit seipsum: dico singulare non repugnare intelligenti, in quantum est singulare, sed potius quatenus est materiale, vt dictum est. virtus præterea superior eminentiori modo cognoscit: quia nimirùm sensus materialiter, & concretè cognoscit, quod est singulare directè cognoscere: intellectus verò immaterialiter, & abstractè, quod est vniuersale intelligere. quare vniuersale directè, singulare autem indirectè, intelligere dicitur.

Immateriale intelligitur

5. Ad 5. maior vera probatur cæteris paribus, nempè, vt illæ potentiæ eodem modo intelligant, quod planè proposito non conuenit; propterea, quòd intellectus corpori coniunctus, per abstractionẽ ab hic & nunc intelligit; separatus autem à materia, habet aspectum liberũ: de qua profectò intellectione, paulò pòst erit nobis disputandum. Ad confirmationem dicendum, speciem intelligibilem bifariam intelligi posse: vno quidem modo, quatenus est quædam res de genere qualitatis; atq; ita per se, & directè à nostro intellectu percipitur, quia speciei habet rationem: alio autem modo, quatenus est id, quo intellectus in suum fertur obiectum; & sic vicem subit singularis subiectiuè: obiectiuè autem, siue repræsentatiuè, vniuersalis; quo quidẽ modo cognoscitur indirectè. Adde, quòd licèt sit in materia,

Species intelligibilis quomodo sit singularis

Intellect⁹ non intelligit infinita.

teria, non est tamen composita ex materia, & forma: omne autem tale directè intelligitur. Ad 6. negatur similitudo: angelus enim per speciem innatam, aut influxam à radio diuini luminis, non per speciei abstractionem à phantasmatibus, intelligit. Patet ergo, quonam pacto indiuiduum materiale directè, & propriam speciem à nostro intellectu nequaquam intelligi potest. Sed dicet aliquis, si intellectus hoc modo intelligit singularia, & illa sunt infinita: igitur intelligit infinita: Respondeo, potentiam proportionem habere cum suo obiecto. cùm verò obiectum intellectus nõ sit infinitum in actu, quia in rebus materialibus non inuenitur infinitum in actu, sed solùmmodo in potentia, quatenùs vnum succedit alteri, vt dicitur 3. phys: ideoq; in nostro intellectu, non inuenitur infinitum in actu; sed in potentia potius, nempe accipiendo vnum post aliud: neq; enim tot semel complectitur, & capit; quin possit plura capere, & complecti. Amplius, actu infinita capere non valet, eò quòd id cognoscit, quod per vnam speciem cognoscit: infinitum autem vnam speciem non habet; alioquin totius haberet rationem, & perfecti: propterea non potest intelligi, nisi accipiendo partem post partem; infinitum siquidem est, cuius quidditatem accipientibus, semper est aliquid extra accipere 3. phys. Quare infinitum actu cognosci non potest, nisi omnibus ipsius partibus numeratis, quod fieri non potest. De infinito quoq; in habitu, idem potest esse iudicium: nostra siquidem habitualis cognitio, ex actuali consideratione proficiscitur, vt philosophus testatur 3. eth: Quam ob causam infinitorum habitus secundùm distinctam cognitionem nobis inesse non potest, nisi omnibus infinitis cõsideratis, atq; intellectis, ea numerando secundùm cognitionis successionẽ, & ordinem, quod certè pro impossibili habetur. porrò, quomodo infinitũ sit incognitum, dictum in 4. Pymandri, vbi de infinito ex professo locuti sumus. Et reuera, repugnat infinito extrinseco causare sui speciem adæquatam; quia semper habet rationem partis, & imperfecti: quoniam semper est extra aliquid sumere: proinde non totum concurrit ad sui speciem producendam: inde est, quòd adæquatam sui speciem producere nequit. Repugnat ergo infinito, vnica specie naturali nostro intellectus repræsentari; eò quòd causatur à rebus: infinitæ autem res, vnam speciem habere nequeunt distinctam, & proportionatam respectu nostri intellectus. Sed dicet aliquis, si noster intellectus intelligit Deum intelligit ergo infinita: Deus enim excedit omnia infinita. Adde, quòd si natus est, siue aptitudinem habet cognoscendi genera, & species: si quorundam generum sunt species infinitæ, sicuti sunt numeri, proportiones, & figuræ: ergo noster intellectus potest cognoscere infinita. Amplius, vna species intelligibilis, non est alteri speciei impedimento, quò minus plures habitu in intellectu existere queant, sicut vnum corpus, aliud impedit, vt plura simul in eodem loco corpora esse non possint: infinitorum ergo scientiam in habitu, noster intellectus habere potest, præsertim cùm nõ sit virtus materiæ corporalis, sed potius videtur esse potentia infinita. Dico ad primum, Deum infinitum appellari, instar formæ, quæ aliqua non definitur seu terminatur materia: infinitum autem in rebus materialibus à priuatione formalis terminationis nuncupari. Cùm verò forma, ex sui natura, notitiam afferat, materia autem sine forma, ignorationem sui: inde fit, vt infinitum materiale, secundùm se, sit ignotum: formale autem, Deus scilicet, benedictus, notum; tametsi nobis in hac vita degentibus, sit incognitus; cuius post hanc vitam, claram habituri sumus visionem, non tamen comprehensionem. non ergo est simile, quòd si intellectus noster, post præsentis temporis spatium, Deum clarè sit intellecturus, in hac vita positus, infinita actu, seu habitu cognoscere possit. Ad confirmationem, quoniam intellectus humanus aptitudinem habet, per abstractionem à phantasmatibus cognoscendarum specierum; idcircò eorum numerorum, atq; figurarum, capere dicitur species, quarum imagines perceperit. Sed quoniam infinitorum

6. Intellect⁹ nõ intelligit infinita. Rationes.

Infinitum nõ potest cognosci.

Quare intellect⁹ noster nõ cognoscit infinitum.

Argumenta 1.

2.

Soluuntur argumenta. 1.

Intellect' non intelligit futura.

rum imagines actu, seu habitu capere nequit; nisi fortasse vniuersaliter, & confusè, propterea non est admittenda consequentia, quòd scilicet cognoscat infinitos numeros, & figuras. Ad 2. negatur similitudo: species enim intelligibiles nostrum successiuè intellectum subingrediuntur, quia multa simul non intelliguntur. hac de causa finitæ sint species intellectui humano, quibus intelligit, necesse est, cuiusmodi non est similitudo de corporum pluralitate: propterea, quòd si plura essent in eodem loco; non ob id tamen, locum successiuè subintrarent; vt per huiusmodi subintrationis successionem, numerarentur locata. Ad confirmationem, virtus nostri intellectus dicitur infinita, quia non determinetur per materiam corporalem: non autem dicitur infinita; quia actu, vel habitu potest infinita intelligere. Post hæc quærendum nobis est, an intelligat contingentia: cui quæstioni dictum est à prudentibus, contingentia quidem in particulari per sensum, in vniuersali verò per intellectũ apprehendi, id est, percipi à sensu directè, indirectè autem ab intellectu; siquidem necessarium, quòad cognosci, ad intellectum spectat; contingens autem ad sensum: contingentia enim in rebus sensibilibus, materiam, quæ est principium indiuiduationis sensibilium; necessitas verò, formam omnis vniuersalitatis fundamentum: sequitur. Reuera, materia, vt materia est, contingentiæ, atq; indiuiduationis radix nominatur: forma verò, vt forma, necessitatis, & vniuersalitatis fundamentum. Contingentia autem indiuiduis materialibus, in genere sensibilium, de quorum cognitione quæstio proposita est, primò attribuitur: propterea hoc non impedit, quò minus rebus immaterialibus insit contingentia, secundùm esse quidem in voluntate, in vniuersalibus autem secundùm rationem. Est autem contingens, vt dicitur 5. met: quod potest esse, & non esse: necessarium quòd impossibile est aliter se habere. Sumitur autem interdum necessarium pro complexo, quatenus distinguitur contra contingens, & inesse; vt dicitur in libro de interpretatione: aliquando autẽ pro incomplexo, vtpote pro Deo, qui est, & non potest non esse. Alij distinguunt in necessarium simpliciter, & ex conditione: vel in necessarium secundùm consequens, quod est, & non potest non esse; vt de quolibet dicitur esse, vel non esse: & necessarium secundùm consequentiam, quod est necessarium ex suppositione; vt omnis qui currit, mouetur. Itaq; contingentia, & necessitas entium, reales, non logicæ differentiæ, diuersas habent radices; quippè quia contingentia, ex potentia, necessitas verò ex actu, originem habet. Quam ob rem in istis inferioribus, in quibus plurimùm inuenitur potentiæ, maximè viget contingentia: in superioribus verò, quia minimum est potentiæ, iccirco minimum inuenitur contingentiæ; & secundùm quid potiùs, quàm simpliciter, propter alicuius potentiæ admixtionem: vnde actus purus, ab omni contingentia liber est omninò. In rebus autem materialibus, potentia est proprietas, siue substantialis materiæ differentia: actualitas autem sequitur formam. Quam ob causam, necessitas ex forma, contingentia autem ex materia oritur: materia autem cùm sit ex se ignota; nõ habet, quo directè eius potentia, & consequenter eius cõtingentia à nostro intellectu percipi possit: forma autem, quoniam est actus, & cognitio fit per actũ, directè necessaria, quæ à forma proficiscuntur, ab intellectu nostro percipiũtur.

2. [beside "successiuè intellectum"]

Intellectus quomodo est infinitus.

Intellectus an intelligat contingentia.

Contingens.

Necessarium quotuplex.

In quibus est contingentia

CAP: XV.

Intellectus humanus non cognoscit futura.

Cognitio futurorum.

Einceps non temerè à quibusdam quæritur, an intellectus noster cognoscat futura; propterea, quòd, authore Augustino 12. confes: anima nostra quandam vim sortis habere dicitur, vt ex sui natura possit futura cognoscere; propterea, quando à corporis sese abducit retrahitque sensibus,

sibus, & ad sui puritatem reuertitur, notitiæ sit particeps futurorum. Et hæc *quidem sententia probatur platonicis, animam ab idearum participatione, rerum cognitionem accipere, asserentibus: insitas enim esse asserunt animæ humanæ, à summo omnium opifice Deo, omnium effectuum vniuersales causas; sed ab illorum vsu corporeæ molis commertio præpediri: cùm verò à sensibus amouetur, tunc percipere posse futura arbitrantur. vnde Plotinus, enne: 5. lib: 1. cap. 12 Cur, inquit, talia tantaq́; possidentes, nequaquam animaduertimus hæc habere; sed plurimùm seorsum à talibus actionibus otium agimus? quoniam ratio & imaginatio nobis ad opposita diuinorum, & varia distrahuntur. oportet autem, si quando ita præsentia animaduersuri simus, vt vim ipsam animaduersoriam ad interiora conuertamus: operamq́; demus, vt ibi tota prorsus intendat, perinde ac si quis affectans vocem vnam, præ cæteris haurire, à cæteris se vocibus segreget, ad vocemq́; omnium optatissimam porrigat aures, quando propinquet: sic itaq́; hic oportet dimissis omnibus, quæ sensibus instrepunt, perq́; sensus animum interpellant, ad puram simplicemq́; mentem reuerti. Ad hunc etiam modum Dionysius Areopagita 1. cap. de mystica theologia: Quemadmodum, inquit, qui statuam indigenam fabricant, auferunt omnia, quæcunq́; apposita impediunt perspicuum formæ latentis intuitum, solaq́; ablatione, pulchritudinem ipsam in se pandunt occultam; ita oportet, vt arbitror, ablationes contra appositiones celebrare: hæc ille. Cùm ergo omnes potentiæ cognoscitiuæ, ad mentis caput reducuntur, & à sensibus vacant externis; tunc intellectus noster omnia penetrat. Duo siquidem sunt animæ officia pulchra, speculari scilicet, & consultari: in vtroq́; autem repugnat anima corpori. in speculari quidem, quandoquidem sensus fallaces à corporibus decepti, ratione corriguntur: in consultari quoq́;, propterea, quòd sensus incitāt ad cibum, & potum, ad somnum, & libidinem, ad propulsandas iniurias, à quibus ratio iudicat abstinendum. sic Plato corpori aduersabatur, cùm domandi corporis gratia, academiam suā insalubrem Atticæ locum habitandam elegerit: Magi quoq́; Persarū, & Aegiptij sacerdotes, farinam tantùm, & olera comedebant; plurimi à sensibus abstracti, vitā aliquot annis aptitabant: nam Epimenides Cretensis, annos quinquaginta dormiuisse fertur: annos verò decem Pythagoram latuisse: viginti autem Sorastes. Socrates, vt dicit Plato in conuiuio, à solis ortu, vsq́; ad solem alterum orientem, immobilis iisdem vestigiis, ore, & gestu, oculis in eundem locum directis, cogitabundus, perstitit: Plato cùm frequenter contemplationis intentione secessisset lōgè à corpore; tandem decessit omninò, sic alienatus à vita: Xenocrates singulis diebus, horā integram abstrahebatur à corpore: Archimenides Syracusanus figuris intentus, tumultuosum excidium pereuntis patriæ, & imminentem super caput gladium, non animaduertit: Heraclytus, & Democritus in solitudine vixerunt: Cornelius sacerdos, authore Gellio, Patauij mente motus fuit, eo tempore, quo Cæsar, & Pompeius in Thessalia confligebant; ita, vt tempus belli, exitum, ordinemq́; pugnæ videret. Augustinus scribit 14. de ciuit: 24. sacerdotem Calamensem se suo arbitratu à corpore auocare, præsertim cùm querula harmonia demulceretur. Abstractio igitur à sensibus plurimùm confert ad futurorū cognitionem habēdam. Vnde Mercurius in Pymandro dicit, hominē Deo deuotum, cùm primùm diuinam prægustauerit visionē, obliuioni omnia reliqua tradere. Et 12. dicit:* Quamobrē ego fili bonū semper dęmonē audiui dictantē, qui si literis quoq; monumēta mandasset, mira quędā in dies humano generi emolumēta cōferret. solus ille diuina in nos effundit oracula. *hæc ille: Dauid quoq́; palàm cōfitetur in sua exstasi, Incerta, & occulta diuinæ sapientiæ sibi fuisse reuelata: Sanctus Paulus ignorat, an in corpore, vel extra corpus audiuerit arcana verba, quæ nō licet homini loqui: Danieli in visione noctiū, panduntur secreta, ac futurorum portenta: Ezechieli aperiuntur cæli, sed prius facta*

Marginalia: Intellectus non intelligit futura. — Plato. Plotinus. — Dion. Areop. — Duo officia animæ. — Exempla abstractionum. — Mercurius. 9. dial. — Dauid. Paulus. Daniel. Ezechiel.

Intellect' non intelligit futura.

us facta in eo manu Dei, omnia potentis, & scientis: Isaiæ aures erudiuntur, & labia mundantur, vt eloqui possit visionem domini in excelso throno sedentis. Itaque huiusmodi animæ non penitus corpus reliquerant; sed sensus tantùm corporeos suis officiis: corpus autem non ex toto spiritu vitali carebat. Verùmtamen iste modus cognoscendi, nostro nequaquam est intellectui connaturalis; sed is potius, qui à sensibus cognitionem accipit. Quare, à natura non est hominibus insita futurorum cognitio; sed à causis potius supernis, vtpote, quando virtute diuina, angelorum officio, intellectus humanus illuminatur, & instruitur: phantasmata quoque ordinantur, ad aliquorum futurorum cognitionem obtinendam. Dæmonum etiam operatione, qui ex ingenij subtilitate, ac longa rerum experientia, probabili quadam coniectura, seu sanctorum angelorum reuelatione, futura præuidere dicuntur; aliqua in phantasia hominis, commotio fieri dicitur, qua aliquarum rerum futurarum euentus vaticinãtur. Impressiones autem huiusmodi supernarũ causarum, in abstractis à sensibus animis commodè fieri dicuntur, vtpote spiritualibus substantiis magis propinquantibus: propterea, & anima humana lucis gestat imaginem. etenim, quemadmodum lumen quamlibet illuminat aëris partem, nihil sumens ab aëre, neque patiens; ita planè anima totum corpus regit, & viuificat; & à corpore nihil sumit, sed à solo Deo: Lumen in solem reflectitur, & anima in Deum. Duæ præcipuæ insunt lumini proprietates, fulgor, & calor: sic animæ inest virtus iudiciaria, & vitalis. Contingit quoque & hoc idem per impressionem supernarum causarum, & quidem materialium: nam & corpora superiora vim habent imprimendi in corpora inferiora: vires autem sensitiuæ, cùm sint actus corporalium organorum, immutãtur, præsertim phantasia, ex huiusmodi impressione. quoniam autem plurimorum futurorum causa, corpora cælestia esse perhibentur; inde fit, vt in virtute imaginatiua aliquarum signa futurarum rerum impressa appareant, quæ nocturno tempore à dormientibus aptius, quàm à vigilantibus percipiuntur. quippe, quia, quæ de die deferuntur, authore philosopho de somno, & vigilia, dissoluuntur magis: siquidem parui motus interiores noctu à dormientibus sentiuntur; à quibus sanè motibus phantasmata generantur, quibus præuidentur futura. Quam ob causam futurorum cognitio, bifariam intelligi potest: vno quidem modo in seipsis; atque ita non nisi à solo Deo cognoscuntur; quia vnico mentis suæ intuitu, intelligit omnia: alio autem modo in suis causis, & sic à nobis cognosci possunt. nam in causis ex necessitate prouenientibus, per certitudinem cognoscuntur scientiæ: sic ab Astrologo futuræ ecclypsis lunaris, siue solaris, multo ante tempore prædicitur aduentus. In causis autem, vt frequenter sic se habentibus, per coniecturam percipi possunt. Animalium autem rationis expertium phantasia, quoniam supra se rationem non habet ordinantem phantasmata ad finem; iccirco tota sequitur cælestium impressionem. vnde fit, vt ex motibus huiusmodi animalium certius, quàm ex motibus, actibusque humanis futura dignoscantur: nouit enim hirundo tempus suum in cælo, ait Hieremias: nouit pia auis annuntiare aduentus sui testimonio veris iudicium: nouit & formica explorare serenitatis tempora. nam cùm aduertit madidos imbre fructus suos humescere, explorato diligentius aëre, quando iugem seruare possit temperiem, aceruos reserat suos, & de cauernis foras suis humeris exportat, vt iugi sole propria frumenta siccentur: denique haud quaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbrem videris; nisi cùm fruges suas in horrea propria formica reuocauerit. Boues pendente pluuia ad præsepe se tenere nouerunt: vbi verò naturali sensu, mutationem cæli collegerint, foras spectant, & vltra præsepia ceruices extendunt suas, vna omnes specie, vt prodire se velle testentur. Itaque quomodo futura ab animis percipi possint humanis, & à brutis quoque animantibus, breuiter dixi.

Isaias.

Quomodo scimus futura.

Impressiones causarum superiorum.

Anima est similis lumini.

Visiones nocturnæ.

Animalia cognoscunt futura.

Hirundo.

Formica.

Boues.

CAP.

Anima separata à corpore potest aliquid intel ligere.

CAP: XVI.

Anima separata à corpore potest aliquid naturaliter intelligere.

Rationes.
1.

Postquam locuti sumus de cognitione animæ in corpore existẽtis; deinceps quærendum nobis est de eiusdem cognitione, à corpore absolutæ; num aliquid naturaliter intelligat, & præteritorum reminiscatur, ac nouas rerum notiones acquirat. Porrò rationi consentaneum esse videtur, vt à corpore libera, aliquid naturaliter intelligat: nam memoria perfecta est parens verbi, est enim potentia ipsa cum obiecto. sed in anima separata est memoria perfecta; quia potentia & obiectum, conuenientem habere possunt coniunctionem, ex qua verbum perfectum potest haberi, actualis vtiq; intellectio: igitur naturaliter potest aliquid intelligere. Vnde Mercurius in Pymandro dixit, animum humanum corporis solutum compedibus, duci in chorum beatorum. Socrates verò in sua apologia, quasi cum Paulo mortem reputat lucrum: Duorum, inquit, alterum mors: nam, aut tanquam nihil omninò sensum vllum vllius rei retinet is, qui decesserit vita: aut quemadmodum dicitur, permutatio quædam, & trasmigratio animæ in alium locum, admirabile lucrum erit in morte; quod planè animo e vita decedenti minimè accideret, si post mortem nihil intelligeret. Plato ad Axiochum de morte cõtemnenda sic loquitur: Discessus, inquit, e vita, mali cuiusdam in bonum est commutatio: desiderat enim anima præsentibus doloribus fatigata, cognatum æthérem, supernæ illius patriæ consuetudinem, gaudiaq; vitæ: hæc ille. Animus ergo à corpore liber, aliquid naturaliter intelligat necesse est.

Mercurius. dialogo 12.
Socrate: Quid mors.
Plato.

2. Ratio.

Sanè, manente in animo à corpore libero specie intelligibili obiectum repræsentante; profectò illius obiecti potest & intellectio haberi. sed in animo à corpore separato, perseuerat species intelligibilis, quippe quæ in subiecto spirituali, & incorruptibili recepta, non amplius dependet à phantasmate: igitur aliquid naturaliter potest intelligere.

3.

Amplius, non maior videtur esse animi separati dependentia à phantasmate, seu phantasia, quàm sit ipsius phantasiæ à sensu. sed phantasia in actum prodire valet, etiamsi obiectum defuerit, speciemq; semel receptam conseruare: igitur eodem modo intellectus potest sine phãtasmate intelligere.

4.
1. de anĩ:

Iterum, forma subsistens naturaliter separabilis, potest operari, & quidem propriam operationem, absq; eo à quo separatur, & quo non existente, potest in esse manere: sic enim dicet philosophus: quòd si non sit aliqua operatio animæ propria, non contigit ipsam separari: habet ergo aliquam propriam operationem, nempè intelligere, etiam corpore non existente: igitur quod prius. Reuera, non paruum esset absurdum, vt anima post mortem propria operatione priuetur: id enim tueri conantur, qui animam simul cum corpore interire arbitrantur, quorum sententia in principio huius iam explosa cernitur.

Intelligere propria animi operatio.

Amplius, anima separata à corpore, est substantiæ spiritualis liberæ à materiæ compedibus, & absolutæ, non longè à natura angeli distantis. Quare, sicut angelus notitiam suam ab obiecto accipit sibi naturaliter cognito, sicut à causa partiali intellectui coagente, & notitiam abstractiuam per speciem ab obiecto; ita & anima separata eodem modo nouas potest notitias acquirere. etenim, quod ad actum intelligendi concurrit, veluti id quod sibi simile reddit; proculdubiò est illius effectus causa effectiua: sicut id, quod concurrit ad generationem alicuius producendam. sed huiusmodi est obiectum in actu intelligendi: potest ergo anima separata nouas notitias acquirere. Reuera, actiuo, & passiuo sufficienter approximatis, sequitur effectus, præsertim, quando agens naturaliter agit sed in

Nouas notitias potest anima habere.

Anima separata intelligit.

anima separata possunt hæc omnia inueniri: potest ergo obiecti prius ignoti cognitionem acquirere. nam si intellectus agens cum obiecto, est efficax speciei intelligibilis causa: nihilò ergo minus cum obiecto sine phantasmate, potest eundem effectum producere; nihil enim est in phantasmate, à quo producitur species, quod quidem in re, cuius est phantasma, inuenire non possit: intellectus siquidem possibilis, est sufficienter receptiuus agens ad agendum, præsentia obiecti. quid ergo potest impedire intellectionem nouæ notitiæ? De cognitione autem intuitiua, idem potest esse iudicium: causæ enim illæ, sufficientes sunt ad intellectionem, siue cognitionem intellectualem producendam; nempè obiectum præsens in actuali existentia: intellectus agens & intellectus possibilis: phantasma namque non sufficit, pro cognitione intuitiui obiecti producenda; quandoquidem & rem præsentem, & non præsentem, & existentem, & non existentem præsentandi habet virtutem. Quare, cum rei iam in propria existẽtia præsentis cognitionem parere nequeat; non est quod aliquis contendat, sine phantasmate cognitionem intuitiuam fieri non posse. Porrò, huiusmodi cognitio intuitiua, potest esse intellectiua; alioquin de alicuius obiecti existentia, intellectus esset ambiguus, & anceps: per speciem autem præsentem haberi non potest, ob eam profectò causam, quæ phantasmati est attributa. Quam ob rem, sicut anima absque phantasmate existens separata, materialia, & quidem naturaliter intelligere potest; ita & eorum nancisci potest notitiam. Neque necessitas vlla compellere potest, vt ad influxum specierum, à Deo, vel ab angelis immissarum, sit recurrendum, pro huiusmodi cognitione in intellectu à corpore separato, tuenda, atque conseruanda: sufficiunt enim, ad id oneris sustinendum, potentia disposita, præsentia obiecti, sufficienter præsentis: propterea, quòd si hæc efficacia sunt, vt in memoria verbum pariant; hauddubium, quin hoc idem præstare possunt, respectu nouæ notitiæ, seu verbi conquirendi. nam si vilior semper habita est ea natura, quæ suam nequit naturalem operationem exercere, aut si aliquam, & eam quidem viliorem; talis profectò anima humana meritò haberi posset; si non nisi per aliquem specialem influxum, in suam naturalem operationem prorumpere posset. Quomodo ergo anima à corpore separata, potest aliquid noui acquirere, & intelligere, dixi.

Cognitio intuitiua. *Vnde fit illa cognitio.* *Noua notitia.*

CAP: XVII.

Argumenta contraria.

1. Posset aliquis contra supradicta sic arguere: Amoto ab anima humana, quod prius, & essentialiter sibi competit; amoueatur necesse est ab ea, & quod ei tribuitur per aliquid posterius: & hoc quidem videre est in omni genere. sed prius competit animæ humanæ, idque per essentiam, corpus informare, quàm intelligere: esse enim formam corporis, ad eius pertinet definitionem essentialem: quia anima est forma corporis, intelligere autem ad suam potentiam. quare, si primum ab anima abstuleris humana; auferre te oportebit, & secundum.
2. Amplius, si intellectus hominis à corpore separatus, absque phantasmate naturaliter intelligere potest: non ergo corpori coniunctus, opus habet, vt in intelligendo, phantasmata speculetur. quod enim est tale per naturam; vbicunque fuerit, necesse est, vt sit tale. sed hoc apertè pugnat contra philosophi doctrinam, intelligentem oportere phantasmata speculari, efficacissimè docentis: ergo. *3. de anima.* Sanè, quod melius est, atque præstantiùs, semper est rebus à natura tributum. sed intelligere sine phantasmate, est nobilius, puta quia angelis competit, quorum intelligere est nobilissimum: id ergo intellectui corpori coniuncto, à natura tribuendum. atqui in corpore positus, sine

Anima separata intelligit.

tus, sine phantasmate nequit intelligere: igitur in malum, & non in bonum illius cedit corporis coniunctio, quod est absurdum; alioquin non esset naturalis: quæ enim sunt à natura, carent culpa; quia ab intelligentia dirigitur non errante: ergo quod prius. Amplius, si sensitiua anima, vegetatiua, atque intellectiua, sunt vna in homine 3.
substantia, vnaque forma substantialiter, vt dictum est suprà fol: 68. & anima sensitiua, separata, sentiendi caret officio: de intellectiua quoque idem potest esse iudicium. Re uera, si posset intellectus separatus intelligere; tunc quidditas rei materialis, & sensibilis, non esset eius adæquatum obiectum: quidditas enim huiusmodi non immutat, aut mouet intellectum sine sensu, & imaginatione; quæ profectò omnia animo 3. de anima.
à corpore libero, minimè concedi possunt. sed quidditas rei materialis, vt dictum est paulò ante, est obiectum adæquatum intellectus coniuncti: ergo quod prius. Item, 4.
quòd animus separatus nequeat sibi nouam comparare doctrinam; alioquin frustra corpori coniungeretur, si posset separatus sine phantasmate naturaliter intelligere: neque enim anima est propter corpus, sed potius corpus propter animam; quia nimirū imperfectum est propter magis perfectum. vnitur ergo corpori ob sui perfectionem acquirendam, nempè, vt per sensuum ministerium, & vsum, varietatem acquireret scientiarum: quod certè nequaquam necessarium foret, si separata naturaliter sine phantasmate posset intelligere. Iterùm, ab extremo in extremum non fit transitus, 5.
nisi per medium. sed esse sensibile, siue sensatum rei sensibilis, & intelligibile, siue intellectum, sunt duo extrema; quorum medium est esse imaginatum. sed animus separatus caret huiusmodi medio: careat, necesse est, & altero extremorum: siquidem obiectum aliquam habet cum potentia cognationem, conuenientiam, atque affinitatem; quæ planè inter obiectum materiale, & potentiam à materia liberam omninò haberi non potest: ergo quod prius. Iterùm, intellectus humanus medium obti- 6.
net inter substantias spirituales, & cælestes, & substantias puræ corporeas: quippe qui, sicut dicitur in libro de causis, creatus est in horizonte æternitatis: igitur nouarum scientiarum cognitiones sibi comparare non valet: vnum quodque enim mediū, quò magis ab vno secedit extremo, eò magis proximat ad alterum. Quare, quemadmodum intellectus corpori coniunctus, à sublimibus, altissimisque causis recedens, corporalibus miscetur, quia est actus corporis; ita profectò corporeis rebus exutus, superioribus intendit, à quibus multarum rerum cælico influxu recipit, & acquirit. non ergo reliqua est ei virtus, aliquid noui sibi comparandi. Amplius, si intelle- 7.
ctus huiusmodi alicuius rei incognitæ noticiam sibi parare posset; pari quoque ratione, & cuiuslibet, atque ita, & distantiæ locali obiecti, quod planè Augustino in lib: de cura pro mortuis nequaquam probatur, vbi clarè docet, animas à corporibus liberas latere, quæ apud mortales aguntur. Non ergo aliquid noui potest acquirere.

CAP: XVIII.

Soluuntur Argumenta.

AD primum tota maior est ambigua: non enim priùs animæ competit in- 1.
formare corpus, quàm intelligere; nisi respectu præsentis vitæ, non autem absolutè: propterea non est necesse, vt hoc amoto alterum pereat, nisi volueris dicere, post exitum à corpore, eam minimè subsistere, quod est à vera philosophia quàm maximè alienum. Cùm ergo anima intellectiua sit per se subsistens, vt dictum est suprà fol: 103. igitur à corpore seiuncta, potest naturaliter intelligere, præsertim cùm clariùs veritatem intueatur. Ad 2.
2. consequentia est falsa, propterea quod intelligere cum phantasmate, homini ex cul

pæ suæ

Anima separata intelligit.

pæ suæ pœna acciderit, authore Augustino, quòd philosophum latuit, quippè qui aliũ intelligendi modum aliquo experimento non didicerat. Adde id illi cõpetere ex ordine potentiarum, pro status præsentis ordine conseruando, non autem absolutè, ita vt

Intelligere sine phantasmate.

sine phantasmate intelligere nequeat. nam etsi ad animæ perfectionem faciat humano corpori coniungi; in eo tamen non consistit ipsius ratio intelligendi, nisi, sicut dictũ est, præsentis vitæ ratione. Ad confirmationem dico, non in malum, sed in bonum totius hominis animam corpori vniri; vt merita vtiq; acquirere posset bonorum operum, quibus vitam æternam obtinere posset: artium quoq; atq; scientiarum vsus, ad

Quare anima vnitur corpori.

humanam vitam tuendam, deniq; ad totius orbis complementum. Porrò, animam corpori vniri propter melius, bifariam potest intelligi: vno quidem modo propter melius sui: alio autem propter melius compositi, veluti partes sunt propter bonum totius, cuius esse & perfectio sine earum vnione haberi non potest: semper ergo natura operatur quod melius est: sic & angelo dedit intelligere sine phantasmate, & animæ à corpore solutæ; coniunctæ autem cum phantasmate, siue propter primæ culpæ pœnã, siue propter potentiarum ordinem, siue propter aliqua huius vitæ emolumenta, vt dictum est. Quidam verò tuentur, animam corpori vniri propter bonum sui: quia materia est propter formam, & corpus propter animam. vnde fit, vt modus intelligendi cum phantasmate, sit illi naturalis, sicut & corpori vniri: esse verò separatam à corpore, est præter eius naturam, similiter & intelligere sine phantasmate; ideoq; corpori coniungitur, vt secundùm suam naturam operetur. Quare, licet intelligere per conuersionem ad superiores substantias, sit simpliciter melius; homini tamen est

Naturale duplex.

præter naturam, propter naturalem quam habet ad corpus vnionem. nam quemadmodum ignis motu suo naturali, sursum mouetur; supra verò suam naturam, quando mouetur circulariter ad motum diurnum, qui planè motus ei competit; quia naturã participat cælestẽ, eò quòd primatũ obtinet inter cætera elementa; semper enim su-

Duplex modus intelligendi.

premũ infimi attingit infimũ supremi: ita & anima intellectiua, naturali quidẽ intellectione, intelligit per conuersionẽ ad phantasmata; supra verò naturali, per conuersionem ad superiora, propterea, quòd est suprema forma in materia existentiũ; secundùm sui supremũ participans aliquid de separatarũ substantiarum natura: idq; sibi vendicat veluti propriũ & cõnaturale. Quare primus intelligendi modus dicitur naturalis, secundus verò præternaturalis, quatenus scilicet est pars totius, siue coniuncti.

Virtus intelligendi à Deo.

Etenim in omnibus substantijs intellectualibus à diuini luminis influxu, virtus dependet intelligendi, secundùm magis, & minus, accessum vtiq;, & recessum ab illo primo lumine: hinc est, quòd primum lumen omnia videt, suo quidem lumine essentiali: alia verò lumina, quò illi proximiora sunt, eò per pauciores, sed magis vniuersales, & virtuosiores formas intelligunt; remotiora autem, & inferiora per plures, sed minus vniuersales, & efficaciores. Quam ob rem, si inferiores illæ substantiæ, siue lumina, per eadem sicut & superiores intelligerent formas, cùm non parum polleant virtute naturæ, atq; efficacia in intelligendo; proculdubiò de eisdem rebus confusam,

Quare anima humana non intelligat per causas vniuersales.

& minus distinctam cognitionem caperent. Quoniam autem anima humana in spiritualium substantiarum ordine, infimum locum obtinet, idq; ad pulchritudinem vniuersi, quæ diuersis rerum gradibus perficitur, atq; conflatur; hac de causa non eundem habet cum angelis modum intelligendi, per formas scilicet vniuersaliores, & pauciores; ne eius cognitio esset confusa, & in communi; non autem propria, atq; distincta, idq; propter ipsius debiliorem naturæ conditionem, ad vniuersalia illa intelligenda. Propter melius igitur, anima humana corpori coniuncta est, vt scilicet per conuersionem ad phantasmata intelligeret; tametsi separata alium habeat intelligendi modum, ordinemq;: hæc illi.

3. Ad 3. negatur similitudo: nam etsi sensitiua in homine, sit naturaliter separabilis, sicut & intellectiua; proxima tamen potentia sensitiua, si-

tiua, si-

Anima separata intelligit sine phantasmate.

tiua, siue sentiendi minimè separari potest; propterea primò ad coniunctum spectat,
cuiusmodi non est proxima potentia intelligendi. Quam ob causam, anima intellecti-
ua in suam operationem prodeundi, depromendiq́; habet libertatem, per huiusmodi
potentiam sic dictam; sensitiua verò nequaquam. Ad confirmationem dico, quid-
ditatem rei materialis, siue sensibilis, respectu ordinis præsentis vitæ, primum esse nos-
tri intellectus obiectum; & quidem originis primitate, in quo necesse est intelligen-
tem phantasmata speculari, non autem intellectus separati. Et cùm dicis, quidditatē
materialē, non nisi mediante imaginatione, & sensu, intellectum mouere posse, Respon
deo, id certè veritatem habere in intellectu coniuncto, non autem in intellectu sepa-
rato: alioquin mentes cælicolarum, huiusmodi intelligendæ quidditatis, virtutem non
haberent, quia illis imaginationibus sensuum carent, quod est tamen à veritate do-
ctrinæ, veræq́; philosophiæ, quàm alienum, & peregrinum. Cæterùm, quidditas rei
materialis, non dicitur primum, & adæquatum intellectus obiectum humani, absolu-
tè, & simpliciter. nec quidem primitate originis: alioquin pro omni statu intellectus,
opus esset phantasmata intelligere; quod est falsum: siquidem intellectus hominis
beatitudinem suam consequitur formalem per visionem Dei; quæ planè ad diuinam
essentiam, & non ad quidditatem materialem terminatur; & quidem immediatè,
veluti ad suum primò cognitum, quod est ratio alia cognoscendi, notitia vtique, quæ
habetur in verbo. neq; primitate adæquationis; aliter fieri non posset, vt intellectus
humanus aliquod immateriale cognosceret, quod est falsum; quandoquidem animæ
beatorum, Deum, & angelos cognoscant. consequentia patet: nam quemadmodum
visus non potest videre aliquid, quod caret colore; ita intellectus humanus aliquid
intelligere non posset, quod careret quidditate materiali, si ipsius esset adæquatum
obiectum. neq; primitate perfectionis; eò quòd quidditas materialis non sit intelle-
ctus humani obiectum perfectissimum, sed Deus benedictus. Est ergo primum obie-
ctum, primitate originis intellectus tantùmmodo coniuncti. Ad 4. patet ex supra- 4.
dictis respōsio: nō enim frustra anima humana corpori vnitur, sed propter iam dictas
rationes. Ad 5. maior falsa esse cōprobatur de transitu intellectus, quippe qui potest
Neapolim, & mox Romam, sine aliquo medio loco intelligere. esse præterea imagina 5.
tum, siue sensatum; ad intellectum pertinet coniunctum tantùmmodo, non autem ad
intellectum à corpore absolutum, & liberum. Ad confirmationem dico, non esse ne-
cessariam inter obiectum, & potentiam similitudinis conuenientiam, seu commen-
surationis proportionem: alioquin hæc materialia à summo omnium opifice, & mun-
di parente intelligi non possent; sed imitationis, seu habitudinis, inter intelligibile, &
intellectum sufficere. Ad 6. anima humana non est sic media creata, quin separata 6.
existens, corporalia, ac materialia nequeat intelligere. Et cùm dicis, eam corpori
coniunctam, sine phantasmate intelligere non posse: iam dixi, ex pœna culpæ pri-
morum parentum potiùs, quàm ex suæ primæ originis ordine, id accepisse dispendij,
naturæq́; defectum. namq; post communem omnium resurrectionem, non erunt hæc
ministeria necessaria; quia abolita erit in electis omnis erroris, culpæq́; rubigo. Ad
7. cognitio animæ intuitiua, atq; naturalis, rem nequit videre in quauis loci distantia 7.
seu situs positam, nisi in loco medio, & proportionato collocatam: eodem quoq; mo-
do, & eiusdem rei repræsentatiuam speciem. verùmtamen huiusmodi specie acquisi-
ta, rem illius intelligit sine vllo prorsus delectu locorum, & naturalis existentiæ. Ita-
q́ue animum separatum à corpore, non quidem per species innatas intelligere, quidam
arbitrantur, more vtiq; angelorum: neq; per species à sensibus abstractas, organis
sensus, phantasia, imaginatione, quibus abstrahuntur species intelligibiles, carent e-
nim: neq; per species priùs abstractas, & acquisitas; sed per species à diuino dilapsas,
immissasq́; lumine. Alij verò opinantur intelligere, vt dictum est, per species pri-

Quidditas rei materialis quomodo sit obiectū intellectus.

Primitas originis.

Primitas adæquationis.

Primitas perfectionis.

Vna opinio Thomæ

Scotus.

Reminiscimur post mortem.

Bona:

us partas, ac etiam de nouo acquirendas. Alij autem dicunt, animum hominis ob suā simplicitatem, libertatemque, sensibilia exteriora, interioraq; omnia cognoscere, quæ priùs nouerat, dum apud mortales, corpori coniunctus, vitam ageret; idq; per potentiam intellectiuam, quæ planè omnia cognita nobis erunt perfectè post transitum præsentis vitæ.

CAP: XIX.

Reminiscimur post mortem.

Duplex memoria.

Posthæc, loquendum nobis est de memoria intellectiua, & an reminiscimur post mortem: præcedenti enim congruit speculationi, & non parū affert vtilitatis ritè speculantibus. Est autem duplex memoria: vna quidem sensitiua, specierum, intentionumq; sensibilium conseruatrix: altera verò intellectiua, quæ est pars imaginis diuinæ, ad quam factus est homo, & intelligibiles species conseruat, de qua præsens erit sermo, & veritatis inquisitio. Porrò, potentia intellectiua, respectu cōparationis habitus ad actum, & memoria dicitur intellectiua, & intellectus, siue intelligentia: eadem enim est potentia idem habens obiectum, sed diuersis actibus distincta. nam & intellectus possibilis, memoria appellatur: quia species intelligibiles actu conseruat, quibus ipse intellectus in actu primo constitutus, ad actum secundum depromendum proficiscitur; vnde & intellectus, siue intelligentia nuncupatur; eò quòd huiusmodi speciebus actu vtitur, & per eas actu considerat, qui profectò est illius actus secundus, considerare scilicet. Eadem ergo potentia intellectiua, & memoria dicitur intellectiua, & intellectus possibilis, & intellectus in habitu, & intellectus in actu, & intellectus adeptus, de quibus paulò antè locuti sumus. Differt autem à memoria sensitiua, primùm quidem, quia est virtus illa organica, in posteriori cerebri parte posita; ista verò non est virtus organica, nec aliquo determinato corporeo organo, suas exerit vires recordandi: deinde memoria sensitiua, ad sui corrumpitur organi corruptionem: intellectiua verò minimè. Per accidens autem in hac vita intellectus sensuum, tum interiorum, tum exteriorum perturbatione præpeditur, quò minus suo non fungi possit officio, interiorum præsertim, vt videre est in phreneticis, & mente captis, quorum certè interiores sensus, & confusi sunt, & non parum impediti, & perturbati. Remanet itaq; memoria intellectiua post mortem, species intelligibiles conseruans: quia locus, & aula est intelligibilium specierū. nam si receptum est in recipiente per modum recipientis, memoria verò intellectiua, est incorruptibilis: incorruptas ergo seruat species intelligibiles, quas recipit. propterea præclarè dictum est ab Auicenna 6. naturæ: cap. 6. magis ab anima separata, quàm coniuncta clariùs veritatem cognosci. Amplius, rerum sensibilium species memoria conseruat sensitiua: intellectiua autem intelligibilium, quibus intelligit & vniuersaliter abstrahit, à loco & tempore, cæterisq; conditionibus indiuiduantibus. Iterùm, memoria sensitiua ab alijs sensibus interioribus est realiter distincta, memoria autem intellectiua nequaquam: vnde memoria & intelligentia, sunt diuersæ vires, non autem diuersæ potentiæ; eò quòd ambæ sint in parte rationali intellectiua; intellectus autem occupatus in acquirendo, memoria autem in conseruado, siue memoria in offerendo, intellectus autem in dijudicando. Præterea, memoria sensitiua non est pars imaginis, ad quam conditus est homo: imago enim ad animæ spectat essentiam, quæ per eiusdem potentias exprimitur, abstrahens à temporis lociśq; conditionibus indiuiduantibus. Contrario autem modo se habet memoria sensitiua, ideoq; ad imaginis rationem diuinæ non pertinet. Vnde dicit sanctus

Memoria intellectiua.

Differentia inter vtramque memoriam.

Memoria & intelligentia.

Memoria pars imaginis.

August:

Augusti-

Reminisci mur post mortem.

August: de tri: cap: 14. Ea mẽs eſt imago, quò poteſt eſſe capax Dei, per cognitionẽ ſcilicet, & amorem. ſed Deus non capitur ab anima, niſi ametur; neq; amatur, niſi intelligatur; neq; intelligitur, niſi præſens in anima habeatur. ſed primum pertinet ad voluntatem, ſecundum verò ad intelligentiam, tertium ad memoriam. Eſt autem quædam veritatis memoria innata, quædam verò acquiſita. Et prima quidem eſt intelligentiæ, & volũtatis principium: eſt enim primæ impreſſæ vis conſeruatiua veritatis, ex qua primæ veritatis generatur intelligentia; ex ambabus autem amor eiusdem primæ veritatis. Memoria ergo eſt generans, intelligentia genita, amor verò procedens. Memoria autem acquiſita, quò ad fieri, ex intelligentia & voluntate dependet; atq; ita intelligentia, veritatem generans patri attribuitur: voluntas verò genita, filio: Spiritui Sancto memoria ex vtroq; procedens. Proinde intelligentia in anima docentis, voluntas verò imperantis, deniq; memoria officio fungitur miniſtrantis: verùntamen quòad eſſe, eſt veritatis principium, intelligentiæ, atq; voluntatis. In his ergo tribus conſiſtit ratio trinitatis: propterea huius imaginis admonemur, Mathei 22. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo; ex intellectu, ſcilicet, ſine errore; ex tota anima, ex voluntate ſine contradictione; ex tota mente, ex memoria ſine obliuione: vnde Deus erit intelligentiæ gratiæ plenitudo, voluntati multitudo pacis, memoriæ autem continuatio æternitatis. Itaq; anima rationalis ſuis potentiis Deum trinum, & vnum præſeferens, illius imago nominatur, propterea, quòd in ea eſt vnitas eſſentiæ, & actuum pluralitas, in quibus diſtinctio, ordo, habitudo, atq; origo belliſſimè, aptiſſimeq; diuinæ imaginis præſeferunt inſigne: ex memoria namque, veluti ipſius proles, intelligentia oritur: ſiquidem tunc intelligimus, cùm eius, quæ eſt rei in memoria, in acie intellectus ſimilitudo reſplendet, atq; reſultat, quod profectò verbum nominatur: ex memoria autem, & intelligentia, amor, tanquam nexus amborum ſpiratur. vnitas, & principium patri: veritas, & ſapientia filio: ſpiritui ſancto, bonitas, & charitas attribuuntur. vnitas ad memoriã ſpectat, veritas ad verbum, charitas verò ad amorem: de quibus omnibus in ſecundo Pymandri abundè copioſèq; diſputaui. Itaque, memoria intellectiua remanente, remanent quoq; ſpecies rerum, quas hauſerat, dum corpori eſſet coniuncta: atq; ita fit, vt poſt mortem, rerum recordemur præteritarum, quas in hac vita geſſiſſe meminimus. Sanè, omnibus propemodum perſuaſum eſt prudentibus, humanæ vitæ neceſſariam eſſe præteritorum memoriam; alioquin prudentia, moralium virtutum auriga, à nobis haberi, obtinerìq; non poſſet, eſt enim præteritorum recordatio. Inſuper, virtute præditi, ſuarum virtutum iuſtiſſima præmia minimè perpendere poſſent, nec improbi ſuorum ſcelerũ pœnas iuſtiſſimas. quare, omnis politiæ, ordinis, iuſtitiæq; cõfuſa fieret iactura, quod planè maximè derogat ſanctiſſimis legibus, mundiq; ordinatiſſimæ adminiſtrationi, ac diuinæ prouidentiæ. nobis quoq; de futuris, nulla eſſet proſpectio, atq; profuſio, quæ ex præteritorum coniectura diſponuntur: atq; ita peioris ſortis cenſendus eſſet homo, quàm formica, quæ fruges ſibi parat, & pabula recondit. vnde & Ariſtoteles dicit, quorundam intelligibilium nos reminiſci, vtpotè, quòd triangulus habeat tres angulos duobus rectis æquales: Reminiſcentia præterea, ſoli homini propriè conuenit, quia ſyllogiſticè diſcurrit, à notis ad incognita, à contrariis, à ſimilibus, à rebus quendam ordinem habentibus. Sed dices fortaſſis, Ariſtotelem docuiſſe, quoſdam benè reminiſci, quoſdam verò minimè; idq; propter organorum diuerſitatem: reminiſcentia ergo ab eo parti ſenſitiuæ eſt attributa. Reſpondeo, duplex eſſe reminiſcentiæ obiectum, proximum ſcilicet, & remotum: immediatum, & proximum, ſuper quod immediatè cadit actus recordandi, eſt aliquis actus præteritus recordantis: de actu enim præſente, quatenus eſt huiuſmodi, non eſt reminiſcentia; obiectum autem remotum, & mediatum, eſt actus alterius. Ex quo patet, quòd licèt

Memoria innata.

Imago trinitatis.

Diliges Deũ ex toto corde.

Imaginis ordo.

Neceſsitas memoriæ intellectiuæ.

Prudentia.

Ariſt:

Reminiſcẽtia ſoli homini conuenit.

reminiscentia præterita spectet, & consideret: non omnia tamen immediatè; sed proprium actum immediatè, aliorum verò mediatè, & remotè. Tum ad argumentum dico, illud Aristotelis intelligendum esse causatiuè, non autem conseruatiuè: memoria enim intellectiua in suam operationem, prodire non potest sine memoria sensitiua: hinc bonitas reminiscentiæ tribuitur organo bene disposito. Verùm acquisitis speciebus, & indelebiliter in memoria intellectiua manentibus, ex seipsa memoria operatur: siquidem propriè reminiscentia non est in parte sensitiua, eò quòd præterita tempora non discernat, & diiudicet: tempus enim, vt dicitur 2. de anima, ad propriorum, siue communium sensibilium non pertinet rationem. Amplius, si in parte sensitiua sita esset cuiuslibet actus potentiæ sensitiuæ reminiscentia; proculdubio, cuilibet actui sensitiuæ competeret, quod est falsum: quia sui actus non meminit: non enim supra seipsam reflectitur, sicut intellectus. atqui potentia reminiscendi, suum actum cognoscat, necesse est, cuius meminit: non est ergo propriè reminiscentia in parte sensitiua. Porrò, memoria, quæ in brutis cernitur, præsentiæ phantasmatum est attribuenda: formica enim ita recens nata, ac si diu vixerit, grana, & aceruos tritici congregare studet. Adde, nullam potentiam sensitiuam, speciem aliquam recipere posse, absq; qualitate sensibili: vnde 2. de anima, vult philosophus visionem coloratam esse debere, vt aliquomodo videri possit. sed reminiscentia non potest esse qualitas sensibilis: ergo non potest esse in parte sensitiua. Reuera, reminiscentia præsupponit aliquid apud se manens, cuius meminit, quod prius obliuioni tradiderat. id autem in parte sensitiua obliteratum est, atq; deletum: quare, in intellectu maneat, necesse est, species vtiq; intelligibilis: receptum namq; est in recipiente per modum recipientis: intellectus autem, cùm à passionibus corporeis corrumpi non possit; inde fit, vt species in eo recepta indelebiliter perseueret. Hac de causa dictum est à philosopho, speciem sensibilem in memoria sensitiua positam labi, & corrumpi, propterea, quòd organũ ipsius, passionibus corporeis sit obnoxium. Cùm igitur intellectus non solùm vniuersalia abstractiuè cognoscat; sed etiam intuitiuè quæ cognoscuntur à sensu: syllogizat enim de contingentibus, quorum veritas est de obiectis, vt intuitiuè cognitis, sub ratione existentiæ: inde fit, vt conditiones ad reminiscentiam necessariæ in intellectu inueniantur, atq; ita illarum rerum reminiscatur, quarũ potest memoria sensitiua recordari, multorumq; obiectorum, quorum sensitiua non meminit, vtpote intellectionis, & volitionis præteritæ: quorum, si homo non recordaretur, non conferret præterita cum futuris, nec de improbis operibus, pœnitentiam ageret. Inest ergo intellectui, siue homini memoria, ac reminiscimur post mortem. Ex quo patet memoriam intellectiuam non esse distinctam potentiam ab intellectu, sicut dictum est: diuersitas enim potentiarum, ex formali obiecti proficiscitur diuersitate, aut ex diuerso genere attingendi obiectum formaliter. sed intellectus diuersitas in intellectu non primo modo admittitur, sicut potentia visiua, non est diuersa; quia album, seu nigrum intuetur, propterea quòd habet sui obiecti rationem formalem, nempe colorati rationem: quare, quum ad rationem potentiæ intellectiuæ passiuæ pertineat, species receptas conseruare ac easdem recipere, vnde à philosopho 3. de anima, locus specierum appellatur, & memoria thesaurus sit specierum; non video quomodo memoria intellectiua possit esse distincta potentia ab intellectu possibili. Verùmtamen non est silentio tegenda philosophi doctrina 3. de anima, tex: com: 20. quæ commodius sequenti cap: explanabitur.

Memoria non est in parte sensitiua.

Intellectus meminit.

Memoria intellectiua nõ est distincta potẽtia ab intellectu.

Arist. opinio.

CAP: XX.

An reminiscimur post mortem secundùm philosophum.

Post theolo-

Reminiscimur post mortem.

3. de anima textu 20.

OST theologorum documenta de reminiscentia post mortem, operæpretium erit videre, quid de hac re philosophus senserit, idq; ex suis verbis, ac suorum interpretum sententijs dilucidando. Non reminiscimur, inquit, quoniam hoc quidem impassibile est: passiuus verò intellectus corruptibilis, & sine hac nihil intelligit. Et est sensus, quòd intellectus separatus ex vtroq; intellectu constans, solus sit immortalis, & perpetuus, permanens apud animam, etiam exutam à corpore; tunc non remanebit reminiscentia, quæ fit per conuersionem phantasmatum, seu particularium, quæ sunt in phantasmatibus, idq; mediante actu cogitatiuæ, particularia ad inuicem conferentis. Inest autem hæc cogitatiua intellectui possibili, per conuersionem vtiq; ad phantasmata, qua ex parte corruptibilis appellatur: vnde exutus corpore, non reminiscitur, neq; imaginatur, scilicet mediante virtute illa cogitatiua: intellectus namque possibilis, procedens de potentia ad actum, reminiscentia, sensu, imaginatione, atque phantasia vtitur: nam ex sensu experientiam recipit, ex experientia autem memoriam, ex memoria verò vniuersale. Post scientiæ autem acquisitionem, vocatur intellectus adeptus, sicut dictũ est suprà, quo in statu felicissimæ vitæ positus, non indiget vehiculis scientiarum, per conuersionem ad phantasmata, sed vtitur partis ad sua opera depromenda. Tunc intellectus verè est, & verè sapit atque intelligit: quia liber est à materia, quæ propter sui priuationem, & mutationem turbat verum esse: tunc non vtitur aliqua virtute sensibili, & dicitur non reminisci, scilicet eo modo, quo hactenus vsus fuerat, mediante actu cogitatiuæ; reminiscitur autem speciebus intelligibilibus mediantibus. Itaque philosophus in loco iam dicto, de tota parte intellectiua loquitur, quæ ex eo dicitur separata: quia in sui operatione depromenda, corporeo organo minimè vtitur. Propterea, 1. de anima dixit, Quòd si aliqua propria sit animæ operatio, illam contingat separari: in 2. quoque hoc ipsum confirmat: Separatur, inquit, hoc genus animæ ab alijs, sicut perpetuũ à corruptibili. Dicitur autẽ anima intellectiua perpetua, non quòd semper fuerit, sed quòd semper erit: Forma enim, inquit philosophus 10. met: nunquam est ante materiam. Patet ergo, quomodo ad mentem philosophi, anima intellectiua non reminiscitur post mortem, & quomodo reminiscitur. Ex hac autem philosophi doctrina, explodenda venit, atque eijcienda illorum sententia, qui vnum dixẽre esse omnium hominum intellectum: frustrà enim quæreret quispiam, an reminiscimur post mortem, si cuilibet homini proprius intellectus non remanet. Solutio præterea philosophi non esset ad propositum: nam si intellectus est vnus omnium, cùm desinit esse meus, mihi quidem corrumpitur, atque ita non est recurrendum ad imaginatiuæ corruptionem, proprio intellectu non remanente. Illorum quoque deijcitur opinio, qui aiunt, totam animam intellectiuam cum corpore simul interire: sua enim quæstione philosophus præsupponit intellectum remanere: vnde & intellectum dicit esse immortalem: causam verò explicat, cur non reminiscimur post mortem. Vult ergo post mortem nos intelligere, sed non intellectione phantastica, quæ fit cum reminiscentia, & interdum cum obliuione. Quare si in morte obliuiscimur, post mortem non reminiscimur, & hoc modo reminiscendo non intelligimus, sed alio modo intelligimus, quæ prius intelligebamus in vita, quẽ philosophus non enodauit. Plotinus en: 4. lib. 4. cap. 27. apertè fatetur, memoriæ munus ad animum, non autem ad corpus pertinere: Verum quidem dici potest, inquit, corpus vel impedire, vel non impedire recordationis effectum; sed nihilominus ipsum memoriæ munus, esse ipsius animæ proprium. Quasdam autem actiones habet anima, quarum executio corporis indiget instrumentis, quarundam verò minimè: nam & corpus memoriæ impedimento est, quandoquidem & nunc ex quorundam adiunctione contingit obliuio; siquidem in ablatione, & purificatione, quadam memoria sæpè nobis emergit: ex accessu namq;

Cogitatiua intellectus.

Intellectus separatus.

Vnitas intellectus.

Plotinus.

Memoria est munus animæ.

Reminisci mur post mortem.

corporis sit anima mobilis, & fluens, non memoriæ, sed obliuionis causam afferente; quapropter & lethum flumen hoc potest existimari: memoria igitur ad animam pertinet: hæc ille. Quare, cùm animus sit incorruptibilis; & memoria, & eà quæ in memoria conseruantur, pariter se habebunt: quia receptum est in recipiente, per modum recipientis, sicut sæpè dixisse me puto. Diuus Augustinus 10. lib. confessionum cap. 14. ponit animum pro memoria. Animus, inquit, est ipsa memoria: nam, & cùm mandamus aliquid, vt memoriter habeatur, dicimus, vide vt illud in animo habeas: & cùm obliuiscimur, dicimus, non fuit in animo: & elapsum est animo, ipsam memoriam vocantes animum. Et 14. de trinit: cap: 15. in libro lucis, ait, quæ est veritas, scriptæ sunt illæ regulæ, quas Deus in cor hominis impressit; sicut imago anuli ex anulo, in ceram transit, & anulum non relinquit. Quapropter dictum à Platone in Phædone, nostram scientiam esse reminiscentiam: reminiscentia ergo in animo à corpore soluto residet, tum propter species intelligibiles acquisitas, tum propter regulas à prima luce impressas, tum etiam propter multas, quas de nouo sua viuacitate intelligendi, acquirit; vnde & substantias intelligit separatas: nam mens nostra, authore Augustino, 9. de trinitate, cognitionem rerum incorporearum, per seipsam accipit; id est, cognoscendo seipsam: dum enim corpori coniungitur, versatur in infimo gradu intelligendi, qui fit per conuersionem ad phantasmata: proinde seipsam nequit intelligere, nisi actu fiat intelligens per speciem à phantasmatibus abstractã. cum verò fuerit è corpore educta, non amplius sese conuertit ad phantasmata, sed ad ea, quæ sunt per se intelligibilia. Quoniam autem vnumquodq; intelligibile est in intelligente, per modum ipsius intelligentis; inde fit, vt commune sit omni substantiæ separatæ, & superiora, & æqualia, atq; inferiora per modum suæ substantiæ intelligere. Modus autem substantiæ animæ separatæ, est infrà modum substantiæ angelicæ, & separatarum modo animarum conformis. Quare, quòad ipsius cognitionem naturalem pertinet, de alijs animabus perfectam quidem, de angelis verò imperfectam, atq; deficientem cognitionem habere dicitur. Itaque, quemadmodum anima corpori coniuncta, in pura potentia intelligibilium constituta, ad phantasmata suas vires intendebat, vt fieret actu intelligens; ita planè à corpore libera, ad superiora intelligibilia sese conuertit, ex quorũ participatione fit actu intelligẽs, primumq; ad sui ipsius substantiam oculum intelligendi conuertit; intellectus verò agens, ad animæ substantiam conuertitur illustrandam, fitq; veluti obiecti illius actus, intellectus autem illius possibilis; vt potentiæ, atque ita substantia animæ, de se in pura potentia intelligibilis, fit intelligibilis in actu per se ipsam, ac per alias causas paulò antè dictas, & enodatas: ex eo enim, quod ex se ipsa alia nouit; aliorum, profectò non est arctanda, atque constringẽda cognitio, ad aliquam aliam priorem cognitionem; nisi ad eum modum, quo in ipsa esse dicuntur. Cognoscit etiam anima separata à corpore naturalia; sed non æquè perfectè, ac ab angelo cognoscuntur, cuius impressæ species à prima luce, perfectam cognoscendorum naturalium eidem cognitionem afferunt. Modus verò cognoscendi animæ separatæ, quoniam inferior est, idcircò de naturalium intelligentia, communem & confusam habet cognitionem. Reuera, infima est in substantiarum intellectualium genere; propterea exactissima specierum opus habet cognitione: exactissima autem haberi creditur, quando de singulis obiectis, singulæ species habentur. Cùm verò in sensibilium genere obiecta sint quidditates; anima vt illorum habeat exactissimam notitiam, haud dubium quin illi opus sit, vt pro numero quidditatum, singulas habeat species, quod planè ex acquisitarum rerum scientia dependet magis, quàm ex superiorum influxu, in quibus vnitè, & indistinctè habentur hæc omnia. Non temerè ergo dictum à Daniele Propheta, quòd qui ad iustitiam erudiunt multos, fulgebunt sicut stellæ ad perpetuas æternitates. Singularia quoque ab animæ

Lethus fluui⁹.

August.

Animus pro memoria

Plato.

Intelligit substantias separatas.

Conuersio animæ separatæ ad se ipsã.

Cognoscit naturalia.

Daniel.

Reminiscimur post mortem.

Cognoscit singularia.

anima separata cognoscuntur; duplex est enim modus cognoscendi, sicut dictum est: vnus quidem per abstractionem à phantasmatibus, atque ita indirectè singularia percipit intellectus: alius verò, iuxta quorundam sententiam, per specierum influxum à Deo fieri dicitur; & sic singularia ab anima separata cognoscuntur: non quidem omnia, sed ea duntaxat, ad quæ determinantur præcedente cognitione, vel affectione, aut naturali habitudine, seu diuina reuelatione, propter rationem sæpiùs dictam, nempè omne receptum per modum suscipi recipientis. etenim anima humana, cùm non sit, non est actu, sed potentia ipsa cognoscibilia: potentia autem determinabilis habet rationem: propterea, quatenus anima ad vnum magis determinatur quàm ad aliud; eatenus magis accedit, vt vnius actum gerat quàm alterius. Huiusmodi autem determinatio, quæ accidit ex causis iam dictis, reddit eam aptiorem, & propinquiorem; vt illius mores, naturamque induat, ad quod determinari diximus. Ex hac autem propinquitate, species influxæ atque immissæ, ad quorundam singularium cognitionem habendam, distinctiùs animam mouent, atque efficaciùs: ad aliorum verò nequaquam; eò quòd plus in se ipsis habent intelligibilitatis, atque virtutis, quàm anima possit per eas intelligere. Sed dubitabit aliquis, si anima separata perpetrati mali reminiscitur, vt dictum est: cognoscit ergo singularia, idque per species, quas secum aduexit, atque ita per species abstractas nouit singularia. Dicunt aliqui animam separatam reminisci quidem veteris criminis; verùmtamen non sufficienter disponi, per species quas secũ decedẽs detulit: cognoscit ergo ea, sed noua cognitione, tùm propter modũ cognoscendi, tùm propter species cognitorum; ita vt recordatio præcedentis piaculi, in suo effectu remanentis, disponat & præparet, ad distinctam commissorum notitiam obtinendam. Alijs autem visum est, id fieri per quandam dispositionem derelictam in intellectu præuio illo actu: recordationem autem, primò ad actum terminari, deinde ad obiectum; non enim alicuius rei memini, nisi quia eam priùs vidi, seu audiui, aut quoquo modo percepi. Cæterùm, illa dispositio, actum vt præteritum, repræsentãte nõ sufficit, nisi præuia discursus tẽporis intermedij accedente, quæ simul coniũcta, repræsentationem illam efficere possunt. Verùmtamen probabiliùs, ac rationi magis cõsentaneum esse videtur, vt ex dispositione, recordationeque illa, & ex nouo diuinæ lucis influxu, in anima separata, recordatio fiat præteritorum, propter nouum modum intelligendi, cui tamen necessaria est, præteritorum habituum recordatio, vt perfecta sit horum cognitio: remanent enim in anima separata rerum acquisitarum habitus, scientiæ præsertim, authore Diuo Hieronymo in epistola ad Paulinum: Discamus, inquit, in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo: siquidem scientia in intellectu ponitur, qui est locus specierum: propterea & habitus scientiæ in ipso intellectu collocantur; quod quidem ex ipsis actibus, ex quibus habitus scientiæ acquiritur, fieri potest perspicuum, atque manifestum: habitus enim, vt dicitur 2. eth. similes sunt actibus, ex quibus acquiruntur. Porrò, actus intellectus principaliter quidem atque formaliter, est in ipso intellectu: materialiter verò, & dispositiuè in viribus inferioribus: in præsenti namque vita, actus intellectus, quibus scientiam quisque sibi comparat, sine conuersione ad phantasmata haberi non possunt: de habitibus quoque idem potest esse iudicium. Quare habitus scientiæ, quò ad esse principale, & formale, corruptioni nequaquam subditi sunt; quippe qui in intellectu positi sunt, qui est incorruptibilis: quòad verò ad esse materiale, & dispositiuum, corruptioni subiacent; illud enim corrumpitur, ad virium inferiorum corruptionem. Sic certè à philosopho docemur, in lib. de longitudine & breuitate vitæ, formam aliquam bifariam corrumpi posse: vno quidem modo à suo contrario, vtpote calidum à frigido, & hoc modo corrumpitur scientia respectu operationis, qua intellectus componit, & diuidit, ratiocinatur, vel talia similia operatur, in quantum scilicet, in propositione, siue argumenta

Determinatio animæ

Cognoscere per species abstractas.

Habitus acquisitæ scientiæ remanent.

Actus intellectus.

Habitus.

Forma bifariam corrumpitur.

Reminisci mur post mortem.

gumentatione falsum contrariatur vero: quo planè modo scientia corrumpitur, dum scilicet quispiam, falsa argumentatione deceptus, scientiam veritatis relinquit: vnde fit, vt ex parte memoratiuæ, obliuione; ex parte verò argumentationis falsæ, deceptione, scientia, vt ibidem loquitur, corruptionis dispendium, atque iacturam sustineat. sed huiusmodi scientiæ corruptio, in animo à corpore libero, inueniri non potest, sicut patet ex dictis. Alio autem modo corrumpitur per accidens, nempè ad corruptionem subiecti. atqui subiectum scientiæ, vtpote intellectus, est incorruptibilis, vt in principio huius libri affatim disserui. Manet ergo scientia, seu habitus acquisitæ scientiæ in anima à corpore seiuncta, & exuuijs carnis exuta.

Scientia quomodo corrūpitur.

CAP: XXI.

Argumenta contraria.

1\. Philosophus

Posset aliquis contra prædicta sic arguere: corrupto quodam interiori, ait philosophus 3. de anima, corrumpitur intelligere. sed in morte omnia interiora hominis corrumpuntur: ipsum ergo intelligere corrumpitur. Sanè, in lib. de memo: & reminis. philosoph. ad partem sensitiuam, memoriā spectare fatetur. Et Damascenus li. 2. capitulo de rememoratiuo, dicit esse vim sensitiuā, eò quòd sit imaginatio derelicta à sensu secūdùm actum, cuiusmodi est phantasma, quod simul interit cum corpore. Amplius, memoria est præteriti, sicut prouidētia est futuri. sed potentia intellectiua nō percipit præteritū vt præteritū, propterea quòd naturam sapiat singularis, quod ab intellectu directè intelligi non potest: in parte ergo intellectiua memoria consistere non potest. Reuera, obiectum intellectus est vniuersale. vniuersalium autem, & eorum quæ semper sunt non est memoria, sed præteritorum tantùm: ergo quod priùs. Adde, quòd tunc beati præteritorum criminum reminiscentes, miseri essent dolendo, mali autem complacendo, quod nefas est de beatissimis illis spiritibus sentire. Iterùm, anima separata non intelligit per aliquas species innatas, quia à principio suæ conditionis, est tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictū: neq; per species, quas à rebus posset extrahere; sensus & imaginationis enim caret organis, quibus mediantibus species intelligibiles abstrahūtur à rebus: neq; per species conseruatas; alioquin anima pueri post mortem nihil intelligeret: neque per species intelligibiles diuinitùs immissas; talis siquidem cognitio nō esset naturalis, de qua nunc loquimur: à sufficienti ergo diuisione, anima separata à corpore, nihil intelligit, atque recordatur. Sacræ præterea scripturæ hoc ipsum innuere videntur: Priorum, inquit Isaias cap. vltimo, non recordabuntur. Et Diuus Paulus 1. Corinth: 13. Cùm venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. sed cognoscere per species acquisitas, est cognitio imperfecta; quia est abstractiua, & non intuitiua quam anima habebit, quia tunc videbimus sicuti est: non ergo anima separata poterit intelligere per species conseruatas, præsertim cùm dicat Augustinus 11. de trinit: post mortem huiusmodi species, obliteratum iri. Adde, quòd nec etiam intuitiuè se ipsam, nec suas potentias, habitus, ac species intelligibiles in ea existentes cognoscere potest; alioquin corpori coniuncta, cognosceret se intuitiuè, quia nimirùm sibi præsto est æquè ac separata: nam si intellectus cognosceret animam intuitiuè, & in ea vestigium Trinitatis; cognosceret vtique personarum trinitatem: si enim intuitiuè vestigium potest cognosci; pari quoque facilitate, & id cuius est vestigium: ergo quod priùs. Iterùm, si intuitiuè suas cognosceret potentias; eodem quoque modo & trinitatem personarum: est enim per potentias ad imaginem trinitatis. similiter si cognosceret habitus, & si cognosceret speciem; cognosceret illud cuius est species. cùm verò

Damascenus.

2\.

3\.

4\.

5\.

Reminisci mur post mortem.

hæc omnia fieri non possint, reliquum est, vt anima separata nihil intelligat. Amplius, quòd substantias separatas nequeat intelligere; perfectiori siquidem viuendi ordini ac statui, perfectior competit modus intelligendi; hæc enim proportionem habẽt ad inuicem. sed anima corpori coniuncta, perfectiorem obtinet statum, ordinemque viuendi; est enim naturaliter pars humanæ naturæ: quælibet autem pars, quando est cum suo toto, perfectiorem habet ordinem viuendi. sed anima corpori coniuncta, abstractiuè, seu intuitiuè, nequit substantias separatas intelligere; tùm quia de ipsis sufficiens ac plenum phantasma habere non potest; tùm quia non videbit me homo, & viuet: seperata ergo à corpore, minimè eas percipiet. Præterea, si illæ cognosci possent, id autem fieret per sui præsentiam, aut per suam speciem. 7. *sed neutro modo fieri potest; nihil enim, excepto Deo duntaxat, animæ illabitur humanæ: neque per aliquas species, quas anima ab Angelis abstrahere posset; angeli enim naturæ simplicitate humanæ animæ præstant: nullo ergo modo substantias separatas poterit intelligere. Reuera, si id assequi posset dignitatis; tunc magna cum facilitate, naturalia omnia ab ea percipi possent; in substantijs enim separatis, omnium rationes rerum inueniuntur naturalium; vnde fieret, vt maioris intelligibilis capax effecta, minora leuiùs, atque faciliùs virtutem haberent intelligendi. Iterùm, quòd habitus scientiæ acquisitæ non remaneant in anima separata, patet: Siue scientia destruetur, inquit Apostolus: magnitudo quoque morbi, habitus prorsus aufert, & destruit. sed nulla potentior mutatio morte: omnes ergo in morte delentur habitus scientiæ. Non ergo intelligit post mortem.* 8.

CAP: XXII.

Soluuntur Argumenta.

1. *AD primum dicitur, inibi philosophum de modo intelligendi, qui fit per conuersionem ad phantasmata locutum fuisse; non autem de modo, quo vtitur anima separata. Ad philosophi authoritatem dico, loqui quidẽ de memoria sensitiua, nec tamen ob id, intellectiuam negasse, quæ etiam inuenitur in angelis, quippe qui eorum intellectiones, nequeunt habere perpetuas; recordatur enim Lucifer se peccasse, & Michael iustissimè pugnasse: similiter intelligenda est authoritas Damasceni.*

Memoria in angelis.

2. *Ad 2. dico, memoriam præterita respicere. Et cùm infers, singularia ab intellectu percipi non posse: respondeo, actualẽ existentiam naturæ primò competere: quæ quidem natura, vt existens abstracta ab hic & nunc ab intellectu cognoscitur intuitiuè: atque ita cognitio huiusmodi existẽtis sufficit, vt eius recordatio fieri possit. Et cùm iterùm instas, à potentia cognosci hoc vt hoc; non approbo. Et cùm dicis, cognoscit aliquid vt hoc, & nunc: respondeo, quòd si intelligas nunc existens, similiter & hoc in se præsens; admittendum puto, cognosci aliquid vt in se præsentialiter existens. Quare, etsi hoc & nunc, non sint alicuius, quod non sit in singulare, singularitate vtiq; intrinseca; non præsupponunt tamen singularitatem, veluti præcisam rationem, qua illa inesse possunt, quin eo modo, sicut suprà dictum, singularia ab intellectu nequeant intelligi: paulò autem superius de hoc latius disputaui.*

Intellectus cognoscit singulare.

Ad obiectionem, vtrum beati præteritorum criminum recordatione, aliqua tristitia afficiantur, Respondeo, verisimile esse, horum memoriam à mentibus illis beatis prorsus auferendam: facit enim hoc ad beatitudinis accidentalis augmentum; gaudium enim est, non sentire aliquam materiam tristitiæ; potest siquidem Deus, suis fauens dilectis, commissi criminis suspendere actum, ne vnquam sese offerat beatorum memoriæ. Ex hac autem actualis, sicut habitualis rememorationis priuatione, beatorum animæ culpandæ non sunt, eò quòd præstat quo-

Sancti an recordentur peccatorum.

Reminisci múr post mortem.

7. eth:

rundam obliuisci, vt dicit philosophus 12. met: Adde, quòd sanctorum animæ, ita abundãt lætitia visionis diuinæ, vt nullam deinceps tristitiam cuiuscunque rei capere possint. Delectatio vehemens, inquit philosophus, excludit quamcunque tristitiam, non solùm contrariam, sed etiam contingentem. Sed dicis, beatus est, vt ait Augustinus 13. de trinit: 5. qui habet quidquid vult, & nihil mali vult. sed animus Petri in cælo non habet quidquid vult, quia habet nolle respectu negationis commissæ: ergo etc. Respondeo, animam Petri habere quidquid vult, quia de præterito habet, & de futuro quidquid vult, similiter & de præterito, quia habet velle non peccasse: neque id potest esse occasio miseriæ, propterea, quòd præteritum non fuisse, fieri non potest.

3. Ad 3. aliqui putant, animam separatam intelligere per participationem specierum, quas ex diuini luminis influentia recipit, cognitionemq́ illam naturalem appellari; Deus enim author luminis influxi, est etiam author naturæ, seu modi naturalis: hæc illi. Alij autem dicunt, animæ separatæ cognitionem fieri, & per species acquisitas, & in intellectu conseruatas. Sed præstat dicere, vtroque modo animæ separatæ cognitionem fieri posse; sic enim diuini luminis commendatur abundãtia, & animæ dignitas non labefactatur, nec eius quam in hoc mundo gessit vitæ labor despicitur: vnde tunc anima pueri, etsi per species acquisitas intelligere non poterit, intelliget tamen per diuinarum specierum influentiam. verùmtamen, cùm ad eum felicitatis locum anima nostra, Dei benignitate, peruenerit; tunc clarè huius solutionem argumen-

4. ti intelliget, enodabitq́. Ad 4. illa prophetica sententia intelligenda est, de memoria, tristitiam, non autem lætitiam afferente. Apostoli quoque authoritas intelligitur, de imperfecto modo intelligendi, cui succedet modus perfectior, atque copiosior ad intelligendum, & contemplandum: similiter authoritas Augustini, de speciebus, quæ sunt in organo, non autem quæ sunt in intellectu, intelligi debet. Ad confirmationem dico, animam corpori coniunctam à sui cognitione intuitiua præpediri, ob ordinem nimirùm intellectus ad phantasiam, eò quòd non sit phãtasiabilis. Et cum dicis, quòd cognito vestigio, cognoscitur id cuius est vestigium: concedo quidem arguitiuè, non autem intuitiuè; potest enim effectus intuitiuè cognosci, eius causa intuitiua cognita

5. remanente incognita. Ad 5. patet responsio ex supra dictis: proinde, & intuitiuè cognoscere dicitur, quando rem præsentem simpliciter intelligit: abstractiuè verò, quando absentem per speciem percipit: comparatiuè autem, quando vnius cognitione percepta, mox transit ad alterius notitiam: denique discursiuè à magis noto, ad minus

6. notum procedendo. Intelligit ergo anima, & reminiscitur separata. Ad 6. dicitur, quod quamuis anima humana, quatenùs est forma corporis, perfectiorem modum abũdet suæ naturæ ostendit in corpore existens, quàm extra corpus, propter effectus, quos in corpore exercet; quatenùs tamen est forma per se subsistens, perfectior est, ac nobilior à corpore libera: quòd verò in corpore posita, angelos nequeat intuitiuè cognoscere, in causa est modus intelligendi per phantasmata. Ad 7. dico, animam

7. separatam, per similitudines diuinitus impressas, angelos intelligere. Et cùm infers, igitur potest omnia naturalia intelligere: respondeo cõsequentiam non valere, quandoquidem per suam substantiam, nequeat intelligere naturalia omnia, nisi per quas-

8. dam species, sicut dictum est. Ad 8. dico, Apostolum loqui de actu cognitionis, nõ autem de habitu scientiæ. Et cùm dicis, quia in morte omnes habitus delentur:

Sciẽtia destruetur. verum quidem est, quò ad vires sensitiuas abundat, non autem intellectiuas. Sed dicis, duas tunc fore vnius speciei formas in eodem subiecto, nempè scientiam acquisitam, & scientiam diuini luminis: respondeo, vtramq́ scientiam vnius non esse rationis, inde est quòd nullum sequitur absurdum, vt vtraq́ scientia anima separata polleat, veluti duplici stola induta.

Mortui nó cognoſcunt res viuorum.

CAP: XXIII.

In anima ſeparata manet actus ſcientiæ acquiſitæ.

Reliquum eſt, vt aliqua addantur, quæ ad negotium de cognitione animæ ſeparatæ ſpectare videntur; vtrum ſcilicet, actus ſcientiæ acquiſitæ, remaneat in anima ſeparata. Ad quod quidem dici poteſt, actum ſcientiæ hîc acquiſitæ, in anima ſeparata manere quidem, non autem ſecundùm conuerſionem ad phantaſmata; ſpecies ſiquidem intelligibiles in anima ſeparata conſeruantur, ex quibus actus depromitur; ſtatus verò modusq; intelligendi non idem. In actu namq; & ſpecies conſideratur, & modus: & ſpecies quidem ex obiecto, in quod cognoſcitiuæ virtutis dirigitur actus per ſpeciem, quæ eſt obiecti ſimilitudo, optimè conſiderari poteſt: modus verò ex virtute penſatur agentis. Manente itaq; obiecto, & ſpecie intelligibili, & intellectu agente, atq; poſsibili, intellectus poteſt in actum exire intelligendi. Verùm, quia modus pendet ex intelligentis virtute, & tunc intellectus nobiliori, digniorîq; donatus eſt virtute intelligendi, vtpote ſarcina phātaſiandi depoſita, nobiliorē, perfectioremq; conſequutus eſt modum dicendi. Dubitant nonnulli, ſi loci diſtantia impedire poſsit animæ ſeparatæ cognitionem: ad hoc quidam reſpondendo affirmant, nullam locorum diſtantiam, cognitioni animæ ſeparatæ impedimento eſſe poſſe, quin æquè longè poſita, ac propè ſita cognoſcere queat. in cauſa autem putant, ſpecierum ex diuino lumine influxum, quo ſingularia ab anima ſeparata percipi poſſe putant. ſed illa cognitio ſupernaturalis, & nequaquam naturalis, eſſet dicenda: nos autem loquimur de cognitione naturali. Porrò, ſi in anima ſeparata remanent habitus ſcientiæ acquiſitæ; haud dubium, quin notitia abſtractiua intelligere ea poſsit, quorum præſentes ſpecies intelligibiles habet, nullum diſtantia locali impedimentum præbente: ſpecies enim intelligibiles intellectui agenti, & poſsibili coniunctæ, memoriæ perfectæ rationem conſtituunt, habetq; obiectum intelligibile præſens. Memoria itaq; æquè perfecta exiſtens, parit actum perfectum. proinde his omnibus accedentibus, nihil refert loci propinquitas, ſiue diſtantia, vt ea anima ſeparata intelligat, quorum retineat ſpecies. Secus autem res ſe habet in illorum cognitione habenda, quorum ſpecies memoriæ non inſunt: tunc dubium non eſt, quin horum cognitio nequeat haberi, niſi denuo nouis ſpeciebus acquiſitis, quod planè fieri non poteſt, improportionata loci diſtantia manente: obiectum enim non agit in paſsum quantumlibet diſtans. Ex quo ſequi videtur, vt obiecti improportionata diſtantia impediat, tum coniuncti, tum ſeparati animi actum cognitionis habendæ. De cognitione verò intuitiua animæ ſeparatæ, Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda, apertiſsimè loquitur; quæ aguntur à viuis, à mortuis, ſiue ab animis ſeparatis ignorari: Neſciunt, inquit, mortui quid hîc agimus, aut patimur. Iſaias propheta dicit: Tu es pater noſter, quia Abraham nos neſciuit, & Iſrâel non cognouit nos. ſi tanti patriarchæ ignorauerunt, quibus Deo credentibus populus ipſe de illorum ſtirpe promiſſus eſt; quomodo mortui viuorum rebus, atque actibus cognoſcendis, adiuuandiſq; miſcentur? quietos namque inquieta illorum vita ſollicitaret. proinde dictum eſt ad piiſsimum regem Ioſiam: Ecce ego apponam te ad patres tuos, & apponeris cum pace, & non videbunt oculi tui omnia mala, quæ inducam in locum hunc: ibi ergo ſunt ſpiritus defunctorum, vbi non vident quæcunque aguntur, & eueniunt in iſta vita. Dixerit aliquis, nunquid ille diues, Lucæ 16. qui rogabat Abrahā, vt mitteret Lazarum ad ſuos fratres, ſciebat quid fratres ſui agerent. Sanè, ita fuit cura de viuis, quamùis quid agerent omninò neſciret; quemadmodum eſt nobis cura de mortuis, quamùis quid agant, omninò vtiq; neſciamus. Sed rurſus occurres, quomodo

Act⁹ ſcientiæ acquiſitæ.

Anima ſeparata non impeditur à diſtantia locali.

Notitia abſtractiua.

Notitia intuitiua.

Iſaiæ 63.

4. regum 22.

Mortui nõ cognoſcunt res viuorum.

modo quid hîc ageretur Abraham pater neſciebat, vbi ſciebat eſſe libros Moyſis, & prophetarum? vbi denique nouerat diuitem illum in delitijs, pauperem verò Lazarum in laboribus, doloribusq́ vixiſſe? Fatendum eſt igitur, neſcire quidem mortuos quid hîc agatur, ſed dum hic agitur, poſtea verò audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, & quibus hæc indicare oportet audire. poſſunt & ab angelis, qui rebus quæ aguntur hîc præſto ſunt, audire aliquid mortui, quòd vnumquemque illorum audire debere iudicat Deus, cui cuncta ſubiecta ſunt. Poſſunt etiã mortui, & præterita, & præſentia, & futura, ſpiritu Dei reuelante, cognoſcere, ſicut prophetæ, dum hîc viuerent non omnia nouerant, ſed quæ illi reuelanda eſſe, Dei prouidentia iudicârat.

Mortui quomodo ſciant res viuentiũ.

Gregorius.

Diuus Gregorius quoque hanc eandem ſententiam, in 12. ſuorum moralium ſequi videtur: Mortui, inquit, vitam in carne viuentium, poſt eos qualiter diſponatur neſciũt, quia vita ſpiritus longè eſt à vita carnis: & ſicut corporea, atq; incorporea diuerſa ſunt genera, ita ſunt diſtincta cognitione. Et reuera, animæ ſeparatæ ſpiritualium ſubſtantiarum conuerſationi coniunctæ, ea quæ hîc aguntur ignorant, præſertim de quibus nullam habent ſpeciem intelligibilem, aut alicuius reuelationem: Et hæc quidẽ dicta ſunt, de naturali cognitione animæ ſeparatæ: nam de cognitione illa, qua animæ beatæ in Deo vident omnia, alibi, ſeu in alijs libris diſputaui. nunc autem ſupereſt, vt clarius dilucidetur, quomodo anima intelligat per ſpecies acquiſitas, propterea quòd intellectio ſine phãtaſmate perfectionis dignitate, intellectioni cum phãtaſmate præſtet, ſicut dictum eſt: in hoc enim anima ſeparata cum Deo, & ſanctis angelis cognationis affinitatem habere cenſetur, quia & illi ſine phantaſmate intelligunt: perfectiorem ergo habet intellectionem intellectus ſeparatus quàm coniunctus, quod eſt inconueniens. Adde, quòd quemadmodum ſpecies intelligibilis, ſine phãtaſmate nõ ſufficit intellectui coniuncto, vt ſuam depromere poſſit intellectionem; ita planè nec intellectui ſeparato ſufficere poſſe putanda eſt: æquã enim in vtroque intellectu perfectionem poſsidet. ſed intellectus ſeparatus caret omni phantaſmate: non ergo ex ſola ſpecie intelligibili habere poterit actum illius rei intelligendæ, cuius iam partam retinet ſpeciem. Adde, quòd operatio totius propria, fieri non poſſit propria operatio partis, quia nec eſſe totale totius, parti eiuſdem eſt tribuendum. ſed intelligere eſt propria operatio totius hominis, ſuæq́ ſpeciei: non eſt ergo operatio animæ ſeparatæ, quæ eſt pars ſpeciei. Sed dici poteſt ad primum, intelligere ſine phantaſmate, perfectiùs quidem eſſe permiſſiuè, non autem poſitiuè, veluti animal permiſſiuè perfectione formicam vincit, quia permittit, vt in homine animalis ratio ſaluari poſſit. Poſitiuè autem formica perfectionis gradu animali antecellit; quælibet namq; ſpecies vltra genus, aliquam ponit perfectionem: ſic permiſſiuè intelligere ſine phantaſmate, plus dicit nobilitatis; quia permittit vt huiuſmodi ratio intelligendi in Deo, & in angelis ſaluari poſſit: poſitiuè verò in homine aliquid ſonat, quod in illis non inuenitur. Itaq; ex parte, qua altiſſimarum ſubſtantiarum præ ſe ferre videtur ſimilitudinem, intellectio ſine phantaſmate, dignior apparet atque præſtantior; non autem ex ea parte, qua intellectus coniuncti dicit perfectionem. nam etſi pugnare ſine enſe; in angelis perfectiorem naturæ gradum denotet, in homine tamen perfectionis naturalis ordinem indicat pugna, quæ gladio conficitur; ad vnius cuiusque nempè perfectionem ſpectat, ſecundùm inſtitutum à natura ordinem agere, & operari: facit ergo ad perfectionem intellectus coniuncti cum phantaſmate intelligere. Secus verò res ſe habebit cum intellectu ſeparato, qui depoſitis phantaſmatum oneribus, nobiliorem ſortitus ordinem intelligendi, nempè & per ſpecies à Deo immiſſas, & per ſpecies ingenitas, & acquiſitas, absque phantaſmatum grauamine poteſt intelligere. Et cùm dicis, vnius naturæ ſpeciei vnam propriam eſſe operationem, ſic & ſpeciei humanæ propri

An ſit melius intelligere cũ phantaſmate quàm ſine phantaſmate.

Permiſsiuè poſitiuè.

Sine inſtrumẽto agere.

Intellectus ſeparatus.

Mortui nō cognoscunt res viuorum.

næ propriam operationem esse, cum phantasmate, aut sine phantasmate intelligere, nō vtramque eidem competere. Respondeo vnam esse speciei humanæ propriam operationem, præsertim intellectus, intelligere scilicet; sed non eundem modum intelligendi; propterea, quòd ex duplici constat natura, spirituali videlicet, & corporea: cætera verò omnia, aut materialia sunt, aut à materia omninò libera. Non debet ergo mirū videri, si intellectus humanus corpori alligatus, per conuersionem ad phantasmata, oporteat eum intelligere; solutus verò à corpore minimè. Hanc ob causam Auerroes dixit: Intelligere tùm in esse, tùm in fieri & conseruari, à formis emanare imaginatis, sicut sensus à sensibilibus: sic etiam docemur à philosopho, ita se intellectum habere, ad phantasmata, sicut sensus ad sensata: vnde fit, vt intellectus corpori coniunctus sine phantasmate nihil queat intelligere, sicut sensus sine sensibilium præsentia sentire nihil potest. Ad 2. si species intelligibilis in intellectu coniuncto non sufficit sine phantasmate ad intellectionem depromendam; in causa est, quòd phantasma necessarium sit, non quidem veluti principium aliquod actus intelligendi, sed potius, vt principium operationis phantasticæ, quæ planè operatio intellectioni est necessaria, propter superiorum, inferiorumque potentiarum in agendo connexionem: superiores enim non rectè sese haberent, circa alicuius obiecti operationem, inferioribus ab huiusmodi obiectione vacantibus. hinc fit, vt distractio potentiarum animæ circa diuersa obiecta intenta, earundem operationes impediant. Cùm verò intellectui separato vires inferiores præsto non sint; non est probalis ratio, quin species intelligibilis sufficere possit ad intellectionem depromendam. Intellectioni autem id perfectionis à phantasmate præstatur, quia nimirùm in qualibet intellectione, speciem intelligibilē regulariter intendit, quæ planè perfectio absque phātasmate haberi non potest. Quā ob rem, huius perfectionis respectu, intellectio animæ coniunctæ, intellectioni separatæ esset præponēda, ni ab aliquo superiori principio informationem acciperet, quod certè sufficit pro æquali perfectione restauranda. Ad aliud dicitur, illud veritatem habere in formis, quæ educuntur de potentia materiæ, non autem in anima humana, quæ est forma per se subsistens, cuius propria operatio est intelligere, ac ipsius respectu dicitur operatio totius. Operatio siquidem perfectissima, nempè intelligere à forma perfectissima fluens in totum, perfectissima dici non posset, nisi in forma à qua egreditur, sine toto consistere posset. Sed tempus iam est, vt de medio mari, naufragosis scopulis, debilis hæc nostra cymba, ad portum optatæ salutis deducatur, vtque deinceps calciatis pedibus, & accinctis lumbis, atque apprehensis manu baculis, ad alium librum transeamus.

Aue: 3. de ani

Phantasmatis vtilitas.

Finis sexti libri, qui est primus Asclepij.

ORATIO FRATRIS HANNIBALIS.

INgentes tibi gratias ago Domine Iesu Christe, qui dedisti mihi indigno peccatori, hunc copiosum spiritum scribendi de intellectu humano. Rogo ergo Maiestatem tuam, vt des mihi spiritum intelligendi, & opere exercendi quæ scripsi: quia omnis vera virtus in actione consistit.

INDEX verborum, & sententiarum memorabilium libri sexti, qui est primus Asclepij.

A

L

M

INDEX.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq. Omnes sunt Duerniones.

Cod. Ferrariensis

DANIEL
LELOWIEN

Pymander
Mercurii Tri-
Trismegist.
smegisti
V